1.59

de la Comp.a de Jesus de granada



# PHILOSOPHIA NATuralis Petri a Spinoſa artium magiſtri: opus inquam tripartitum: quo continet tres partes.

Prima pars erit Emporium refertiſſimum bone philoſophie: currens per omnes textus philoſophicum aptis queſtionibus ibidē[q] ppriis.

Secūda pars erit Calculatoria: quā appello Roſeam.

Tertia pars erit Flos campi, Lilium agri, continens omnes naturales queſtiones ordine alphabetico. Nil optabis quod hec philoſophia non clare tibi oſtendat: ſi textum ibidem habes expoſitionem lucidiſſimam. Si queſtiones ad idem. Si calculationes, habes eas in ſecunda parte. Si deni[q] probleumata, habes omnia ordine alphabetico: quo ſit tibi minor labor inueniendi q[uo]d vellis.

✠

¶ Venundantur Salmantice in vico ſarracenorum.:. In impreſſoria dom[us] magiſtri Roderici de Caſtañeda.

de la Compª de Jesus de granada

L.69

R-2326



# HILOSOPHIA NA

Turalis Petri a Spinoſa artium magiſtri: opus inquam tripartitum: quo continet tres partes. Prima pars erit Emporium refertiſſimum bone philoſophie: currens per omnes textus Philoſophi cum aptis queſtionibus ibidēqꝫ ꝓpriis.

Secūda pars erit Calculatoria: quā appello Roſeam.

Tertia pars erit Flos campi, Lilium agri, continens omnes naturales queſtiones ordine alphabetico. Nil optabis quod hec philoſophia non clare tibi oſtendat: ſi textum ibidem habes expoſitionem lucidiſſimam. Si queſtiones ad idem. Si calculationes, habes eas in ſecunda parte. Si deniqꝫ problemmata, habes omnia ordine alphabetico: quo ſit tibi minor labor inueniendi qđ velis.

✠

¶ Venundantur Salmantice in vico ſarracenorum.:.
In impreſſoria domꝰ magiſtri Roderici de Caſtañeda.

## Ad magnificum: atqꝫ quam doctiſſimum dominum magiſtruꝫ Joannem martinez Siliceum Principis Hiſpaniarum magiſtrum. Suus diſcipulus Petrus a Spinoſa artium magiſter. Salutem plurimam dicit.

Adiquaꝗ ornatiſſime magiſter, cum pueriliter luderem, et ſummuliſtaꝝ de more agerem, tibi dicaui ſummulas meas (opus quidem breue ſꝫ vtile) qđ vſqꝫ adeo bono animo ſuſcepiſti: vt magis ac magis ꝓpter illud ego ſim impulſus ad maiora ſcribēda: vidēs minora equo animo ſuſcipi: a te viro ꝑſpicatiſſimo: et vndiqꝫ circunſpecto. Philoſophiam igiť meam opus quidem graue: et magne frugis viro maximo deſtinaui dicare. Cum eñi ante hac cēs ſolū magiſter: factus modo es principis hiſpanie magiſter. Conuenit ergo tanto viro tanta opa dicare: Nam poterit defenſare op⁹ aduerſus inuidos: et laudare ſi op⁹ fuerit: cui⁹ laus vbiqꝫ erit cōmendatiſſima. Admodum reuerende magiſter videris mihi tātum aſcendere ꝙ de⁹ apud te inhabitet. Cur enim deus tui recordeť. Dicam illud Tobie. Elemoſyne tue et orōnes fecerunt te deo acceptū et hominib⁹. Humilitas tua iuxta illud. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent oēs generationes. Hec oīa bona anime q̄ nemo videt in te niſi deus faciunt te magnum in oib⁹: ſed vere etiam tu talibus dignus es. Naꝫ quis ſeueritatem tuam non admiretur. Quis grauitatem tuam non adamet. Quis liberalitatem tuam non proſequatur. Quis prudentiam tuam non deſideret vt dirigať ꝑ ſemitas rectas. Quis tūa audaciā et firmitate non gaudeat. Nam et magnis egritudinibus proſtratus nūq̄ꝫ ceſſaſti celebrare miſſam. Qui demones vſqꝫ adeo contēnis vt muſcas. Qui mortem nullatenꝰ trepidas: cum ſit terribilium terribiliſſima. Recordor enim te mihi ſemel dixiſſe cum eſſes grauiter egrorās: gaudiū tibi fore ſi morte occupatus eſſes: iuxta illud Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi in domuꝫ domini ibimus. Dabas cauſam. Quid in hoc mundo amplius videre debeo quam vidi? Certe nihil videbo. Saltem in alio omnia noua / ⁊ que noua / que ſemꝑ homini ſatiſfaciant / quibus ſemper gaudeat. O diuina contemplatio / et tali digna viro. Qui mortem vilipendit / in aliam meliorem vitam / hanc miſeram commutat. Ergo age reuerende preceptor / dirige principem noſtrum. Nam omnes quotquot manu tua ducti ſumus ex nihilo in grandem ſobolem ſurreximus. Quid erit princeps noſter cum ſit ipſe ſummus et chriſtiane religionis primas? Erit conſilio tuo paganorum omnium / et totius orbis dominus. Vt ſic tandem que amiſit chriſtiana religio acquirat: ⁊ lucrifaciat reliqua in quibus nō eſt deus. Vtinam ego reuerende magiſter poſſem verbis explicare que de te ſentio: ſed quia non poſſum / malo tacere / quam inepte loqui. Saltem hoc vnum ſemper dixi / nec ceſſabo dicere / diſcipulum ſequuturum magiſtrum quaqua eat: quia ſemper recta virtutes ibit. Quod cum fecerit. Magiſter ibit in illam celeſtem patriam. Diſcipulus eius alis amictus contremiſcens ſequetur. Vbi cum domino gaudebimus: vbi que tanti facimus vilipendemus. Et cognoſcemus quanta ſit miſeria huius ſeculi. Vale mi magiſter: et diſcipuli tan chari eſto memor.



### ❡ De laudibus philoſophie.

Philoſophia naturalis multꝭ ō cauſis ſummis laudib⁹ extollēda nobis venit. Pria ꝙ ſit nos docēs ⁊ ſubleuās a tenebris ignorātie rerū: q̄s quottidie manib⁹ pedibuſqꝫ cōtrectamus. Hec eñi docet cognoſcere celos elementa, aues, mineralia. Secundo ꝙ ꝑ hanc efferamur maxime in virtutes que ſunt medium beatitudinis: et ꝑ eandem agnoſcam⁹. Nam inuiſibilia dei per ea q̄ facta ſunt a creatura mundi intellecta conſpiciunť. ꝙ aūt hec in oēs virtutes nos efferat declarabo egregie diſcurrēdo per cunctas virtutes. Mores eñi illi et virtutum officia: quibus virum appellamus bonū laudeqꝫ ꝓſequimur: longe melius hinc accipere poſſum⁹: quā vel a rethore: quem greci ſophiſtam vocāt: vel a predicatore: nomine iam tritolatinis auribus: hꝭ enim ſepe numero vita diſcrepat a preceptis: et melius hortatur alios: quam ipſi officio funguntur: vt interdū fruſtra illa virtutis egregia laus recitata ſit ꝓlixa, que hoꝝ preceptio vacet et iaceat: cum exempla deſiderentur vite preceptoris: et authoritas quam qui reſpicit facilius et mouetur ad virtutem et in officio tenetur. ❡ Atvero in contemplādis animaliū morib⁹ exempla ſuppetūt omniū officioꝝ et effigies offeruntur virtutuꝫ: ſumma cum auctoritate nature omniū parentis: non ſimulate non cōmenticie, non incōſtantes et labiles: ſed vere ingenue atqꝫ perpetue iuſticiam ſeruant entia naturalia cū leuia ſua loca petat relinquentia ꝓpria ſua grauibus fortitudinē et oēs virtutes ſapiēs cognoſcet: et vicia ſpernet: conſiderans hāc vitā fore reſpectu eterni temporis vt punctum ad lineā. Nam ō ſocrate legitur ꝙ apertis carcerib⁹ noluit fugere: et poſtea fuit interēpt⁹ ab athenienſibus: ne fortitudinem āmitteret. Hec Auerrois in ꝓlogo ſuo phiſicoꝝ. Quis enim tam peruerſus nature hoſtis ſui generis eſt: quin emendetur et mitiguetur: cū nullu aīal occidi a ſui generis beſtia videatur. Quis tam in parentes impi⁹, ne cū ciconie auis, aut meropis pietatē erga parentes intelligat pientior efficiať. Quis adeo inhuman⁹ illiberaliſqꝫ eſt: quem oſſifrage benignitas in pullos aquile nō faciat benigniorem. Quis tam piger iners et ſegnis eſt quin excitetur ad vite munera cum formicaꝝ aut apum labores atqꝫ induſtriam intueť. Quem nō pudeat per metū peccare, cū non ſolum leonis animuꝫ inuictū cogitat: ſed etiam reguli auicule q̄ cū aquila pugnat certatqꝫ de imperio. Quis principem non collat bonū atqꝫ obſeruet, cū ſi rex apū in itinere aberrauerit oēs cū inq̄rere odoratuqꝫ ſagaci ꝑſequi: donec inuenerit, cognitum habeat: geſtari etiam regem a plebe cū volare non poteſt: ⁊ ſi perierit oēs diſcedere, nunq̄d parū exempli ad boni principis ſiue deſiderium ſiue obſeruanti aꝫdatur. Quis princeps non ad clementiam facile inuitetur cum reges apū armari quidē aculeo: ſꝫ eo nunq̄ꝫ vti intelligat. Que fides quis amor in canibus, quanta in elephātis manſuetudo: que in anſere verecundia, quantum ſtudium ornat⁹ ac politure in pauone. Quanta opera vocis amene ſuauiſqꝫ in luſcinia. Quid de iuſticia apum dicam? Que colligunt quidem ex hꝭ q̄b⁹ aliquid dulcedinis ineſt: ſꝫ ſine vllo fructuū detrimēto. Quid de caſtitate elephātis qui quā impleuerit coitu eam rurſus non tangit. Aut colūbe q̄ neqꝫ coire cū pluribus patitur: neqꝫ cōiugiū iam inde a primo ortu initum deſerit: niſi vidua aut celebs. Diſciplina autem et eruditio elephanti quem non faciat ſtudioſiorem. Omnino nulla pars vite humane ē: q̄ nō ſuoꝝ officioꝝ exēpla cōmodiſſime hinc accipiat. Nam vt omittā artes illiberales que ⁊ ipſe ingenijs animaliū non parū iuuanť valetudinis exempla q̄ſo vnde cōmodi⁹ peti q̄ ex animalibus poſſint, loca ꝓ temporis ꝯditione ſolent illa mutare, non plus edūt aut bibūt quam ſibi ſalubre ſit: non diutius dormiūt quā ratio valitudinis poſtulat: modū mouēdi quieſcendi que ſeruant.

### ❡ Alia phie egregia laus.

Munus phie eſt bene viuere.

Iſta propoſitio habetur a Seneca in q̄rto epiſtolarum epiſtola ſecunda: vbi ſic dicit. Quis dubitare mi Lucille poteſt: deoꝝ immortalium munus eſſe ꝙ viuimus philoſophice, hoc eſt bene viuimus: quaſi dicat nullus: igitur vult ꝙ munus philoſophie eſt bene viuere. Poteſt autem ad pſens hec ꝓpō quattuor modis declarari. Primo ex parte ſupreme perfectionis humane que ē ipſius felicitas. Secundo ex parte bone intellectionis. Tertio ex parte optime inſtructionis. Quarto ex parte recte actionis.

❡ Prima ergo rō ſumitur ex parte humane felicitatis: ad cui⁹ euidentiā ſuppono tria. Rō. 1.

❡ Primum eſt ꝙ felicem eſſe ſiue felicitas idem q̄ bene viuere et hoc habeť plane ab Ariſtotele in primo ethicorum vbi capit hec et ſupponit ex confeſſione omnium intelligentium quid nominis felicitatis. Et hoc dicit his verbis: bene viuere autem ⁊ bene operari idem exiſtimat: ei quod eſt eē felicem. ❡ Secundo ſuppono ꝙ operatio hominis nobiliſſima et perfectiſſima eſt eius felicitas. Et hec poteſt ꝓbari ſic. Sūmū bonum hominis eſt eius felicitas. hanc concederet omnis intelligens et ſane mentis: et nobiliſſima et perfectiſſima operatio ē eius ſummum bonum: hoc probatur. nam ſicut operationes proprie aliaꝝ rerum ſunt earum bona: vt operatio propria oculi eſt eius bonum. ſ. videre. Et operatio ꝓpria cultelli que eſt ſcindere eſt ei⁹ bonū: ſimiliter autem et in alijs: ſic operatio ꝓpria hominis eſt eius bonum. Et per conſequēs optima et nobiliſſima operatio eius eſt nobiliſſimū ipſius bonū. ſequitur ergo concluſio. ſ. ꝙ nobiliſſima operatio hominis eſt eius felicitas. ❡ Tertio ſuppono ꝙ nobiliſſima operatio hominis eſt mun⁹ philoſophie. i. aliquid ab ipſa philoſophia cauſatum. Et hoc ꝓbo ſic. Omnis operatio ſtudioſa hominis eſt ab aliqua virtute: hoc patet ex ſcđo ethicoꝝ vbi ponitur generalis ratio virtutis: ꝙ virtus eſt que habentem perficit et eius opus bonū reddit. Igitur nobiliſſima operatio hominis debet eſſe ab aliqua ei⁹ virtute imediate: aut igitur a virtute naturali. i. naturaliter exiſtēte: aut a virtute acquiſita: non eſt dicendum ꝙ a virtute naturali immediate quia tunc omnes homines haberent nobiliſſimā operationem humanā: eo ꝙ omnes cōmunicant

in virtutibꝰ naturalibus debitis per ſe homini: cuiꝰ tamen oppoſitum eſt manifeſtum in multis: qui non exercent nec potentia propinqua exercere poſſunt nobiliſſimam hominis operationem: vt patet in pueris: et in paruis ſimiliter. Ergo relinquitur quod huiuſmodi operatio eſt a virtute morali aut intellectuali quia non ſunt plures virtutes proprie hominis acquiſite vt patet in ſexto ethicorum: non a virtute morali: quia virtus moralis eſt minus nobilis virtute intellectuali: ſicut appetitus qui eſt ſubiectū virtutꝫ moralis eſt minus nobilis intellectu: in quo ſunt virtutes intellectuales: vt ſatis patet ex ſexto ethicorum: relinquitur ergo ꝙ operatio nobiliſſima eſt a virtute intellectuali: philoſophia autem eſt cōprehenſio omnium virtutum intellectualium: vt patet ex ſexto methaphiſice: et in tractatu Algazel de diuiſione philoſophie. Sequitur ergo ꝙ operatio nobiliſſima ipſius hominis eſt a philoſophia: et hoc eſt idem quod ipſum eſſe donum philoſophie: et hec eſt tertia ſuppoſitio. Ex his ſuppoſitionibus tribus ſic ſyllogizatur. Cuiuſcunqꝫ donum ſeu munus eſt felicitas: eius munus eſt bene viuere: ſed donum philoſophie eſt felicitas: ergo et cetera. Maior patet ex prima ſuppoſitione: et minor patet ex alijs duabus. Nam felicitas eſt nobiliſſima operatio hominis: vt dicit ſecunda ſuppoſitio: et nobiliſſima operatio eſt a philoſophia: vt dicit tertia ſuppoſitio: quare videtur ꝙ donum ſeu munus philoſophie eſt bene viuere Et hec eſt prima ratio.

Rõ.2. ¶ Secunda ratio ſumitur ex parte bone intellectionis: et arguo ſic. Cuiuſcunqꝫ munus eſt bene intelligere: et eius munus eſt bene viuere: ſed philoſophie munus eſt bene intelligere: ergo et cetera. Maior patet quia intelligere eſt quoddam viuere, vt patet ſecundo de anima, et ſexto ethicorū ergo bene intelligere eſt bene viuere. Nam ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ⁊ bene ad bene: ⁊ minor patet. Nam philoſophia non eſt aliud quam omnes habitꝰ intellectuales: vt patet partim ſexto methaphiſice, et partim ſexto ethicorum. Habitibus autem intellectualibus perficitur anima intellectiua ad bene intelligendum, vt oſtenſum eſt ſexto ethicorum: ergo videtur ꝙ ab ipa philoſophia emanet bene intelligere, quare et cetera.

Rõ.3. ¶ Tertia rō accipitur ex parte optime inſtructionis, ſic illius munus eſt bene viuere qd̄ oportuit mittere ad inſtruendum ignaros: ſed ipam philoſophiam oportuit mittere ad inſtruendū ignaros, quare et cetera. Maior patet: Nam homines ignari multum indigent inſtrui ad bene viuendum: vnde videmus omnes philoſophos morales et poetas qui ad hominū inſtructionem laborauerunt precipere bene viuere: et dare documēta ad bene viuēdum: et hoc videtur in libris moralibus Ariſtotelis et Tulij, et Senece, et omniū rethorum ꝓpter quaꝫ in libello de ſententijs philoſophorum dicitur Ede ⁊ bibe vt bene viuas, nō viuas, vt edas et bibas. Et ſeneca in de copia verborum. Id et agamus vt meliorem vitam quam vulgus ducamus. Et idem. 4. epiſtolaruꝫ ad Lucillum epiſtola prima. Omnia ad mores et ad ſedādū rabiē affectuū referre ſtude: nō vt plus aliquid ſcias: ſed vt melius. Et ſic patet maior et minor ſcribitur ab Ariſtotele in de morte ſua. ſ. ꝙ oportuit mittere philoſophiam ad inſtruēdos ignaros. Et in libro de ſententijs philoſophoꝝ ſumptum eſt a Platone. Literas inſipiēti animo tanꝙ infirmo baculum corpori ꝯuenire: Et ſeneca in de copia verborum. Sapiētia animū informat: et fabricat actiones, regit vitam, diſponit agenda, et omittenda demonſtrat Quare ſequitur ꝙ donum philoſophie eſt bene viuere.

¶ Quarta ratio ſumit͛ ex pte recte Rõ.4. actionis ſic. cuius donū eſt actio recta eius donū ſeu munus eſt bene viuere. Nam actio recta et bene viuere ſunt idem, vt patet ex ſexto ethicorum. ſed munus philoſophie eſt actio recta. Probatio dicit ſeneca. 4. epiſtolaꝝ, epiſtola. 1. Actio recta non erit niſi fuerit volūtas recta: hec enim et recta ratio et volūtas recta non erit, niſi habitꝰ animi fuerit bonꝰ: hoc enī voluntas erit bona: habitus enim mentis nō erit bonus, niſi totius vite leges perceperit: et ꝙ de quocunqꝫ iudicandum eſt niſi rectum et immutabile indicauerit: conſtat autem qd̄ iudicare certum et imutabile de quolibet et totius vite leges percipere eſt a philoſophia. Nam philoſophia eſt vniuerſi cauſe cognitio, vt dicit Algazel in tractatu de diuiſiōe phie, et Robertus in ſuo tractatu de ortu ſcientiaꝝ. dicit ꝙ phia eſt humanaꝝ diuinarūqꝫ rerum cognitio cuꝫ ſtudio bene viuendi coniuncta: ergo actio: et ꝑ ꝯñs bene viuere eſt a phia: vnde idem ſeneca in d̄ copia verborum ſic ait et Ariſto. 6. ethicoꝝ Sicut ſanitas facit ſanum, ſic ſapientia felicem. Poteſt etiam aſſumere rationem ex parte perfectiſſime delectatiōis, et ibi ſatis loqui de delectatione. Hec itaqꝫ ad comēdationem phie ad preſens ſunt ꝯgregata. Sed qd amplius indigemus teſtibus niſi diuino Platone ita dicēte, publicā fore felicitatē, cū aut philoſophi regnant, aut reges philoſophant͛. Addo ꝓ cōmendatione philoſophie animaduerſiōe dignum oēs hoīes pares natos eſſe, vt dicit͛ in Politica: ſed accidentaliter differūt nobilitate. Nobilitatis aūt gradꝰ quattuor ſunt. Minimꝰ et quaſi non gradꝰ eſt genus qd̄ vulgares ſanguinē vocant, hic qꝛ e natura eſt minimus habet͛. Maior vero hoc et ſecūdꝰ ſunt diuicie. Nam diuicie ipſe pariunt genus. Genus aūt nequaꝙ diuicias. Maior diuicijs eſt virtus, qui tertius ē nobilitatis gradus. Nam e virtutibus diuicie ꝓficiſcūtur et per ꝯñs genus, e diuicijs non virtutes. Maximus omnium et quartus eſt ſcientia et intellectus Nam ab intellectu et ſcientia exoriuntur virtutes ⁊ conſequenter diuicie et genus, e virtutibus autem nequaꝙ ſcientia. Igit͛ ſcientia eſt origo virtutum et omnium partium nobilitatis.

¶ Sed vt plane videamꝰ de quibus hec phia pertractet: ponā hic diuiſionē illā celebrē Angeſt in ſuo. j. de cauſis q̄ nititur explicare totū qd̄ hec philoſophia ꝑcurrit ⁊ erit velut variegatiſſima et mappa totius vniuerſi. Philoſophari cupiētibus opere preciū eſt vniuerſi mūdi globū ſicut medicis corpus humanum menti configuratum habere: cōponentiūqꝫ numerū eorum conditiones: ac mutuas colligātias in genere conſpicere: a quo incipientes dicamꝰ ꝙ ex ſubſtantijs et accidentibus conflatꝰ eſt totius mundi globus. Entium igitur queddam ſunt ſubſtantie queddam accidētia, ſubſtantia. n. eſt ens nulli natū inherere: accidens aūt ecōtra: hinc dicta eſt ſubſtantia ens per ſubſiſtens: accidens aūt alteri herens: q̄re illic ly ꝑ ſe excludit inherētie vnionē: nō autē informationis aut continuationis: aut gradualis intēſionis; aut hippoſthaticationis; vel aliā. Accidenti competit non poſſe per naturam ſine ſubiectō cui hereat exiſtere: nec de ſubiecto in ſubiectum migrare, ſimile tamē in alio ſubiecto ꝓducere poteſt.

¶ Subſtantiarum ſunt quedam ſimplices: quedam compoſite: ſimplices ſunt duplices: q̄dam ſimplices negatione partium componentium: vt inteligentie videlicet deꝰ angelꝰ aīa rōnalis: quedam ſimplices negatione partiū informatiue ſe habētiū vt materia et forma ſubſtātialis. Iterum ſubſtantia negatione partiū ſimplex eſt duplex: q̄dam ſimpliciter ſimplex non capax compoſitionis partis vel accidentis: vt ꝑmum entium cuius ſic eſt actuatiſſima: cōpletiſſima qꝫ ſubſtantia vt nullum accidēs ſibi inherere poſſit, hinc cognitio volitioqꝫ dei ipſe deꝰ eſt, ⁊ ita cognitio volitio eſt: alia autem eſt ſimplex negatiōe partium ſed nō negatione inherētie vt āgelꝰ anima rationalis: quorū neutrius eſt pars aliq̄ ſed bene capax eſt accidētis inheſiue: haꝝ q̄dam eſt actuatiua materie vt anima: quedam non vt angelus. Subſtantiarum compoſitarum quedam eſt cōpoſita tm̄ cōtinuitatis vnione vt materia ipſa forma ipſa: quedam vero eſt cōpoſita informationis vnione ſiue compoſitione ex materia et forma et tale compoſitum ens naturale appellat͛. Entium naturalium tria ſunt genera. ſ. celi vndecim elementa quattuor et elemētata ſeu mixta ⁊ huius quideꝫ tertij generis ſunt duo gradus. ſ. viuētia et mineralia cū coꝝ cōcōmitatijs. ¶ Sunt viuentia triplicia plante bruta homines ſm̄ triplicem aīam vegetatiuam, ſenſitiuam, et intellectiuaꝫ. Mineralia autem triplicia lapides, metalla, et hoꝝ media. ſ. que amboꝝ tam lapidis quam metalli naturā participant vt ſpecies ſalis, ſpecies atramentorum genera aluminum et huiuſmodi. Viuētium enim cōcōmitātie ſunt cum ſuis ſuperfluis membra, humores et ſpiritus. Mineralium aūt cōcōmitantie pariter ſunt cū ſuis ſuperfluis coꝝ partes integrales ſulphur atqꝫ argentum viuum, et exhalationes atqꝫ vapores. Item accidentium ſunt tres gradus. ſ. qualitates, quantitates, et relationes. Qualitatum quedam in aīa noīe anime cōprehenſo angelo, quedam extra, ille ſunt quattuor. ſ. actus, paſſiones, habitus, et ſpecies. He tm̄ ſunt naturales, preter q̄s ſunt alie ſuper naturaliter factibiles, vt character, et huiuſmodi qualitates extra aīam ſunt quadruplices elementarie, elementatorie, celeſtes et cōes. Elementarie ſunt quattuor alteratiue, caliditas, humiditas, frigiditas, ſiccitas cum duabus motiuis: grauitate et leuitate. Elementatoriaꝝ ſunt tres gradꝰ. Primo mixtoꝝ complexiones ſm̄ varias illaꝝ quattuor primarum proportiones conflate formiſqꝫ mixtorum ſubſtantialibus coaptate. Secd̄o ſunt earum complexionationes, colores, ſapores, odores, ſimiliter duricies molicies groſſicies ſubtilitas ⁊ huiuſmodi que potius videntur eſſe quidam modi ſubſtātie vt ſunt denſitas et raritas quā qualitates ſubſtantijs ſuperaddite: Tertio ſunt illorum elemētatorum proprietates occulte, de quibus alias. Qualitates vero celeſtes ſunt extra genus predictarum: accidentia celorum nobilis illarum tamen prenominatarum productiua: non eſt celum calidum frigidum humidum vel ſiccum graue vel leue eſt tamen talium productiuum: hinc dicitur non formaliter ſed virtualiter tale. Qualitates communes appello ſonos ſpēs obiectorum ſenſibiles et ſplēdores: communes quidem quia duobus vel tribus precedentium graduum cōpetunt: ſed de his cunctis amplior et futurꝰ ē ſermo



Quantitatum duo ſunt genera: ſcilicet quantitas diſcreta ſeu numerus cuius nomine comprehenditur vnitas. Alia eſt quantitas continua que duplex eſt, quedam permanens ſcilicet linea, ſuperficies, corpus cum punctis continuatiuis: quedam ſucceſſiua vt motus cum ſuis mutatis eſſe aut tempus cuꝫ ſuis inſtantibus. Relationum queddam ſunt intrinſecus aduenientes ſcilicet que non requirunt certam atqꝫ determinatam extremoruꝫ approximationem: quedam autem extrinſecus aduenientes per oppoſitum. An quantitates prenominate atqꝫ etiaꝫ relationes ſint res quedam ſuis fundamentis condiſtincte eſt opinantium contrarietas: nonnullis credentibus in vniuerſi mundi globo quattuor eſſe rerum maneries ſibi inuicem condiſtinctas, ſcilicet ſubſtantias, quantitates, qualitates et relationes: Alijs aſſerentibus deum feciſſe dumtaxat duas rerum maneries ſcilicet ſubſtantias et qualitates: dicentibus ꝙ quantitas eſt ſubſtātia vel qualitas quāta. Relatio ſimiliter eſt ſubſtantia vel qualitas relatiue ad alterum aliqualiter ſe habens: ſed non eſt preſentis ſpeculationis deciſio huius probleumatis quod alibi amplius examinandum eſt. Integratur igitur totius mundi globus ex quindecim orbicularibus ſubſtantijs ſcilicet vndecim celis: et quattuor elementis cum mixtis contentis in eis: ac omnium eorum accidentibus. Illa hoc modo ordinata ſunt. celum empireum quieſcens, primum mobile, celum zodiacale, celum ſtellatum, poſt quos ſeptem celi planetarum hoc ordine Saturnꝰ, Jupiter, Mars Sol, Venꝰ, Mercurius, Luna poſt quos quattuor elementa hoc ordine. Ignis in concauo orbis. lune aer aqua, terra/ deinde mixta varia elemētis circūuallata: Ex eiſqꝫ complexionabiliter conflata. In toto mūdi globo per intimam preſentiam eſt ſpiritus vnus reſidens creator omnium deus omnia ſua potētia mouens ſua ſapientia gubernās et bonitate perficiens cuncta: quem ſpiritum mundi vocitarunt philoſophorum nonnulli, Plato eum appellauit animā generalem viuificantem. Et Ariſtoteles primo celi inquit. Dat cūctis eſſe et viuere. Et Virgilius ſexto eneidos. Omnia ſpiritus agit intra. Extremas autem ſedes tenent intelligentie. Celum quidem ſpiritus boni. Terre autem centralia ſpiritus immundi: quorum tamen extremorum inter medijs non deeſt ſpirituū tam bonorum quam malorum frequentia: vbi non minus iſti torquentur ſuam gehennam quocunqꝫ ierint ſecum ferentes: nec minus boni beatifi cantur ſummo bono clare viſo continue fruentes: ſic ergo in generali habemꝰ totius ſpherici mundi cōpoſitionem et rerum atqꝫ partium eius multiplicitatem inter quas cauſalitatum genera veniunt indaganda.

Totiꝰ vniuerſi mirabiliſ ordo

¶ Dubitatur ante prologuꝫ Ariſtotelis quod eſt ſubiectum attributionis philoſophie naturalis an ens mobile vel corpꝰ mobile: Et arguit͛ ꝙ non, quia ſequeretur ꝙ quemadmodum illud eſt ſubiectum totius philoſophie naturalis ita partium philoſophie naturalis eſſet ſubiectum aliqua pars ſubiectiua talis ſubiecti: tenet conſequentia quia ſicut totum ſe habet ad totū: ſic pars ſe habet ad partem: Sed conſequens eſt falſum, quia anima eſt ſubiectum libri de anima: et tamen non eſt pars ſubiectiua eius. Anima enim non mouet͛ de per ſe, vt Ariſtoteles tertio de anima. ¶ Secundo arguitur ariſ.

Queſtio d̄ ſubiecto attributiōiſ phie.

primo poſteriorum ait. Scientia vna eſt que vnius generis ſubiecti eſt: ſꝫ philoſophia naturalis eſt vna ſcientia: ens mobile vero non eſt vnum nec vnius rationis. Nam conuenit generabilibus et perpetuis: et quod ſic conuenit. 10. Metha. non eſt vnius generis nec rationis. ¶ Tertio equiuocum non eſt ſubiectum in aliqua ſcientia vt Ariſtoteles et cōmenta. quarto metha. textu cōmenti ſecundi. Sed ens mobile eſt equiuocum cum includat equiuocum. ſ. ens quia teſte Porphirio ens eſt equiuocum. Item ens mobile dicit ens per accidens cum mobilitas accidat enti: ergo cum de ente per accidens non ſit ſciētia. 6 metha. ¶ Quarto ens mobile non habet aliquam paſſionem primam: ergo non eſt ſubiectū conſeq̄ntia eſt nota et maior. ¶ Quinto eadem ratione ſubiectum philoſophie deberet eſſe ens quieſcibile: patet conſequētia quia ſicut natura eſt principiū motus ita et quietis. Item oppoſitorum eadem diſciplina eſt vndecimo metha.

¶ In hac queſtione primo volo recitare opiniones que in ea verſantur. Prima opinio eſt ſancti Thome ꝙ ſubiectum eſt ens mobile: et nullatenus corpus mobile. Quod probat quia nulla ſcientia demonſtrat ſuum ſubiectum primo poſteriorꝫ textu cōmenti. 32. Sed philoſophia naturalis demōſtrat hoc ſubiectum vt patet in. 6. phiſicorum vbi demonſtrat omne mobile eſſe corpus: ſed hec ratio diui Thome parum vrget: aliud eſt probare corpꝰ mobile eſſe: quod eſſet probare ſuum ſubiectum: et aliud eſt probare omne mobile eſt corpus. Item vt ait lyncomenſis ſecundo poſteriorum: omnis ſcientia accipit ſuum ſubiectum: ſed non inconuenit ipſum probare de aliqua ſpecie ſubiecti ſic in propoſito corpꝰ eſt genus: et in philoſophia notum ſine probatione: ſed non inconuenit probare corpus de ly mobile.

*Sanctus Thomas.*

¶ Secūda eſt opinio Egidij romani dicentis ſubiectum fore corpus mobile: quod probat quia ſi ſubiectum eſſet ens mobile ſequeretur ꝙ philoſophia naturalis ſubalternaretur methaphiſi. immo eſſet vna pars eius quod eſt falſum: et ſequella probatur: quia illa ſcientia ſubalternatur alteri: cuius ſubiectum includit ſubiectum alterius cū aliqua conditione accidentali que non fluit ex principijs proprijs illius ſubiecti cui additur. Exemplum eſt de Geometria et Perſpectiua. Nam hec ſubalternatur illi quia eius ſubiectum includit etc. vt patet de linea et linea viſuali. ſed eodem modo eſt de ens et ens mobile cum mobile ſit paſſio que nō fluit ex principijs proprijs entis: immo eſſet vna pars eiꝰ probatur quia ad ipſam methaphiſicam non ſolum pertinet conſiderare ipſum ens ſed primas partes entis: vt patet in Methaphiſica Nunc autē ens mobile eſt vna de precipuis partibus entis: quia cum ens ſit analogum non diuiditur per differentias: ſed per diuerſos modos eſſendi: quorum vnus eſt eē mobile. Sed quia veritas eſt ſubiectum eſſe ens mobile: quia cum motus ſit principalior paſſio conſiderata in iſta ſcientia videtur ꝙ illud per quod ipſa deffiniatur tanꝗ per ſubiectum ſit ſubiectum in iſta ſciētia: ſed definitur per ens mobile vt patet tertio phiſicorum vbi dicitur. Motus eſt actus entis mobilis ſm quod mobile. Ubi nota egregium dictum ꝙ motus ē inter nūciū viuerra ad ꝑquirēdas naturas omnium rerum naturalium: quod exemplariter manifeſtabo. Nam per motum diſtinguimus animal a nō animali. Si enim de longe venias et dubites ſi aliquid eſt animal: non aliter agnoſcis quam ſi progreditur. Naturas elementorum ſi rimari placeat per motum hoc agnoſcitur. Nam per motum ſimpliciter a medio agnoſcitur ignis: per motum autem ſm quid a medio cognoſcitur aer: per motum ſimpliciter ad medium ſumme graue quod eſt terra: per motum ſꝫ quid ad medium aqua. que non eſt ſumme grauis: Similiter mixta cognoſcimus ex motu quod enim aſcendit per plura quam duo elementa eſt leue et ꝙ deſcendit per plura quam duo eſt graue. Similiter motu lento ſi quis moueatur cognoſcitur eē magnanimus, ſi vero motu minuto et veloci cognoſcitur eē parui animi parum confidens. Item per motum naturas celorum et numerum eorum: Namqꝫ per motum lune ab occidente in oriens in. 27. diebus et. 8. horis cognoſcitur celum lune: et per motum ſolis in vno anno cognoſcitur celum ſolis: et ſic de reliquis: ergo per motum rimamur omniū rerum naturas qō Ariſtoteles aſpiciens in princi. 3. phi dixit. Ignorato motu: neceſſe eſt ignorare naturam.

*Egidius romanus.*

*Opinio vera.*

*Egregiū dictum*

¶ Nunc ergo reſtat ſoluere rōnes illas Egidij romani. 1°. Pria ꝙ philoſophia naturalis eſſet ſubalternata methaphiſice. Dicendum ꝙ vt ſit ſubalternata nō ſufficit illud quod ibi adducitur de ſubiecto: ſed ꝙ ſuas cōcluſiones reducat ad ꝑncipia alterius ſciētie: et quia philoſophia naturalis nō reducit ſuas concluſiones in methaphiſicā: ideo non eſt illi ſubalternata. Ad ſecundam ꝙ eſſet pars methaphiſice non conuincit. Dico enim ꝙ ſi partes prime entis conſtituant aliud genꝰ ſcibile: tunc non tractantur in eadem ſcientia: vt eſt ly ens mobile: ſi vero non conſtituant aliud genus ſcibile tractantur in eadem ſcientia: vt eſt ly ens in actu et ens in potētia tunc pertinent ad eandem ſcientiam. Et ſic ad rationes principales facile eſt reſpōdere. Primo ad primam ꝙ ſubiectum libri de anima eſt corpus animatum ſub ratione anime; ideſt prout conueniunt ei operationes ratione anime et non corporis: modo corpus animatuꝫ pars ſubiectiua eſt entis mobilis. ¶ Ad aliam ꝙ ens mobile eſt equiuocum: ergo non eſt ſubiectum: Dic ꝙ nō eſt niſi analogum: modo analogum recte poteſt eſſe ſubiectum. 4. methaphiſice. ¶ Ad aliam ꝙ ens mobile eſt ens per accidens: dic negando. Nam ens per accidens. 6. metha. dicitur cuius vnio non habet cauſas per ſe et determinatas vt albus muſicus: ſꝫ ens mobile habet cauſas per ſe et determinatas ideo etc. ¶ Ad aliā que eſt prima paſſio entis mobilis dic ꝙ motus. ¶ Et ad aliam ꝙ eadem ratiōe eſſet ſubiectum ens quieſcibile: nego conſequētiam quia cum ſubiectum attributionis debeat eſſe: notiſſimum in ſcientia: primum in ſcientia: adequatum in ſcientia: ſequēs eſt debere eſſe quid poſitiuum: quia omnis habitus notior eſt priuatiōe. ſecundo perihermenias: ergo ſubiectum eſt ens mobile magis quam ens quieſcibile.

## ¶ Incipit prohemium Ariſtotelis ſtagyrite peripatheticorum principis de phyſico auditu. Textꝰ libri primi: cum tranſlatione antiqua.



Quoniam quidem intelligere et ſcire cōtingit circa omnes ſcientias: quarum ſunt principia: aut cauſe, aut elementa ex horum cognitione. Tunc enī cognoſcere arbitramur vnumquodqꝫ cum cauſas primas: et prima principia cognoſcimꝰ: et vſqꝫ ad elementa. Manifeſtum quidem ꝙ ſunt circa principia ſcientie que de natura eſt prius determinare tentādū.

¶ Innata autem eſt ex notioribus nobis via: et certioribus: incertiora nature et notiora. Non enim eadem nobis nota et ſimpliciter. Unde quidem neceſſe ſm modum hunc ꝓcedere ex incertioribus nature: nobis autem certioribus incertiora nature et notiora. ¶ Sunt autem primum nobis manifeſta et certa confuſa magis poſterius autem ex his fiūt nota elementa et principia diuidentibus hec

¶ Unde ex vniuerſalibus ad ſingularia oportet procedere. Totum enī ſm ſenſum notius eſt. Uniuerſale aūt totum quoddam eſt. Multa enim cōprehendit vt partes vniuerſale.

¶ Subſtinēt autem idem hoc quoddammodo et nomina ad rationem. Totum enim quoddammodo et indiſtincte notum diffinitum ſignificat vt puta circulus. Diffinitio autem ipſius diuidit in ſingularia. Et pueri primum appellant omnes homines patres: et feminas matres: poſteriꝰ autem determināt horum vnūquodqꝫ.

## ¶ Commentarium.

Concluſio Ariſtotelis ē ꝙ Philoſophia naturalis nō acquirat niſi ex cognitione cauſarum et principiorum et elementorum. Probat Ariſtoteles iſto ſyllogiſmo. Omnis ſcientia cuius ſunt principia aut cauſe: cognoſcitur ex illorum cognitione: ſed philoſophia naturalis eſt talis igitur. Ex quo infertur corolarium: ꝙ ſcientia philoſophie naturalis debet ſciri ex cognitiōe principiorum. ¶ Notandum eſt ꝙ per intelligere Ariſtotelis intelligit diffinitiue cognoſcere: et per ſcire demōſtratiue cognoſcere: vt ſi aliquis ſcit de tonitruo quod eſt ſonus factus in nubibus propter extinctionem exhalationis ad purificandum aerem: tunc ſcit definitiue. Cum autem ſcit tonitruum per omnia genera cauſarum tunc demōſtratiue cognoſcit. ¶ Notandum eſt preterea ꝙ rectius diceretur circa omnes doctrinas quam circa omnes ſcientias. Nam ꝑ doctrinas rectius explicatur in greco Methodos. Nam doctrina eſt in fieri: ſcientia vero in actu eſſe. ¶ Notandum eſt preterea ex mente Auerrois ꝙ poſitum eſt ſub diſiunctione et nō ſub copulatione. Ad cuiꝰ declarationē nota ꝙ per principia intelligimus cauſas efficientes: et ꝑ cāꝫ: cauſas finales et formales et per elementa: cauſas materiales. Poſitum eſt ſub diſiunctione quia aliqua ſcientia demonſtrat per ſolam cauſam formalem: vt mathematica cum mathematicus abſtrahat a motu non conſiderat de cauſa efficienti: et cum abſtrahat a fine, quia vt habetur ſecundo methaphiſice. In mathematicis non eſt finis nec bonū. i. teſt in mathematicis finem nō cognotāt aut bonū et abſtrahit a mā. Igitur mathematicꝰ ſolū cognoſcit per cauſam formalem. methaphiſicus per cauſam efficientem. Formalem et finalem non vero per materiam. quia tractat de intelligentijs ſeparatis a materia. ¶ Philoſophꝰ demonſtrat per omnia quattuor genera cauſarum. ¶ Ordo nāqꝫ in demōſtrando per cauſas eſt ꝙ prima demonſtratio eſt per cauſam finalem quia finis eſt cauſa cauſarum. Secūda vero per cauſam efficiētem. Tertia vero per cauſam formalem. Quarta per cauſas materiales.

¶ Circa iſtum textum ſunt difficultates. Prima vtrum ad hoc ꝙ ſciamus aliquam ſcientiam oporteat ſcire cauſam talis ſcientie.

¶ Secunda. Utrum ad perfectam notitiam de aliquo requiratur notitia omnium cauſarum eius. Circa primam queſtionem vtrum omnis ſcientia debeat fieri per cauſam pono propoſitiones

¶ Prima ppō. Non eſt per cauſam ſubiecti quelibet tamen eſt per cauſam inherentie ꝑdicati ad ſubiectum. Utraqꝫ pars huiꝰ concluſionis probatur. Nam in hac demonſtratione omne primū ens eſt actus purus: deus eſt primum ens: igitur deꝰ eſt actus purus: primitas entis non eſt cauſa dei ſed eſt cauſa quare hoc predicatum actus purus conueniat deo.

¶ Secunda propoſitio. Ad ſciendū aliquem effectum non ſufficit ſcire cauſam eius: ſed ſcire quia illius eſt cauſa. Nam ſurdus a natiuitate videt cauſam ſoni et tamen non percipit ſonum quia non ſcit eſſe cauſam ſoni.

¶ Tertia. Propoſitio de ſecundo adiacenti non eſt demonſtrabilis ſyllogiſmo cathegorico: ſed hippothetico: vtraqꝫ pars probatur: Nā ſi iſta: cauſa prima eſt probaretur ſyllogiſmo cathegorico eſſet in eius probatione petitio principij. Nā ſic probaretur omnis actus purus eſt: prima cauſa eſt actus purus: ergo prima cauſa eſt: qui negat concluſionem rationabiliter negabit minorem: quia ex illa minore ſola infertur concluſio a propoſitione de eſt ſecundo adiacente ad propoſitionem de ter-

tio adiacente. Probatur: tamen ſyllogiſmo hippothetico ſic arguendo. Si non eſt proceſſus in infinitum in cauſis: prima cauſa eſt. Sed nõ eſt proceſſus in infinitum in cauſis: ergo prima cauſa eſt.

## Circa ſecundam queſtionem eſt

dubium an ad ſcientiam perfectam alicuius rei requiratur cognitio omnium ſuaruʒ cauſarum. Reſpondetur ꝙ ſcientia perfecta eſt duplex. Quedam eſt perfecta ſimpliciter et eſt illa que habet ſm omnes cauſas. Alia eſt ſciẽtia perfecta in genere et eſt illa que eſt ſcientia perfecta alicuius rei ſm aliquam determinatam rationem. vt ſcientia de triangulo quam habet mathematicus. eſt ſcientia perfecta in genere quia eſt perfecta ſm aliquam determinatam rationem mathematicam. ¶ Notandum eſt preterea ꝙ duplex eſt cauſa. ſ. per ſe: alia per accidens. Cauſa per ſe, vt in propoſito, eſt cauſa neceſſaria ad productionem effectus ſine qua effectus non poteſt fieri: et ſic celum et deus ſunt cauſe neceſſarie in productione cuiuſlibet effectus naturalis. Alia ẽ cauſa per accidens: et eſt illa que non eſt neceſſaria in productione effectus licet concurrat ad illum effectum: et ſic petrus non eſt cauſa neceſſaria in productione domus quia poterat fieri a paulo.

## ¶ Reſponſio igitur eſt ad queſtio

nem ꝙ ad ſcientiam perfectam requiritur cognitio omnium ſuarum cauſarum per ſe. Tamen ad ſcientiã perfectam in genere requiritur cognitio omniũ ſuarum cauſarum ſm aliquam determinatam rationeʒ. Nam mathematicus cognoſcit perfecte de triangulo ꝙ habet tres angulos equiualẽtes duobus rectis et tamen ſolum cognoſcit per cauſam formalem.

## ¶ Conſequenter exponendo textũ

dicit. Unde ex vniuerſalibus ad ſingularia eſt procedendum.

## ¶ Quod ſic declaro. Cum Ariſtote

les demonſtraret a principijs exordiri philoſophiã: Dicit nunc ꝙ a magis vniuerſalibus ad minus vniuerſalia eſt procedendum: ideſt primo declaranda ſunt principia vniuerſalia et deinde particularia: et notiora nobis vocat vniuerſalia: Et notiora nature ſingularia: quod dicit bene patet in illo correlario. ¶ Unde ex vniuerſalibus ad ſingularia eſt procedẽdum. Sed Temiſtius et Auerrois: et omnes deniq; expoſitores dicunt ꝙ cum Ariſtoteles intenderet declarare principia et non aliquid aliud: et illa nõ poſſunt declarari per alia priora: declaranda ſunt ab effectibus. Et ideo a notioribus nobis ad notiora nature eſt procedendum: ideſt ab effectibus in cauſas. Super quo nota ꝙ cauſe vocantur notiores nature dupliciter. vel vt dicit doctor ſanctus quia ſunt notiores quantum eſt ex parte ſui: Secus autem ex parte debilitatis noſtri intellectus. Uel dicas vt dicit Auerrois. ꝙ cauſe ſunt notiores nature. ſcʒ. rei inanimate: quia ſi agẽs naturale cognoſceret et primo cognoſceret formam quam facit, quam materiã vbi facit formam. Et poſtea totum compoſitum. Deinde Ariſtoteles probat ꝙ ordo cognoſcendi inchoet ab vniuerſalibus hoc modo. ¶ Sicut ſe habet totum ſenſibile ad ſuas partes, ita ſe habet totum intelligibile ad ſuas partes: ſed totum ſenſibile eſt notius ꝙ ſue partes: igitur totum intelligibile quod eſt genꝰ eſt notius quam ſue partes: ideſt quam ſpecies. ¶ Secundo illud probat philoſophus: Illud quod eſt confuſius et magis compoſitum eſt nobis primo notum: ſed diffinitum eſt confuſius diffinitione: ergo et primo notius quia qua ratione vniuerſalia ꝑpter eſſe confuſiora prius intelliguntur ſingularibus. Eadem ratione diffinita propter eſſe confuſiora prius intelliguntur ipſa diffinitione. Et hoc eſt quod dicit ſubſtinent autem hoc quoddammodo nomina ad rationem ideſt ꝙ quemadmodum vniuerſalia prius cognoſcuntur ſingularibus: ita prius cognoſcuntur diffinita quam diffinitiones. ¶ Tertio probat ꝙ pueri primo appellãt omnes homines patres et omnes feminas matres: et deinde diſtingunt vnumquodq;.

## ¶ Super quo dubitatur an intelle

Scotus

ctus prius intelligat ſingulare quam vniuerſale: ſuper quo ponit᷑ primo opinio Scoti. Dicit enim Scotus ꝙ aliquid eſſe primum ſtat dupliciter. primitate adequationis: et ſic cõceptus entis eſt primus in anima. Aut primus primitate perfectionis et ſic conceptus dei eſt primus in anima: aut primum primitate generationis: et ſic conceptus ſingularis eſt primus in anima. Quod ꝓbat Scotus quia conceptꝰ vniuerſalis abſtrahitur a ſingularibus: igit᷑ primus eſt ſingularis. Similiter intellectus mouetur a ſenſu: ſed ſenſus cognoſcit ſingulariter: ergo et intellectus. Et quia multe authoritates Ariſtotelis videntur ſonare ꝙ intellectus priꝰ intelligat vniuerſalia. Dicit Scotus ꝙ duplex eſt ordo concipiendi: Quidam diſtincte concipiendi: ⁊ eſt quo concipimus aliquid per ea que ſunt de quiditate eius. Alius eſt ordo confuſe concipiendi et eſt quãdo concipimus aliquid per ea que nõ ſunt de quiditate eius. Dicit ergo Scotus ꝙ in ordine diſtincte concipiẽdi primũ concipiuntur magis vniuerſalia: deinde minus vniuerſalia. In ordine confuſe concipiẽdi eſt econuerſo.

Doctor ſanctus

Doctor ſanctus tenet ꝙ intellectus prius cognoſcit vniuerſale et probat authoritate Ariſtotelis tertio de anima. vbi dicit ꝙ ſingulare ſoluʒ intelligitur reflexe. Nam dicit ꝙ intellectus prius intelligit quiditatem et poſtea ſuppoſitum.

Gregorius arimi.

Sed Gregorius ariminenſis diſtinctione tertia primi ſententiaruʒ queſtione tertia dicit ꝙ contrariũ eſt in Ariſtotele. Naʒ dicit Ariſtoteles ꝙ tactus ſentit calidum et frigidũ et intellectus intelligit carnis eſſe ideſt quiditatem carnis. ¶ Poſt conceptum ſingularem dicit Scotus ꝙ primo formatur conceptus ſpeciei ſpecialiſſime. Nam cum agens ſufficienter eſt in actu producit perfectiorem effectum: ſed intellectus informatꝰ conceptu ſingulari eſt ſufficienter in actu ad producendum omnes conceptus vniuerſales: ⁊ inter illos eſt perfectiſſimus ſpecies ſpecialiſſima: ergo illum producit.

Opinio Okam

Alia eſt opinio Ocham in quotlibeto tenentis ꝙ aliquando poſt conceptum ſingularem formamus conceptum tranſcendẽtalem: et hoc eſt quãdo ſingulare intelligitur confuſe: vt ſi intelligas per hoc ſingulare hoc ens: ſi vero ĩtelligas diſtincte: vt ſi intelligas Petrum per iſtum conceptum hic homo: poteris poſt hunc conceptum ſingularẽ habere conceptuʒ ſpeciei ſpecialiſſime. Et hec opinio apparet probabilior quam opinio Scoti.

Opinio Buridani

¶ Buridanus tamen dicit ꝙ ab vniuerſalibus ad ſingularia eſt procedendum: ideſt a ſingularibus magis vagis ad ſingularia minus vaga; qđ bene demoſtratur: ſi veniat aliquis a longe primo concipit quod eſt hoc ens: poſtea hec ſubſtantia: poſtea hoc animal; deinde ly hic homo; ⁊ poſtea ſortes.



# ¶ Incipit tractatus operis in quo Ariſtoteles reijcit omnes errores antiquorum d̃ principijs rerum naturalium. Secundo docet ſm veritatem quid ſit tenendum de eis.

Tex. cõ. 6 NEceſſe autem eſt, aut vnũ eẽ principium, aut plura: et ſi vnũ, aut imobile ſicut dicũt Parmenides ⁊ Melliſſus: aut mobile ſicut phiſici, hi quidem aerem dicẽtes eẽ: alij vero aquaʒ primuʒ principiũ. Si autem plura, aut finita, aut infinita: ⁊ ſi finita plura aũt vno: aut duo: aut tria; aut q̃ttuor: aut ſm alium aliquem numeruʒ. Et ſi infinita, aut ſic ſicut dicit Democritus. Genus vnum: figura autem
Tex. cõ. 7. ⁊ ſpecie differentia; aut etiam contraria. ¶ Similiter autem querunt et que ſunt querentes quot ſunt: ex quibus ſunt que ſunt querunt, primum poſt hoc: vtrum vnum aut plura ſint: et ſi multa, aut finita, aut
Tex. cõ. 8. infinita. Quare principiũ et elemẽtũ querunt vtrũ vnum aut multa: id quidem igitur ſi vnum et immobile ſit quod eſt intendere non de natura eſt intendere ſicut enim geometre non amplius ratio eſt ad deſtruentem principia, ſed eſt aut alterius ſciẽtie: aut omnibus communis. ſic nec alicui de principijs.

## ¶ Commentarium authoris.

DIſputat igitur Ariſtoteles ſi plura ſint principia rei naturalis, ⁊ dicit apud aliquos tantum fuiſſe vnum principium quod erat aer: vt tenet diogenes: cuiꝰ ratio eſt iſta. Illud ex quo omnia fieri debent, debet eſſe maxime paſſibile et mutabile, ſed aer ẽ maxime mutabilis, vt patet ex diuerſitate tempoꝝ: et ẽ maxime paſſibilis quia humidus in ſummo gradu et humiditas eſt paſſibiliſſima qualitatũ. Itẽ ꝙ aer ſit omnium rerum materia patet in formatione corporis fantaſtici ex aere a demone vel angelo. Alij vero ponebant vnum eſſe principium qđ eſt aqua moti, quia ſemina ex animalibus deciſa ſunt velut aque, ⁊ quia videbant plantas non coaleſcere: niſi per aquã. Et iſte fuit tales Mileſiꝰ. Heraclitꝰ qui tenuit omnium rerum naturalium principium eſſe ignem motꝰ argumento quod omne mixtum fit per digeſtionem et digeſtio fit a calido meteororum. 4. Igitur omne mixtum eſt calidum: cuius opinionis fuit Gentilis medicus. Poſt iſtos Phos Eſiodus tenuit principium rerum naturalium eſſe terram: et iſte fuit primꝰ qui auſus fuit ponere terram tanq̃ principium reꝝ naturalium. Et ſuper hoc nota ſingulariter ꝙ in q̊libet mixto dominatur terra quo ad molem. Nam ſi vnum lignum comburatur exit fumus loco aeris flãma, loco ignis aqua, loco aque ⁊ cineres, loco terre plus autem eſt de cineribus quam de aliqua alia re. Et ratio eſt, vt inquit Ariſtoteles in libro d̃ proprietatibus elementorum quia ſi ex aliquo alio elemento mixtum fieret, ſequeretur cum tale elementum ſit valde actiuũ ꝙ rueret citiſſime tota mixti contextura. ſi ignis dominatur tunc enim totum mixtũ breuiſſime diſſoluetur. Alij philoſophi tenebant ꝙ. 4. elementa ſunt principia rerum naturalium.

## ¶ Super quo querit᷑ que ſunt prin

cipia rerum naturalium ſm veritateʒ. Ad qđ reſpõdeo per duas propoſitiones.

Prima ꝓpoſitio.

Prima eſt rerum naturalium ſimplicium ſicut ſunt elementa et celi: principia ſunt materia ⁊ forma. Sed mixtorum que ſunt mineralia ⁊ viuentia cum eorum concõmitantijs principia ſunt elementa. Nã ex quattuor elementis mixta habent fabricari.

## ¶ Secunda propoſitio. Elementa

Secũda ꝓpõ.

non ſunt principia mixtorum, quia ex elementis fiũt mixta: ſed ideo quia quattuor elemẽtis coniunctis inuicem agunt et reagunt: ex quaꝝ mutua actione corrumpuntur quattuor elementa, quibꝰ corruptis mixtum habet formari conſtans ex materia prima, que eſt aggregata ex materijs quattuor elementorum, atq; forma mixti ſubſtantiali. Sʒ Ariſtoteles dicit. Contra negantes principia non eſt diſputãdũ niſi in metaphiſica quã vocat ſcientiam cõmunẽ omnibus: et ideo contra Parmenidẽ et Meliſſum non diſputat, niſi metaphiſice. Ratio Parmenidis ad ꝓbandum ꝙ omnia ſunt vnum ens erat iſta. Omne preter ens eſt non ens et ens eſt vnum cõuertuntur: igit᷑ omne preter vnum eſt non ens: igitur tantum vnum eſt: peccat iſta ratio in materia, quia maior eſt falſa Eſt enĩ vna exceptiua cuius prima exponens eſt falſa. Nam ſic exponitur: omne non ens eſt non ens, et illa eſt falſa, quia eſt affirmatiua, cuius extrema non ſupponũt. Et peccat in forma: nã cõmittitur fallatia equiuocationis. Nam in antecedẽti ſumitur ly vnuʒ tranſcendentaliter: et in conſequenti numeraliter: ita ꝙ valet tantum vnicum ens eſt. Ratio vero Meliſſi vocatur ab Ariſtotele magis onerosa ideſt magis vana quam ea que Parmenides. Arguebat enĩ ſic omne quod generatur habet principium: ergo qđ non generatur non habet principium. Ultra arguebat: ſed ens non generatur: igitur non habet principium. Minor probatur ab illo, quia ſi ens generat᷑ vel generatur ex ente vel non ente: non ex non ente, quia ex nihilo nihil fit. Si autẽ generatur ex ente: petaʒ rurſus de illo ente, et ſi generatur ex illo erit proceſſus in infinitum. Ultra arguebat ens non habet principium ergo non habet finẽ: ergo eſt infinitum et ĩmobile, quia infinitũ non poteſt moueri: non enĩ habet locũ ad quẽ moueatur: cum omnia repleat. Dicit Ariſtoteles ꝙ iſta ratio nulliꝰ eſt momenti. Nã primo peccat per fallaciam cõſequentis: quia cum deberet arguere a deſtructione conſequentis cõditionalis ad deſtructionem antecedentis: argumentatus eſt econuerſo. Secundo peccat, quia cum petit, vel ens generatur ex ente, vel ex non ente.

## ¶ Nota ꝙ iſta prepoſitio: ex: quan

doq; dicit circunſtantiam ſubiecti: et quandoq; circunſtantiam termini a quo. Primo modo intelligũt philoſophi quando dicunt, ex nihilo nihil fit. Secũdo intelligit Ariſtoteles quando dicit: omne quod fit fit ex ſuo contrario. i. per expulſionem ſui contrarij. Dico igitur ꝙ ens fit ex ente vt ly ex dicit circun

ſtantiam termini a quo: ſed ſi dicat circunſtantiam ſubiecti ens fit ex ente idelt in ente: quod eſt materia. Et cum rurſus dicit Meliſſus: ens non habet principium: ergo non habet finem. Neganda eſt conſequentia, quia in antecedente capitur principium ꝓ cauſa efficiente: et in cōſequenti pro termino magnitudinis. Et cum rurſum dicit eſt infinitum: ergo īmobile: nego conſequentiam. Nam licet infinitum non poſſit moueri recte bene motu circulari vt patet de celo.

¶ Dicit preterea text⁹. (Similiter autem querunt: et que ſunt querentes: quot ſunt ex quibus enim ſunt que ſunt.) ¶ Iſte textus vult dicere ꝙ eadẽ queſtio eſt de entibus ꝗ verſatur de principijs. Nam de principijs queritur ſi ſunt vnum vel plura: et eadem eſt queſtio de entibus. Diceret aliquis differunt maxime loqui de pluralitate entium vel principiorum. Nam nō valet hec ſunt vnum principium: ergo ſunt vnum ens. Nam ignis et ſuus calor ſunt vnum principiuꝫ reſpectu forme ſubſtantialis faciende: et tamen non ſunt vnum ens. Dicenduꝫ vt Auerrois ꝙ antiqui agnouerant principium materiale: ſed non formale. Videꝗ dicentes vnum eē principium materiale dicebant eſſe vnum ens: quia illud principium ſi erat aer cum fiebat ignis: ſola alteratione: ille ignis erat aer calefactus: et ſi fiebat aqua erat aer infrigidatus: ergo quia negabāt formam dicebant vnum principium materiale: et oīa eſſe illud: et vnum ens. quod ego intelligerem ſpē.

¶ Pro cui⁹ declaratione notanduꝫ eſt ꝙ opinio Parmenidis et Meliſſi ſubſtentari poteſt naturaliter loquendo ſic ꝙ omnia entia naturalia ſolum differunt accidentaliter: ſed ſubſtantialiter ſunt eiuſdem ſpeciei, ſic ꝙ ſi illud principiuꝫ materiale eſt diſpoſitum vt homo eſt homo: et vt leo eſt leo: et vt lapis eſt lapis: nō ꝗ credas illos vſꝗ adeo delyraſſe vt crederent oīa eſſe vnum ens numero ſed ſpecie: et ſic ſubſtentari valet hec opinio. Quare cōcederetur: homo poteſt eſſe lapis: qꝛ iſta materia prima poteſt eſſe homo: et iſta poteſt eſſe lapis ergo homo poteſt eſſe lapis: dicebant ergo generationeꝫ non differre ab alteratione.

¶ (Cum quidem igitur ſi vnuꝫ et immobile ſit quod eſt intendere non de natura eſt intẽdere.) Vult dicere Ariſtoteles ꝙ Parmenides et Meliſſus dicentes ꝙ omnia ſunt vnū et īmobile nō de natura intendebant: ideoꝗ non pertinet philoſopho naturali hoc impugnare: quia negat principia puta motum: et plura entia: dat comparationẽ (Sicut geometre non amplius eſt ratio ad deſtruenteꝫ principia). i. quemadmodum geometer non diſputat cum negante ſua principia: ſic nec philoſophus diſputat cum negāte ſua principia (ſed eſt aut alterius ſcientie aut omnibus cōmunis) Vult dicere ꝙ philoſophus et geometra non diſputabūt contra negantem ſua principia niſi induendo habitum metaphiſice: vel alterius ſcientie. i. logice quam vocat alteram: quia non eſt ſcientia logica ſed modus ſcientie vel per alteram intellige ſubalternantem per cōmunem logicam et metaphiſicam.

¶ Non enim amplius principium ſi vnum ſolum eſt: principium enim cuiuſdam aut quorundam eſt) quaſi diceret nō poteſt eſſe ꝙ omnia ſint vnum principium. Nam ſi principium reſpectu principiati refertur ſic plura ſunt.

¶ Dubitaret aliꝗs ſi valeat iſta cōſequentia tantum principium eſt: ergo principiatū non eſt: quia non valet tantuꝫ homo eſt: ergo animal non eſt. Nam dictio excluſiua non excludit quod eſt de quidditate alterius: ſed ita eſt vnum relatiuum de quidditate alterius: ergo non valet ꝯña. ¶ Dic vnum eſſe de quidditate alteri⁹ vno modo proprie et ſic non excluditur ly animal de ly homo: et eſt cuꝫ aut eſt pars diffinitionis: aut incluſum in quidditate partis diffinitionis. Secundo modo aliquid ē de quidditate alterius extrinſece per illationem: quia vnum infert aliud et econtra: et per eſſe ſimul natura: et per agnitionem ſimultaneam. Quod autem ē de quidditate hoc ſecundo modo ſufficienter excluditur deniꝗ dictio excluſiua excludit omne illud de quo verificatur contradictorium dictionis a qua fit excluſio.

¶ Dubitatur. Utrum naturalis poſſit diſputare contra negantem principia. Et philoſophus dicit ꝙ non: ſed ꝙ metaphiſico hoc incumbat facere. Sed volo probare ꝙ metaphiſicus nō poſſit hoc facere: quia omnis probatio debet eſſe per probabiliora quam ſit concluſio negata: ſed nil eſt ꝓbabilius primis principijs: ergo nullus illa principia poterit probare. ¶ Pro declaratione huius dubitationis noto de mente Egidij romani ſuper iſto textu tres eſſe gradus ſcientiarum: queddam enim non ꝓbant ſua principia nec reſoluūt vſꝗ ad per ſe notas vt ſunt ſcientie ſubalternate. Alie nō ꝓbat ſua principia ſed reſoluunt vſꝗ ad per ſe notas vt ſciētie nō ſubalternate ſpeciales. Tertie ſunt que probant et reſoluunt per ſe notas, vt ille due ſcientie cōmunes. Modus autem probandi non eſt ex probabiliorib⁹ ſimpliciter ſed probabilioribus neganti: vt ſi neget aliquis de quolibet dicif affirmatio vel negatio vera et de nullo ſimul ambo probabitur: quia iſti qui negabant hoc principium concedebant ens et vnuꝫ eſſe: ergo ex illo patet falſum eſſe, nullū ens eſt. Itē ex conceſſis poterant illos conuincere, vel dicitis verum vel non: ſi dicitis verum: ergo falſum eſt: non dicitis verum, ergo de nullo ſimul ambo.

¶ Similiter igif intendere eſt: ſi ſic vnum eſt et ad aliam poſitionem quamlibet diſputare: verbi gratia: ad dictā: aut Heraclitanam.) Vult dicere illud quod ſcribitur in primo ethicorum: nō omnes opiniones ſunt perſcrutande: ſed que meliores iuxta illud philoſophi primo thopicorum: quolibet dicente contraria opinionibus ſapientum ſollicitum eſſe ſtultum eſt. Non enim diſputādū contra Heraclitum dicentem oīa eē in cōtinuo motu: ⁊ nil poſſe ſciri: dicit dictā. i. gratia diſputationis admiſſam (aut ſi aliquis dicat hominẽ vnū quod eſt eſſe) quod erat Parmenidis dicentis, totum quod eſt eſt vnus homo. (Aut ſoluere rationem litigioſam qđ ſane vtreꝗ quidē habent rationes et Meliſſi ⁊ Parmenidis: etenim falſa recipiūt et non ſyllogiſantes ſunt.) Vult dicere non eſſe ſoluendas rationes horū eo ꝙ falſa recipiant. i. peccent in materia et non ſillogiſantes ſunt. i. peccāt in forma. addit text⁹. (Magis Meliſſi oneroſa rō). i. vana vt dicit Auerrois. (et non habens defectum). i. dubium ꝙ ſit mala magis vana ſubaudias quam illa Parmenidis: ſed ne crederes Parmenidem approbari ſubdit (ſed vno inconuenienti dato alia contingunt hoc autem nihil difficile). ſ. videre quaſi diceres, Etiam Parmenides maledicit, quia ſequuntur ex ſua opinione multa inconuenientia. Tex. cō. 9. Tex. cō. 10.

¶ Similiter nec ſoluere omnia conuenit ſed aut quecūꝗ ex principijs aliꝗs demōſtras mentitur.) Vult dicere non conuenit oēs ſoluere rōnes: ſed illas in quibus poſt principia conceſſa quiſpiam infert concluſionem falſam ꝓpter male concludere: aut male intellixiſſe principia (Quodcūꝗ vo non minime). i. ꝗcunꝗ non ſequunf nec inferunf ſupponendo principia minime debet impugnare. Dat exempla in mathematicis ꝯtra quos debeat diſputari et cōtra quos non. Ut illū modū quadrandi circulū ꝗ erat Hippocratis chij ꝑ portiones lunulares arguens: ꝙ ſi portiones lunulares poſſunt quadrari et totus circulus non probat: ſed qꝛ non negat principia in illud eſt arguendū. Non inquā ꝓbat qꝛ aliđ eſt de toto circulo et de portionibus. Dicit text⁹ hoc modo (vt tetragoniſmum eū quidē qui ꝑ deciſiones geometrici eſt diſſoluere illū aūt qui antiphontis nō geometrici.) Antiphon fingebat intra circuluꝫ quadratum et ſuper latera quadrati trianguluꝫ yſochelem et ſuper latera iſochelis iterū iſochelē: et ſic cogitabat peruenire ad aliquā figuram polygoniā eꝗlem circulo quā poſtea quadrabat. Sed cōtra hūc non eſt diſputandum qꝛ cogitabat circulū conflari ex indiuiſibilibus. Et hoc eſt contra geometrie principia, ꝗ dicunt diuiſionē cuiuſꝫ cōtinui ire ī infinitū.

¶ Dubitatur vtrum ꝯtra negantes principia ſit diſputandum: pro quo noto ꝙ principia rerum naturaliuꝫ ſunt triplicia, vt inquit Auerrois primo phiſicorum cōmēto tertio: quedā ſunt doctrine tantum: quedam vero eſſe tantum. Quedam vo eē et doctrine ſunt. principia doctrine ſunt per ꝗ docemus de rebus naturalibus ꝓprietates et accidentia, talia ſunt motus et alia accidentia reꝝ naturalium. Nā accidentia magnā partē cōducūt ad cognoſcendū quod quid eſt. i. de aīa: et accidentia nō ſunt principia eſſe. i. principia conſtitutiua rei naturalis qꝛ ex non ſubſtantijs non fiunt ſubſtantie: vt ait Ariſtoteles in predicamento ſubſtantie. Principia vero eſſe. Illa ſunt que ſunt conſtitutiua rei naturalis: tñ non ducūt in cognitionē rei naturalis: cum ꝑ iſto ſtatu a nobis male agnoſcāf vt materia. Forma aūt eſt principium eſſe rei naturalis ac cognitionis: qꝛ per illam venimus in cognitionē naturalis compoſiti. ſic arguendo aliquid fit non materia ꝗ forma, Sequif ergo compoſitum naturale cognoſci eſſe tale aut tale qꝛ forma que fit eſt talis. Ad qōnē igif reſpondetur ꝙ cōtra negātes principia doctrine nō eſt diſputandū: qꝛ cū ſint notiſſima in ſciētia deberem⁹ diſputare de illis per ignotiora: ꝗ diſputatio nihil valet. Sed contra negantes principia eſſe bene eſt diſputandum: vt pꝫ per phm ꝓbantem materiam primaꝫ eſſe et formā ſubſtantialem: ſic etiam in geometria diſputabitur contra illos qui dicūt aliqđ falſum non bene intelligendo principia. Sic ꝯtra Briſonē qui ꝓbat quadraturam circuli hoc modo capiebat quēdam circulum intra quē deſcribebat quadratum ⁊ arguebat ſic. Oēs linee ꝯſtituentes quadratū ſunt equales oībus conſtituentibus circuluꝫ: ergo quadratum eſt equale circulo: ꝯña eſt nota: et ꝓbaf aīs qꝛ corde circuli ſunt equales arcubus: quod ꝓbat: qꝛ omnes linee ducte ab eiſdem punctis ⁊ finientes in eiſdem ſunt equales. Ad hoc reſpondetur ꝙ illa regula intelligitur cōparando lineas rectas lineis rectis et circulares circularibus et non aliter. Contra Antiphontem tñ non eſt diſputādū apud geometram. Nam ad quadrādū circulum preſupponebat vnum contrariū principioꝝ geometrie ꝙ continuū componitur ex indiuiſibilib⁹ cōſtituto circulo et intra ipſum inſcripto quadrato: deinde inter quadratum et circulū componendo octogonū arguebat ꝙ circulus et quadratus ſunt equales quia ſunt equales vni tertio. ſ. octogono: et hoc ꝓbat qm̄ oīa iſta componuntur ex octo indiuiſibilibus in circulo. Bene patet qꝛ aſſignantur per octo puncta octogoni ⁊ de octogono liquet et de quadrato etiam ꝓducēdo lineas ab angulis octogoni vſꝗ ad coſtas quadrati perpendiculares. (Habet enī phiam hic reſpect⁹.) intellige de prima philoſophia que eſt metaphiſica. Nam metaphiſica vocatur duabus de cauſis primo a meta. ꝙ trans. et phiſis. qđ eſt natura: quaſi trāſcēdens res naturales: eleuat enim ſe ad contemplationem rerum ſupernarum. ſcꝫ. intelligentiarum ⁊ dei. Aliter dicitur metaphiſica quaſi ſcientia tranſcēdētalis tractat de rebus vniuerſaliſſime conſideratis. et dicitur prima philoſophia: vt dicit Scotus in ꝓlogo metaphiſice qōne prima primitate cōmunitatis: qꝛ de rebus cōmuniſſimis ⁊ prima primitate dignitatis ꝗ tractat de rebus digniſſimis. Declaraf magis dictum Auerrois de triplici mō principioꝝ.

¶ Principium cognitiōis ſunt ſuppoſitiones in ſcientia vt motum eſſe plura mobilia eſſe: quod licet habet cauſam ſubiectiuam non pōt monſtrari per illam qꝛ omne qđ illa habet nanciſcimur ex motu principiū eē. ē materia et forma. Utrūꝗ eſt ꝓpō definitiua naturalis vt res naturalis ē principiū motus et quietis: vt forma eſt principiū eſſe: vt diffinitio principiū cognitionis: principia cognitionis aut cognitionis et eſſe nequeunt demonſtrari.

¶ Sed qm̄ de natura loquentes nō naturales defectus contingit dicere ipſos: fortaſſis bene ſe habet aliquantulum diſputare de ipīs. Hēt enim philoſophiā reſpectus principiū aūt maxime proprium omniū ꝙ multipliciter dicitur quod eſt.) Vult dicere iſte Parmenides et Meliſſus de natura loquentes. i. cum ſint pars phīe naturalis contingit dicere nō naturales defectus. i. non dubitant vt boni naturales qꝛ vertūt in dubiū principia. Fortaſſis bene ſe habet aliquantulum diſputare de ipīs. i. contra ipſos (Hēt phiaꝫ reſpect⁹. i. pertinet ita diſputare ad primam phiaꝫ ſupponaf aūt vt principiū maxime ꝓprium ꝙ ens dicif multipliciter. i. de decē predicamentis. Diceret aliquis petit principium. Nam ſupponendo ens dici multipliciter ꝓſupponit plura eſſe. Reſpondetur ꝙ non eſt ita. Naꝫ ly homo multipliciter dicitur de ly currit in his duabus: oīs hō currit: aliquis hō currit: et tñ non ē ly hō multa. Tex. cō. 12

¶ Quomodo dicūt vnū oīa vtrum ſubſtantiam oīa aut quātitatem oīa aut ꝗlitatē: hec oīa differunt multū et ſunt impoſſibilia dicere: ſi quidem enim oīa erunt et ſubſtantiā ⁊ quale et ꝗntum: et hec ſiue reſoluta ſint ad inuicē: ſiue nō: multa ſunt ꝗ ſunt.) Vult dicere qđo dicūt oīa eſſe vnū copulatiꝫ ꝙ oīa ſunt vna ſubſtantia et vna qualitas et vna quantitas vel copulatiue ꝙ oīa ſunt vna ſunt vna ſubſtantia et oīa vna qualitas. Hec oīa. ſ. copulatim et Tex. cō. 13.

copulatiue differūt multū et ſunt impoſſibilia dicere ſiq
dem oīa erunt et ſubſtātia et quale ⁊ quātū: et hec ſi
ue reſoluta ſint ad inuicē ſiue nō: i. ſiue copulatim ſi-
ue copulatiue multa eſſe conuincitur.

¶ Dubitaꝛ ſi ens ē equiuocū. Dico
breuiter ſi vocas equocū qui ſigt plura pluribꝰ ſigtio
nibus ſiue eq̄ prio: ſiue vnū per priꝰ et aliō per poſte
rius: ſic ens non eſt equiuocū. Et ſi illo mō eſſet equi
uocū eſſet hec falſa: accidens eſt ens: ſicut iſta: hō pi
ctus eſt hō. Sed ſi equiuocū large ſumaꝛ ꝓ illo qui
ſigt vnū per priꝰ ⁊ aliud ꝑ poſteriꝰ vna ſigtione ſic ly
ens equiuocum eſt; et ly natura vt dicitur de mate
ria et forma: et ly motus prout dicitur de ſex ſpecie-
bus motus.

¶ Notandum eſt circa iſtā materiā
ꝙ equalitas quadrati demonſtrabilis de circulo nō
eſt equalitas cōtinentie ſed extēſionis. qꝛ ſi. a. circu-
lus eſt equalis. b. quadrato extenſiue adhuc. a. erit
maioris cōtinentie. Pono ꝙ diameter. a. ſit longitu
dinis vt. 14. et qꝛ circuli ad ſuā diametrū ē ꝓportio
tripla ſexquiſeptima ſequiꝛ. a. circulū eē magnitudi-
nis vt. 44. et vt ſuppoſitū eſt. b. eſt equale. a. Igiꝛ. b
quadratū eſt magnū vt. 44. cuiꝰ q̄lꝫ coſta eſt. 11. mul
tiplicetꝛ ergo medietas. a. q̄ eſt. 22. per medietatem
ſui diametri q̄ eſt. 7. et ſequiꝛ arcā circuli ꝯſurgēteꝫ
eſſe cōtinentie vt. 154. Deinde multiplicetꝛ vnū latꝰ
b ꝑ aliud ſcꝫ. 11. ꝑ. 11. et cōſurget archa quadrati cō-
tinentie. 121. Sed numerꝰ. 154. eſt maior nūero. 121.
Igiꝛ cōtinētia. a. eſt maior ꝯtinentia. b. Ergo hmōi
figure equales equalitate magnitudinis non ſunt
eq̄les equalitate cōtinentie.

¶ Si vero oīa aut quale aut quantū
ſunt: ſiue cum ſit ſubſtātia ſiue non: inconueniens eſt:
ſi oportet inconueniēs dicere impoſſibile nullum au
tem aliorum ſeparabile eſt extra ſubſtantiā omnia
namq̄ꝫ de ſubiecta dicuntur ſubſtantia.) Uult dice-
re ꝙ ſi vellis oīa eſſe vnam qualitatem vel vnā quā
titatem ſiue exiſtente ſubſtātia ſiue nō inconueniens
eſt. Nam accidēs nōn poteſt eē ſine ſubſtantia. i. ſub
iecto ſi opꝫ incōueniēs dicere impoſſe. i. ironice ſi im
poſſibile placet vocare incōueniēs (Meliſſus ātē qō
eſt infinitū dicit eſſe; quātū itaq̄ꝫ aliquid ē qō eſt infi
nitū in quātitate eſt. Subſtantiā enī infinitā aut q̄li-
tatē aut paſſionē eē nō cōtingit niſi ſm̄ accidēs ſimul
et aliq̄ quantitates ſunt: infiniti aūt rō quantitati cō
gruit ſed non ſubſtātie neq̄ꝫ qualitati.) Uult dicere
cū Meliſſus dicat oīa eē vnū ens quātū: et quātitas
non ſit abſq̄ꝫ ſubſtantia: erit ſubſtantia et quātitas; ⁊
ita duo erunt: ergo nō ſolū vnū qꝛ cetera ſunt quāta
de per accidēs alia a ſubſtātia. i. per quātitatē. (Si
quidē igiꝛ ſubſtantia eſt et quātū et duo et nō vnū ē
qō eſt ſi vero ſubſtātia ſolū nō infinitū eſt neq̄ꝫ magni
tudinē habebit vllā. ſupple tu ad ſequēs. ꝙ ſi habue
rit magnitudinē quātū quoddam erit: ergo duo et
non vnum ſunt.)

¶ Dubitaꝛ vtrū rō finiti vel infiniti
q̄ntitati cōgruat: videtꝛ ꝙ nō qꝛ motores celoꝝ ſunt
finiti qui non ſunt quāti. Hāc q̄nē ꝑtractat Scotus
2. meta. q. 6. Nymphꝰ ſuꝑ iſto loco. Ioānes gādauē
ſis. 8. huiꝰ q̄ turpiter aberrauit cogitans ꝙ hec non
cōueniāt niſi ſoli quanto molis. Sed fallitꝛ vn̄ firmitꝛ
tenendū eſt ꝙ duplex eſt quantū vnū acceptū a men
ſura potentie. alteꝝ acceptum a menſura ponderis.
quemadmodū dicimus terrā ponderoſiorē igne; tū
ignē pollentiorē: addimꝰ nil eſſe finitū et infinitū niſi
quantū predicamentaľr qō eſt molis vel attributiōe
ad illud vnus nāq̄ꝫ motor ē maior altero: nō penes
magnitudinē qua ſit tantus aut quantus; ſed penes
magnitudinem maiorē aut minorem quam mouet ⁊
ita quantitas vigoris attributione ad quātū molis
proficiſcitur.

¶ Dubitaꝛ an hec infinitudo exclu-
dat rationē generis: et qō eſt ad ꝓpoſitū qꝛ cū q̄ratꝛ
ens infinitum vtrū ſit ſubſtātia quantitas aut q̄litas
ſequiꝛ q̄nē eſſe ad ꝓpoſitū. Dicūt ergo aliqui vt ſco
tus in diſtinctione. 8. primi. q. 2. ꝙ q̄n ad ſumitatē in
aliqua ſpē ſequiꝛ ſumitas in ente talis ſpēs eſt extra
genus: ſꝫ q̄n non ſequiꝛ ad ſumitatē in ſpē ſumitas in
ente tūc non poniꝛ extra genꝰ verbi grā qꝛ bene ſe-
quiꝛ eſt ſumꝰ deꝰ ergo eſt ſumū ens: non poniꝛ deꝰ eē
in predicamēto: ſꝫ qꝛ non ſequiꝛ eſt infinita quātitas
ergo eſt ſummum ens ideo infinita quantitas: bene
ponitur in predicamento: ſed in veritate credide-
rim ꝙ ſm̄ Ariſtotelem nullum infinitum quomodo-
cunq̄ꝫ fingatur poteſt eſſe in predicamento quoniaꝫ
infinitum dicit rationem impoſſibilem que ab omni
predicamento fugit: Et hec eſt ſentencia Franciſci
liqueti in ſuo primo. diſtinctione octaua queſtione ſe
cunda.

## Textꝰ ſiue reſoluta ad inuicem.

Commentarium Solet fieri vnū
argumentum ad probandum ꝙ accidēs poſ
ſit eſſe ſine ſubiecto naturaliter. De aere qui
cum ſit illuminatus a ſole moueatur per ventum ad
locum ad quem non attingunt radij ſolares: ⁊ ſequi
tur ꝙ cum ſubiectum ſit aliud et aliud: ſi lumen eſt
idem accidens tranſit de ſubiecto in ſubiectum. Si
vero lumē eſt aliud et aliō ſequitur ꝙ quātouis par
uo tempore infinita lumina poſſent fieri. Ad qō tu
dicas cōcedēdo hoc ſecundū nec eſt repugnans: qꝛ
lumen ꝓducitur in inſtanti et in quantum vis paruo
tempore ſunt infinita inſtātia.

## Textus ſiquidē igiꝛ ſubſtantia.

Commentarium circa hunc tex-
tum. Queritur vtrum quantitas diſtingua-
tur a re quanta: Et hec queſtio continebit
duos articulos: primus erit de quantitate continua
et ſecundus de quantitate diſcreta. Circa primum
tres ſunt opiniones. Prima tenet q̄ntitatē diſtingui
a re quanta et dabiles eſſe lineas puncta et ſuperfi-
cies. Et hec eſt opinio realium. Secunda eſt opinio
Buridani tenētis ꝙ quātitas continua diſtinguitur
a re quanta: ſed non poniꝛ lineas ſuperficies et pun
ta diſtinctas a ſubſtantia: et mouetur argumēto veſi
ce inflate aere: que reſiſtit cōprehēſſioni: non ꝓpter
veſicam: nec propter aerem quia denſior eſſe poteſt.
Igitur ꝓpter quātitatē ne quātitas corrumpatur.
Tertia eſt opinio nominalium aſſerentium ꝙ quan-
titas ꝯtinua eſt idem ꝙ res quanta.

¶ Sed ꝯtra opinionem realium ſic
arguitur argumēto cōmuni. Uolo ꝙ deus ſeparet
quātitatem a ſubſtātia partibus in ſuis ſitibꝰ rema
nētibus. Iam ſubſtātia manet extēſa et ſine quātita
te. Igitur nō requiritur quātitas. Ad hoc argumē
tum dicamus ꝙ ſupernaturaliter nō requiritur quā
titas; Naturaliter tamē loquēdo ſi quātitas aufera
tur ſubſtātia fluet ad pūctum, vt dicit Paulus vene
tus. vel dic vt Scotꝰ Subſtātia deſinit eſſe ꝑ primū
nō eſſe: Nam cum quātitas habeat partes continui
cōtinuare ipſa ſublata ſi manet ſubſtantia maneret
diuiſa in omnem ſuam partem: quod eſt repugnans
potentie dei. Secundo arguit contra eandem opi-
nionem. Sequeretur ex illa opinione hoc principi-
um geometrie eſſe falſum: ſi ab equalibus equalia
demas que remanent ſunt equalia. Patet ſequella:
quia auferendo quantitates duorum pedalium re-
manēt ſubſtantie que nō ſunt equales quia non ſunt
quante. Dicas ad hoc: principium illud ſic intelligi
debere; ſi ab equalibus quantitatibus equales quā
titates demas que remanent quantitates erūt equa
les. ſed ille ſubſtantie que remanent non ſunt equa-
les.

¶ Secundo contra opinionem rea
lium ſit vna ſubſtantia pedalis q̄ rarefiat ad duplū:
tunc ſic arguo. Illa ſubſtantia pedalis que modo
de nouo aduenit vel erat penetratiue cum alia vel
nō: ſi dicatur ꝙ erat penetratiue cum illa hoc eſt fal
ſum quia non datur penetratio ſubſtantiarum: ſi di-
catur ꝙ non erat penetratiue cum alia: petam vel il
la ſubſtantia que aucta eſt habet eandem quantita-
tem quam antea habebat vel aliam. Si aliaꝫ ſequiꝛ
ꝙ infinite quantitates fierent et deſtruerentur in tē
pore quantūuis paruo rarefactionis quod videtur
falſum. Si vero dicatur eādem quantitatem rema-
nere arguitur ſic. Eadem quantitas non poteſt ſub-
iectum denominare magis q̄ antea denominabat ſi
cut nec eadem albedo poteſt denominare ſubiectū
magis albū q̄ antea erat. Dicatur ad hoc argumen
tum ꝙ eadem quantitas manet in eadem parte pe-
dali que ante fuerat ſemipedalis: ſed manet magis
diſtēſa ⁊ ideo poteſt denominare ſubiectum eſſe ma
gis tale.

¶ Sed contra opinionem realium
aſſignātium puncta lineas et ſuperficies diſtinctas
a ſubſtantijs ſic arguitur. Punctum eſt ſubſtātia vel
accidens: non primum: ergo ſecundum: ꝙ ſi eſt acci
dens igiꝛ diuiſibile vel indiuiſibile: non primum ex
diffinitione puncti. Nam punctum eſt cuius pars nō
eſt habens poſitionem in continuo permanēti. Dici
tur in continuo ad differentiam vnitatis. Dicitur ꝑ
manenti ad differentiam inſtantis. Non indiuiſibile
quod probatur quia vel habet ſubiectum diuiſibile
vel indiuiſibile: non ſecundum: quia cum tale ſubie-
ctum ſit linea: et illa ſit indiuiſibilis continuum com
poneretꝛ ex indiuiſibilibus. Si vero dicas ꝙ habet
ſubiectum diuiſibile ſequitur ꝙ punctum eſt exten-
ſum quia habet ſubiectum extenſum. Dicas ad hoc
ꝙ punctum eſt indiuiſibile et habet ſubiectum extē
ſum: quia tamen illud ſubiectum eſt inadequatum
nō ſequitur ꝙ punctum eſt extenſum. Ubi notare li
cet apud reales lineam cōtinuari et terminari per
puncta: et tamen non componi ex punctis: nec pun-
ta eſſe poſſe immediata, quod intellige in eadem li
nea: ſecus autem in diuerſis lineis: et ſuperficies cō
tinuatur et terminatur per lineas: et non componiꝛ
ex eis: et idem dicas de corpore reſpectu ſuperficie
rum. Ubi notādum eſt ꝙ preter lineas: ſuperficies:
et puncta reales aſſignant quantitatem diſtinctam
a re quanta tanq̄ accidens longum latum et ꝓfun-
dum. Nam cum omnia accidētia dempta quantita-
te recipiantꝛ in quantitate et non poſſunt recipi in ſu
perficie nec in linea nec in puncto quia nō eſt dabi-



lis quantitas linealis punctalis; nec ſuperficialis:
ponendum eſt tale accidens.

¶ Secundo arguitur cōtra opinio
nem realium: ſequeretur ex illa ꝙ eſſet dabilis ali-
quis color ſuꝑficialis: qō toti philoſophie repugnat
Sequella probatur quia aliquis color videtur: et ſi
ille eſt longus latus tantum ſequitur ꝙ datur color
ſuperficialis. Si vero ille qui videtur eſt profundꝰ
igitur viſus noſter penetrat ad profunduꝫ rei opa-
ce. Dicendum eſt ad hoc ꝙ ille color qui videtur eſt
profundus et videtur inadequate ſm̄ profunditatē
taliter ꝙ quelibet pars terminata ad ſuperficieꝫ vi
detur, ſed inadequate.

¶ Confirmatur illa ſequella autho-
ritate philoſophi in de ſenſu et ſenſato dicentis. Co-
lor ē extremitas perſpicui ī corpore terminato. Si
eſt extremitas ī corpore terminato igiꝛ ſuꝑficie ter
minaꝛ corpꝰ oppacū q̄ nō ē ꝑſpicui Dicas ad hoc cū
Buridano in eodē libro ꝙ Ariſt. noluit dare diffini-
tionem colorum: ſed tantum tradere moduꝫ quo co
lor videtur: et ideo illa diffinitio ſic explicatur: Co-
lor eſt ideſt videtur in corpore terminato ideſt op-
paco: extremitas perſpicui ideſt modus quo videtꝛ
eſt immutādo per ſpecies aerem perſpicuum ideſt
diaphanum qui ē prope oppacum: et inde paulatim
immutatur aer vſq̄ꝫ ad aerem proximum oculo qui
immutat oculum in ipſo cauſando ſpecies.

¶ Tertio contra opinionem realiuꝫ
Sequeretur contra Euclidem ꝙ circa idem cētrū
fabricarētur duo circuli equales: vt patet de ſuper-
ficie conuexa celi lune et concaua mercurij, quas eē
equales perſuadetur. Ductis duabus lineis a cētro
mundi: vna ad ſuperficiem conuexam celi lune: alte
ra ad concauam mercurij: que ſi ſunt equales habetꝛ
intētum: ſi vero inequales excedat vna alteram per
vnam pedalitatem: ſequitur inter celum et celū eſſe
vacuum. Ad hoc argumentum reſpondetur ꝙ ille
due ſuperficies ſunt equales: et non eſt inconueniēs
circa idem centrum fabricari duos circulos equa-
les quando ſunt termini diuerſorum corporum. Et
ſi aliquis peteret an ille due ſuperficies habēt ſe pe
netratiue: quia videtur ꝙ ſi in quocunq̄ꝫ loco eſt ali-
quod punctum vnius in eodem loco eſt pūctum cor
reſpondens alterius: igitur habent ſe penetratiue.
Dicas ad hoc ꝙ cum accidētia ſint in loco de per ac
cidens ideſt in loco ſuorum ſubiectorum ⁊ ſubiecta
non ſunt in eodem loco nec etiam ſuperficies.

¶ Deueniendo ad opinionem nomi-
nalium. Nota ꝙ aliqua quantitas eſt idem quod ſub
ſtantia: et aliqua quantitas eſt idem quod accidens.
Quantitas enim panis eſt idem quod panis: et quā
titas albedinis panis eſt idem quod albedo panis.

¶ Contra hanc opinionem inſtatur
argumento veſice. Sit vna veſica plena aere obſtru
cta ex parte ſuperiori, et comprimatur manibus; re
ſiſtit compreſſioni, nō niſi ratione quantitatis aeris:
aer enim non reſiſtit quia denſior eſſe poteſt.

¶ Ad hoc argm̄ dico ꝙ iſta ꝯña ni-
hil valet. Aer denſior eſſe poteſt: ergo non reſiſtit cō
preſſioni. Nam aqua parum calida calidior eē pōt:
⁊ tn̄ reſiſtit calefactiōi. Oportebat arguere ille aer
denſior eſſe pōt in naturali diſpoſitione: igiꝛ non re-
ſiſtit comprehēſſioni; ſed tunc añs eſt falſum.

¶ Notandum eſt ꝙ aliqua qualitas ſpiritualis pōt fieri extenſa: et aliqua extēſa pōt fieri non extenſa. Primū pꝫ, ſi detur vna noticia intēſa vt quattuor: cuius vnus gradus ponatur in vna q̄rta vniꝰ pedalis: et alij tres in tribꝰ alijs q̄rtis. Rurſuꝫ medietas vnius gradꝰ ponaẗ in vna octaua: et alia medietas in alia octaua; et ſic in infinitū donec non maneat aliquis gradus noticie cū alio penetratiue. Jam illa noticia eſt extenſa qꝛ hꝫ oēm partem extra partē: igiẗ qualitas ſpūalis pōt eſſe extenſa. Itē q̄litas extenſa pōt fieri non extenſa: vt pꝫ de albedine pedali, ſi reducaẗ ad non quantū. Hec dicit Geruaſius i ſuis noticijs: atq; Coronel. 5. phiſicoꝝ ad calcē.

Secūda inſtantia.

¶ Secunda inſtantia in noīales eſt. Inquiunt mathematici ꝙ perfecte ſphericū tangit perfecte planū in puncto tm̄: igiẗ pūcta ſunt dabilia diſtincta. Ad hoc argm̄ dicit Gregoriꝰ. 2. ſenten. ꝙ modus loquendi realiū circa puncta et lineas ē ſubtilior. Attamē verior eſt opinio nominaliū. Dico igitur ꝙ ſm nominales perfectū ſphericū tangit perfecte planū in puncto tm̄. i. in parte ſubiecti inadeq̄te accepta: pūctū enī ſm nominales eſt pars inadeq̄ta corporis ſm latitudinē. Linea eſt pars inadequata corporis ſm longitudinē. Unde punctū et linea ſuperficies et corpꝰ ſunt idē realr̄ cōnotāt tandē diuerſa.

Tertia inſtantia.

¶ Tertia inſtantia in noīales, ſequeretur ꝙ angulus acutus eſſet maior recto. ꝯñs eſt contra oēm mathematicā; ergo opinio. ſequella pbaẗ qꝛ ſi angulꝰ eſt ſpaciū inter lineas pōt maiꝰ ſpaciū claudi inter lineas conſtituentes angulū acutū ꝙ̄ rectuꝫ ergo intentum. Diciẗ ꝙ angulus eſt ſpaciū inter lineas. ⁊ cum arguitur ꝙ angulus acutus eſſet maior recto qꝛ īcludit maiꝰ ſpaciū diciẗ ad hoc ꝙ ſumptis lineis pibꝰ ſemp rectꝰ includit maiꝰ ſpaciū ꝙ̄ acutꝰ.

Quarta inſtantia.

¶ Quarta inſtantia ꝯ noīales eſt, ſi linea nō diſtingueretur a corpore ſequereẗ ꝙ aliqđ maximū in natura non eſſet menſurabile per lineam maximam; ꝯñs eſt falſuꝫ: ergo et añs; ſequella pbaẗ. Nam celū maximā non eſt menſurabile linea maxima: qđ ſic pbatur. Nam ſi illa linea maxīa debet tangere partē extremā celi que cū ſit rotunda non pōt tangi a linea extēſa niſi ſperice; qđ ſi ſic pars media iſtius eſt longior ꝙ̄ ipſa tota; igiẗ illa linea non ē maxima. Ad argm̄ r̄ndeẗ ꝙ oē diſformiter lōgū eſt ita lōgū ſicut longiſſima pars; et ſic ē de illo diametro.

¶ Circa quantitatem diſcretam notā ꝙ diuus Thomas tenet ꝙ numerꝰ diſtinguiẗ a rebus numeratis: non tm̄ ab vnitatibꝰ reꝝ numerataꝝ. Scotus tm̄ opinaẗ ꝙ numerus diſtinguitur a rebus numeratis et ab vnitatibus rerū numerataꝝ et ē indiuiſibilis formaliter. diuiſibilis tm̄ preſuppoſitiue. Nominales vero tenent ꝙ numerus eſt ideꝫ qđ res numerata. Sed ꝯtra Scotū eſt bona inſtantia: ſeq̄retur idem moueri motibus cōtrarijs. ꝯñs eſt falſuꝫ ergo et añs. ſequella pbaẗ. Uolo ꝙ ſit vnꝰ quaternarius in quattuor hominibꝰ q̄ ſimul incipiāt moueri ad quattuor plagas celi: tunc ille quaternariꝰ mouetur: qꝛ motis nobis moueñẗ illa q̄ ſunt in nobis: phi. 4. et tm̄ cū non ſit potior rō ꝙ moueaẗ ad oriēs ꝙ̄ ad occidens ſequiẗ ꝙ mouebiẗ quattuor motibus ꝯtrarijs ſimul et ſemel. Et confirmatur. Sequereẗ ꝙ aliqđ moueretur neq; in loco neq; ī vacuo. Pꝫ de illo q̄ternario q̄ nō moueẗ in vacuo neq; in loco qꝛ ē in locis.



¶ Ad hoc argm̄ reſpondetur ꝙ ille quaternarius mouetur motibus contrarijs copulatiuꝫ nō copulatiue. Uel dicas ſecūdo ꝙ idē moueẗ motibus cōtrarijs de per accidens. Uoco moueri d̄ per accidens qđ moueẗ ad motū alterius, ppter qđ partes alicuius totius et accidentia illius moueñẗ de per accidens. Exemplū eſt familiare de aīa rōnali que quidem ſimul aſcendit et deſcendit, ſi quiſpiā eleuato brachio dextro deprimat ſiniſtrum.

¶ Sed contra hoc replicaẗ. Uolo ꝙ ſit vnus angelus in pūcto. a. et īmediate poſt hoc repleat vnā pedalitatem ſupra et vnā alia infra. a. tūc angelus ille ſimul aſcendit et deſcendit de p ſe. Naꝫ cū appropinquet ad celū aſcendit: et cuꝫ appropinquet centro deſcendit: ergo ſimul aſcendit et deſcēdit. Ad hoc dicēdum ꝙ ille angelus in illo caſu neq; aſcendit neq; deſcendit. Unde aſcendere eſt appropinquare ad celum remouendo ſe a centro: vel ſaltē non appropinquando tm̄ vel magis ſicut ad celum. Et ita in illo caſu ille angelus nec aſcendit nec deſcendit. Et p oppoſitū diffiniaẗ quid eſt deſcendere.

¶ Amplius qm̄ et ipſum vnum multipliciter diciẗ quēadmodū et qđ eſt intendendū q̄uo dicunt vnum eſſe oē: dicitur enī vnū: aut cōtinuū: aut indiuiſibile: aut quoꝝ rō vna ⁊ eadē: q̄ aliqđ erat eē: quemadmodū vappa et vinū: ſi quidem igiẗ cōtinuū multa ſunt qđ eſt: in infinitum enim diuiſibile eſt continuum: habet autē dubitationem de toto et parte. Fortaſſis aūt non ad hāc rōnē ſꝫ ad ipam ſm ſeipam vtrum vnū aut plura pars et totū et q̄uo vnū aut plura: et ſi plura, q̄uo plura: et de partibus non ꝯtinuis et ſi toti vnū vtrūq; eſt ſicut indiuiſibile qm̄ et eadeꝫ eiſdē erunt.) Uult dicere ꝙ cū vnū et ens ꝯuertanẗ cū ſint tranſcendentia ſi multipliciter diciẗ ens ſimiliter et vnū: q̄uo erūt vnū oīa: vel continuitate; et hoc non qꝛ iam ſunt plura. ſ. partes continui. Nam continuū eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia vel ſunt vnum ſicut indiuiſibile: et poſtea probat ꝙ ſi omnia ſūt eē vnū: vel ſunt vnū rōne q̄ vocat aliqđ erat eſſe. i. diffinitione Et hoc non vt ſtatim pbabit: ergo impoſſibile eſt oīa eſſe vnū. Diceret aliqs: nōne ſunt alij modi vnitatis vt vnū ſpecie genere et vnū numero. Dic negari vnū genere ab eis: qꝛ negabant plura entia et vnā ſpē. Sed vnū numero cōprehendiẗ ſub illis modis Dicit textus Fortaſſis aūt nō ad hanc rōnem. i. ad hoc ppoſitū: ſed ad ipſam ſm ſeipſam. i. ppter ſe qꝛ eſt bona qđ moueẗ, an totū ſit idē cuilibet ſuarum partiū ſiue cōtinuaꝝ vt in ligno: ſiue nō cōtinuaꝝ vt in domo: et diciẗ ꝙ nō qꝛ ſi totū eſſet idē cuilibet ſuarū partiū: ergo non eſſet totū qꝛ nō hēr et partes cū enī oēs ptes ſint eedē vni tertio puta toti ergo oēs ſunt idē inter ſe et ſic eſt indiuiſibile et nō totū quod dicit qm̄ eadem eiſdem erunt. i. partes erunt idem interſe cum ſint eedem toti. Tex. cō. 16

¶ Atuero ſi eſt indiuiſibile nullū erit quantū nec quale: nec iā infinitū qđ ē ſicut Meliſſus dicit: neq; finitū ſicut Parmenides ter̄s enī indiuiſibilis finitus non eſt.) Uult dicere non pōt tu dicere oīa ſunt vnū indiuiſibile: qꝛ indiuiſibile nō ē q̄tūꝫ nec quale de qualitate fundata in quantitate. Item ſi oīa ſunt vnū indiuiſibile: ergo nō eſt finitū nec infinitū qꝛ hec attinent quantitati: non enī eſſet finitum qꝛ finitū eſt qđ hꝫ finem: ſed punctꝰ nō hꝫ finē ſ; ē ipſemet finis. Atuero ſi rōne vnū ſunt q̄ ſunt oīa ſicut eſt Tex. cō. 18



tunica et indumentum Heracliti rationem contingit dicere. idem enim erit et bono et malo et non bono eſſe: et bono: quare idem erit et bonum et non bonum: et homo et equus: et non ſolum de eo ꝙ vnum ſunt que ſunt ratio erit: ſed de eo ꝙ nihil: et tali igiẗ eſſe et tanto idē.) Itē ſi oīa ſunt vnum ratione ſicut tunica et indumentum ſequuntur tria inconuenientia ¶ Primum ſequitur opinionem Heracliti eſſe veram ꝙ eadem eſt ratio cōtrariorum. ſ. boni et mali quod dicebat ille. ¶ Secundum inconueniens ꝙ eſſet eadem ratio contradictoriorum. ſ. boni et non boni, quia ad malum ſequitur non bonum. Immo ſequitur ꝙ quemadmodum omnia ſunt vnum ens: ita omnia ſunt nihil: quia nihili ⁊ entis eſt eadem ratio: modo quoꝝ eſt eadem ratio de eodem verificanẗ. ¶ Tertium inconueniens ꝙ tali et tanto eſſe. i. predicamenta qualitatis et quantitatis eſſent idē, que omnia ſunt abſona.

Dubiū an continuuꝫ pōt actu eē diuiſuꝫ in omnem ſuam partem.

¶ Super illa parte vbi tex. dicit cōtinuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Dubitaẗ an continuum poteſt actu eſſe diuiſum in omnem ſuam partem. Ad quod reſpondeo per quattuor ppoſitiones. ¶ Prima ppoſitio. Iſta modalis diuiſa in omnem ſuam partem oē continuum poteſt actu eē diuiſum, eſt vera: ſiue ly diuiſuꝫ capiatur participialiter ſiue nominaliter: patet per aſcendentes ſub antecedenti relatiui, et deinde ſub relatiuo: quarum omniū quelibet de ineſſe eſt poſſibilis: quod ſufficit ad veritatem modalis diuiſe de poſſibili.

Pria ppō

Secūda ppoſitio.

¶ Secūda ppoſitio. Iſta modalis diuiſa de poſſibili: oē continuum poteſt actu eē diuiſum in omnem ſuam partem ſi ly diuiſum ſumatur participialiter vera eſt. Quod probatur. Nam deꝰ poteſt facere omnes diuiſiones in hac hora preterita vnius continui: quod cum fecerit ſit in hoc inſtāti primum inſtans eſſe quo oēs diuiſiones ſint cōplete, et ſequitur ꝙ hoc continuū eſt diuiſuꝫ quia ly hoc continuum ampliatur, et in omnem ſuam partem eſt diuiſum. Dixi ꝙ ampliatur, quia in illo caſu hoc continuum modo non eſt.

Tertia ppoſitio.

¶ Tertia propoſitio. Si ly diuiſuꝫ ſumatur nominaliter; iſta eſt impoſſibilis: omne continuum eſt diuiſum in omnem ſuā partem. Patet ſic. Nam ſi eſſet diuiſum in omnem ſuam partem: ſumo vnam illarum et peto vtrum ſit diuiſibilis vel non: ſi dicatur ꝙ eſt diuiſibilis: ergo non eſt diuiſum in omnem ſuam partem. Si dicatur ꝙ eſt indiuiſibilis et vnumquodq; componitur ex illis in quibus reſoluiẗ igitur continuum componeretur ex indiuiſibilibꝰ.

Quarta ppō.

¶ Quarta propoſitio. Iſta propoſitio eſt vera, omne continuum poteſt actu eſſe diuiſum in omnem ſuam partem ſumendo ly diuiſum nominaliter. Hanc propoſitionē poſuit Gregorius. 38 diſtin. primi ſententiaꝝ: et pbatur ſubtiliter a Ferdinando de enzinas in ſuis modalibus: ad cuius pbationem premittuntur due ſuppoſitiones. Prima eſt quod eſt dabile minimum naturale. Secunda ꝙ res diuerſarum ſpecierum non poſſunt continuari. Quibus poſitis ponit ꝙ vnum lignum incipiat inflāmari, et notum eſt ꝙ quelibet pars inflāmata diſcōtinuatur a toto reſiduo inflāmando: ſeparet igitur deus quamlibet partem inflāmatam ⁊ ponat in alio loco ipſa remanente in loco inflammationis. ſimus iam in primo inſtanti inflammationis totius: iaꝫ hoc



continuum (ligno demonſtrato) eſt diuiſum in omnē ſuam partem: ꝙ ſi aliqua pars non eſt diuiſa: ſigneẗ illa et ſit. a. ſucceſſiue producebatur: igitur quelibet pars erat ſeparata in aliquo inſtanti a parte ſequēti: et quādo erat ſeparata fuit a deo poſita in alio loco: igitur diuiſa eſt. Ubi notat Gregorius ꝙ aliqđ eſſe diuiſibile ſtat dupliciter. Uno modo in partes actu coniunctas: quomodo eſt diuiſibilis quantitas continua. Alio modo in partes actu ſeparatas; quomodo quilibet numerus eſt diuiſibilis et actu diuiſus, tunc dicitur ꝙ quelibet illarum partium eſt diuiſibilis et actu diuiſa: ita continuum non componiẗ ex indiuiſibilibus. Ex quo infertur ꝙ ſi deus tale cōtinuum diuiſum in omnem ſuam parteꝫ conſeruaret in rerū natura et nihil aliud. A termino numeri pluralis ad copulatum complexiue tentum conſequentia nihil valet. Non enim ſequitur in illo caſu entia creata ſunt: ergo ens creatum et ens creatum ſunt: quia ibi nullum eſt ens, ſed entia diſcontinua.

¶ Sed eēt dubitatio an naturaliter ſit poſſibile continuum eſſe actu diuiſum in omnem ſuam partem: et videtur ꝙ ſic. Nā ſumpto vitro vniformis reſiſtentie poſito in terra planiſſima: in cuiꝰ oēs partes equaliter cōcidat vnus magnus lapis: ſequitur tale vitrum frangi in omnem partem. Idē argumētū. Eſt de filo vniformis reſiſtētie duobꝰ trahentibus a duobus extremis equaliter: frangiẗ enī in omnem partem cum non ſit potior ratio de vna ꝙ̄ de alia parte. Idem eſt de igniculo elementari poſito in centro terre, adſunt infiniti ſemidiametri ad celum vſq;: et cum non ſit potior ratio ꝙ per vnuꝫ ꝙ̄ per alium aſcendat: aſcenſurus per omnes diuideẗ in omnem ſuam partem. His omnibus dicas in talibus caſibus naturam indigere arbitrio et determinatione particulari prime cauſe.

¶ Preſens queſtio dicitur poſt ſuperiorem. Unde dubitatur circa eundem textum: an ſit dabilis vltima pars proportionalis in cōtinuo et probatur ꝙ ſic argumento Zenonis qđ vocabat achiles ſuppoſito ꝙ ſit vnum ſpaciuꝫ de cupedale diuiſuꝫ p ptes pportionales minoribꝰ verſus extremū et duo homines per tale ſpaciū ſic moueantur ꝙ ſemper primus precedat ſecundum per vnam partem proportionalem duntaxat: in fine hore vnus iſtorū erit in fine ſpacij: reliquus vero erit per vnam partē citra illum et non niſi per vltimam: quod probatur: Nam dato oppoſito verbi gratia: ſit milleſima pars ergo alius non eſt in fine ſpacij: ſed in milleſima prima per caſum: quia tantum per vnam partem debet excedere: ſed conſequens eſt falſum: ergo dabilis ē vltima pars proportionalis. Reſpōdetur ad argumentum ꝙ cum vterq; tranſierit infinitas partes pportionales illius cōtinui vterq; erit in fine. Et ſi ponatur caſus ꝙ hora futura diuiſa p partes pportionales verſus finē minoribus terminatis: in qualibet parte proportionali hore primus pertranſeat duas partes pportionales ſpacij. Secundus vero vnam. Tunc ſic arguitur, primus ſemper plus pertranſit quam ſecundus: igitur citius venit ad finem: neganda eſt conſequentia in iſtis infinitis.

¶ Secūdo inſtatur. Uolo ꝙ ſit vnū corpus de cupedale ad imaginationem diuiſuꝫ per partes pportionales proportione dupla. Et volo ꝙ ad finem prime partis pportiōalis ponat vnum cor

pus eleuatum quod vide at oculus.a.et ad finem ſecunde ponatur aliud corpus eleuatum quod nõ permittat videre primum:et ſic in infinitum:in fine hore videbitur aliquod corpus:et non niſi quod eſt in vltima parte ꝓportionali:igitur illa eſt dabilis. Dicendum ꝙ nullum corpus videbitur.

Tertia inſtantia.

¶ Tertia inſtantia ad probãdum ꝙ detur vltima pars ꝓportionalis. Uolo ꝙ aliquis tangat vnum lignum in extremo.a.et manu manente ĩ eodem loco atq; ligno:diuidatur tale lignũ in partes ꝓportionales minoribus terminatis verſus extremum. Tunc pero quid tangit manus mea? Nõ tãgit punctum,quia puncta non ſunt dabilia et tãgit aliquam partem continui : et non niſi vltimam : igit̃ vltima eſt dabilis. Reſpondet̃ ꝙ tangit omnes partes ꝓportionales verſus manum:et tamen nullã tangit ſumendo ly omes collectiue. Sed contra hoc replicatur. Uolo ꝙ manus mea ĩmediate poſt hoc moueatur ſuper illas partes proportionales cũ debet ſucceſſiue pertranſire:ſequitur ꝙ aliquam primo ꝑtranſibit ante alias:et non niſi vltimã:ergo vltima eſt dabilis. Reſpondetur ꝙ ĩmediate poſt hoc pertranſibit infinitas:et tamen nullã ĩmediate poſt hoc pertranſibit.

Quarta inſtantia.

¶ Quarta inſtantia : ſit vnum corp⁹ pedale ſuper quod ponatur aliud corp⁹ pedale. Et volo ꝙ hora futura diuiſa per partes ꝓportionales minorib⁹ verſus finem in prima parte condenſet̃ ad ſubduplum:et ponatur ſuper omes dempta prima ⁊ in ſecunda parte ꝓportionali iterum condenſet̃ ad ſubduplum et ponatur ſuper omnes dempta prima et ſecunda : ⁊ ſic ſine ſtatu per totam horam : in fine hore erit ſuper aliquam partem et non niſi ſuper vltimam:igitur vltima pars eſt dabilis. Reſpõdetur ꝙ in fine hore erit in non quanto ⁊ ſuper nulla parte erit.

Dubiũ de diſtinctione toti⁹ et partium.

¶ Conſequẽter ponatur hec qõ circa textum. Dubitatur an totum diſtinguatur a ſuis partibus ſimul ſumptis:et arguitur ꝙ ſic authoritate Ariſtotelis.5.metaphiſice dicẽtis.ba.non eſt.b.et.a. Item.6.metaphiſice bis tria non ſunt ſex : ſed ſemel ſex ſunt ſex. Ratiõe ſic ꝓbatur,materia ⁊ forma componunt ſortem:ſed ſortes non componit ſortem. Igitur cum predicata contradictoria de illis verificatur ſequitur ꝙ ſortes non eſt materia et forma. In oppoſitum eſt Auerrois primo phiſicorũ in p̃ſenti cõmento:vbi dicit iſta conſequentia nihil valet Quelibet pars diſtinguitur a toto,igitur oẽs partes diſtinguntur a toto:quia eſt fallacia compoſitionis. Totum enim dicit Auerrois non eſt aliud quã aggregatio ſuarũ partium. Item authoritate philoſophi ſecundo de anima dicentis ſicut viſus et pupilla ſunt vnus oculus:ita actus ⁊ potentia ſunt vnũ ens. Item authoritate apoſtoli ad corinthios.12.dicentis. Sicut corpus habet plura membra : tamen membra ſunt vnum corpus. Pro deciſione iſtius qõnis Scotus.3.ſententiarum diſtin.2.q.2.dicit ꝙ duplex eſt totum per ſe et per accidens. Per ſe et hoc eſt duplex.ſ.totum eſſentiale:et quãtitatiuum. Totũ eſſentiale eſt quod cõſtat ex partibus eſſentialib⁹ ſimilaribus vt totum compoſitum in ordine ad materiam et formam. Totum quantitatiuum ſeu integrale quod conſtat ex partibus etherogeneis ſeu organicis,vt totus homo comparatus ad partes quantitatiuas ſeu integrales. Totum vero per accidens ẽ quod conſtat ex partibus non conſtituentibus vnũ de per ſe:et tale eſt duplex,quoddam per aggregationem,vt cumulus lapidum. Aliud eſt aggregatũ ex ſubſtantia et accidente. Tunc ponit Scotus duas ꝓpoſitiones. Prima eſt. Totum de per ſe diſtinguitur a ſuis partib⁹ ſimul ſumptis. Hanc putat eſſe ꝓbatam authoritatibus et rationibus. Secunda ꝓpoſitio. Totum de per accidens non diſtinguitur a ſuis partibus ſimul ſumptis:quia vel tale totum eſt ſubſtantia vel accidens:non eſt dicẽdum ꝙ ſit ſubſtãtia:quia eadem ratione eſſet accidens. Nec eſt accidens:quia eadem ratione eſſet ſubſtantia. Igitur ẽ idem qõ ſue partes. Sed in opinionem realium ſic arguitur,ſequeretur ꝙ corruptum naturaliter poſſet redire. Conſequens eſt contra Ariſtotelem.2.de generatiõe:et ſequella probatur. Uolo ꝙ ſit vna aq̃ in vno vaſe et vna gutta aque ſeparetur ab illo:iã tota illa aqua deſinit eſſe ens. Si iterum illa gutta aq̃ mittatur in totam aquam:iam illa gutta aque cum tota aqua incipit eſſe ens. Igitur corruptum poteſt redire. Dicas ꝙ authoritas illa etc.corruptũ ſm ſe et quamlibet ſui partem non poteſt redire. Sed cõtra hoc replicatur,ſequeretur ꝙ homo naturaliter poteſt reſurgere:patet quia non corrumpitur ſm ſe et quodlibet ſui. Reſpondeo ꝙ non quia anima hominis non eſt naturaliter factibilis:nec trahibilis ꝑ agens naturale de materia in materiam.

Doctor ſubtilis.

Rõ.i.

¶ Secunda ratio contra reales eſt, bene ſequitur. Quicquid eſt pars binarij ex materia et forma ſortis eſt pars ſortis. Et quicqd eſt ps ſortis eſt ps binarij ex materia et forma ſortis.igit̃ ſortes eſt idem ꝙ materia et forma. Reſpondet durant negando conſequentiam. Sed debet ſic argui, Quicquid eſt pars ſortis eſt pars binarij ex materia et forma et econuerſo:et omnia que ſunt partes ſortis ſunt partes binarij ex materia ⁊ forma et ecõuerſo:igitur ſortes non diſtinguitur a materia ⁊ forma. Sed tunc negatur antecedens. Nam materia et forma ſimul ſumpte ſunt partes ſocratis:nõ tamẽ ſunt partes binarij ex materia et forma : quia nihil eſt pars ſuimet. Notabis tamen ꝙ totum non addit ſuper ſuas partes aliquam entitatem totius que ſit accidens inherens toti et nulli parti:vt putauit Durant. Nam tunc quodlibet totum eſſet ens per accidens aggregatum inq̃ ex ſubſtantia et ex illa entitate totius. Potius igitur dicendum eſt id quod dicit Burleus,ꝙ totum diſtinguitur a ſuis partibus ſimul ſumptis per hoc quod eſt vnum : partes vero non ſunt vnum,licet faciant vnum.

Rõ.2.

Burleus.

¶ Et ad quaſdam authoritates q̃s afferunt reales,quarum vna eſt. Ba.non eſt.b.et.a. Dicit Buridanus ꝙ Ariſtoteles ibi intellexit principium materiale ſe ſolo non ſufficere ad cõſtitutionem compoſiti naturalis. Sed preter illud requiritur forma. Alia eſt authoritas bis tria non ſunt ſex ſed ſemel ſex ſunt ſex. Cui dicit Buridanus ꝙ male allegatur:ſed debet potius dicere bis ſex non ſunt ſex,ſed ſemel ſex ſunt ſex. Uel ſecundo dicit Buri. Bis tria non ſunt ſex.i.bis tria nõ ſunt in eodẽ predicamento in quo ſex. Nam ſex ſunt in predicamento quantitatis:bis tria vero in predicamento qualitatis. Nam bis tria faciunt numerum altera parte longiorem qui eſt figura que ꝑtinet quarte ſpeciei qualitatis.

Burida.

Querit̃

¶ Queritur circa iſtum textum : an indiuiſibile poſſit eſſe quale:de hac queſtiõe aliqua notat Marſilius primo de generatione queſtione vigeſima. Sed nos in quinq; ꝓpoſitionibus lucidis diſſoluemus. Prima propoſitio. Ariſtoteles et Auerrois(vt bñ notat in iſto cõmẽto Auguſtin⁹ nimph⁹) tradiderunt ꝙ deus et intelligentie ⁊ anima noſtra non intelligunt per noticias ſuperadditas. Et probant hoc ꝙ decem predicamenta ſic ſe preſupponũt quia nihil poteſt eſſe quale quin ſit quantum:ſed ſm fidem ponatur prima ꝓpoſitio et intelligentia ⁊ anima noſtra intelligũt per noticias ſuperadditas: qõ patet per clementinam ad noſtros dicentem. Quicũq; dixerit animam beatam videre deum ſeipſa et non per noticiam ſuperadditam hereticus eſt.

Prĩa ꝑpõ

Secũda ꝑpõ.

¶ Secunda propoſitio. Indiuiſibile habens poſitionem in continuo quod eſt punctum non poteſt eſſe quale. Probat hoc Marſilius loco preallegato:hoc modo:quia ex illo ſequeretur quãlibet rem quantumuis parum calidam eſſe infinite actiuitatis. Sit vna res pedalis calida vt vnum vniformiter : ſi quodlibet punctum eius eſt calidum vt vnum et alicui⁹ certe actiuitatis:et ſunt infinita pũcta:igitur talis res eſt infinite actiua:qõ eſt falſum

Tertia ꝓpoſitio.

¶ Tertia propoſitio. Qualitas extenſa non poteſt reduci ad nõ quantum ſi in ea proportione qua condenſatur efficiatur intenſior:quod eſſet hoc modo. Sit caliditas pedalis et hora futura diuiſa per partes proportionales minoribus terminatis verſus finem : in prima parte proportionali vna medietas ſuper aliam replicetur efficitur in duplo denſior ille calor et in duplo intẽſior. Rurſuſ vna medietas replicetur ſuper aliam et erit intenſa vt decem et ſex: poſtea vero replicet̃ vna medietas ſuper aliam et fiat.32.in fine hore remanebit in non quanto:ſi caſus ſit poſſibilis. Probo tñ ꝙ ſit impoſſibilis caſus:quia ſi talis qualitas daretur ſequit̃ aliqõ eſſe infinite intẽſum cuius nulla pars eſſet ſignabilis intenſa:vt vnum. Sequella probatur quia illa pars que erat intenſa vt vnum ante hac extẽſa erat et in infinitum eſt condenſata et in ea proportione q̃ condenſabatur : intendebatur ergo facta eſt infinite intenſa. ꝙ autem ſit falſum patet : quia quemadmodum in infinitate extenſiue ſi non eſſet ſignabilis aliqua pars quin illa eſſet infinita extenſiue: eẽt magnum inconueniens quia infinitum rectũ eſſet clauſum inter duo extrema. Ita pari modo eſſet incõueniens ꝙ in infinito intẽſiue quelibet pars ſit infinite intenſa:ita ꝙ non ſit ſignabilis vnus gradus ſm intẽſionem.

Quarta ꝑpõ.

¶ Quarta propoſitio. Qualitas extenſa bene poteſt reduci ad non quantum per cõdẽſationem factam ex ſola appropinquatione partiũ. ibi nanq; ſemper ſaluatur equalis intenſio.

Quinta ꝑpõ.

¶ Quinta propõ. Qualitas extenſa bene poteſt reduci ad non quãtum ſolo ſubiecto poſito in loco diffinitiue:vt patet de albedine que inheret corpori Chriſti in ſacramento altaris. Nam illõ propriam albedinem habet illa namq; eſt non extenſa quia non habet partes extra partes et non eſt magis intenſa quam eſt in celo empireo exiſtens quantitatiue:que partes albedinis licet ſe penetrent nũq̃ ſunt in eodem ſubiecto.



¶ Circa iſtum textum dubitat̃ vtrũ aliquid poſſit diſtingui ratiõe a ſeipſo. Ad quam queſtionem reſpondeo cum Gregorio contra cõmunes primo ſenten.diſtinctione.8.q.2.arti.j.ponendo duas propoſitiones. Prima ſit in rigore ſermonis nihil diſtinguitur a ſeipſo ratione. Qõ probatur triplici ratione. ¶ Ratio prima. Omne quo aliquid diſtinguitur ab alio ſic eſt proprium vni ꝙ non eſt cõmune vtriq; diſtinctorũ. Sed ſi petrus diſtinguitur ratiõe a ſeipſo:ſit illa ratio.a.igitur illa ratio eſt petri et nõ eſt petri:quod eſt contradictio. ¶ Secunda ratio. Si petrus diſtinguitur a ſeipſo igitur petrus eſt aliqua diſtincta et ſic non eſt vnicum ens. ¶ Tertia rõ que ceteris eſt melior. Aliqua res propter hoc ꝙ recipit diuerſas res diſtinctas realiter non diſtinguit̃ a ſeipſa.iſta patet quia lignum non diſtinguitur a ſeipſo licet nunc recipiat caliditatem nunc vero ſiccitatem : igitur eadem ratione petrus non diſtinguit̃ a ſeipſo quia concipiatur a ioanne diuerſis conceptibus. Igitur nihil diſtinguitur ratione a ſeipſo.

Prĩa ꝑpõ

Rõ.i.

Rõ.2.

Rõ.3.

¶ Secunda propoſitio in bono ſenſu aliquid diſtinguitur ratione a ſeipſo quia vna ratio non eſt alia:vt ratio ſedentis non eſt ratio ſtantis Sic dico conſimiliter ad autho.phi.materia prima quoddammodo eſt vnum.ſ.re:et quoddãmodo plura.ſ.ratiõe:et proportionabiliter ad ſimiles autho.phi vel aliter quia nomen ſignificãs rem ſub vna ratione non eſt nomen ſignificans rem ſub alia ratione Nomen enim ſedentis non eſt nomẽ ſtantis. Ex quo infertur apud Gregorium ꝙ omnia que diſtingunt̃ ratione diſtinguntur realiter. Nam ſolam illã diſtinctionem rationis ipſe ponit in conceptibus idem ſignificantibus ſub diuerſa connotatione:et tales conceptus diſtinguntur realiter.

Propõ.2.

¶ Poſſet in hoc textu etiam dubitari an omnia que ſunt idem formaliter in predicatione formali poſſet vnũ verificari de alio vniuerſaliter et videtur ꝙ non quia homo et humanitas ſunt idẽ formaliter:et tamen iſta predicatio eſt falſa homo ẽ humanitas:de falſitate illius nemo eſt qui ambiget: ꝙ tamen homo et humanitas ſint idẽ formaliter ſuadetur:quia nullus conceptus poteſt dari repreſentatiuus formalitatis quam importat ly homo quin ille ſit repreſentatiuus formalitatis quã importat ly humanitas:eſt enim eadem formalitas importata per ly homo et humanitas. Item Scot⁹ diſtin.2.primi ſenten.inquit ꝙ ly homo et ly humanitas diſtingunt̃ ſola ratione penes modos diuerſos ſignificãdi logicales concretiue.

¶ Ad hoc argumentum reſpondet̃ ꝙ quando aliqua ſunt idem formaliter ſi predicatio formalis denotet ſolum idemptitatem formalẽ predicatio formalis erit vera : ſi vero preter hoc denotat aliquid aliud:qualiter denotat in hac homo ẽ humanitas erit predicatio falſa:quia denotat ibi indiuiduum eſſe humanitatẽ formaliter:quod eſt falſũ. Ex quo infertur ꝙ in via realium iſte due vocales hõ eſt homo homo eſt humanitas non ſunt ſynonime.

¶ Conturbati ſunt autem poſteriores philoſophi quemadmodum ⁊ antiqui.ſ. Parmenides et Meliſſus ne forte contingat vnum eẽ multa. Quia iſte textus eſt inutilis non ponam totam ſeriem eius ſed inter legendum percurrat lector vſq;

Tex.cõ.20.

ad illam partẽ q̃ ſunt vnũ eſſe: vbi iam eſt tex.cõ.21. Uult dicer ꝙ poſteriores philoſophi putabant vnũ et multa vſqʒ adeo opponi vt crederẽt impoſſibile fore hoc quare cum homo albus ſit vnũ nõ audebant ne vnum eſſet multa dicere hõ eſt albus: ſed albatur (quaſi ſingulariter dicto vno aut ente).i.vno modo (ſed multa ſunt que ſunt aut ratione aut diuiſione) tex.cõ.21. Uult dicere: ſi vnũ et multa ſumãtur eodẽ modo oppoſita ſunt vt vnum ratione multa ratione: ſed vnum re diuerſa ratione vt album ⁊ muſicum nil prohibet.(nõ oppoſita autem ſunt. eſt .n. vnũ et potẽtia et endelechia).i.vnum in actu et vnũ in potentia Unum in actu eſt res extẽſa indiuiſa: et vnum in potentia qð eſt res extenſa ꝑ quãto põt in infinitũ diuidi: nil ergo ꝓhibet eſſe vnum actu et plura in potentia imo infinita. Iſti ergo non predicabant hoc verbum eſt, niſi de ſola ſubſtantia vt ſocrates eſt: ſi debebant dicere eſt canus fingebant ſocrates incanuit. Itaqʒ ſolam ſubſtantiã dicebant eſſe et ne plura concederent non concedebant hõ eſt albus q2 iam erãt plura cũ denoterẽ ſubſtantiam ſubijci accidentibꝰ.

❡Et ex quibus demonſtrãt ſoluere non difficile eſt.) Iſte textꝰ vſqʒ ad illam partẽ (hoc autem nihil graue eſt) perfacilis eſt. Dicit enĩ Parmenidẽ et Meliſſum peccare in forma et materia. (falſa enĩ recipiunt).i. aſſumunt ꝓpõnes falſas et faciunt malam ꝯñaʒ quod dicit (et non ſyllogizantes ſunt: eſt aũt Meliſſi magis oneroſa rõ) quia negat principia in aſſumptione vt ꝙ ens non generaẽ. Unũ non eſt graue ſi vno incõuenienti dato alia ſequanẽ.

❡Quod quidem igiẽ Meliſſus paralogizat manifeſtum eſt opinatur enim accipere ſi qð factum eſt habet principium oĩe qñ ⁊ ꝙ non factũ non habet principium.) Uult dicere Ariſ. Rõ Meliſſi erat talis hoc eſt factum: ergo habet principiũ ergo ſi non factum non habet principiũ. Prima ꝯña nil valet tenendo angelos eſſe ab eterno et factos: non enim habẽt principium temporis nec magnitudinis: nec generationis. Secunda ꝯña minus valet quia arguitur a deſtructione antecedẽtis ad deſtructionem ꝯñtis: ⁊ eſt fallacia ꝯñtis. Arguit vltra: ens non eſt factũ vel q2 ex ente vel ex non ente: non ſecundum q2 ex nihilo nihil fit: nec primum quia ſi ens fieret ex ente ſequereẽ non eſſe generationẽ ſed alterationẽ. Ultra: ens nõ habet principium ergo nec finẽ ergo eſt infinitum et immobile: q2 nõ habet quo moueatur; ſed Ariſ. cauillaẽ hanc rationem.

❡Amplius poſtea et hoc incõueniens: oĩs eſſe principium rei: ⁊ nõ tpis et generationis non ſimplicis: ſed alterationis tanq̃ non momẽtanee facte mutationis.) Uult dicere iſte textus ꝙ aut tantum capiẽ principium vno modo.ſ.ꝓ principio magnitudinis: et ſic ſi factũ eſt habet principiũ falſa: vt p3 de puncto: quod quidem eſt factum ⁊ non h3 principiũ magnitudinis: ſi vero loquaẽ difformiter de principio: ens nõ generaẽ ergo nõ habet principium temporis: equiuocationis eſt fallacia cum infra de neceſſitate loquᵘtur de principio magnitudinis cum dicit: ens non h3 principium ergo nec finem ergo eſt infinitũ: dicit litera: Poſtea et hoc inconueniens oĩs eſſe principium rei.i. cogitare ꝙ cuius libet rei eſt dare principium magnitudinis: cum etiã alijs duobus modis accipiatur principium ꝓ principio temporis et generatiõis. Dico generationis nõ non ſubſtantialis q2 eſt momentanea et non h3 principium magnitudinis. Sed alterationis q̃ fit ſucceſſiue et habet principium magnitudinis. Item cauillatur illud ꝙ ſi eſt infinitum eſt ĩmobile: nõne põt dari vna res infinita q̃ in ſeipa moueaẽ: ſicut vna pars eius ĩmo ſtat moueri in partibus et non in toto: vt p3 in celo. Item cum ſint ſex ſpẽs motus cur tale infinitum non mouebitur motu alterationis.

❡Quod dicit philoſophus ſub his verbis (poſtea ꝓpter quid ĩmobile ſi vnũ eſt: ſicut .n. et pars vna cum ſit hec aque mouetur in ipa: quare non et oĩs poſtea propter quid alteratio non erit) poſtea dicit philoſophus, non poſſunt oĩa eſſe eiuſdẽ ſpeciei quo ad formas bñ quo ad materias. ꝙ ſi ſunt diuerſe ſpeciei quo ad formas: ĩmo multa ſunt cõtraria: neceſſe eſt ſe alterare: ergo q̃uis ſit infinitum eſt mobile: dicit ſic Burleus. Sed diuus Thomas ait. Diſſoluit vltimum cauillũ: nõ ſequiẽ ens eſt infinitum ergo vnũ nego ꝯñaʒ ſi vellis ꝯcludere vnum ſpẽ quo ad formas: ſed bene quo ad materias: q2 omniũ generabiliũ et corruptibiliũ materia eſt vna. Et ꝓbat ꝙ nõ oĩa poſſunt eẽ vnũ quo ad formã q2 hõ cũ equo non idem quo ad formam. Nec cõtraria ad inuicem ſunt idem quo ad formã. Dicit ſic textꝰ (At uero nec ſpecie poſſibile eſt vnum eſſe ſed ſicut ex quo).i. quo ad materiã. (ſicut enim phiſicoꝝ quiddã vnũ dicũt) Quidã antiqui dixerunt totum eſſe rei naturalis ẽ materia et oĩa ſunt eiuſdẽ ſpẽi: (hõ nãqʒ ab equo alterũ eſt ſpẽ: et cõtraria ad inuice).ſ. differũt ſpẽ quo ad formas.

❡Et ad Parmenidem aũt idem modus rationum eſt: et ſi aliqui alij ꝓprij ſunt: ⁊ ſolutio partim quidem q2 falſa eſt: partim aũt q2 non cõcluditur. Falſa quidem: qm̃ ſimpliciter accipit qð ẽ dici: multipliciter dicto. Non concludit aũt: quia ſi ſola alba recipiantur ſignificante vnum albo: nihilominus multa alba ſunt et non vnum. Non enim cõtinuatione erit vnum albũ neqʒ ratione. Aliud enim erit eſſe albo et ſuſceptibili; et nõ erit extra albũ nihil diuiſum. Non enim in quantum eſt ſeparabile: ſed eſſe alterum eſt albo: et ei cui ineſt. Sed hoc Parmenides nondum vidit.) Uult dicere phs ꝙ rõ Parmenidis eodem modo peccat ſicut et alie ratiões Meliſſi: et ſolutio partim quidem quia falſa eſt: partim quia non cõcluditur.i. peccat in materia aſſumẽdo aliquod falſum: et peccat in forma.ſ. faciendo malã ꝯñaʒ. Ratio Parmenidis erat: quicquid eſt preter ens eſt non ens ſed ens et vnum conuertuntur: ergo quicquid eſt preter vnum eſt non ens, ergo tantum vnũ ẽ. Iſta rõ peccat vt dicit phs q2 accipit ens ſimpliciter: cum tamen multiplr̃ dicatur vtpote de ſubſtantia et accidenti: et adhuc ſi ſimpliciter dicatur: Maior eſt falſa; q2 exponiẽ ſic: omne non ens eſt nõ ens: et illa eſt falſa cum ſit affirmatiua cuius nullum extremum ſupponit: Ultra et cum arguitur: ens et vnum conuertunẽ: ibi capitur ly vnum tranſcendentaliter. Et cum infertur: ergo tantum vnum eſt: ibi capitur ly vnum numeralr̃: vt valeat tãtũ vnica res eſt. Et ſic capit ly vnum equiuoce: q2 cum dicit in illa exceptiua quicquid eſt preter vnum nihil eſt: capiẽ ly vnum tranſcendentaliter. Et cum dicit tantũ vnũ eſt capit numeralr̃. Ecce illa exceptiua eſt falſa ſi accipiatur ly ens pro ſubſtantia tantum, vel pro accidenti tantum, vt videbiẽ. Similr̃ non valet quicqd eſt preter vnũ nihil eſt; ergo tantum vnum eſt. Nam



ſuppoſito ꝙ oĩa ſint alba: et ſola alba ſint: et ly albũ dicaẽ vno modo: et ſit vniuocũ: ad oĩa alba: nõ ſequiẽ quicquid eſt preter album eſt nõ albũ: et nõ albũ eſt nihil: non ſequitur ꝙ albũ ſit vnũ tantum: q2 albũ nõ eſt vnũ cũ ſit continuum et habeat plures partes. neqʒ eſt vnũ ratione: qm̃ alia ratio albi et alia ratio ſuſceptibilis. et tamen nõ erit aliquid preter albũ quaſi ab eo diuiſum. Non eſt enim aliud albũ a ſuſceptibili quia album ſit ſeparabile a ſuſceptibili. Sed ſolum volumus dicere ꝙ alia ẽ ratio albi et alia eſt rõ ſuſceptibilis: ita ꝙ albũ et ſuſceptibile ſunt vnum ſubiecto ſed differunt ratione. Hoc tamẽ dicit Parmenidem non caluiſſe.

Tex.cõ. 26. ❡Neceſſe igitur accipere non ſolum vnum ſignificare quid eſt: de quo vtiqʒ predicetur: ſed et quod vere eſt et quod vere vnum eſt: accidẽs enim de ſubiecto quodam dicitur. Quare cui accidit quod eſt non erit. Alterũ enim eſt ab eo quod eſt: Erit itaqʒ aliquid cum non ſit. Nõ itaqʒ inerit alij exiſtens quod vere eſt. Non enim erit ens aliquod ipi: niſi multa quod eſt ſignificet: ſic ꝙ ſit aliqd vnũqðqʒ: Sed ſupponitur quod eſt ſignificare vnũ.) Probat Ariſto. ꝙ in hac ꝓpõne quicquid eſt preter ens ẽ non ens: ſi ly ens ſumaẽ vno mõ ſolum debet ſignificare ſubſtantiã: ita ꝙ ſi debeat ſignificare vnum nõ debet eſſe accidens. Nam ſequuntur duo cõtradictoria vera: ſequiẽ enim tale ſubiectum non eſſe ens: et ſequitur ꝙ ſit ens: q2 cum accidens inhereat alteri illud debet eſſe: et ſic ſequitur ꝙ ens eſt non ens. Et hoc dicit phs ſub his verbis. Non itaqʒ inerit.ſ. accidens. (Alij exiſtens).i. exiſtenti quod vere eſt niſi ly ens ſignificet multa. (Nõ enim erit ens aliquod ipi).ſ. accidenti ſubiectum. (Sed ſupponiẽ ꝙ eſt ſignificare vnũ).i. Parmenides preſupponẽdo veritatem huiꝰ. Quicquid eſt preter ens eſt nõ ens; ſupponit ly ens ſignificare vnum.

Tex.cõ. 27. ❡Si igitur quod vere eſt nulli accidit: ſed illi aliquid magis ꝙ vere eſt ſignificat quod eſt: q̃ ꝙ non eſt. Si enim erit qð vere eſt idẽ et albũ: albo aũt eſſe nõ eſt qð vere eſt. Neqʒ .n. accidere ipſi poſſibile eſt quod eſt. Neqʒ enim qð eſt: ẽ qð vere eſt. Non ergo quod eſt: eſt quod album eſt. Non ſic autẽ ſicut cum aliquid non ſit: ſed omnino non ſit. Qð vere itaqʒ eſt non eſt. Uerum enim eſt dicere qm̃ albũ eſt. Hoc aũt nõ quod eſt ſignificauit. quare ſi ⁊ albũ ſignificat qð vere eſt multa: ergo ſignificat qð eſt) Uult dicere phs ꝙ neqʒ etiam per ly ens poteſt intelligi ſubſtantia tantum: ſi enim ſubſtãtia q̃ vere eſt nulli accidit: ſed illi aliquid magis.ſ. inheret (Qð vere eſt ſignificat quod eſt) eſt concludit.i. magis ly ens ſignificabit ſubſtantiam q̃ accidens (q̃ quod nõ eſt).i. magis ſubſtãtia ſignificabiẽ per ly ens q̃ ꝑ ly non ens: quare in hac ꝓpoſitione, quicquid eſt p̃ter ens eſt non ens magis ſtabit ly ens pro ſubſtantia q̃ ꝓ accidenti. Sed hoc non poteſt ſtare: nam volo ꝙ illa ſubſtãtia ſit alba qð dicit ſub his verbis (ſi enim erit qð vere eſt idẽ et album) albo autem eſſe nõ eſt quod vere eſt neqʒ .n. accidere ipſi poſſibile eſt qð ẽ) ꝓbat ꝙ album non ſit ſubſtantia qm̃ accidit alteri. (Neqʒ enĩ quod eſt eſt qð non vere eſt) qm̃ tantum poſuiſti ſubſtantiam eſſe (non: ergo qð eſt eſt qð album eſt) ideſt: ergo album eſt non ens. (Non ſic aũt ſicut cum aliqd non ſit).ſ. ipſum accidens (ſed omnino nõ ſit) vult dicere ꝙ ſm̃ hanc ſententiam ꝙ accidẽs nõ ſolum non eſt ſubſtantia; ſed neqʒ ens. Concludit ꝙ) vere itaqʒ eſt non eſt) ſequiẽ ꝙ ſubſtantia eſt nõ ens: et ſi petatur quare (verum enim eſt dicere qm̃ albũ eſt) ideſt quoniam ſubſtantia eſt alba: ⁊ album nihil eſt ergo ſubſtantia nihil eſt. (Hoc autem non qð eſt ſignificabit) Hoc autem.ſ. album. Quare.ſ. ſi ad cuitandum hoc inconueniens dicamus ꝙ vere ens non ſolum ſignificat ſubſtantiam ſ3 et album. Sequitur ꝙ ens multa ſignificet: et ita non erit tantum vnum eſt ens.

❡Neqʒ igiẽ magnitudo erit quod eſt: ſi quidem quod vere eſt: eſt quod eſt. Utriqʒ enĩ alterum eſt eſſe partium. Quod aũt diuidiẽ quod vere eſt: in quod vere eſt aliquid aliud ratione manifeſtum eſt: vt homo ſi eſt quod vere eſt aliquid neceſſe eſt: et animal quod vere eſt aliquid eſſe et bipes. Si enim non qð vere eſt aliquid eſt: accidentia erũt Aut igiẽ hõi aut alij alicui ſubiecto. Sed impoſſibile eſt. Accidens .n. dicitur hoc aut qð contingit eſſe et non eſſe aut cuius eſt in rõne hoc cui accidit: vt ſedere quidem ſicut ſeparabile. In ſimo aũt eſt rõ naris: cui dicimus accidere ſimum. Tex.cõ. 28.

❡Amplius queqʒ in diffinitiua rõe inſunt: aut ex quibus ſunt in ratione horum non eſt ratio totiꝰ: vt in bipede ratio hominis. Aut in albo que eſt albi hominis. Si igitur hec hunc habẽt modum: et hõi accidit bipes: neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. Quare contingit vtiqʒ non bipidem eſſe hominem: aut in ratione bipedis inerit hominis ratio. Sed impoſſibile eſt. Illud enĩ in illius ratione inẽ. Si aũt alij accidunt bipes et aĩal: et non eſt vtrũqʒ quod vere eſt aliquid: et homo vtiqʒ erit accidentium alteri. Tex.cõ. 29.

❡Sed qð vere eſt ſit accidens nulli: et de quo ambo et vtrũqʒ et quod eſt ex his dicatur. Ex indiuiſibilibus itaqʒ eſt omne.) Uult dicere phs ꝙ ſi ens vnum tantum ſignificat non ſolum non poterit eſſe accidens cum ſubiecto: ſed neqʒ etiam poterit eſſe magnitudo: quia omnis magnitudo eſt diuiſibilis in partes et ſic ſequitur ꝙ illud ens vnum non ſit ſubſtantia corporea: et hoc dicit in tex.cõ.28. ſed a tex.cõ.29. vſqʒ ad textũ cõ.30. hanc ſententiam ponit in qua vult dicere ꝙ poſita ſubſtantia diffinibili neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias ſm̃ rationem. Quod dicit ſub his verbis (qð aũt diuiditur quod vere eſt in quod vere eſt aliquid aliud ratione manifeſtum eſt: vt homo ſi eſt quod vere eſt aliquid neceſſe eſt et aĩal qð vere eſt aliquid eẽ et bipes.) Quod aũt animal et bipes debeant eſſe ſubſtantie ſm̃ rõnẽ probatur: quia da oppoſitum ſunt accidentia vel ergo ſeparabilia vel inſeparabilia: Nõ primum vt patet: ergo ſecundum. Et ſi ſecundum, arguit Ariſto. ſic. Nunq̃ diffinitio neqʒ pars diffinitionis poteſt diffiniri per diffinitum: Alioqui diffinitio non procederet ex notioribus: ſed ſi ille partes diffinitionis ſunt accidentia inſeparabilia: ergo diffinirẽtur per ſubiectum et per conſequens per diffinitum: ergo non poſſunt eſſe accidentia hominis. Si autem dicas ꝙ ſunt accidentia alterius ab homine animal et bipes igitur homo erit accidens alteri qð eſt falſum. Probatur ſequella: quia de quocunqʒ dicũtur partes diffinitionis copulatiue quod dicit in his verbis (et de quo ambo).ſ. ſeorſum. et vtrũqʒ .ſ. per ſe. et quod eſt ex his dicatur .i. tota diffinitio diceẽ et iſta diciẽ de accidenti; ergo ⁊ homo. Concludit phs ſi nõ ſunt Tex.cõ. 30.

partes quātitatiue neqꝫ partes magnitudinis neqꝫ rationis: igitur omne ens erit indiuiſibile.

Dubitaẗ ā aliquod eternū ſit factum

¶ Duplex dubium ſe offert. Unum ſi eternum poteſt eſſe creatum vel factum. Secūdū an vna parte mota ſtat totum quieſcere.

¶ ꝙ celum non eſt factū in via Ariſ.

Doctor ſubtilis.

Et tamen habet principium: circa quod eſt queſtio in via Ariſtotelis et Auerrois: vtrum intelligentie et celum ſempiterni poſſunt eſſe facti: Ad quod duplex ē opinio. Prima doctoris ſubtilis diſtin. 8. primi ſenten. q. 2. opinantis ꝙ celi ſunt facti ab intelligentijs ꝙuis ſint eterni.

Grego. ariminē.

¶ Secunda opinio ē Gregorij ariminē. in. 2. diſtin. i. arti. i. opinantis ꝙ celum ⁊ intelligentie cum ſint eterni non poſſunt eſſe facti. Motiua ſcoti ſunt autho. Auerrois preſertim vna inter ceteras que ponitur in li. de ſubſtantia orbis. c. 2. vbi dicit Auerrois ꝙ qui dixerit Ariſt. tenere intelligētiam ſolum eſſe cauſam mouentem celum ⁊ nō agentem erraret; igitur intelligentia eſt cauſa efficiens celi igitur celū eſt factum apud Ariſt. ad hanc auctho. Reſpondet Gregoriꝯ premittendo ꝙ duplex eſt agens. Quoddā eſt agēs ꝓprie: ⁊ aliud eſt agēs ſimilitudinarie. Agens proprie eſt quod efficit rem aliquam. Agens vero ſimilitudinarie eſt ꝙ dat eſſe ipſi rei ſpecificū: ⁊ ꝓprias qualitates. Qualiter forma ignis dat igni eſſe cuius eſt pars faciendo ipſum eſſe calidum et ſiccum atqꝫ habere eſſe tale vel tale eſſe ſpecificum. Sed replicatur ſic a Gregorio generationes et corruptiones ſunt ab eterno ⁊ tamen ſunt facte. Maior nota eſt ex pho. i. de generatione. Et minor probatur ꝙ de quacunqꝫ generatione verum eſt dicere ꝙ illa eſt facta. Ad hoc dicit Gregorius ꝙ ab eterno fuit generatio ⁊ tamen nulla generatio fuit ab eterno: et ideo nō ꝓbat ꝙ aliquid perpetuo ſit factum. Sed contra hoc replicaẗ: motus localis celi eſt cōtinuus et perpetuus et tū eſt factus. Reſpōdeo: quicquid dicat Gregorius ꝙ nō eſt inconueniens apud Ariſtotelem concedere aliquod perpetuum eē factum quia illud erit factum ex aliquo. i. in aliquo ſubiecto preſuppoſito puta in celo: ⁊ de angelo ꝙ fieret ex nihilo: nego: quia fieri ex nihilo dicit duo. Primuꝫ ꝙ fiat nullo ſubiecto preſuppoſito. Secundum ꝙ habeat eſſe poſt non eſſe.

¶ Rurſum dubitatur an intelligentie cum ſint perpetue ſint facte. Ad quod dicit ſcotꝯ ꝙ ſic. Oppoſitum tenet Gregorius ꝓpter rōnem precedentem. Et ſcotꝯ moueẗ vna authoritate auerrois. 12. metha. vbi dicit auerrois: ꝙ prīa cauſa reſpectu intelligentiarum habet ſe ſicut intellectū reſpectu intelligentis. Sed ſic eſt ꝙ intellectū qđ eſt obiectum habet cauſare noticiam intelligēti: ergo codē modo prima cauſa cauſat noticiam intelligentie: ſꝫ noticia intelligentiaꝝ eſt idem qđ intelligentia ergo prima cauſa cauſat intelligentiam. Ad hoc dicit Gregorius ꝙ ſm ariſtotelem et cōmen. Noticia intelligentiaꝝ eſt idem ꝙ prima cauſa: ſed noticia prime cauſe eſt idem ꝙ prima cauſa: quare dixit ꝙ auerrois intellexit intellectū ſe habere ſicut prima cauſa reſpectu intelligentiarum. ideſt ſicut noticia eſt cauſa formalis intelligentie: ita prima cauſa eſt perficiens reſpectu intelligētiarum. Unde nō te lateat tertio de aīa cōmenta. plures capere intellectum pro intellectione.



¶ Dubitatur an aliqua parte mota ipſum totum moueatur. Ad quod reſpondeẗ primo notando ꝙ duplex eſt motus: quidam eſt motus ſimplex: alius eſt motus cōpoſitus. Motus compoſitus eſt qui participat diuerſis ſpeciebus motus: vt ſi eēt vnus aer pedalis qui rareſieret ille ſimul moucreẗ duplici motu: videlicet motu locali q2 occupat maiorem locū. Et motu alterationis qui eſt rarefactio. Nam rarefactio motus alterationis eſt: cum ordinetur in raritatem que eſt qualitas: vt Ariſtoteles ī predicamento qualitatis. Alius motꝯ poſſet eſſe cōpoſitus participans ex aſcenſu et deſcenſu: et talis motus eſt lateralis per lineam planam. Dicit enim Petrus de aliaco ſuper ſpheram: ꝙ omne quod mouetur per partem quantumuis planam partim aſcēdit et partim deſcendit: quod ſic perſuadetur. Sit vna linea lateraliter ſupra centrum mundi: et ſit. a. b. c. centrum vero quod ſit infra illam ſit. d. clarū eſt a. d. c. d. maiores eſſe. b. d. tacio oēs lineas rectas eſſe: quapropter ſi aliquid moueatur ab. a. vſqꝫ in. b. appropinquabit centro et deſcendit. a. b. vero vſqꝫ in. d. elongabitur a centro et aſcendit. ¶ Alius eſt motus ſimplex et eſt motus per lineam rectā et circularem non amplectens diuerſas ſpecies motus: ⁊ iſte eſt ſimplex a medio tantum qui eſt per ſemidiametrum mundi aſcendendo. ad medium tātum qui eſt per ſemidiametrum mundi deſcendendo. circa medium qui eſt circulariter circa centrum mundi. Dicit ergo Burleus ad hāc queſtionem ꝙ ſi aliqua pars alicuius totius moueretur motu locali mixto: non propterea totum mouebitur motu locali. Nam ſi ſit vnus aer bipedalis et eius vna medietas rareſiat reliqua ī mora manēte licet vna medietas moueatur motu locali quia mixtus eſt nō propterea mouebitur totum motu locali. Et ſic arguiẗ: totum eſt in alio loco ꝙ fuerat: igitur mouetur motu locali. Reſpondeo negādo ꝯñam: ſed ſolū ſequiẗ ꝙ totum mouebitur motu locali ſm partem. Dico preterea ꝙ ſi aliqua pars alicuius totius mouetur motu laterali nō propterea totum mouebitur motu laterali vt patet de medietate virge flexibilis: ſi tamen aliqua pars alicuius totius moueatur motu locali ſimplici totuꝫ mouebitur illo motu. Et ſic intelligiẗ illud. 5. phiſi. Continua ſunt quorum motus eſt vnus: quod intellige de motu locali ſimplici.

¶ Quidam autem rationibus vtriſqꝫ acquieſcunt. (Huic quidem quoniam omnia vnuꝫ ſunt ſi quod eſt vnum ſignificat quoniam eſt et quod non eſt. Ei autem qui diciſione indiuidas facientes magnitudines.) Uult dicere poſtꝙ philoſophus ſoluit et impugnauit rationes Parmenidis: hic ponit poſitionem quorundam qui predicta inconuenientia concedebant. Prima ratio Ariſtotelis in Parmenidem erat ꝙ nō requiritur omnia eſſe vnum ex diuerſitate ſubiecti et accidentis: et dicebat ad hoc inconueniens ꝙ non ens eſſet ens. Dixit Plato ꝙ de facto hec eſt vera; non ens eſt ens qm̄ accidens eſt non ens licet ſit aliquid quare concedit omne quod eſt preter ens ideſt ſubſtantiam eſt non ens: ſed non omne quod eſt preter ens eſt nihil: ⁊ propter hoc nō ſequebatur ꝙ omnia ſunt vnum. Sed alteri rationi que dicebat ad hoc ꝙ magnitudo eſſet indiuiſibilis omnino acquieſcebat concedens corpora terminari et componi ex ſuperficiebus et ſuperficies ex lineis et lineas ex punctis que vere falſa ſunt et a ve



Tex. cō. 21.

ritate aliena. (Manifeſtum autem eſt: et quoniam non verum eſt: ꝙ vnum ſi ſignificat quod eſt: et non poſſibile eſt ſimul contradictionem eſſe: non erit nihil quod non eſt: nihil enim prohibet quod non eſt non ſimpliciter eſſe: ſed nō ens aliquid eſſe quod nō eſt.) Uult dicere philoſophus Plato arbitrabatur ꝙ ens diceretur de ſola ſubſtantia quare dicebat ꝙ ſi accidens eſſet ens eſſet ſubſtantia et non ſubſtantia dicit philoſophus quamuis hec duo ſupponātur ſcilicet non dari contradictoria vera et ens ſignificare vnum non tamen propterea accidēs eſt nihil. Nihil enim prohibet ꝙ non eſt ideſt accidens non eſſe ſimpliciter ens ſed ſcilicet nō oportet non ens aliqđ ideſt non ſubſtantiam appellari abſolute nō ens. Dicere igitur extra ipſum quod eſt niſi aliquid erit aliud vnum omnia eſſe inconueniens eſt: quis enim addiſcit ipſum quod eſt niſi quod vere eſt aliquid ſit: ſi autem hoc nihil prohibet multa que ſunt eſſe ſicut dictum eſt: ꝙ quidem igitur ſic vnum eſſe quod ē impoſſibile ſit manifeſtum eſt. Uult dicere. dicere ꝙ ly ens ſolum ſignificat ſubſtantiam et ſic neceſſario omnia ſunt vnum eſt falſum quia poſſunt eſſe plura quo ad partes vel ratione ⁊c.

¶ Dubitatur circa illum textum (at uero nec ſpecie poſſibile eſt omnia vnum eſſe ſed ſicut ex quo) dubitat Paulus venetꝯ an diſtinctio ſpecifica ſumatur ex forma ⁊ arguitur ꝙ non quia caput cor et cerebrum ſunt diuerſarum ſpecierum, vt Auerrois. 6. phiſicorum et tamen non habent diuerſas formas tenendo ſaltem ꝙ eſt vnica anima in homine: item caliditas et frigiditas differunt ſpecie et non per formas ſuas; quia non habent formas cū forme non ſit forma contrarium colligiẗ hic de mente Ariſtotelis; quia homo et equus differunt ſpecie non per ſuas materias: ergo per ſuas formas. Hic nota ꝙ differentie materiales vel accidentales que differunt intenſo ⁊ remiſſo non variant ſpeciem. Ponit Exemplum Philoſophus de maſculinitate et femininitate que differūt calore cordis magis vel minus intēſo. Alie differentie eſſentiales vel formales faciunt differre ſpecie. Sic dico ad primam rationem ꝙ differunt illa per alias formas partiales. Ad ſecundam licet non differant forma partis differunt forma totius. i. per illas quidditates ⁊ driās contra hentes genꝯ. Secundum dubium vtrum diſtinctio numeralis ſumaẗ ex materia et videẗ ꝙ non q2 intelligentie differunt ſpecie duodecimo meta. ergo differunt numero et non per materiam. Item albedo et dulcedo lactis differunt numero et non ex materia cum ſint in eadem materia. Oppoſitum philoſophꝯ 5. meta. quecunqꝫ ſunt vnum numero: illud eſt per materiam. Notādum ſm philoſophum. 7. meta. ꝙ ē triplex materia ſenſibilis itelligibilis et rōnis. Prima eſt ſubīm tranſmutationum nāliū. Materia intelligibilis eſt quantitas conſiderata abſqꝫ materia ſenſibili. Materia rationis eſt indiuiduū ſeu ratio indiuidualis vnde primo celi qui dicit celum dicit formam qui dicit hoc celum dicit materiam: dico ergo ꝙ omnis diſtinctio numeralis capiendo numerum tranſcendenter eſt per materiam ſenſibilem intelligibilem vel rationis duo calores in diuerſis materijs differunt numero per materiam ſenſibilē due albedines in duabus quantitatibus hoſtiarum conſecrataꝝ differunt numero ex materia intelligibili. Due intelligētie differunt nūero ex materia rō



nis que eſt Hecceitas; et per hoc patet reſponſio ad rationes.

¶ Sicut autem phiſici dicunt duo modi ſūt: hi quidem. n. vnū facientes quod eſt corpꝯ ſubiectum: aut trium aliquod: aut aliud qđ eſt igne denſius aere autem ſubtilius: alia autem generant raritate et denſitate multa facientes. Hec autē ſunt contraria vniuerſalr̄ autem excellentia et defectus ſicut magnum dicit plato et paruū: niſi ꝙ hic ꝗdem hec facit materiam vnum autem ſpeciem. Alij vero vnum quidem ſubiectum materiam contraria aūt drias et ſpecies: quidam autem ex vno inherentes ſegregant quemadmodū Anaximandros dixit et ꝗcunqꝫ vnum et multa dicunt eſſe: ſicut Empedocles et Anaxagoras. Ex comixtione namqꝫ ſegregant alia. Differūt autem ab inuicem eo ꝙ hic circulationem facit horū hic autem ſemel: et hic ꝗdem infinitas ſimiles partes ⁊ cōtrarias. Ille vero vocata elementa ſolū. Uult dicere ariſt. Circa iſtum textum ꝙ relictis opinionibus nō nāliter loquentiuꝫ: ſꝫ negātium principia vtpote motum inter phiſicos. i. eos qui naturaliter loquunẗ due ſunt opiniones. Prima ē ꝗ vnum tantum principiū ſubīm. i. māle conſignat in quo diuerſificantur quia aliqui aliqđ triū elemētoꝝ. Aliqui mediū inter ignem et aerē qđ eſt igne deniꝯ aere ſubtilius vt vapor et exhalatio reliqua ab iſtis ſ. medijs generant raritate et denſitate multa faciētes. Nam ſi tale medium rareſiat ſit ignis: ſi condenſetur aqua et reliqua. Rarum autem et dēſum ſunt contraria: ⁊ reducuntur ad queddam contraria vniuerſaliora. ſ. ad excellentiā ⁊ deffectum. Nā rarum eſt qđ habet parū de materia: ⁊ denſum quod habet multū de materia: ⁊ cōcordabant cū Platone quoddā mō qui ſtatuebat ꝓ principijs magnum ⁊ paruū niſi ꝙ erat diſcrepantia: ꝙ magnū ⁊ paruū dicebat ſe tenere ex pte materie. Ponebat enim vnam ideā tanꝙ principium formale participatā a diuerſis ſm diuerſitatē materie. Antiqui ꝟo naturales ponebāt cōtrarietatem ex parte forme ⁊ ponebant vnū principiū materiale: ex quo multa conſtituunẗ ſm diuerſas formas. Quiddam autem ponebant principium vnū chaos, vt Anaximādros: ⁊ ex illo ſegregabant inherentes contrarietates cōfuſas. Empedocles vero ⁊ Anaxagoras ponebant magis eſſe principium illa multa ꝗ ſunt comixta in illo chaos. Differūt autē Empedocles ⁊ Anaxagoras eo ꝙ empedocles mūdū millies imo infinities generat et corrūpit lite generat amicitia corrūpit: ſꝫ Anaxagoras ſemel dicit genitū nec āpliꝯ corrūpi: ⁊ Anaxagoras ponit ꝑncipia infinitas ſīles ptes ⁊ ꝯrias: ſꝫ Empedocles ſolū ponit ꝑncipia vocata elemēta.

¶ Dēſitas et raritas ſunt terīa quo et ad quē generationis cuiuſlibet entis naturalis in mixtis tū Ariſtoteles credit, metheoroꝝ. 4. ſemꝑ terminum ad quem fore dēſitatē: quia omnia mixta fore conſtantiora et denſiora; quod intelligendū eſt circa partes aqueas. Nam mixta in quibꝯ aqua maxime dominatur fiunt ſpiſſiora per maturationem vt pꝫ de amigdalis que fiunt groſſiores in ſuis partibus interioribus cū maturanẗ. Sed mixta circa partes terreſtres fiunt ſubtiliora cum maturantur: vt pꝫ de caſtaneis et glandibus ꝗ īmature ſunt maxime dure: mature vero fiūt molliores Omnia igiẗ mixta fiunt denſiora et conſtantiora circa ptes aqas ſubtiliora vero circa partes terreſtres.

¶ In mundi exordio ſm fidẽ catholicã, res hoc mõ diſponebant. Primo nãqꝫ duo creabant. ſ. celum et terra: ꝑ celum intelligendo nãm angelicã: ꝑ terrã aũt materiam primã: quam noĩe terre appellauit Moiſes denotans ſuam ruditatem et impꝑfectionẽ. Uel per celũ intelligẽdo celũ empireũ vt dicit Bonauẽtura: ꝙ celum eſt tanꝙ ſedes beatoꝝ terra autẽ erat inanis et vacua: quod nõ intelligas vt bene dicit magiſter ſentẽ. diſtin. 12. ſecundi: ꝙ illa materia careret forma; ſed potius intellige ꝙ illa materia carebat diſtinctiõe et ſeparatione formaꝝ atqꝫ venuſtate: ⁊ ideo dicebatur velut chaos: ⁊ ideo dixit textus. Tenebre erant ſuper faciem abiſſi: vocat abiſſum illam materiam multiplicitate formaꝝ cõfuſam: qꝛ tenebre: qꝛ nondum erat lumen: et ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas: vocat aq̃s materiam illam ſic dilapſam: quam dicit magiſter ſenten. (Nihil temere aſſerendo) diſtendi vſqꝫ ad locum vbi eſt firmamentũ. Poſtea vero dicit ꝙ ſpũs dñi ferebatur ſuper aquas. i. voluntas dñi ferebat ſuper illã materiã volendo illam diſtinguere et ſeparare. Beat⁹ tñ Auguſtinus libro primo ſuper Geneſim ca. 4. credidit oĩa ſimul eſſe facta neqꝫ fuiſſe ibi aliquã diſtinctionem dierũ corporaliuꝫ: ſed credidit illos dies fuiſſe ſpũaliter intelligendos. Oppoſitum tñ tenent beatus Hieronymus, Gregorius, et Beda tenẽtes textum ſacre ſcripture intelligendũ eſſe literalr ſm ꝙ Moiſes philoſophabat. Prima die lux fuit creata vt dicit magiſter ſenten. ea parte qua nunc eſt quartum celum et illa lux voluebat per tres dies ab oriẽte in occidens: et fecit tres dies naturales: et prim⁹ dies ei⁹ inchoauit a veſpere et nõ a mane. Et vt inq̃t ſanctus Bonauentura diſtin. 12. ſecundi ſenten. greci computant ſuos dies a mane vſqꝫ in mane ꝓpter ortũ ſolis. Aſtrologi a media die vſqꝫ ad mediã diẽ. Catholici a media nocte vſqꝫ ad mediam noctẽ. Hebrei vero a primordio noctis vſqꝫ ad alid primordium noctis. Sed querit magiſter ſenten. quomodo illa lux potuit penetrare in illam abiſſum. Reſpõdet a magiſtro ꝙ ſicut naute ſolẽt ſumpto oleo in ore proiicere quãdo ſunt ſummerſi ĩ mari et illuminare mare. Ita pari modo illa lux illuminabat illam abiſſuꝫ In ſecunda die non dixit: vidit deus ꝙ eſſet bonum quia binarius eſt numerus diſcordie ⁊ primus quia ab vnitate eſt diuiſibilis: obidqꝫ numerus peccati. ⁊ dixit: Fiat firmamentũ in medio aquarũ et diuidat aquas ab aquis. i. fiant celi omnes qui ſunt ſub empireo et aque quedam infra celos congregentur: quedam vero alie ſupra celos quas quidem aquas imaginatur magiſter cõcretas ſicut ſunt lapides criſtallini quas ſuperius poſitas eſſe credimus, vt fortius reflectatur lumen ſolis ad nos. Tertia aũt die dixit deus congregentur aque que ſub celo ſunt in locum vnum. i. in tres quartas terre. Nam ſm opinionem coſmographoꝝ tres q̃rte terre ſunt cooperte aqua: et ſola vna eſt diſcooperta. Dicit etiaꝫ appareat arida. i. diſtinguatur hec materia prima ab illa cõfuſione et per hos tres dies ſola illa prima lux illuminauit. in quarta die dixit deus fiant luminaria in firmamento celi: intellige tu. i. in celo: ſumẽdo celum pro aggregato ex ſeptem orbibus planetaꝝ et a firmamento et ſint in ſigna tempora dies ãnos: ſigna quia ſtelle ſigna ſerenitatis: ⁊ tempeſtatis et bene fortune: aut male fortune nati. ſigna quidẽ vt dicit Uirgilius. 2. georgicorũ loq̃ns de luna. Pallida ſepe plu- rubicũda flat; alba ſerenat. et ad idẽ verg. Si vero ſolem ad rapidũ nubeſqꝫ ſequentes inſpexeris nunꝙ te craſtina fallet hora. et tempora: qꝛ licet ante ſolis creationẽ fuiſſet temp⁹ non tñ diſtinguebat in horas: et minuta ſicut poſt creationẽ ſolis. Quinta vero die facte ſunt aues: et piſces ex aqua. Ubi diligẽter annota ꝙ in auibus aqua dominatur quo ad humiditatẽ eo ꝙ veſica careant: et id ꝙ aĩalia emittunt per vrinam ipe emittũt in plumas: obidqꝫ vr ꝙ rõnabiliter ſint facte ex aquis. Sexta vero die ꝓduxit terra animalia, atqꝫ dixit de⁹ faciamus hominẽ. et cetera. Produxit aĩalia terreſtria q̃ cũ abũdẽt in calore et ſanguine in aqua ſuffocarẽtur. Dicit. n. philoſophus. i. de. gene. cap. de mixtiõe ꝙ locus mixtoꝝ ẽ facies terre qꝛ quemadmodũ mixta ſunt tẽperata ita facies terre eſt loc⁹ tẽperãtior qꝛ ibi cõcurrunt quattuor elementa: et radii ſolares temperantes terrã. Deinde dixit faciamus hominem ad imaginẽ et ſimilitudinem noſtram vt preſit piſcibus maris. Ubi nota ꝙ homo eſt fact⁹ ad imaginem et ſimilitudinẽ dei. Duobus modis qꝛ in homine eſt vna aĩa et tres potẽtie quemadmodum in diuinis vna eſſentia et tres perſone. Secundus modus ꝙ quẽadmodum pater ꝓducit filium et ãbo ſpirant ſpiritũ ſanctum. Ita intellectus producit notitiam: et intellectus et notitia cauſant volitionẽ. Eſt autem hõ microcoſm⁹ qꝛ in eo ſumatũ ẽ totũ vniuerſuꝫ nãqꝫ eſt reperire in eo corpus quod conueniat cum corporibus: et aĩam q̃ conueniat cũ ſpiritualib⁹. Dantur quattuor hũores quibus conueniat cum elemẽtis. Cor quo conueniat cũ ſole: qꝛ quẽadmodũ ſol ſuis radiis oĩa viuificat ita cor omnib⁹ membris dat vitam ꝑ ſpirit⁹ vitales. ¶ Dicit textus vltra vt preſit piſcibus maris vbi notandum ꝙ ſi homo ꝑmanſiſſet in ſtatu innocẽtie oĩa reliqua animalia ſibi obedirẽt: ſed poſtꝙ cecidit ab illo ꝑ peccatum non manſit dñs. ¶ Dicit preterea textus. 7. die requieuit. Quod nõ intelligas ꝙ poſt. 7. diem nihil ſit operatus. Nam Joannes. 15. dicit a perſona Chriſti. Pater meus vſqꝫ nunc operat et ego operor illud. Quia opa trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. Dicẽdum cum magiſtro ſenten. ꝙ illud eſt intelligẽdu. 7. die requieuit ſi lꝫ ab opꝛe diſtinctiõis et ſpecificationis illius chaos vel requieuit a primena formatione ſpecierũ: non tñ ab illaꝝ operatione. Nam deus cũ operantibus ſemper operatur. ¶ Nota ꝙ ab aqua actione ſolis eleuat vna ſubſtantia ſubtilior aqua et groſſior aere et eſt vapor calidus ꝓpẽ eleuans quod eſt ſol: humidus vero ratione materie vnde eleuatur que eſt aqua. Uapor eſt materia omnium impreſſionũ aquearũ: ita ꝙ ſi iſte vapor inſpiſſetur in media regione aeris erit nubes. Nubes enĩ nihil aliud eſt ꝙ vapor inſpiſſatus. Si vero amplius condenſet fit aqua: ſi vero ampli⁹ condenſet fit nix: et magis adhuc fit grando. Aliud eſt mediũ inter ignẽ et aerẽ tale ẽ exhalatio. Hec. n. eleuat a terra ⁊ rõne eleuantis ſolis ẽ calida. Et rõne illi⁹ vñ eleuat eſt ſicca. Et eſt materia omniũ impꝛſſionũ ignitarum. Si enim aſcendat ad ſuperficiem cõcauam medie regionis aeris et nõ penetrat in illam fit vent⁹: ſi vo penetret in illam cauſatur tonitruũ: more vapoꝝ cõtentoꝝ in caſtaneã q̃ ſaltat ad ignẽ poſita ſi non ponatur fracta qõ ſ euenit qꝛ vapores tñ diſtẽdunt vt cortex caſtanee non capiat illos: et ideo cortice corrupto ſaltat. Sic ẽ de exhalationib⁹ appetẽtib⁹ exire a nube a qua circundantur. Si vero aſcendat ad ſupremam regionẽ aeris ignit et fit cometa qui eſt flãma ardens illarum exhalationum.



De elemẽti ꝑdominio.
Pͣia ꝓpõ

¶ Querit hic an in quolibet mixto ſit aliquod elementum predominans. Ad quam queſtionem reſpõdetur per aliquas propoſitiones. Prima propoſitio. In quolibet mixto debet aliquod elementum predominari. Iſta propoſitio probatur authoritate philoſophi ſecundo de generatione dicentis ꝙ non eſt dabile equale ad pondus. i. aliqua res naturalis que nõ ſit magis calida ꝙ frigida. Immo aliqđ illoꝝ debet habere a predominio. Secunda ratio: quia dicit philoſoph⁹ primo celi tex. cõ. 7. in quolibet mixto aliqđ fore elemẽtum predominans.

Secũda ꝓpoſitio.

¶ Secunda propoſitio. Talis elementi predominatio hoc modo intelligitur: ꝙ actiuitas eius maiorem habet proportionem ad reſiſtẽtiam aliorum quaꝫ habeat actiuitas aliorum ad reſiſtentiam ipſius. Ita ꝙ ipſum habet ad reliqua proportionem quadruplam: reliqua vero ad ipſum duplam. Quod ſit hoc verum patet: quia ſi omnia elementa haberent inter ſe equales proportiones: ita ꝙ a quanta ꝓportione actiuitas vnius agit in reſiſtẽtiam alterius a tanta ꝓportione aliud ageret in reſiſtentiam ipſius non fieret aliquod mixtum. Sed ſola fieret locorum tranſmutatio. Nam ſi a quãta proportione ignis agit in aquã a tãta aqua agit in ignẽ eque cito aqua vertit in ignem ſicut ignis in aquã.

Tertia ꝓpoſitio.

¶ Tertia propoſitio. Celum debet concurrere ſpecialiter ad corruptionem elementi predominantis alias maneret formaliter in mixto: quod nolumus concedere. Iſta propoſitio probatur Nam ſi ignis agit ſuper reliqua elemẽta a quadrupla proportione: reliqua vero ſuper ipſuꝫ a dupla citius ignis alia deſtruet ꝙ ab aliis deſtruatur: ſit ergo ꝙ ignis deſtruat alia ĩ dimidia hora a reliquis vero deſtruatur in vna hora: ſequitur ꝙ tranſacta dimidia hora remanebit ignis ille ſaluus: et ita formalr in mixto quia tranſacta dimidia hora reliqua ſunt corrupta et non eſt aliquod de reliquis elemẽtis qđ deſtruat ignem. Neceſſe eſt ergo ignem deſtrui a celo ne in mixto remaneat formaliter. Iſta propoſitio eſt de mente Marſilii primo de generatione capitulo de mixtione.

Quarta ꝓpõ.

¶ Quarta propoſitio eſt de mente Alberti magni in libro de proprietatibus elementorum dicentis. In quolibet mixto dominatur terra quo ad molem. Iſta propoſitio probatur ꝙ cum tria elementa q̃ ſunt ignis aer et aqua ſunt maxime actiuitatis: ſi aliquod illorum in mixto predominetur cito mixti contexturam deſtrueret. Secunda ratio: ſi aliquod iſtorum denominaretur quo ad molem: ſeq̃retur mixtum non fore conſtans firmum et ſtabile. Tertia ratio eſt experientia quotidiana que demõſtrat cum aliquod lignum comburitur: maiorẽ quãtitatem ab illo ligno decidi cineris quam vaporum et aliorum que tenẽt locum aeris et alioꝝ elemẽtoꝝ.

Quinta ꝓpõ.

¶ Quinta propoſitio talis eſt licet apud diuerſos diuerſa ſit opinãtium varietas de dominio elementorum quantum ad qualitates alteratiuas quibuſdam opinantib⁹ cum Burleo ⁊ Gentili medico: ꝙ in omni mixto dominatur aer quantũ ad qualitates alteratiuas. Aliis vo vt Angeſt õ cauſis ſecundo ꝓprietate nona credẽti ꝙ in omni mixto dominetur terra quo ad qualitates alteratiuas. Credimus vero in quibuſdam mixtis dominari terram quo ad qualitates alteratiuas. In quibuſdam vero aerem: et ſic de reliquis elementis. Iſta propoſitio tres continet partes; quaꝝ prima eſt. Omne mixtũ calidum et humidum fore: et mouetur authoritate Ariſtotelis li. 4. metheoroꝝ dicentis. Omne mixtũ fit per digeſtionẽ: ſed digeſtio eſt paſſio facta a calido ex oppoſitis paſſiuis; ergo in omni mixto dominatur caliditas et humiditas. Et ſi dicatur ꝙ ſentiunt multa mixta frigida ſicut nix et lapides: dicunt ꝙ ſenſus tactus ſepe decipit. Namqꝫ illa apparent frigida qꝛ ſunt min⁹ calida ꝙ nos: ſicut apparet homini ſe balneanti in aq̃ calida, ꝙ aq̃ min⁹ calida in illũ proiecta eſt frigida. Hec tamen opinio falſa eſt: ⁊ ad ſuum motiuũ ego dico ꝙ iſta ꝯña nõ valet. Hec res facta eſt per calidum ergo eſt calida. Namqꝫ apis frigida eſt cum ſit exanguis ⁊ ſuas omnes operationes vitales complet mediãte calore: ſic dico ꝙ ꝗuis iſta operatio que eſt cõmixtio humidi aquei cũ ſicco terre compleat a calido: non ſequit omne mixtũ fore calidum. Secunda pars iſti⁹ ꝓpõnis eſt opinio Angeſt tenentis, omne mixtum frigide ⁊ ſicce nature fore: cuius rõ eſt: illđ ad quod ſe reducit illa res relicta ſue nature reputatur naturale illi rei; ſed ſic eſt ꝙ homo mortuus maxime infrigidatur etiam ſanguis exiens a corpore cõgelatur et frigeſcit vt ſi frigidus ſumatur ſit venenũ pernicioſum. Sed ne credas iſtis: ſed potius in quibuſdam mixtis dominari terraꝫ quo ad q̃litates alteratiuas: vt in lapide: in quibuſdam vero dominari aquam vt in piſcibus; Et ita dicendum eſt de reliquis.

¶ Sexta propoſitio. Elementoruꝫ in mixto predominiũ quãtũ ad qualitates motiuas eſt attendendum penes leuium corporũ mixtionem aut penes intenſionem caliditatis elementaris ferme vſqꝫ ad ſummũ. Iſta ꝓpõ ꝓbat: qꝛ gelu eſt leui⁹ aqua propter mixtionem quandam partium leuiuꝫ que ſunt exhalationes ſicce terreſtres: et lignum eſt leue ꝓpter mixtionem partium aereaꝝ. Secũda pars ꝓbat ſuppoſito ꝙ eſt duplex caliditas. ſ. anime que eſt caliditas ſpirituoſa: et de hac dicitur ꝙ hõ ẽ calidiſſimus animaliuꝫ. 4. ꝓbleumatũ: qꝛ habet maiorem quantitatem ſpirituũ aliis omnib⁹ aĩalib⁹ ſub equali magnitudine: et iſta non facit rẽ eſſe leueꝫ vt pꝫ de aĩalib⁹ q̃ hñt multum de hac caliditate et ſunt grauia. Alia eſt caliditas elementaris ignea et hec facit rem eſſe leuem: ſi tamen intendatur ꝙ quaſi appropinquet ad ſummum vt pꝫ in aere et igne. Sexta ꝓpõ

¶ Septima ꝓpoſitio. Elemẽta quãtum ad organizacionem et quantũ ad modũ ſubſtãtie nihil agunt. Ibi enim tota actio attribuitur ipſi virtuti informatiue quam neceſſariam fore in cuiuſlibet mixti formatione quantum ad organizacioneꝫ et modũ ſubſtãtie hñ ſuadebim⁹ infra. Septĩa ꝓpõ.

¶ Sed quia de raro et denſo cepim⁹ loqui, ꝗuis hec materia aliquantulum ſit pertractata in ſecunda parte: tñ nunc abunde volo illã tractare penes quid inquam attendat raritas et denſitas et dicit calculator ꝙ penes diſtantiã punctoꝝ in materia ꝓportionata. Uult dicere attendendum eſt ad quantitatem et ad materiam et ſic declaratur: ſi inter materias inuicem duoꝝ corpoꝝ et inter quantitates eſt ꝓportio equalitatis ſunt eque rara et eque denſa: vt ſi ſint duo pedalia equalr hñtia de mã ſi vo ſint ineq̃lia ꝯſiderandũ eſt ſi q̃lis ẽ ꝓportio q̃ntitatuꝫ

Queſtio penes q̃d attend. raritas et denſitas.

talis eſt materierum: et ſi ſic ſunt eque rara et eque denſa: vt ſi bipedale compararetur ad pedale ſi quemadmodum quo ad quãtitatem ſe habet in dupla ita quo ad materiam ſunt eque rara et eque denſa: Si vero maior ſit ꝓportio quantitatum quam materierum: vt ſi quantitatum eſt dupla et materierũ ſequialtera dupla excedit ſequialteram in ſequitertio erit in ſequitertio: maius rarius minori: ratio quia ſi in eadem ꝓportiõe plus habet de materia qua eſt maiꝰ eſt eque rarum: ſed nũc deficit ab illa materia in ſequitertio: ergo in illa eſt rarius quam tunc erat ergo quam minꝰ quod eſt eque rarum: ſi vero maior ſit proportio materierum quam quantitatum in ea qua proportio materierum excedit eaꝫ que eſt quãtitatum maius eſt denſius. Verbi gratia: excedant ſe quãtitates ĩ dupla materie vero in tripla excedit tripla duplã in ſequialtero: in ſequialtero eſt magis denſum maius quam minꝰ: probatur: quia ſi in eadẽ proportione eſſet maius quam haberet plus de materia eſſet eque denſum: ſed modo eſt denſius quam tunc in ſequialtero: ergo quam minus quod tunc eẽt eque denſum vt maius: ſi vero quantitates ſe habẽt in dupla et materie ſint equales maiꝰ eſt rarius minori ſm ꝓportionẽ quantitatum hec eſt veritas calculatoris calculandi raritatem et denſitatem.

Notabile primum

Declarandũ eſt ergo primo quid ſit infinite rarum et infinite denſum infinite rarum ẽ quod ſub infinita quantitate finite continet de materia infinite denſum quod ſub finita quantitate infinite habet de materia. Unde ſi omnes partes infinite rari magis rareſcãt non valet. Hoc mouetur motu rarefactionis quo mediante magis rareſit ergo efficitur rarius.

Nota. 2.

Item de infinite dẽſo: ſi amplius extrema appropinquẽt non valet: hoc mouetur motu condẽſationis et magis et magis cõdenſatur: ergo efficitur denſius non valet: ꝙ ſi aliquis ſtatuat ꝙ ſit vnuꝫ corpus pedale et hora futura diuiſa per partes proportionales dupla proportione in prima parte proportionali rareſiat vniformiter ad duplum in ſecũda item rareſiat vniformiter ad duplum: et ſic vſqꝫ ad finem hore in fine erit vniformiter rarum vel denſum finite de materia continens quod eſt falſum vt dicetur in tertia ꝓpõne: dicẽdũ ꝙ in fine non manebit eo ꝙ ſequitur ꝙ infinitum rectum eſſet clauſuꝫ inter duo extrema. Nam cum ſecũda pars ꝓportionalis illius corporis ſit inter primam et ſecũdam et ſemper in quauis parte ad duplum augeatur: in fine erit infinita et inter illas duas clauſa ergo intentum, vel dic ꝙ in inſtanti terminatiuo deus reducet ad quantitatẽ finitam.

Pria ꝓpõ Notab. 3.

Noto ꝙ omne finitum vniformiter rarum, vel denſum finite eſt actiuitatis, ꝓbatur quia ſi eſt finitum finitas continet partes equales verbi gratia tres tertias et tantum habet de materia vna ſicut alia quia eſt vniformiter rarum vel denſum: ſed prima habet finite: ergo omnes tres habẽt finite de materia. Tenet conſequentia quia ex finitis finities ſumptis ſolum reſultat finitum: vltra totum habet finite de materia: ergo de forma. Tenet conſequentia ex philoſopho. 4. phiſicoꝝ. Agens tãtum dat de loco ſicut de forma: quod dclarat Marſilius. i. de materia vltra finite habet de forma: ergo de actiuitate.



Secũda ꝓpoſitio.

Secunda propoſitio. Stat aliqd finitũ eẽ infinite actiuitatis ſi ẽ difformiter rarũ vel denſum: quod fiet hoc modo. Sit vnum infinite magnum vniformiter rarum vel denſum cuius quodlibet pedale habeat vnum pedale de forma et primũ pedale maneat intactum: ſecũdum pedale condenſetur ad ſubduplum: tertium ad ſubquadruplũ ſemper per numeros pariter pares: iam hic ſunt infinita corpora omnia ſe habentia in dupla proportione ergo primum eſt tãtum ſicut omnia alia, ſed primũ eſt pedale: ergo et omnia alia ſunt vnum pedale: ergo totum eſt bipedale: et per conſequens totum eſt bipedale et continet omnem formam quam illud infinitum: ergo eſt infinite actiuitatis.

Tertia ꝓpoſitio.

Tertia propoſitio. Omne infinitum vniformiter rarum vel denſum eſt infinite actiuitatis: patet quia ſi eſt infinitum et vniformiter rarum vel denſum: ergo omnes partes equales equaliter habẽt de materia et ſunt infinite equales ergo infinitũ hñt de materia et ſic eſt infinite actiuitatis.

Quarta ꝓpõ.

Quarta propoſitio. Poſſibile eſt dare infinitum finite actiuitatis patet de infinite raro quod erit hoc modo ſi pedali diuiſo per partes ꝓportionales prima pars rareſiat ad pedale: ſecũda ad pedale: tertia ad pedale iam eſt infinite magnuꝫ et infinite rarum et finite actiuitatis quia finite habet de materia.

Queſtio egregia

Queritur vtrũ raritas et denſitas eſt poſſibilis. Hanc queſtionem ventilabo ad mentẽ illius ſubtiliſſimi Aluari thome in ſuo triplici motu tractatu tertio capite prĩo et arguitur pars negatiua quia vel tam raritas quam denſitas ſunt poſitiue et ſunt qualitates: vel nonnullũ iſtorum eſt: dicendũ igitur nec raritas nec denſitas eſt poſſibilis: nõ primuꝫ quia raritas ita ſe habet ꝙ eq̃ velociter et eque proportionabiliter ſicut raritas acquiritur ita velociter et eque proportionabiliter denſitas deperdit̃ ſed hoc non poteſt eſſe de duobus poſitiuis: igit̃ raritas et denſitas non ſunt q̃litates poſitiue ambe. Maior patet quia quãtum aliquid de raritate acquirit et in eadẽ proportione tantum deperdit de denſitate et in eadem proportione. Minor ꝓbatur quia ſi ſint duo poſitiua que eque velociter et eque ꝓportionabiliter ſe habeant vnum in augmento aliud in diminutione: vel ſunt equalia vel inequalia. Si primũ ſint. a. et. b. auget̃. a. eque velociter ſicut. b. diminuit̃ ſit per duos gradus maioreꝫ proportionem perdit b. quam acquirit. a. quia quãdo eadem latitudo tollitur a minori: et additur maiori maiorem proportionem perdit minus quam acquirat maiꝰ ſi inequalia ſit. b. minus quod diminuatur et. a. maius et ſequitur ſi eque velociter diminuatur. b. ſicut augetur. a. ꝙ maiorem ꝓportionem perdit. b. per eãdem regulam: nec refert ſi maius diminuatur et minus augeatur. Nam tũc cum minus acquirit aliquid quod idẽ perdit maius maiorem ꝓportionem acquirit minꝰ quia eadem latitudo addita maiori et minori plus facit acquiri minori quam maiori ſed eandem ꝓportionem perdit maius perdendo vnam latitudinem ſicut acquirit aquirendo eandem: ergo non poſſunt eque ꝓportionabiliter augeri ſi eque velociter. Cõfirmatur: ſi raritas eſſet qualitas ſequeretur ꝙ poſſibile eſſet dare rarum vniformiter difforme. ſequella patet ſicut de alijs qualitatibꝰ dici ſolet: ſed falſitas

ꝯñtis



conſequentis probatur: quia ſequitur illud eſſe infinite denſum. Nam ſecunda pars eſt in duplo minus rara quam prima: ergo in duplo magis denſa diuidendo minoribus verſus non gradum: ⁊ tertia eſt in duplo magis denſa ſecunda: ergo totum eſt infinite denſum: ergo non eſt vniformiter difformiter rarũ.

Secũduꝫ p̃cipale.

Secundo principaliter arguitur probando ꝙ raritas non ſit poſſibilis: quia vel in eadem proportione raritas augetur qua augetur proportio quantitatis ad materiam: vel in eadem qua quantitas augetur. Si primum ſequitur aliquãdo rareſiendo in duplo non effici in duplo maius et aliquando effici minus quam in duplo maius ⁊ aliquando effici per duplam raritatem in duplo maiꝰ. Verbi gratia: ſi quantitatis ad materiã eẽt dupla ꝓportio ſi quãtitas acquirit duplã etiã raritas acquirit duplã: quia proportio quantitatis ad materiam efficit̃ maior in duplo: ſi vero ſit quantitatis ad materiã ſequialtera acquirẽte quãtitate vnã ſequialteram: duplatur raritas quia duplatur proportio: et ſi ſit ꝓportio quantitatis ad materiam quadrupla debet quantitas ſe decuplari: ſed certe iſta ſunt abſona: quia ſufficit ⁊ requiritur in eadem ꝓportione quantitatem augeri qua ⁊ raritas. Nec videt̃ raritatem in ſequi augmentum quantitatis: data paritate materie. Nam ſi ſic dato pedali vniformi ſi in infinitũ rareſiciat ipſo manente vniformi ſequeretur eſſe infinite rarum. Sequella nota eſt: ſed probo ꝙ non: quia ſequitur ꝙ nullam materiam continet: et ſic non eſt rarum nec denſum: ſed ſequella probatur quia ſi aliquam materiam continet et cum ſit vniforme tantũ cõtinet in vna parte ſicut in alia ſibi equali ⁊ ſunt infinite equales: ergo habet infinitum de materia: ⁊ ſic non eſt infinite rarum contra te.

Tertium p̃cipale.

Tertio p̃cipaliter arguitur. Si raritas eſt poſſibilis maxime eſt per rarefactionem ſed hoc non: quia vel rarefactio eſt motus ad ſubſtãtiam vel ad quantitatem: non primum quia eſſet generatio: nec ſecundum, quia tunc in quolibet inſtanti intrinſeco rarefactionis eſſet alia quantitas cum ſit maior raritas: ⁊ ſi alia quantitas: ⁊ precedens nõ corrumpitur vt probabo: ergo penetratio dimenſionum eſt poſſibilis ſcilicet huius quãtitatis cum preexiſtenti: ⁊ minor probatur: quia ſi corrumpitur: vel per applicationem contrarij: ⁊ hoc non quia quantitati nil eſt cõtrarium: vel corruptione ſubiecti: vel abſentia conſeruantis quorum nullum adeſt in quantitate vt corrumpatur. Si diceres, vt Marſilius ꝙ ſemper in rarefactione eſt alia ⁊ alia quantitas: ⁊ ꝙ quelibet cuilibet cõtrariatur: primo hoc eſt contra Ariſtotelem qui in predicamento quantitatis ponit quantitati nil eſt contrarium. Secundo ſequeretur ꝙ pars toti eſſet contraria. Tertio ſequeretur virtutem finitam infinita gignere et corrumpere in quãtulocumqꝫ tempore paruo: quod certe male ſonat. Et ſi diceres cum doctore ſubtili ꝙ in rarefactione nec quantitas, nec ſubſtantia acquiritur: ſed ſolum maior locus. Contra ſequeretur in qualibet rarefactione omnia naturalia rareſieri: vel penetrationem dimenſionum eſſe. Sequella probat̃ et ponatur vnũ pedale rareſieri quouſqꝫ ſit bipedale: et acquirat locum pedalẽ vbi erat pedale aeris quod ſit. a. petitur vel. a. manet illic vel non: ſi primum penetratio a. cum pedali rarefacto: ſi ſecũdũ ſcilicet. a. non manet illic: ſed expellebatur ad alium locum idem dicetur de corpore ꝙ erat in alio loco ⁊ ſic proceſſus in infinitum: immo celi latera diſtenderentur quod eſt impoſſibile.



Quartum p̃cipale.

Quarto principaliter arguitur ſi rarefactio ⁊ condenſatio eſſent poſſibiles: ſequitur ꝙ rarum difforme cuius vtraqꝫ medietas eſſet vniformis correſponderet ſuo gradui medio: ſed conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur ſequella eſt nota ⁊ falſitas conſequentis arguitur et capio vnum pedale cuius vna medietas ſit rara vt octo et alia vt quattuor: ſi tale pedale correſponderet ſuo gradui medio poſſet ad vniformitatẽ reduci ita ꝙ cõtinuo correſponderet ſuo gradui medio medietate intenſiore continuo tantum deperdẽre quantum acquirit medietas remiſſior: ſed conſequens eſt falſum. Falſitas conſequẽtis probatur. Volo ꝙ medietas rara vt octo perdat vnum gradum raritatis et tantum acquirat medietas rara vt quattuor: tũc tale pedale rareſit: ergo non poteſt reduci ad vniformitatem ipſo continuo manente eque raro. Conſequentia eſt nota: et probatur antecedens: quia medietas intenſior perdit vnum gradum raritatis: ergo efficitur in ſequiſeptimo dẽſior: ergo perdit vnaꝫ octauam ſemipedalis que eſt decimaſexta pedalis: et medietas remiſſior acquirit illum gradum: ergo efficitur in ſequiquarto rarior: ergo acquirit quintam ſemipedalis que eſt decima pedalis: ergo plus acquirit de quantitate quam deperdit ⁊ nil recipit de materia de nouo: ergo rarius ẽ quam ante: ergo intentum. Dicunt aliqui ad hoc ꝙ quamuis in quolibet inſtanti intrinſeco nõ poſſit reduci ad vniformitatem quin rareſiat: tamen in toto tempore reducet̃ ad vniformitatem gradus medij quin rareſiat: itaqꝫ cum medietas minus intenſa acquiſierit medietatẽ exceſſus: tunc erit ſub vniformitate gradus medij ſine rarefactione et condenſatione: ſed contra acquiſita medietate exceſſus rareſit: ergo non reducitur ad vniformitatem gradus medij ipſo continuo manente ſub eodem gradu raritatis: conſequentia eſt nota: ⁊ probatur antecedens: quia medietas intenſior perdendo duos gradus perdidit ſequitertiã: et ſic vnam quartam ſui que eſt octaua pedalis, et medietas remiſſior acquiſiuit ſequialteram: ⁊ ſic medietatẽ ſemipedalis que eſt quarta pedalis: ergo plus acquiſiuit quantitatis quam perdidit ipſo nullã materiam acquirente ergo rareſit. Dicendum non eſſe reducendum ſm calculatorem ad vniformitatẽ per raritatem que eſt priuatiuum ſed per denſitatẽ: ſed contra ſequeretur ꝙ denſum difforme cuius vtraqꝫ medietas eſſet vniformis poſſet reduci ad vniformitatem ipſo continuo manente eque denſo per tantã deperditionem medietatis intenſioris ſicut acquiſitionem remiſſioris: ⁊ ſequella nota eſt: ſed probatur hoc eſſe falſum. Perdat intenſior medietas vnũ gradum ⁊ acquirat remiſſior illum: totum condenſatur quia ſi perdit vnum efficit̃ in ſequiſeptimã minꝰ denſa: ergo in ſequiſeptimo magis rara: ⁊ ſic acquirit vnam ſeptimam ſui que eſt decimaquarta pedalis ⁊ medietas remiſſior efficit̃ ĩ ſequiq̃rto magis dẽſa: ergo perdit vnam quartam ſui que eſt octaua pedalis: ergo plus deperdit quam acquirit de quantitate ſub eadem materia: ergo efficitur denſius. Dicendum ꝙ quamuis verum ſit ipſum condenſari in deperditione prime medietatis exceſſus tamen in deperditione ſecũde medietatis exceſſus rareſit corpus

quantum ante condenſabatur ⁊ ſic in toto ſaltē tempore reductionis manet idem gradus raritatis: et denſitatis quod patet in ſecunda medietate perdidit intenſior medietas duos gradus: ⁊ efficitur in ſequitertio magis rara: ergo acquirit vnam tertiam ſemipedalis que eſt ſexta pedalis et remiſſior efficitur in ſequialtero magis denſa: ergo perdit vnam tertiam ſui que eſt ſexta pedalis igitur in toto tempore quantum illud corpus acquiſiuit de quātitate tantum perdidit ſed contra tale corpus per totam horam rareſcit: ergo intentum, nota eſt conſequentia et probo antecedēs: quia ſemper per maiorem partem vadit intēſio raritatis quā remiſſio eodem gradu: ergo totum rareſcit tenet conſequentia ſicut dici ſolet ſi per maiorem partem vadit albedo quam nigredo eodem gradu: ergo totum albeſcit, item replicatur non eſt dabile inſtans in quo tale corpus incepit rareſieri poſtquam condenſabatur: igitur nō bene reſponſum eſt tenet conſequentia: ⁊ probatur: antecedens maxime eſſet inſtans medium illius temporis in quo medietas denſitatis depdende eſt deperdita ⁊ acquiſita medietati remiſſiori: ſed falſitas cōſequentis probatur: et capio vnum bipedale cuius vna medietas ſit denſa, vt duodecim et alia, vt dimidium et volo ꝙ per horam vniformiter medietas intenſior perdat .5. grdus cum tribus quartis ⁊ tātū acquirat medietas minus denſa ita ꝙ totum in fine manebit vniforme. ⁊ arguitur ſic ante inſtans medium talis temporis incipiet tale corpꝰ rareſieri poſt quam condenſabatur: ergo non eſt illud inſtans medium totius temporis vniformitatis conſequētia pꝫ ⁊ arguitur añs volo ꝙ illa medietas denſior deperdat vniformiter duos gradꝰ dēſitatis et illos acquirat medietas minus denſa et manifeſtum eſt ꝙ medietas denſior efficiť in ſequiquinto rarior ergo maior ergo acquirit vnam quintam pedalis ⁊ alia medietas efficitur in quintuplo denſior ergo perdit .4. quintas ſui ⁊ manet preciſe vna quinta pedalis volo de inde ꝙ medietas denſior perdat medietatem vnius gradus quam acquirat altera que māſit quinta pedalis tūc totum rareſcit quod probo: quia pedale denſius efficitur in ſequi .19. rarius et maius et alterum efficitur in ſequi quinto denſius: ergo acquirit vnam ſextam ſui: ſed ſexta quinte eſt .30. ğ plus acquirit de quantitate quam deperdit: ergo non acquiſita materia efficitur rarius.

Quintū pricipale

¶ **Quinto principaliter arguitur:** ſequitur ꝙ quemadmodum datur rarum vniformiter diſſorme a certo gradu vſqꝫ ad certum gradum ita daretur rarum vniformiter diſſorme a certo gradu vſqꝫ ad non gradum: ſed hoc eſt contradictio: quia ſi eſt vniformiter diſſorme a certo gradu vſqꝫ ad nō gradum correſpondet gradui medio ⁊ eſt rarum, ⁊ eſt nō rarum: quia eſt infinite denſum, quia cum ſecūda pars ſit in duplo minus rara: ergo ē in duplo magis denſa ergo cum ſit in duplo minor tātum habet de materia ⁊ ſic de tertia reſpectu ſecunde: ergo illud eſt infinite denſum ergo eſt non rarum. Dicēdū ꝙ quamuis detur rarum a certo gradu vſqꝫ ad certum gradum, ſed non vſqꝫ ad non gradum: quia illud eſt poſſibile hoc vero implicat contradictionem bene tamen poteſt dari denſum a certo gradu, vſqꝫ ad non gradum: quia non ſequitur illud eſſe infinite rarū. Nam quamuis infinite rara ſit aliqua pars tamen eſt finitum finite continens de materia; ergo non eſt infinite rarum.



Sextum pricipale.

¶ **Sexto principaliter arguitur:** ſi raritas et denſitas eſſent poſſibiles: ſequeretur ꝙ pedale cuius prima pars eſſet aliquantulum rara ⁊ ſecunda in duplo quam prima ⁊ tertia in duplo quam ſecunda eſſet infinite rarum ſequella probatur ſicut dicitur de intenſione ꝙ ſi diuidatur pedale proportione dupla ⁊ prima pars ſit aliquantulum calida ſecunda in duplo magis calida quam prima et tertia quam ſecunda totum eſt infinite calidum ſic in propoſito raritas prime partis aliquantulū denominat totum ſecunde tantum, et tertie tantum: et ſic ſine ſtatu: ergo totum eſt infinite rarum: ſed probo ꝙ nō ſub finita quantitate finite habet d̄ materia: ergo eſt finite rarum. Item eſt aliqualiter denſum: ergo non eſt infinite rarum conſequentia eſt nota, ⁊ probatur antecedens. prima pars eſt aliqualiter denſa ſecunda in duplo minus denſa: ergo in quadruplo minus habet de mat. ria et tertia quā ſecunda et q̄rta quā tertia: ergo materia omnium partium dempta prima eſt ſub tripla ad primam ſed prima eſt finita: ergo et quod ſubſequitur.

Prima confirma.

¶ **Et confirmatur capio vnum cor**pus cuius prima pars proportione dupla ſit aliquātulum rara ſcilicet vt duo ⁊ ſecunda in duplo minus: ⁊ tertia in duplo minus quam ſecunda: ⁊ ſic conſeq̄nter. Tunc illud corpus eſt, rarum et non eſt rarum. Primo illud corpus eſt rarum, vt vnum cum vna tertia: quia quemadmodum dicitur in materia de intēſione: ſi detur vnum corpus: cuius prima pars proportionalis proportione dupla ſit intenſa, vt duo: ⁊ ſecunda in duplo minus: ⁊ tertia in duplo minꝰ quā ſecunda totum eſt intenſum vt vnum cum vna tertia quod ſic probatur: quia prima pars cum ſit, vt duo denominat totum vt vnum: ⁊ ſecunda cum ſit vt vnum et ſit in vna quarta ſubiecti denominat totum vt vna quarta et ſic omnes denominationes habent ſe in quadruplo: ergo prīa denominatio eſt tripla ad oēs dēpta prima: ſꝫ prima eſt vt vnum: ergo oēs alie ſunt vt vna tertia. ꝙ autem non ſit rarum probatur ſic eſt infinite denſum: ergo non eſt rarū: conſequentia, eſt nota: ⁊ probatur antecedēs: quia ſecunda ps eſt in duplo minus rara: ergo eſt in duplo magis dēſa: et ſi eſſet tam denſa ſicut prima continet in duplo minus de materia quā prima: ſed modo eſt in duplo denſior: ergo continet tantum de materia ſicut prima et tertia ſicut ſecunda: et ſic ſine ſtatu: ergo illud corpus ſub finita quantitate infinite habet de materia: ergo eſt infinite denſum.

Secūda ꝯfirmatio

¶ **Confirmať ſecundo et capio vnū** pedale. Cuius prima pars proportionalis ꝓportione decupla ſit dēſa aliq̄liter: ⁊ ſecunda in duplo magis: et tertia in duplo magis quam ſecunda: et quarta in duplo magis quam tertia: et ſic conſeq̄nter: et ſic arguo: ſequeretur ex queſtione ꝙ illud corpꝰ eēt infinite denſum: ſed conſequens eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur: ſequella probatur: quia ſi alicuius corporis diuiſi per partes proportionales ꝓportione dupla prima pars proportionalis ſit aliquantulum denſa: et ſecunda in duplo denſior: et tertia in duplo denſior quam ſecunda: et quarta in duplo denſior quam tertia: et ſic conſequenter: totum illud corpus eſt infinite denſum cum contineat ſub finita quātitate infinitam materiam, vt probatum eſt in cōfirmatione ſuperiori: igitur pari ratione eſſet corpus diuiſum per partes proportionales proportione dupla cuiꝰ prima pars proportionalis ſit aliquantulū denſa ⁊ ſecūda in duplo magis: ⁊ tertia in duplo magis quam ſecunda et ſic conſequenter: erit etiam dēſum infinite quod fuit probandum: ſed modo probatur falſitas conſequentis: quia pari ratione ſequeretur ꝙ corpus diuiſum proportione decupla: cuius prima pars eſſet aliqualiter denſa: ſecunda in duplo plus ⁊c. eſſet infinite dēſum: ꝯſequens eſt falſum: q2 illud corpus ſub finita quantitate finite habet d̄ materia: ergo eſt finite denſum. Antecedens probať et ſuppono ꝙ prima eius pars ſit denſa, vt vnum: ſecunda pars proportionalis eius ſi tantam materiam cōtineret quantum continet prima eſſet in decuplo dēſior: ⁊ per conſequens vt decē, cum ſit in decuplo minor ſed modo ē in quintuplo minus dēſa quam tunc eſſet et hoc ſub eadem quātitate (quia duplum ad ſubdecuplum eſt ſub quintuplum ad decuplum, vt patet) ⁊ modo eſt preciſe denſa, vt duo vt patet ex caſu: igitur modo in quintuplo minus cōtinet de materia quam tunc contineret: ſed tunc continet tantā materiam quātam continet prima: igitur modo in quintuplo minorem materiam cōtinet quam prima: et pari ratione tertia pars proportionalis in quintuplo minus de materia continet quam ſecunda: et quarta, in quintuplo minus quam tertia ⁊c. Igitur aggregatum ex omnibus illis materiebus eſt ſexq̄quartum ad materiam prime partis proportiōalis ſed materia prime partis proportionalis eſt finita, vt quattuor ſuppono: igitur tota materia totius corporis eſt vt quinqꝫ: ⁊ per conſequens finita quod fuit probandum.



Octauuꝫ pricipale.

¶ **Octauo principaliter arguitur:** ſequitur idē corpꝰ eſſe īfinite dēſum: ⁊ finite dēſum: cōſequens eſt falſum, vt conſtat: ſequella probatur volo ꝙ ſit vnum pedale habens vnum gradum de materia ⁊ volo ꝙ prima pars condenſetur aliquantulum ſecunda in duplo plus tertia in triplo plus ⁊ ſic conſequenter tunc iſtud corpus eſt infinite denſum quia infinite denſa eſt aliqua pars: et eſt finite denſum ſicut ſecunda pars proportionalis. Dicendum ꝙ non valet infinite denſa eſt aliqua pars: ergo eſt infinite denſum, Nec valet in motu, nec in qualitatibus: Ideo diceret aliquis eſſe ita denſum, vt ſecunda pars. Contra Volo ꝙ prima condenſetur ad ſubduplum ſecunda condenſabitur ad ſubquadruplū ergo eſſꝫ in quadruplo denſius quam antea: ſed contra non eſt in quadruplo minus et habet eandē materiam: ergo non eſt in quadruplo denſius nota ē cōſequentia ⁊ probatur maior: prima pars condenſatur ad ſubduplum ⁊ efficitur quarta; totū quod reſtat non deuenit ad non quantum: ergo nō eſt in quadruplo minus. ¶ Unum tamē nota ꝙ non cuiuslibet corporis ſcit intellectus aliquis humanus cui nam denſitati reſpondeat: vt ſi prima pars pedalis eſſet dēſa aliquantulum ſecunda in ſequialtero tertia in ſequi tertio per omnes ſpecies proportionum in dēſitatibus: ita ꝙ conſtituatur denſitas partis ad partem in proportione irrationali ſic enim impedietur calculatio.

Nonum pricipale

¶ **Nono principaliter ſic arguitur.** ſequitur idem rareſieri ⁊ condenſari ſequella ꝓbatur. volo ꝙ vnum pedale diuiſum per partes ꝓportionales proportione dupla ſic ſe habeat ꝙ prīa ps rareſiat ad duplum ſui: ſecunda vero condēſetur ad ſubduplum ſui: ⁊ ſic conſequenter tunc illud eſt rarius: quia eſt maius et continet eandem materiam: ꝙ ſit maius patet: quia prima pars acquiſiuit ſemipedale: ⁊ totum reſiduum perdidit quartam pedalis ergo plus quantitis acquiſiuit quam perdidit. Et ꝓbatur ꝙ ſit denſius quia infinite denſa eſt aliqua ps ergo eſt infinite denſum. ¶ Et confirmatur: volo ꝙ ſit aliquod corpus diuiſum per partes proportionales dupla proportione: ⁊ vna hora ſimiliter ⁊ in prīa parte illius hore: prima pars rareſiat: ⁊ in eadem parte hore: ſecunda pars condenſetur ad ſubduplā quantitatem quā acquiſiuit prima et in ſecunda parte: ſecunda pars rareſiat: ⁊ tertia condēſeur ad ſubduplū illius qd̄ acquiſiuit. ⁊. et ſic in infinitū tūc in fine hore illud corpꝰ eſt rariꝰ: et non rariꝰ, primū ꝓbatur: quia illud corpus eſt maius quam antea ſub eadē materia: ergo rarius: antecedēs probatur: quia in fine hore prima pars ē maior quam antea: et ſcd̄a eſt maior quam ātea. et aggregatum ex mille ꝑmis eſt maiꝰ quā ātea: ergo totale corpꝰ ē maiꝰ quā ātea quia aggregatum ex prima et ſecunda magis acq̄ſiuit quam perdidit cum acquiſitum. prime ſit duplū ad perditum ſecunde: ⁊ ꝙ non ſit rarius: probatur tantum ſicut antea probatur: quia tantum eſt acquiſitum: ſicut deperditum. Nam prima pars eſt equalis omnibus alijs: ⁊ prima pars aliquantam quantitatem acquiſiuit, ſecunda in duplo minorem perdidit tertia in duplo minorem ⁊ ſic cōſequenter: ergo aggregatum ex omnibus perditis ē equale prime ⁊ ſic totum corpus tantum acquiſiuit quantum perdidit: ergo manet equale et ſic non eſt rarius. ¶ Cōfirmatur ſecundo: ſequitur aliquod corpus pedale tota iſta hora ſequenti eſt maius quā nunc eſt et in fine hore erit tm̄ ſicut mō ⁊ tamen in fine hore nil perdet quod videtur contradictio. Nam ſi tota hora eſt maius quā nūc eſt aliquo exceſſu eſt maius quā nūc ⁊ ille nō ꝑdiť ꝑte in fine ğ manet i fine: ⁊ ſeq̄lla ꝓbať ſit caſus ꝙ vnū pedale quo ad ſui primā medietatē. in prima medietate hore augmenteť ad duplū: ⁊ in ſecunda quo ad eandē condenſeť continue: et eque velociter: ⁊ ſequiť totum clare. Sed contra hoc replicať ſequeretur ꝙ aliquid nūc eſt pedale: ⁊ ꝑ totā iſtam horam erit maius quam nunc eſt: ⁊ hoc continue: et tamen in fine erit minus quam nunc eſt nihil in fine deperdendo: conſequens eſt impoſſibile: ergo añs: ſequella probatur: capio vnum corpꝰ pedale diuiſum ad imaginationem per partes proportionales: ⁊ hora ſimiliter diuidiť ꝓportione dupla minoribus verſus finē: et in prima parte ꝓportionali hore acq̄rat prima pars corporis vnuꝫ pedale ceteris quieſcentibus: et in ſecūda parte acq̄rat ſecūda ps corpis duo pedalia condenſando primā, vſqꝫ ad ſubduplā quātitatē reſpectu illius quam habet in inſtāti preſenti: ⁊ in tertia acquirat tertia pars corporis 4. pedalia condēſando ſecundā ad ſubduplā quātitatē reſpectu illiꝰ quam habet in inſtanti preſenti: ⁊ ſic in infinitum: quo poſito in fine hore illud corpus manebit ſubduplū reſpectu magnitudinis quā nūc habet ⁊ in fine nil perdit, et per totā horā continuo erit maius. ⁊ maiꝰimo in infinitū creſcet. ¶ In oppoſitum: arguiť ꝑ phm ponentem motū rarefactionis et condenſationis ſeptimo phiſicorum tex, co, 15.



¶ **Pro declaratione huius queſtionis.** Notandum in hac materia de raritate, et denſitate fuiſſe tres famatas opiniones. Prima eſt Burlei et Comentatoris, et Pauli veneti q̄rto phiſicorū

dicentium: ꝙ raritas et denſitas ſunt due qualitates poſitiue: ita ꝙ ſi ab aliquo ſubiecto tolerentur tam raritas quam denſitas illud nõ eſſet rarũ nec dẽſum: ⁊ ſi tñ haberet de raritate ſicut de dẽſitate illud nec eẽt rarũ nec dẽſum.

Secũda Opinio. ¶ Secũda opinio eſt ꝙ raritas eſt qualitas poſitiua: denſitas vero eſt quid priuatiuum ita ꝙ ſe habet tanꝙ lux et tenebra, cecitas et viſus: hec tñ opinio ꝓbabilis eſt ꝗuis non ſit in vſu. ¶ Tertia opinio eſt Calculatoris tenentis ꝙ raritas eſt q̃d priuatiuum: et idem ꝙ res rara: dẽſitas vero eſt q̃d poſitiuum, ⁊ idem ꝙ res denſa. Harũ tñ opinionum cenſeo probabiliorẽ opinionẽ Calculatoris. Ex quo infertur: ꝙ ſi quiſpiã velit tutari primã opinionem poſſet quidem facile: non admittendo cõmunes diffinitiones rari et denſi. Unde ſecundum hãc opinionem non valet ſub finita quantitate finite cõtinet de materia: ergo eſt rarum: ſed deberet argui potius habet qualitatem q̃ eſt raritas: ergo eſt rarum: nec mirabile eſt ꝙ vnaqueqȝ opinio reſpondeat per ſuas ꝓprias diffinitiones non admittendo diffinitiones alterius opinionis, vt pȝ in opinione realiũ, qui non admitterent diffinitionẽ ſecũde intentionis traditam a nominalibus. Nec valet dicere cõtra hanc opinionẽ dato vno corpe pedali: cuius prima ps habeat aliquantulũ de illa qualitate que eſt raritas ſecunda in duplo magis quã prima: et tertia in duplo magis quam ſecunda tũc illud corpus eſt infinite rarum: quia tãtum denominat raritas prime partis totum ſicut raritas ſecunde: et tñ quiſpiam argueret eẽ finite rarũ, q2 ſub finita quãtitate finite habet de materia: ſed hoc nihil valet: q2 ab hac opinione non admittitur illa diffinitio finite rari. ¶ Nec valet ẽt: ꝙ omne rarũ eſſet infinite denſum quod ſic ꝓbatur: diuidatur illa raritas ꝑ partes ꝓportionales dupla ꝓportione ſm intenſionem: ⁊ arguatur ſic in iſto corpe eſt infinita dẽſitas: ergo eſt infinite denſum: et ꝓbatur añs: prima pars ꝓportionalis eſt raritas vt duo: et ſecũda eſt raritas in duplo minor: ergo eſt in duplo maior denſitas: ⁊ tertia eſt raritas in quadruplo minor quã prima: ergo ẽ in quadruplo maior denſitas quã prima: et per conſequens in illo corpore eſt infinita denſitas: ergo eſt infinite denſum. ¶ Ad hoc argumentũ reſpondeo negando ſequellã ſcilicet ꝙ ſit infinite denſum et cum arguitur in eo eſt infinita denſitas: ergo eſt infinite denſum: nego cõſequentiã: ſicut non valet in hoc corpore eſt infinita paruitas; ergo eſt infinite paruum.

Dubiũ. i. ¶ **Dubitatur primo vtrum raritas** difformis: cuius vtraqȝ medietas eſt vniformis aut raritas vniformiter difformis correſpõdeat ſuo gradui medio: et arguitur ꝙ non, quia ex illo ſequeretur ꝙ per ſolam rarefactionem, et motum conſequẽtem ipſam qui eſt augmentatio aliquid efficeretur denſius quam ante erat: quod eſt falſum: ſequella ꝓbatur. pono caſum ꝙ ſit vnũ bipedale: cuius vna medietas ſit rara, vt ſex et alia vt vnum: ⁊ volo ꝙ rareſiat medietas vt vnum ad duplum alia medietate q̃eſcente: ⁊ inuariata: quo poſito habetur illatum. Nam ante hanc rarefactionem illud corpus erat rarum, vt tria cum dimidio: modo vero eſt vt tria cum vna tertia: ergo per ſolam rarefactionem aliquid efficitur denſius: ꝙ autem ſit, vt tres cum vna tertia probatur: quia gradus ille vt ſex denominat totum, vt duo: et gradus ille vt duo qui eſt in vno bipedali denominat totum vt vnum cum vna tertia; quia eſt extenſus per duo tertia ſubiecti.



Secũdũ. argumẽ. pncipale. ¶ **Secundo principaliter arguitur** ſi raritas difformiter difformis; cuius vtraqȝ medietas eſt vniformis correſpondet ſuo gradui medio: maxime eſſet dato vno corpore bipedali: cuius vna medietas ſit rara, vt octo ⁊ alia vt quattuor: ſed hoc eſt falſum: quia illud poſtquam efficitur rarum vt ſex eſt rarius quam antea: ergo non correſpondet gradui medio: probatur antecedens ꝙ ſit rarius quam antea: quia prima medietas perdit duos gradus raritatis: et ſecunda acquirit eoſdem: et quia prima medietas eſt in ſequitertio minus rara: et ſecunda eſt in ſequialtero magis rara: ergo plus acq̃rit quãtitatis quam perdidit: ergo totum ſubiectum eſt rarius: igitur non correſpondet gradui medio. In oppoſitum arguitur: quia omnis denſitas vniformiter difformis vel difformiter difformis: cuius vtraqȝ medietas eſt vniformis correſpõdet ſuo gradui medio ergo idem cenſere debemus de raritate: conſequentia eſt nota: et minor probatur: quia eadem eſt natura denſitatis et raritatis neqȝ ſm opinionem Calculatoris aliquo modo differunt raritas difformis ⁊ denſitas difformis. Jam probatur maior. Uolo ꝙ ſit vnum bipedale: cuius vna medietas ſit dẽſior ⁊ alia minus denſa: quo poſito medietas denſior habet in duplo plus de materia: tollatur medietas exceſſus et addatur relique medietati vniformiter: tũc erit ſub gradu medio: ⁊ hoc per reductionem ad vniformitatẽ: ergo illd difforme corrñdet gradui medio.

¶ **Pro declaratione huius opinio**nis notandum: ꝙ raritas et denſitas eadem ſunt latitudo: et eodem gradu nominantur ſicut intenſio: ⁊ remiſſio. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ denſitas, vt quattuor eſt maior raritas quam denſitas, vt octo: ⁊ ſic minoris ad maius eſt proportio maioris inequalitatis ſic ꝙ raritas, vt quattuor habet proportionem maioris inequalitatis ad raritatem, vt octo: Unde ſicut maior remiſſio eſt pars minoris remiſſiõis: ſic maior raritas. Unde dicit Calculator ꝙ ſicut raritas intẽditur per decrementum numeri ſic denſitas augetur per augmentum numeri. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ inter omnem gradum raritatis: et ſuũ ſubduplũ eſt in duplo maior latitudo quam inter illum ⁊ ſuum duplum: cuius oppoſitum contingit in poſitiuis, vt patet in his, octo, quattuor, duo: ſed in priuatiuis in duplo eſt maior latitudo quattuor raritatis ad ſuum ſubduplum ſcilicet octo quam duorum ad quattuor. ¶ Sequitur tertio inter gradum ſummum dẽſitatis et non gradum dẽſitatis qui eſt infinitꝰ gradꝰ raritatis eſſe finitam latitudinem.

¶ **Ad rationes ãte oppoſitum. Pri**mo dici poteſt non eſſe inconueniens per rarefactionem aliquid fieri denſius: ſicut per calefactionem aliquid fit minus calidum, vt ſi aliquod pedale taliter ſe haberet, vt pria medietas eſſet calida vt duodecim ⁊ alia vt duo ẽ vt ſeptem: ⁊ ſi medietas vt duo acquirat duos gradus caliditatis: ita ꝙ rareſiat ad duplum tũc efficitur minus calida ſcilicet, vt ſex cũ duabus tertiis: alio modo reſpõdetur: ꝙ falſum imaginatur ꝙ medietas illa fiat rara vt duo: immo potius vt dimidium. Raritas enim vt dimidium eſt dupla ad raritatem vt vnum: Et raritas vt duo eſt ſubdupla ad raritatem vt vnũ: ⁊ ſic raritas illa duarum tertiarum denominat totum vt vna tertia: et per cõſequẽs tota raritas vt duo cum tertia; que in ſexqui



altero maior eſt raritate vt tria cum medietate: trium enim cum dimidio ad duo cum vna tertia eſt ꝓportio ſexquialtera poſitiue: et per conſequens ꝑuatiue: duorum cum vna tertia ad tres cum dimidio ẽ ꝓportio ſexquialtera. ¶ Ad ſecũdam rationem reſpondeo ꝙ quando fit reductio alicuius difformiter difformis raritatis ad vniformitatem nõ debet fieri vtendo gradibus raritatis: ſed vtendo gradibus denſitatis: ſicut facimus reducẽdo remiſſionem ad vniformitatem: quam reducimus per intenſionem: ſic etiam ad reducendum bipedale illud ad vniformitatem oportet ꝙ medietas denſa vt octo que etiam eſt rara, vt octo perdat duos gradus denſitatis ⁊ illos acquirat medietas denſa, vt quattuor: que etiam eſt rara, vt quattuor: ⁊ ſic totum manebit vniformiter rarum gradu medio: et etiam denſum gradu medio: et tam rarum, et tam denſum ⁊ tante quãtitatis ſicut antea: et ſic patet ꝙ arguẽs falſum imaginabatur qui opinatur ꝙ raritas, vt octo eſt maior raritas quam raritas, vt quattuor quod eſt falſum: et ideo non oportet ꝙ medietas rara vt octo perdat raritatem: ſed acquirat: et medietas, vt quattuor perdat raritatẽ: et acquirat denſitatem.

¶ **Dubitatur ſecundo vtrum ſi a nõ** gradu raritatis acquirant aliqua eque velociter de raritate continuo manebunt eque rara. Pro ſolutione ſecunde dubitationis ponam aliquas concluſiones.

Prima concluſio. ¶ **Prima concluſio ſtat duo equali**ter denſa eque cito condenſari vſqȝ ad non gradum raritatis: et tamen vnum in duplo velocius condenſabitur quam reliquum: probatur et capio duo pedalia denſa vt quattuor et diuiſa hora per partes ꝓportionales proportione dupla vnum illorum in prima parte proportionali acquirat aliquantulum de denſitate: et in ſecunda tantum: et in tertia tantum: ita ꝙ in qualibet parte proportionali acquirat equalem dẽſitatem: et aliud in qualibet parte proportionali acquirat in duplo maiorem denſitatem quam illud. Quo poſito eque cito deuenient ad non gradũ raritatis: quia eque cito venient ad gradum infinitum denſitatis: et ſunt equaliter denſa et vnum continuo in duplo velocius condenſatur, quam reliquũ igitur concluſio vera.

¶ **Ex hoc ſequitur ꝙ ſtat duo equa**equalia eque cito deuinere ad non gradum raritatis per intenſionem denſitatis: et tamen in quadruplo, et in quintuplo, et in quacumqȝ proportione volueris vnum velotius altero condenſabitur. Patet correlarium ſicut concluſio.

Secũda. concluſio. ¶ **Secũda cõcluſio. Stat duo equa**liter continuo intendi in denſitate et eque cito deuenire ad non gradum: et tamen vnũ continuo eſſe dẽſius altero. Continuo inquam vſqȝ ad inſtans in quo vtrumqȝ habet infinitum gradum denſitatis: probatur et capio duo pedalia quorum vnum eſt denſum vt decem et ſex: ⁊ aliud vt octo: et volo ꝙ in qualibet parte proportionali hore ſequentis vtrumqȝ acquirat quattuor gradus: quo poſito continuo vſqȝ ad inſtans terminatiuum hore illa duo equaliter cõdẽſabuntur: et tamen vnum continuo erit denſius altero q2 ſemper: quod excedebat in principio per octo gradus: excedet per octo gradus vt conſtat.

¶ Ex quo ſequitur ꝙ ſtat ſimiliter duo eque velociter acquirere de denſitate: et eque cito deuenire ad infinitum gradum denſitatis: ⁊ ſemper manere equalia in denſitate: patet hoc dato ꝙ duo pedalia eque dẽſa in principio que continuo eque velociter condenſentur.



Tertia conclo. ¶ **Tertia ꝯcluſio. a. ⁊. b. ſunt inequa**liter denſa et. b. cõtinuo velocius cõdenſabitur quam a. vſqȝ ad infinitũ gradũ dẽſitatis et. b. continuo manebit minus denſum q̃. a. Probatur et pono caſum ꝙ a. ſit denſum vt octo. b. vero vt quattuor: et in qualibet parte proportionali hore ſequentis. a. acquirat quattuor gradus denſitatis. b. vero in prima pte ꝓportionali acquirat ſex gradꝰ denſitatis: et in ſecunda quinqȝ, et in tertia quattuor cũ dimidio, et in q̃rta quattuor cũ vna quarta: et in quinta quattuor cũ vna octaua ⁊ ſic ĩ infinitũ: quo poſito ſemper. b. velocius condenſabitur quã. a. vſqȝ ad inſtãs terminatiuũ hore in quo erunt infinite denſa. a. et. b. et ſemper. b manebit minus denſum vt conſtat ⁊ apparet intuenti: igitur.

¶ **Quarta cõcluſio: ſtat aliqua duo** a nõ gradu raritatis continuo eque velociter acquirere de raritate: et continuo vnũ manebit rarius altero in quacũqȝ ꝓportione volueris: ſtat etiã ꝙ a nõ gradu raritatis incipiãt eq̃ velociter acquirere de raritate: et ꝙ cõtinuo maneãt eq̃ rara. Probatur pria ps huius concluſionis ex ſecunda concluſione et correlario prime hoc addito ꝙ omnino eodem modo illa remittantur ab infinito gradu dẽſitatis deperdẽdo denſitatem et acquirendo raritates eodem modo omnino et eq̃ velociter: ſicut deperdebant raritatem et acquirebãt dẽſitatẽ: ita ꝙ oĩno eodem mõ ſe habeãt in via rarefactionis: ſicut ſe hẽbãt in via cõdẽſationis: et q2 in via cõdenſationis ſemꝑ vnũ erat rarius altero: et ita etiã ſe debẽt habere in via rarefactionis, vt ponitur in caſu: igitur in via rarefactionis ſemper vnum erat rarius altero qđ fuit ꝓbãdũ. Secũda ps ꝓbatur ex correlario ſcđe concluſionis hoc addito ꝙ illa duo poſtq̃ fuerint infinite denſa incipiãt omnino eodẽ modo deperdere denſitatẽ et acquirere raritatẽ, ſicut antea acquirebãt denſitatem et deperdebãt raritatẽ: ita ꝙ cõtinuo in via rarefactionis omnino eodem modo ſe habeant ſicut in via cõdenſationis: et q2 in via condenſationis continuo erãt eque rara: ſequitur ꝙ ĩ via rarefactionis cõtinuo manebũt eque rara.

¶ **Ex quo ſequitur ꝙ ſtat aliqua duo** incipere rareſieri a nõ gradu raritatis vnũ cõtinuo velocius altero: ⁊ cõtinuo illud quod velociꝰ rareſit manebit minus rarũ. patet hoc correlariũ ex prima concluſione auxiliante modo probandi precedentem concluſionem.

¶ **Quinta concluſio et eſt Calcula**toris: nihil poteſt a finito gradu quãtitatis et a non gradu raritatis incipere rareſieri ſine deperditione materie niſi ſubito efficiatur ĩfinite quãtitatis ꝓbatur: q2 ſi illud eſt finitũ quãtitatiue et habet non gradum raritatis: ſequitur ꝙ ipſum eſt infinite denſum et habet infinitã materiã et nullã materiã deperdet: ⁊ iam incipit rareſieri ꝑ remotionẽ de preſenti: igitur immediate poſt hoc erit rarũ ⁊ continet infinitã materiam: igitur imediate poſt hoc habebit infinitam q̃ntitatem. pȝ ꝯña, q2 ſi haberet finitã quãtitatem et infinitam materiã nullo pacto eſſet rarum, et per con

ſequens ſubito efficietur infinite quantitatis, quod fuit ꝓbādum.

Correlū .i. ¶ Ex hac concluſione: ſequit̄ ꝙ nullum finitū nec etiā infinitū vniformiter denſum ita ꝙ quelibet pars ei⁹ ſit infinite denſa pōt rarefieri ſine deperditione materie a ſe toto et a parte: ita ꝙ nulla pars eius deperdat materiā: patet hoc correlariū facile: quia tūc quelibꝫ pars ei⁹ manebit infinite dēſa ſicut antea: quia vt ponitur nulla eius pars debet deperdere aliquā materiā neqꝫ aliquis punctus: et ſic ad quemlibet punctum manebit infinita denſitas et imagineris eodem modo in iſto correlario, ſicut ſi vnū vniforme infinite calidū rarefieret nullo pūcto eius aut parte perdente caliditatem.

Correlū .2. ¶ Sequit̄ ſcdō ꝙ vnū vniformiter infinite denſum per totū pōt rarefieri id eſt effici rarū; ꝓbat̄ ⁊ capio vnū infinitū infinite dēſum vniformiter: ita ꝙ ad quelibꝫ pūctū eius ſit infinita materia ⁊ volo ꝙ oēs gradus materie q̄ ſunt in ſcdō pedali illius ponant̄ in p̄io pedali dēpto vno et ſic fiet de quolibet pedali ſeqn̄ti: ita ꝙ in quolibꝫ pedali ſeqn̄ti primū nō maneat niſi vni⁹ grad⁹ materie: quo poſito illud eſt rarū, qꝛ non ē niſi dēſum vt vnū: vt patebit in dubio ſeqn̄ti: qꝛ infinita denſitas in pᵗe finita infiniti nullo modo denominat infinitum: et hec etiam eſt opinio Calculatoris.

Correlū .3. ¶ Ex quo ſequitur tertio ꝙ non poſſunt dari duo eque dēſa quorum vnum poſſit rarefieri et non aliud: et hoc correlariū eſt cōtra Calculatorem ponentem oppoſitū in propria forma. Probatur tn̄: quia non eſt dabile aliquod corpus finitū infinite denſum vniformiter quin ipſum poſſit effici infinitū: ⁊ de inde poſſunt a quolibet pedali eius dempto primo: omnes gradus materie vno dempto remoueri: et poni in primo pedali vt ponit̄ in precedenti correlario: quo poſito: iam pꝫ ꝙ ſecundū eūdem Calculatorem manebit denſum vt vnum et rarū, nullum eſt igitur denſum quin poſſit effici rarum: ⁊ per cōſequēs Correlariū verū: ſed tu dicis ꝙ dictū Correlarium non ſequit̄ niſi addicta Calculatoris: ⁊ dicis ꝙ illa denſitas infinita in primo pedali ad huc ſufficit infinite denominare totū. Qua ꝓpter alio modo probo tale corp⁹ poſſet effici finite dēſum vniforme ⁊ volo ꝙ poſtq̄ primū pedale habet infinitos grad⁹ materie ⁊ quodlibet ſequēs hꝫ preciſe vnū: ꝙ dimiſſis duobus in primo pedali: in prima pᵗe ꝓportionali ponat̄ vnus gradus de reſiduis in ſecundo pedali et in ſecunda pᵗe ꝓportionali ponatur vnus, alter in tertia ⁊ ſic cōſeqn̄ter: quo poſito in fine hore quodlibet pedale habebit preciſe duos gradus denſitatis et materie: et ſic totum illud corpus erit vniformiter rarum per totum vt duo: igitur pōt rarefieri quod fuit probandū. Si tamen velis dicere ꝙ quodlibet infinitū quantitatiue habens infinitam materiam eſſet infinite denſum omnia iſta locū non haberent: ſed hoc non videtur rationabiliter dictum vt in ſequenti dubio declarabitur.

Tertium dubium. ¶ Dubitat̄ tertio vtrū quodlibet infinitum quantitatiue habēs infinitam materiam ſit infinite denſum. ¶ Pro ſolutione tertie dubitationis pono duas concluſiones.

Prima cōcluſio. ¶ Prima concluſio probabile eſt quō libet habens infinitam materiā eſſe infinite denſum Probat̄ qꝛ q̄dlꝫ finitū hn̄s infinitā materiā ē infinite denſum et aliquod infinitū habens infinitā materiā eſt infinite denſum et non eſt maior ratio de vno habente infinitam materiam q̄ de altero: igitur quodlibet tam finitū q̄ infinitum habens infinitam materiā eſt infinite denſum.

Correlū .i. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ ſi ſit vnum corp⁹ infinitū cuius quodlibet pedale habet vnū gradum materie ꝑciſe: illud tale eſt infinite denſum.

Correlū .2. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ ſi ſit vnum infinitum: cui⁹ primum pedale habet infinitum de materia et totum reſiduum nō denſum ſed infinite rarum: illud tale eſt īfinite denſum.

Correlū .3. ¶ Sequit̄ tertio: ꝙ infinite denſum debet ſic diffiniri infinite denſum eſt quantū habens infinitū de materia: non enim ꝓpꝛie non quantum ē denſum: vt patet ex diffinitionibus rari et denſi.

Secūda concluſio. ¶ Secunda cōcluſio. Probabilius eſt non quodlibet habens infinitū de materia eſſe infinite denſum. Probat̄: qꝛ tūc ſequeret̄ ꝙ aliquod infinitum eſſet infinite dēſum et amoto vno pedali ei⁹ preciſe manebit infinite rarum: pꝫ dato ꝙ ſit vnum infinitum in cuius primo pedali ſit infinitum de materia et in toto reſiduo finite rārum: quo poſito amoto primo pedali iam illud manebit infinite rarum: ⁊ modo eſt infinite denſum gᵗe: igitur propoſitum.

¶ Et confirmatur: quia non quodlibet habens infinitam albedinem intēſiue eſt infinite album: ergo nō quodlibet habens infinitam materiam eſt infinite denſum: cōſequentia tenet a ſimili: et antecedens pꝫ: quia dato vno infinito: cuius primū pedale ſit infinite albū et totum reſiduum non ſit album vel finite album: illud tale non eſt infinite albū igitur aſſumptum verū.

Correlū .i. ¶ Ex hac cōcluſione ſequitur primo: ꝙ infinite denſum debet ſic diffiniri: vt prius dictum eſt: infinite denſum eſt illud quod ſub finita quātitate habet infinitam materiam vel ſub infinita quantitate habet infinitam materiam per totū formaliter, vel reductiue: ⁊ in tali reductione quelibet materia ponatur in tanto ſubiecto, in quanto antea adequate ſicut fit in reductione qualitatis.

Correlū .2. ¶ Ex quo ſequitur ſecundo ꝙ ſi alicuius corporis infiniti primum pedale habuerit vnum gradum materie: et ſecundum duplum ad illam, et tertium quadruplam, et quartum octuplam et quintum ſexdecuplam, ⁊ ſic in infinitum: tale corpus eſt infinite denſum: qꝛ habet per totum infinitā materiā reductiue. Utendo enim debita reductiōe illa materia manebit per totū infinita.

Correlū .3. ¶ Sequitur tertio ꝙ q̄uis vnum infinitū: cuius primum pedale habet infinitos gradus materie et quodlibꝫ aliorū vnum preciſe, poſſet mediante eadem materia effici infinite denſum per totum: nihilominus tn̄ quando ſic primum pedale habet infinitos gradus materie et quodlibet aliorum vnum duntaxat illud corpus eſt ſolum dēſum vt vnū. Probatur prima pars: qꝛ vbi ſunt infiniti gradus materie ibi ſunt infinities infiniti vt pꝫ intelligēti materiam de infinito. Ponantur igitur in ſecūdo pedali infiniti et in tertio infiniti: et in quarto infiniti ⁊ ſic conſequenter: et maneant in primo etiam infiniti, vt



eſt ſatis poſſibile et patet ꝙ in fine illud corpus erit infinite denſum per totum per illam materiam quā habebat antea preciſe: et ſic patet prima pars correlarij. Secunda pars probatur: quia ſecundum hanc opinionem denſitas infinita exiſtens in parte finita corporis infiniti: nihil ꝯducit nec aliq̄d ꝯfert ad denſitatē corꝑis infiniti: igitur non plus denominat dēſitas exiſtens in illo primo pedali quam ſi eēt ſe mota: ſed ſi illa eſſet ſe mota manentibus alijs, vt modo ſunt: totum eſſet denſum preciſe: vt vnum. ¶ Ex his duabus opinionibus elige quam malueris et per hoc patet reſponſio ad dubium: vide illud latius in Calculatore in ca. de raritate et denſitate.

¶ His poſitis ſit concluſio vniuerſalis reſponſiua queſtionis. Raritas et dēſitas ſunt poſſibiles: pꝫ ꝯcluſio ex his que ſuperius dicta ſunt.

¶ Tunc ad primam rationem ante oppoſitum cum dicebatur ꝙ cum raritas ⁊ denſitas eque velociter ⁊ eque proportionabiliter procedant: vna acquirendo et alia deperdendo neceſſe eſt ꝙ non ſint ambo poſitiua: ſed vnum poſitiuum et aliud priuatiuum: Dicendum dupliciter. Uno modo cum Calculatore ꝙ ita ſe habent raritas et denſitas: ꝙ eque velociter et eque proportionabiliter procedunt: vna acquirendo: et alia deperdendo: ſed non ſunt ambe poſitiue ſm̄ eum: ſed denſitas dicitur poſitiue raritas vero priuatiue. Si vero teneatur prima poſitio de recitatis circa quidditatem raritatis ⁊ denſitatis: dicitur negando ita ſe habere illa duo vt eque velociter et eque proporcionabiliter procedant vt bene deducit argumentū. Ad confirmationem reſpondetur egregie ꝙ ſm̄ Calculatore non datur corpus vniformiter difformiter rarum: immo vt bene ibi probatur illud eſt infinite dēſum: ſed ſm̄ primam opinionem facile reſpondetur ꝙ bene datur: ſed non valet: ſecunda ps eſt in duplo denſior: prima ergo continet tantum de materia: ſicut prima nihil valet conſequentia, vt patet ex dicta opinione que tenet alias diffinitiones rari et dēſi.

¶ Ad ſecundum argumētum reſpōdeo ꝙ vtraqꝫ opinio eſt bene ſubſtentabilis tam prima quam ſecūda: et nil aliud facere te oportet quā reſpondere conſequenter et cum miraris de prima opinione ꝙ ad eſſe in duplo denſius debet ad quadruplum augeri quantitas. Nō eſt mirandum: quia ipſe non auget raritatem penes quātitatem: ſed penes proportionem quantitatis ad materiam. Tenēdo ſecundam opinionem: dico ꝙ non poteſt pedale in infinitum rarefieri vniformiter, vt ſupra dixi: qꝛ, ſequitur: vt bene deduxiſti contradictio ſcilicet ꝙ ſit infinite rarum et infinite denſum.

¶ Ad tertiam rationem que eſt bona dico ꝙ rarefactio, vt bene dicit Gregori⁹ ariminenſis in ſecundo eſt motus quo quantitas magis rareſit: et eadem magis extenditur ad extēſionem ſui ſubiecti vel dic ꝙ eſt acquiſitio maioris loci, vt Scotus et cum dicitur: ergo rarefacto pedali ad bipedale totus mundus mutaretur et celum rumperetur. Dicendum egregie ꝙ cauſe vniuerſales ita ordinauerūt vt ſi in aliqua parte fiat rarefactio in alia fiat condenſatio: ne ſequatur vacuum aut dimenſionum penetratio.

¶ Ad quartam rationē dico ꝙ hec reductio fieri debet auferēdo materiam ab vna medietate ſubiecti vniformiter: et vniformiter perdēdo in alia medietate ſubiecti. Ad aliam replicā cū dicis per maiorem partem vadit rarefactio quam condenſatio: ergo totum rareſit nego conſequentiam: ad aliam cum petis quod eſt illud inſtās in quo poſt ipſam condenſationem: ſequitur rarefactio: ſi eſt inſtās mediū vel nō dic ꝙ ſemper eſt ante inſtans mediū temporis: ſed ſcire illud exacte dicit Calculator eſſet maioris anxietatis quam vtilitatis.

¶ Sunt enim multa q̄ intellectus humanus dignoſcere non valet quod euenit ex noſtri intellectus debilitate. Nam vt dicit Auerrois tertio de anima intellectus noſter in ordine intelligentiarum eſt ſicut materia prima in ordine ſubſtantiarum corporaliū et Ariſtoteles ſecūdo metaphiſice ſicut ſe habet oculus noctue ad lumen ſolis ſic ſe habet intellectus nr̄ ad manifeſtiſſima nature et apoſtolus ad philipēſes tertio cuncte res difficiles ego non arbitror me apprehendiſſe non poteſt eas homo explicare ſermone ergo nec capere aliquis: quia auditus eſt ſenſus diſcipline: ſi ergo nemo poteſt eas explicare: ergo nec alius addiſcere: quia vt inquit Auguſtinus erit magiſter erroris qui nūquā fuit diſcipul⁹ veritatis.

¶ Ad quintam rōnē ibi r̄ſum eſt.

¶ Ad ſextā dic illud eſſe denſum nec raritas eſt menſuranda ſicut qualitas: ſed ſicut quid priuatiuum. Ad confirmationem primam eadē reſponſio datur. dicendo ꝙ non debet iudicari de illo ꝑ gradus raritatis qualitatiuos denominantes: ſed ꝑ materiam et ſic eſt infinite denſum. Et ſi placeat tutari primam opinionem dicere poſſumus eſſe infinite rarum: nec de illo iudicandum eſſe penes materiam. ¶ Ad ſecundam confirmationem reſpondetur aliud eſſe ſi diuidatur proportione decupla vel dupla vt bene ꝓbaſti. Nam proportiōe dupla eſt infinite denſum et tn̄ ꝓportione decupla eſt finite dēſum.

¶ Ad octauam reſpondetur ꝙ denſitas illius corporis eſt finita: tn̄ denſitas toti⁹ ad dēſitatē prime pᵗis ꝓportionalis eſt incōmenſurabilis.

¶ Ad nonam rationem reſpondeo negando ſequellam: et ad ꝓbationem nego ꝙ in fine hore illud ſit denſius immo eſt rarius. Et ad probationem nego hanc conſequentiam: infinite partes illius corporis ſunt denſiores quam erant antea ⁊c. qꝛ ſtat ꝙ vna ſola acquirat tantū de quantitate vel plus quam ille infinite omnes deperdant

Tex. cō. 33. ¶ Textus commenti trigeſimi tertij ponit opinionem Anaxagore qui videbatur bene aſſignare cauſam motuum: et dicit Anaxagoram illo principio motū ex nihilo nihil fit: crediſſe non poſſe aliquid fieri quo minus totum eius eſſe prefuerit: ⁊ dicebat fieri eſſe alterari ſcilicet condenſando vel rarefiendo. Alij dicebant: tale fieri eſſe congregationem et ſegregationem fore corruptionē Uerba textus ¶ Videt̄ autem Anaxagoras ſic infinita opinari, vt accipiat cōmunem opinionem phiſicorum eſſe veram: tanquam non fiant nullum eorum ex eo quō non eſt: propter hoc enim dicunt ꝙ erant ſimul omnia: et fieri huiuſmodi ſtatuerunt alterari.

¶ Alij autem congregationem et ſegrtionē ¶ dicebat enī contraria fieri ex alterutris: q̄re vnū eſt in alio in actu: et ſic omnia in oīb⁹: ſed hoc

eſt falſum neſciebat eñ: ens in potentia fore mediū inter ens in actu et nõ ens: Ideoqꝫ frigidū eſt in calido in potẽtia (dicit text⁹ ãpli⁹ ex eo ꝙ fiūt ex alterutris contraria: inerãt ergo) ſcilicet in cõtrarijs cõtinuando textum ſi enim omne quod eſt fit neceſſe ē fieri: aut ex his que ſunt aut ex his que non ſunt: horum autem illud quod eſt ex his que non ſunt aliqđ fieri impoſſibile eſt. De hac enim conueniunt opinione omnes qui de natura ſunt: reliquum iã contingere ex neceſſitate putauerūt: ex his que ſunt ⁊ inſunt fieri: ſed propter paruitatem magnitudinum ex inſenſibilibus nobis: vnde dicunt eſſe in omne miſceri Propter id quod omne ex omni videbant fieri) ſententia huius textus tota eſt opinio Anaxagore iam dicta ⁊ clara: nõ additur ibi niſi ꝙ omnia ſunt in omnibus ſm athomos: et ex illis q̃ ſunt aeris cõgregatis in aq̃ fiebat aer ex aq̃: et diſpergẽdo in athomos aquã: deſinebat aqua.

## ¶ Continuatur idem tex. cõmẽ. 34.

(apparet autem dĩa ⁊ appellari altera ab inuicem ex magis ſuperabundanti propter multitudinem in mixtura infinitoꝝ. Sincere quidem n. totum album aut nigrum aut carnem aut os non eſſe: ſed qđ plus vnūqđqꝫ habet hoc videtur eſſe natura rei.) Dubitaret aliquis bene ſi omnia ſunt in oĩb⁹ ⁊ qđlibet in quolibet quomodo differt vnuꝫ ab alio dicit multitudine vel paucitate rei aqua denoĩatur. ¶ Improbat philoſoph⁹ Anaxagoram dicens: ignoratis principijs ignorant principiata: ſꝫ pncipia ignorãtur qꝛ infinita: ḡ res naturales erūt ignote. Maior patet illo vnūqđqꝫ arbitramur cognoſcere etc. Minor eſt vera quia intellectus noſter eſt infinite capacitatis non valens infinita intelligere ſimul.

Tex. cõ. 35. ¶ Si igitur infinituꝫ ſm ꝙ infinitū eſt ignotum ſm multitudinem et magnitudinem infinitum ignotum quantum quodam eſt: ſm ſpeciem infinitum ignotum quale quodam eſt: principijs autem infinitis exiſtentibus ⁊ ſm multitudinem et ſm ſpeciem impoſſibile ē que ſunt ex his cognoſcere ſic enim cognoſcere compoſitum arbitramur cum ſcim⁹ ex quib⁹ ⁊ quantis ſit.

¶ Sed phs arguit in Anaxagorã ſic ſequeretur non eſſe determinata quantitatem alicuius totius: Conſequens eſt falſum: ſequella pbatur: quia totum cõſurgit e partibus: ſed partes in actu ⁊ non ſolum in potentia nullam quantitatem determinãt: qꝛ dicit dari in cõtinuo infinitas inſenſibiles ergo nec totū probat falſitatẽ conſequentis ſic quia impoſſibile eſt quantamcunqꝫ plantam eſſe aut quantumcunqꝫ animal eſſe. Dicit textus. Tex. cõ. 36. Ampli⁹ autem ſi neceſſe eſt cuius pars contingit quantamcūqꝫ eſſe ſm magnitudinem ⁊ paruitatem ⁊ ipſum totū cõtingere. Dico autem talium aliquam partiuꝫ in quam cum inſit diuidit totum. Si aūt impoſſibile aĩal aut plantã quãtãcūqꝫ eẽ ſm magnitudinẽ et puitatẽ manifeſtum eſt ꝙ nec partiū quãlibet ſcilicet cõtingit eſſe in infinitū minimam (erit enim totum partibus ſimile.) Caro aūt et os ptes ſunt animalis: et fruct⁹ plãtarū: manifeſtū igit qm̃ impoſſibile eſt carnẽ aut os aut aliquod aliud quantumcūqꝫ eſſe magnitudine aut in maius aut in minus.

¶ Philoſoph⁹ reprobat hic Anaxagoram ſuppoſitis trib⁹. Primum eſt ꝙ omnia ſimul ſunt et non fiūt de nouo; ſed ſegregant ex aliquo in quo pextiterūt ⁊ vnūquodqꝫ denominat a plurimo ideſt pluribus ptibus in re exiſtentibus: quod dicit phs per hec verba (amplius ſi omnia inſunt quidẽ huiuſmodi inuicẽ et nõ fiunt ſcilicet de nouo ſed ſegregant cū inſint: dicunt autem et a plurimo). Tex. cõ. 37. Secūda ſuppoſitio eſt ꝙ quodlibet fit ex quolibet: vt ex carne aq̃ ſegregat et caro ex aqua: quod dicit philoſophus ꝑ hec verba (fit autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua ſegregat et caro ex aq̃). Tertium ſuppoſitum ē ꝙ omne corp⁹ finitū reſecat a corpore finito. hoc eſt ſi a corpe finito quãtūcūqꝫ magno auferat multotiens finitū quantūcūqꝫ paruū totiẽs poterit auferri minus a maiori ꝙ totū maius conſumet a minori per diuiſionẽ. Ex hoc infert phs ꝙ implicat contradictionẽ omnia eſſe in omnib⁹; qđ dicit philoſoph⁹ ꝑ hec verba. Omne aūt corpus finitum reſecat a corpore finito: manifeſtū eſt ꝙ nõ cõtingit in vnoquoqꝫ vnūquodqꝫ eſſe. ¶ Dicit preterea tex. Remota eñ ex aqua carne: rurſuſqꝫ ex aqua reliq̃ ſegregata q̃uis ſemper minor erit ſegregata: ſed tñ non excellit magnitudo paruitatẽ. Quare ſiquidẽ ſtabit ſegregatio: non omne in omni inerit. In reliqua eñ aqua non inerit caro. Si vero nõ ſtabit: ſed habebit ſemper remotionem in finita magnitudine equalia finita inerunt infinita ſm multitudinẽ. Hoc autem impoſſibile eſt.

¶ Arguit ſic philoſophus: ſi ex aq̃ remouetur caro: et ſi iterū ex reſiduo aque fiat alia ſegregatio carnis (ſed tamẽ dicit phs non excellit magnitudo paruitatem) ideſt dabilis eſt minima caro: tunc ſic vel in ſegregatione carnis erit ſtatus vel non: ſi primū (nõ omne in omni inerit in reliqua eñ aq̃ nõ inerit caro): ſi ſcđm ſequit ꝙ in magnitudine finita erūt infinita ſm multitudinẽ equalia: qđ implicat cõtradictionẽ: qꝛ ſequit eſſe infinitū et finitum.

¶ Dicit preterea textus (adhuc aūt ſi omne quidẽ corp⁹ remoto quodam min⁹ neceſſe ē fieri: carnis autẽ determinata eſt quantitas ⁊ magnitudine et paruitate. Manifeſtū eſt ꝙ ex minima carne nullū ſegregabit corpus. Erit eñ min⁹ minima. Tex. cõ. 38. ¶ Amplius aūt infinitis corpib⁹ ineſt vtiqꝫ iam caro infinita et ſanguis, et cerebrū. Sepata tamen ab inuicẽ: nihil aūt minus entia ſunt: et infinitū vnūquodqꝫ. Hoc aūt irrationabile eſt.

Tex. cõ. 39. ¶ Nequaq̃ autẽ ſegregandum eſſe neſcientis dr̃. recte aūt dr̃: paſſiones eñ inſeparabiles ſunt ſi igit mixti ſunt colores et habitus ſi ſegregentur: erit aliquid albū et ſanatiuū non alterū aliquid cū ſit neqꝫ de ſubiecto: quare incõueniẽs ē impoſſibilia querẽs intellect⁹ ſi vere velit quidẽ ſegregare. Hoc aūt facere eſt impoſſibile: et ſecundum quantitatem, et ſecūdum qualitatẽ: ſm quãtitatem quidem: qm̃ non eſt minima magnitudo: ſm qualitatem aūt qm̃ inſepabiles ſunt paſſiones.

Tex. cõ. 40. ¶ Non recte autem generationem accipit ſimilium ſpecierū. Eſt enim vt lutum in luta diuidit. Eſt autem vt non: et non idem modus eſt: vt lateres ex limo: et domus ex lateribus. Sic autem aqua et aer ex alterutris: et ſunt et fiunt.

¶ Melius aūt eſt minora et finita recipe: qđ de facit Empedocles) pbat phs tex. cõ. 38. ibi (adhuc aūt ſi omne.) Vult dicere phs cū ſit dabilis minima quantitas carnis neceſſe eſt vt ex illa nulla caro ſemoueatur, qꝛ daret minus minimo. Dicit preterea ibi (ampli⁹ autem infinitis corporibus.) Vult dicere ꝙ ſi in vnoquoqꝫ ſunt infinite partes carnis ⁊ oſſis ⁊ aque ſequeret in finito eſſe in finities infinita et oĩa penetratiue. tex. cõ. 39. (nequaq̃ aūt ſegregãdum eſſe neſcientis dicitur: recte autẽ dicit.) Vult dicere non bene dicebat Anaxagoras non poſſe hãc ſegregationem fieri vſqꝫ in finẽ: recte aūt dicitur. i. bene poteſt ſubſtineri de accidentibus que non poſſunt a ſubiecto ſegregari: ſed dicebat omnia accidẽtia eſſe ĩmixta: et ſi ſic eſſet ꝙ omnia cõmixta poſſunt ſegregari, eſſet aliquod album ſeparatū ⁊ ſanatiuū et nõ eſſet de quo diceret. Item ſequitur ꝙ ille intellectus nitens vſqꝫ ad finem ſeparare in vanū cruciaret: qꝛ ſm q̃ntitatẽ non põt vſqꝫ ad finẽ ſeparare cū nõ ſit dabilis minima magnitudo: nec ſm q̃litatẽ: qꝛ accidentia ſunt inſeparabilia. tex. cõ. 40. (nõ recte autem generationẽ accipit ſimilium ptium) vult dicere ꝙ errabat Empedocles credens omnem generationem fieri ex ſimilibus partibus ideſt per congregationem homogeneorum: aliqua enim fiunt ex diſſimilibus vt lateres ex limo ꝑ alterationem aliq̃ ex diſſimilibus per compoſitionem, vt dom⁹ ex lateribus: aliqua reſoluuntur in ſimilia, vt lutum in luta tex. cõ. 41. (melius autem eſt minora ⁊ finita recipere). i. melius eſt eſſe finita principia rerū vt Empedocles facit, quam ponere infinita, vt Anaxagoras.

Queſtio de quantitate ẽtiū nãlium. ¶ Super iſta opinione Anaxagore poteſt queri an entia naturalia terminentur ad maximum et minimū, vel aliter poteſt etiã queri an forma ſubſtantialis determinet ſibi in materia certam latitudinem extenſionis in magnitudine et paruitate vltra quã vel citra quã forma ſubſtantialis nõ poteſt permanere vel vt ſanius ſentiamus nõ poteſt incipere informare materiam.

Nota. i. ¶ Pro declaratione iſtius q̃õnis notandum eſt quomõ exponant iſti termini. Maximū quod ſic. Minimū qđ non. Minimū quod ſic. Maximum quod non. ¶ Pro cuius declaratione noto ꝙ maximum quod ſic ita exponitur illud ſic. ⁊ nullum maius, vt ſi diceretis iſte eſt maximus homo: ita exponitur iſte eſt magnus homo ⁊ nullus eſt eo maior. Minimum aūt qđ ſic, ita exponitur illud ſic ⁊ nullū minus: ita ꝙ iſta propõ iſte eſt minimus homo: ita exponitur, iſte eſt paruus homo ⁊ nullus dat eo minor. Minimum quod non: ita exponit. illud nõ: ſed quocunqꝫ minori dato datur maius. Exemplum, ſit aliquod pondus, vt quattuor et potentia portatiua ſit vt quattuor: tale pondus eſt minimum quod ſortes non poteſt portare: quia illud pondus, vt quattuor ſortes nõ poteſt portare (qꝛ a proportione equalitatis non fit actio.) ſed quocunqꝫ minori dato datur mai⁹ qđ põt portare. verbi gratia, ſi poteſt portare pondus vt tria poterit portare vt tria cū dimidio. Maximum ꝙ non: ita exponitur illud non: ſed quocunqꝫ maiori dato datur minus, vt potentia portatiua vt quattuor eſt maxima que non poteſt portare pondus vt quattuor: quia illa non poteſt portare põdus, vt quattuor: quia a proportione equalitatis fieret actio: ſed quacūqꝫ maiori data q̃ vt quattuor vt ſi detur quinqꝫ minor illa poteſt portare pod⁹ vt quattuor vt vꝫ quattuor cum dimidio.

Nota. 2. ¶ Noto ſecundo ꝙ iſti termini maximum quod ſic et minimum quod nõ attribuuntur magnitudini. Ita ꝙ ſi forma ſubſtantialis ſub aliqua extenſione põt eſſe propter magnitudinẽ et ſub aliqua nõ, dabilis eſt maxima extenſio vel minima que nõ. Sed illi termini minimuꝫ qđ ſic vel maximū qđ non: dãtur quo ad paruitatem: ita ꝙ ſi forma ſubſtantialis ſub aliqua extenſione poteſt eſſe propter paruitatem ⁊ ſub aliqua non propter paruitatem, dabilis eſt minima que ſic vel maxima que non. Nunc autem pbat qđ affirmatiue mult⁊ authoritatib⁹. Ex philoſopho dicenti ſecundo de anima omnium natura cõſtantium dabilis eſt certus terminus augmenti et dĩcrementi. Item Ariſtoteles contra Anaxagoram minimam preſuppoſuit carnem. Item Ariſtoteles ait primo phiſicorum, impoſſibile eſt quantamcunqꝫ plantam eſſe, aut quantumcunqꝫ animal eſſe. Item. Ariſtoteles in libro de ſenſu ⁊ ſenſato ſi albedo poſſet diminui in infinitum viſus poſſet acui in ĩfinitū: ſed viſus nõ põt acui in infinitū: ergo nec albedo poſſet diminui in infinitum: ergo dabilis eſt minima albedo.

¶ Pro declaratiõe maiori huius q̃õnis noto tertio ꝙ in hac materia varie ſunt opiniones. Nota. 3. Prima eſt Scoti in ſcđo ſentẽtiarum diſtinctione ſecũa q̃õe. 9. tenentis ꝙ ſi loquamur de perfecta quantitate ſub qua aliqua res poteſt facere pfectas operationes dabile eſt minimū, et maximū in entib⁹ naturalibus. Opinio Scoti. Si autẽ loquamur de abſoluta quãtitate ſub qua res poteſt manere, hoc modo non eſt dabile minimum: bene tamen concedit maximum: ⁊ hac ratione ſuadet, minimū naturale eſt quantum et, ppria paſſio quantitatis eſt diuiſibilitas, vt habet quinto metaphiſice: ergo tale minimū naturale poteſt diuidi: ergo ſi diuidat ſequitur ꝙ non erat minimū: quia aliqđ min⁹ eo dari poteſt, ſ. medietas: ſed hec rõ Scoti pauci valoris eſt: qꝛ q̃uis illud põt diuidi tamen minimum naturale vocatur: qꝛ illud põt per ſe exiſtere et nullum minus poteſt per ſe exiſtere bene tamen pars alterius.

¶ Secunda eſt opinio que tenet eſſe dabile minimū naturale ad iſtū ſenſum ꝙ illud põt ꝑ ſe exiſtere et nullū minus eo põt per ſe exiſtere, nec nãliter neqꝫ ſup naturaliter: et fundat in illa regula Scoti. 4. ſentẽ. diſtinc. et. q. primis. Secũda opinio. Quicq̃d repugnat alicui ex natura, ppria de⁹ nõ põt ei cõferre: ſed repugnat minimo naturali minor q̃ntitas q̃ illa: ergo nec naturaliter neqꝫ ſuper naturalr̃ põt dari minor eo per ſe exiſtens: ſed in veritate ego ſatis admiror de iſtis tã luce clara allucinantib⁹: ſequunt nãqꝫ maxima incõueniẽtia. primo ſequitur dato minimo aut maximo ꝙ daretur vltimum inſtans eſſe rei permanentis: ſeq̃lla pbat: volo ꝙ tale minimū naturale incipiat comprimi per vltimum non eſſe: itaqꝫ nunc non comprimit ſed ĩmediate poſt hoc cõprimet: ⁊ ſequitur ꝙ tale minimum naturale nunc eſt et non ĩmediate poſt hoc erit: alioquin daret minus minimo ꝑ ſe exiſtens quod implicat contradictionem: ideoqꝫ crediderim ꝙ quemadmodum in diſpoſitionibus q̃litatiuis quo ad productionem datur minima q̃ ſufficit, et quo ad conſeruationem maxima que non ſufficit. Ita in diſpoſitionibus quantitatiuis eſt dare minimam quo ad fieri: itaqꝫ repugnat minorem fieri ſꝫ non eſt dare quo ad eſſe minimam: ſed maximã que non: ad iſtud ſenſum ꝙ illa nõ poteſt per ſe conſeruari; ſed quacunqꝫ maiori data dat vna minor que põt ꝑ ſe cõſeruari. Nota ꝙ minimū formale eſt minimū naturale. Minimum materiale ē ps minimi formalis.

Unde eſt cõmune adagium. Minimuꝫ formale eſt plurimum materiale.

¶ Sunt tamen aliqui vt Albertus de ſaxonia qui credunt in rebus homogeneis non poſſe dari maximum. Et ratio que mouet illos eſt quia illoꝝ forma eſt extenſa: et ſi duplat̃ totũ: forma duplat̃ que habet in duplo maiorem virtutem informatiuã. Et hoc credit eſſe verum de omnibus entibus naturalibus que habent formas extenſas. Sed d̃ anima rationali illud non eſt verum: quia cum habeat finitam virtutem informatiuam et non augeatur eius virtus augmentata materia ſequitur non poſſe materiam informare quantum vis extẽſam. De primis tñ entib⁹ naturalib⁹ homogeneis eſt authoritas phi ſecundo de anima dicentis. Si igni addantur combuſtibilia in infinitum ignis creſceret in infinitum. Ut tamen magis iſta queſtio declaretur ſunt tres

Opinio. 1

opiniones. ¶ Prima ẽ Baierani de thienis queſtiõe 15. primi phiſicorum. Et Joannis de ianduno queſtione. 16. primi phiſicorum. Et Burlei in commento huius textus: ꝙ homogenea non ſunt determinata quo ad minimum et maximum. Bene tamen etherogenea. Quam opinionem ſuadent hoc modo in homogeneis eadem eſt ratio ſpecifica totius et partis igitur in parte quantitatiua quantumuis parua ſaluatur ita bene ſpecies ſicut in toto: quare ergo non poteſt pars per ſe eſſe ſicut et totũ. In etherogeneis vero quia aliam ſpeciem habet totum quam pars, ſequitur ꝙ determinetur certa quantitas ipi toti ad hoc ꝙ per ſe exiſtat. Hanc tamen opinionem credo eſſe contra Ariſtotelem: tum quia Auerrois oppoſitum illius tenet commento. 36. primi phiſicorum: et Temiſtius tñ etiam ex ipſa Ariſtotelis litera ſequitur eius contrarium. Probatur quia Ariſtoteles dicit. ex minima carne ſi aliquid ſegregetur datur minus minimo per ſe exiſtens, tum etiam quia philoſophus dicit quantitatem totius fore limitatam quia limitata eſt quantitas partium homogenearum: vt patet arguendo contra Anaxagoram.

Opinio 2

¶ Secunda eſt opinio Scoti tenentis non eſſe dabile minimum naturale ſecundo ſentẽtiarum diſtinctione ſecunda queſtione nona. Et ad authoritates dicit nõ eſſe dabile minimum naturale niſi quo ad perfectam quantitatem rei ſub qua poſſunt perfecte fieri operationes. Sed clarũ eſt hanc opinionem eſſe cõtra Ariſtotelẽ qui dicit ꝙ ſi a minima carne ſegregetur aliquod corpus manebit minimus minimo per ſe exiſtens, quod dicit eſſe impoſſibile: ſed tunc quomodo reſpõdebit illi authoritati philoſophi in de ſenſu ⁊ ſenſato vbi dicit. Si albedo poſſet minui in infinitũ viſus poſſit acui in infinitũ ſed viſus non poteſt acui in infinitum: ergo nec albedo diminui in infinitum: ergo dabilis eſt minima albedo: dicit ꝙ verum eſt in eſſe viſibilis, non tamen in eſſe rei: ſed hoc eſt falſum: inquit Auguſtinus nymphus: quia ſi potentia viſiua poteſt diminui in infinitum cum homo poſſit in infinitũ diminui: ergo quodcunqꝫ viſibile poteſt videri.

Opinio 3

¶ Tertia opinio eſt tenẽs minimum naturale eſſe dabile tam naturaliter quam ſuper naturaliter: ita ꝙ illud poteſt per ſe eſſe et nullum minus poteſt per ſe eſſe per quamcunqꝫ potentiam. Angeſt tamen in ſecundo de cauſis proprietate vigeſima ſecunda placet ꝙ ſolam detur minimum naturaliter. Super iſta tamen materia nota aliquas propoſitiones.

Pria ppõ

¶ Prima propoſitio in rebus ſucceſſiuis licet poſſit dari maximum, nunꝙ tamen poteſt dari minimum. Nam quocunqꝫ dato minimo tempore vel motu. Ante illum fuit aliquod minus per ſe exiſtens. ſcꝫ. ſua medietas: in motu tamen alterationis datur minimum. i. remiſſiſſima qualitas que producitur in inſtãti: et ita cum dixit Ariſtoteles ſexto phiſicorum in motu non eſt dare primum mutatum eſſe nec vltimum mutatum eſſe: intellige de motu locali: non tamen de motu alterationis. Notabis preterea id qđ celebris philoſophus Auguſtinus nimphus annotat ꝙ potẽtia actiua minimi naturalis vel cuiuſuis alterationis entis terminat̃ per maximum in quod poteſt agere et non per minimum quod non Quod probat ex commentatore primo de celo commen. 116. qui expreſſe illud ait. Propter quod nota ꝙ ad actionem agentis requirit̃ determinatus exceſſus potentie ſuper reſiſtentiam ſicut ad hoc quod intellectus agat noticiam requiritur determinatus gradus aduertentie: ita quod reſiſtentia vt tria: reſpectu agentis vt quattuor eſt maxima in quam poteſt agere. Uidetur iſta opinio rationalis ꝙ graue vt quattuor poteſt ſubſtentari a potentia ſubſtentatiua vt quattuor: et nõ ꝓpterea qđ tale graue quantumuis parum accreſcat: ſequitur ꝙ potentia ſubſtẽtatiua ſuccumbet: igitur ad agẽdum requiritur determinatus gradus exceſſus. De tempore autem durationis minimi naturalis vel alterius entis dicitur ꝙ non eſt dabile maximum tempus durationis quia daretur vltimum inſtans eſſe rei permanentis. Naꝫ in inſtanti terminatiuo illius temporis ipſa res eſt ⁊ non immediate poſt illud erit et ideo datur minimũ tempus per quod ipſa res non poteſt durare: ita ꝙ ꝑ illud non poteſt durare, ſed per quodlibet minus. Hec annotat nymphus de minimo. Sed vlterius cõſiderabis hanc opinionem Anaxagore non fuiſſe ab Ariſtotele fideliter recitatam. Nam vt Picus mirãdulanus in epthaplo Anaxagoras tres mundos fuit imaginatus. Primum angelicum: quem dicebat a luce conflatum. Secundum ponebat celeſtem: queꝫ dicebat prim e luce: partim et e tenebris fieri. Tertium ponebat ſublunarem: quem vocitabat e tenebris factum: et volebat dicere Anaxagoras quodlibet eſſe in quodlibet: ideſt quicquid eſt in vno mundo inuenit ſibi ſimile in alio. Nam ſicut ſol eſt in mundo celeſti, ita ignis eſt in ſublunari, et ſeraph in angelico: et ſicut luna eſt in celeſti, ita aqua in ſublunari et cheruch in angelico, quod interpretatur ſapientia.

Picus mirãdulan⁹.

¶ Alio mõ dicit Auguſtin⁹ nimph⁹ d̃ mẽte themiſtij, fundatiſſimi egidij ⁊ alberti magni ꝙ cum omnes forme ſint effectiue in primo motore. Poteſtatiue vero in prima materia vt Auerrois. 12. metaphiſice cõmento. 16. putabat Anaxagoras oẽs formas inchoatas ꝓceſſiſſe in materia: deinde vero actione agẽtis naturalis fieri cõſumatas et ꝑfectas. Et in illaꝝ cõſumatione et perfectiõe cogitabat deſtrui formas inchoatas et per iſtũ modum Anaxagore chaos ſaluatur.

Reſpondetur ad motiua Anaxagore

¶ Anaxagoras probat oĩa eſſe in omnib⁹ hoc modo ꝙ ſi ignis nõ fuiſſet in ligno vnde formatur fieret ignis ex nihilo: qꝛ cum omne contrariũ fiat ex ſuo contrario, ſi non preexiſteret in ſuo cõtrario fieret ex nihilo: ſed Anaxagoras in ſuis rationibus peccauit ex logica nãqꝫ iſta prepoſitio ex: poteſt accipi tripliciter. Uno modo vt dicat circunſtãtiam cauſe efficientis. Et ita concedimus ꝙ filius fit ex patre. Secundo modo vt dicat circunſtantiam termini a quo: ⁊ ſic concedimus ꝙ omne contrarium fit ex ſuo contario. i. per expulſionem ſui contrarij. Tertio mõ ly ex põt dicere circũſtãtiã ſubiecti: et ſic concedimus ꝙ oẽ quod fit, fit ex aliquo. i. in aliquo ſubiecto preſuppoſito. Dico igitur ad rationem Anaxagore ꝙ hec eſt vera: ignis fit ex nihilo: vt ly ex dicat circũſtãtiam termini a quo. Nam ſignificat ignis fit cum ante non eſſet. Si vero ly ex dicat circunſtantiam ſubiecti, iſta eſt falſa. Ignis fit ex nihilo. i. ſine aliquo ſubiecto preſuppoſito. Ariſtoteles aũt cõtra Anaxagoram ſic arguit. Sequeretur ꝙ nullum ens naturale eẽt diſtincte et clare cognoſcibile: Nã ſi ſic: maxime eſſet ꝑ cognitionẽ ſuoꝝ principioꝝ: ſed illa principia nõ poſſunt cognoſci qꝛ ſunt iſinita: infinitũ enĩ in quantũ infinitum eſt ignotũ: ergo intentum. Super quod nota ꝙ infinitum non eſt ignotũ qꝛ nullo cõceptu poſſit cognoſci: Nã cognoſcitur cõceptu omniũ entium et etiã cõceptu ſue diffinitionis ens ſine termino ſed ignotum: vt dicit Buridanus: qꝛ nõ poteſt cognoſci ſm determinatuꝫ numerũ partium. Uel dicas melius ꝙ non poteſt cognoſci ſm omnes ſuas partes diſtincte et clare. Gregori⁹ tamẽ de arimino credit diſtinctio. ii. ſcđi. ſentẽ. ꝙ intellectus ſeparatus informatus infinitis ſpeciebus intelligibilib⁹ infinitoꝝ obiectoꝝ poteſt formare infinitas noticias illoꝝ eque facile ſicut vnam.

De infinitate pme cauſe.

¶ Sed dubitatur: quia Ariſtoteles 8. phi. probat ꝙ prima cauſa eſt infinita: ergo videt̃ ꝙ cognouit infinitatem prime cauſe: igitur pꝛĩa cauſa cum ſit infinita eſt cognita: igitur infinitũ inquantum infinitum eſt notum.

¶ Pro declaratiõe iſti⁹ queſtionis ſcotus in diſtin. 2. primi ſenten. q. ſecunda ſubtiliter declarat quemodo pꝛĩa cauſa eſt infinita, trib⁹ modis. ſ. vigore, duratione, et perfectione. Ad cuius declarationem ponit aliquas concluſiones.

Pria pclo

¶ Prima cõcluſio. Dabile eſt aliqđ effectiuum ſimpliciter primũ. probat̃ cõcluſio bene ſequit̃ aliquod effectibile eſt: ergo aliquod effectiuum ſimpliciter primum eſt. Probatur cõſequentia ꝙ ſi eſſet effectibile vel a ſe vel ab alio: non primum: quia nihil ſeipſum facit: non ſecundum: quia ſi eſſet effectibile ab alio rurſum de illo: alio vel eſt effectibile vel non: ſi non, habeo effectiuum ſimpliciter primum. Si primum eſſet proceſſus in infinitum aſcendendo in ſurſum in cauſis eẽntialiter ſubordinatis quod eſt contra Ariſtotelem primo poſteriorum: ergo deueniẽdum ad effectiuum ſimpliciter primũ: ſed contra: arguit Scotus: bene ſequitur eſt dare proceſſum in infinitum in cauſis accidẽtaliter ſubordinatis: igitur ẽ dare proceſſum in infinitum in cauſis eſſentialiter ſubordinatis: antecedens patet ex Auicenna. 6. meta. ca. 3 et conſequentia probatur ex paritate rationis. Pro ſolutiõe iſtius rationis notat Scotus diffinitiones cauſarum eſſentialiter ſubordinatarum atqꝫ accidentaliter ſubordinatarum.

¶ Cauſe eſſentialiter ſubordinate ſunt ille quarum poſterior dependet in eſſe a priori ⁊ cauſalitas poſterioris dependet a cauſalitate prioris. Exemplum eſt de igne et celo et deo. Nam ignis ſuum eſſe accepit a celo et deo: atqꝫ ignis non poteſt cauſare ſine hoc ꝙ celum et deus cauſent. ¶ Cauſe vero accidentaliter ſubordinate. ſunt quarum poſterior dependet in eſſe a priori: non tamen cauſalitas poſterioris dependet a cauſalitate prioris. Exemplum eſt d̃ filio, patre, auo, nepote, pronepote, poſterior enim a priori recipit ſuum eſſe non tamẽ ab alio dependet in cauſando.

¶ Notabis vltra de mẽte ſcoti quattuor differentias inter cauſas eſſentialiter ſubordinatas: ⁊ accidentaliter ſubordinatas.

Pꝛĩa dꝛĩa

¶ Prima differẽtia: ꝙ cauſe accidẽtaliter ſubordinatẽ omnes ſunt eiuſdem rationis: ⁊ cauſe eſſentialiter ſubordinate omnes ſunt diuerſe rationis.

Secũda differẽtia

¶ Secunda differentia ꝙ in cauſis eſſentialiter ſubordinatis ſi in ſima cauſat om̃es cauſant: ſed in cauſis accidẽtaliter ſubordinatis nõ eſt hoc neceſſarium.

Tertia dꝛia.

¶ Tertia differẽtia ꝙ cauſe eſſentialiter ſubordinate omnes ſunt ſimul: ſed accidentaliter ſubordinate non eſt neceſſarium.

Quarta dꝛia.

¶ Quarta differẽtia ꝙ in cauſis eẽntialiter ſubordinatis eſt ſtatus: ſed in cauſis accidẽtaliter ſubordinatis nõ eſt ſtatus. Ubi notabis ꝙ in cauſis eſſentialiter ſubordinatis bene eſt proceſſus in infinitum in poſt. Non tamẽ in ante: quod ſatis bene declaratur de demonſtrationibus que augmentantur in infinitum in poſt. Nam ſecunda demonſtratio dependet in eſſe a prima et nõ poteſt cauſari ſine prima. Iſtam autem quartam differentiam ſuadet Scotus his rationibus.

Pꝛĩa rõ.

¶ Prima ratio: quia ſi datur proceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ſubordinatis: ſequitur quãlibet illarũ cauſarum eſſe cauſatam: et ita tota vniuerſitas erit cauſata: peritur ergo vel eſt cauſata ab aliquo d̃ illa multitudine: et hoc nõ: quia nulla pars cauſat ſuum totum: vel ab aliquo extra illam multitudinem: ꝙ ſi ſic, tale erit primum ⁊ ita nõ erat infinitus proceſſus.

Secũda ratio

¶ Secunda ratio in iſtis cauſis eẽntialiter ſubordinatis, eſt reperire prius ⁊ poſterius ſed prius eſt quod eſt primo propinquius: ergo eſt dare primum.

Tertia rõ

¶ Tertia ratio ꝙ ſi daret̃ ꝓceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ſubordinatis; ſeqͥtur ꝙ eſſet dare actu infinituꝫ in quod Ariſtoteles ꝓbauit eſſe falſum. Notat vltra Scotus ꝙ ſi non eſſet ſtatus in cauſis eſſentialiter ſubordinatis non eẽt ꝓceſſus in ĩfinitũ in cauſis accidẽtal̃r ſubordinatis qđ ꝓbat hac ratione. Omnis ſucceſſio perpetua cõſeruatur ab aliquo in ſua perpetuitate: vel igit̃ ab aliquo illi⁹ ordinis vel ab aliquo extra illum ordinem: non ab aliquo illius ordinis: igitur ab aliquo extra illum ordinem: ſed tale dicit̃ eſſe primum: igitur datur ſtatus in cauſis eſſentialiter ſubordinatis.

Secũda concluſio.

¶ Secunda cõcluſio. Dabile eſt aliquod primum effectiuum quod ſit incauſabile. Iſta cõcluſio, quo ad primam partem nota eſt; quo ad ſe

eundam vero ꝓbat. Nam ſi tale ē primum effectiuū nō ē cauſabile in gñe cauſe efficiētis nec finalis. Nā quicquid poteſt habere cauſam finalem ſui pōt habere cauſam efficientem ſui neqꝫ eſt cauſabile cauſa formali nec materiali: quia cauſe extrinſece ſunt piores ꝙ intrinſece: et quicquid nō habet cauſas extrinſecas, nec intrinſecas.

Tertia concl'o. ¶ Tertia concluſio. Dabile eſt finitiuum ſimpliciter primum. Iſta concluſio probatur ſic. Nam ſi non detur. a. agens cuius eſt. b. finis petā de. b. ſiue an ſit primum finitiuum et ſic intentum ſed ſi non habet igitur alium finem: ꝛ ſi ſic erit proceſſus in infininitum in cauſis eſſentialiter ſubordinatis: quod eſt falſum.

Quarta concl'o. ¶ Quarta concluſio. Dabile eſt eminens ſimpliciter primum. Nam ſi non quocunqꝫ dato datur eminentius eo: ꝛ ita cum finis et bonum conuertantur dato alio eminentiori alius erit finis eius et ita non dabitur finitiuum ſimpliciter primum: qđ eſt contra tertiam concluſionem.

Quinta concl'o. ¶ Quinta concluſio. Primitas eminentie finis ꝛ effectiui eidē conueniunt. Patet: quia ſi aliquod eſt primum effectiuū tale nō habebit cauſam finalem, vt probatum eſt: ꝛ ita erit finitiuum ſimpliciter primum: erit etiā eminens ſimpliciter pmū quia ſi aliquid eſt eminentius illo: tale eſt finis eius. Igitur omnes tres primitates conueniunt eidem ꝙ autē iſti cui conueniunt tres primitates ſit ens neceſſarium et duntaxat vnum ſit perſuadet ſcotus: quia ꝗcquid eſt contingens pōt deſinere eſſe: ſi deſinere eſſe aut eſt per aliquod incompoſſibile: ſiue poſitiue vel ꝑuatiue. Poſitiue eſt ꝙ aliud deſtruit: et hoc modo: ſi tale primum ens ab aliquo deſtrueretꝰ deſtruens eſſet prius illo atqꝫ nobiliꝰ quod repugnat primitatibus eius nec per aliquod incompoſſibile ſibi priuatiue: quia tale eſt defectus conſeruantis: ꝙ aūt tale primum eſt non indigeat conſeruatione ꝓbatꝰ: quia ſequeretur ꝙ dependeret ab alio: et ita non eſſet primum. ꝙ illud autem debeat eſſe vnū probat Scotus. Nam ſi eſſent duo talia neceſſaria vnūqđqꝫ illorum haberet vnam rationem formalem neceſſario eſſendi appropriatā ſibi, et vnam alteram cōmunē in qua cōmunicaret cū alio, et ita reſpectu eiuſdem darētur due rationes formales. item ſi darētur duo primi fines ſequeretur ꝙ darentur duo vniuerſa quorum illi eſſent fines. Item ſi datur vnū vniuerſum et illius duo primi fines eſſent due cauſe finales totales eiuſdem effectus: quod Scotus credit eſſe falſum.

Pria rō. ¶ Preterea Scotus intēdit probare ꝙ prima cauſa ſit volens et intelligens: cuius probatio talis eſt. Supponit illud Philoſophi. 2. phiſicorum ꝙ omnis cauſa de peraccidēs reducitur ad aliam cauſam de per ſe. Ad cuius declarationē notabis ꝙ cauſa de per accidens eſt illa que non influit in effectum vel non explicat rationem: ſm quam ē cauſa vel agit effectum non intentum ab ea. ¶ Hec diffinitio eſt Pauli veneti in ſumma phiſicorū proſequendo de fortuna et caſu, que ſic declaratur. Prima pars de applicanti actiua paſſiuis qui reſpectu combuſtionis eſt cauſa de per accidens: quia non cōburit neqꝫ influit ideſt non facit effectus ideſt combuſtionem. ¶ Secunda pars declaratur hō albus eſt cauſa de per accidens edificationis: qꝛ iſte effectus qui eſt edificare nō explicatur per hoc quod eſt eſſe hominem album: ſed per hoc quod eſt eſſe edificatorem.



¶ Tertia pars declaratur: quia cauans vineam non intentione inueniendi theſaurum ſed laborandi dūtaxat ſi inueniat theſaurum eſt cauſa de per accidens inueniendiꝰ theſaurum et tamē de per ſe reſpectu foſſionis vinee. Iam igitur patet propoſitio philoſophi ꝙ omnis cauſa de ꝑ accidens preſupponit aliquam de per ſe: ꝙ ſi ita eſt ſequitur omnē cauſam naturalem agere ꝓpter finem quem ſine errore inſequitur. Sed hoc non poteſt eſſe niſi quia dirigitur ab aliquo intelligenti finem et talis eſt prima cauſa: igitur prima cauſa intelligit ꝛ vult.

¶ Secūda ratio. Si alie inferiores agunt propter finē: ſequitur ꝙ prima cauſa agit ꝓpter finem. Petitur ergo vel illum finem appetit appetitu naturali vel libero: non primum, quia prima cauſa neceſſitaretꝰ: qđ ſi ſecūdū igitꝰ vult ꝛ intelligit. Secūda ratio

¶ Tertia ratio. Bene ſequitur aliquid contingenter cauſatur: ergo prima cauſa libere volendo: cauſatur illud antecedens patet ad iſtū ſenſum ꝙ aliquid pro inſtanti pro quo cauſatur poteſt non cauſari: quod niſi ſic omnes effectus ineuitabiliter a prima cauſa cauſarentur: ꝙ ſi ita eſt omnia euenirēt de neceſſitate atqꝫ non eſſet viciū neqꝫ peccatum: quia quicquid ager agens inferius ageret tanqꝫ coactum ꝛ neceſſitatum: igitur aliqui effectus ſunt contingenter illo modo et illud eſt quia deus libere coagit: et omnibus poſitis requiſitis ad agendum poteſt non coagere. Tertia rō

¶ Probat Scotꝰ ꝙ prima cauſa nō intelligat neqꝫ vellit per aliquod diſtinctū a ſe. Ad quod dicit tres rationes. ¶ Prima ratio cauſalitas cauſe finalis eſt prima in ordine ad alias: hec ē Auicenne. 6. metaphiſice ſequitꝰ ergo ꝙ cauſalitas primi finis erit omnium prima: ſed illa eſt diligi a primo efficienti: ergo eſt in cauſabilis: et illa eſt idem quod primum efficiens diligere primum finem: ergo primum efficiens diligere primum finem eſt in cauſabile et ſic habeo ꝙ amare primi efficientis ſeu velle eſt idem quod ipſa prima cauſa. Pria rō. ¶ Secunda ratio eſt philoſophi. 12. metaphiſice. tex. co. 51. Dicētis ſi intellectio dei eſſet aliquid diſtinctū ab eo. Deus non eſſet ſubſtantia o prima et maxima honorabilis: quia omne quod eſt in actu Primo perficitur magis dum eſt in actu. Secundo ſi igitur deus intelligeret per notitiam ſuperadditam vtriqꝫ nobilitaretur per ipſum accidens quod eſſet indedecꝰ eius. Secūda ratio ¶ Tertia ratio deus cognoſcit intuitiue que nō ſunt ergo non per notitiam ſuperadditam: antecedens notum eſt: quia deus non poteſt cognoſcere abſtractiue: et conſequentia patet, quia ſi agnoſcet deus ꝑ notitiam intuitiuam diſtinctam a ſe cum res ipſa nō ſit, vt ſuppoſui habetur ꝙ notitia intuitiua cauſaretur ſine obiecti concurſu quod falſum eſt: ideoqꝫ crediderim deum ſuamet eſſentia intuitiue omnia cognoſcere: quod ſi arguas ꝙ deus abſtractiue cognoſcat: quia repreſentat ſynonyme cum hac omnis triāgulus habet tres angulos: et ſynonyme cum ſubiecto quod eſt notitia communis: ergo abſtractiue. Dicas ad hoc ꝙ ſi de ratione abſtractiue ſit ꝙ ſit enigmatica ꝛ confuſa ſic deus non habet notitiā abſtractiuam. Si autem notitia abſtractiua ſolum imporret ꝙ





tet ꝙ abſtrahat ab exiſtentia rei. i. que vt repreſentet nō requiritꝰ ꝙ res exiſtat: ſic deus eſt noticia abſtractiua: vel dic ſecundo ꝙ noticia abſtractiua que diuiditur in cōmunē ꝛ diſcretam intelligitur de abſtractiua creata: quare non ſequitur iſta noticia ē cōmunis: ergo abſtractiua.

¶ Scotus vult probare deū eſſe infinite potentie quattuor vijs vna efficientie, cognoſcibilitatis finis, et eminentie. Prima ſic arguitꝰ argumento philoſophi octauo phiſi. tex. cō. 78. bene ſequitꝰ prima cauſa mouet motu infinito: ergo eſt infinite potentie. Dicit Scotus ꝙ non intelligatꝰ añs in actu: itaqꝫ ꝙ prima cauſa mouet nunc motu infinito: quia illud implicat contradictionem: ſed intelligatur antecedens in iſto ſenſu quia prima cauſa hꝫ potentiam ad mouendum motu infinito: et huius rationis vigor ab ſcoto in iſta forma ſtatuitꝰ ꝗcquid hꝫ virtutē omnis cauſalitatis poſſibilis ſi haberet illā formaliter eſſet infinite actiuitatis: ſed tamē habet omnem illam cauſalitatem perfectius quā tūc haberet ergo modo eſt infinite actiuitatis ſicut et nunc eſſet. Maior nota eſt: et minor ſuadetur quia ſecūda cauſa omnem ſuam actiuitatem quam habet ſuſcepit a prima: et cum nemo dat quod non habet: ergo eminentius habet illam omnem cauſalitatem quam dedit ſecunde cauſe ipſa prima cauſa, ergo prima cauſa eſt infinite actiuitatis. Sed cōtra hoc replicat Scotus quia tunc ſequeretꝰ ꝙ prima cauſa non indigeret cauſis ſecundis ad operandum. Dicit ad hoc Scotus de mente philoſophi ꝙ ſi prima cauſa indiget cauſis ſecundis ad operandum illud eſt ꝙ dꝫbet effectū imperfectū facere iōqꝫ indiget cauſa ſcđa. Rō. 1.

Rō. 2. ¶ Secunda ratio ſumpta ex parte cognoſcibilitatis quanto aliquid ad plura cognoſcenda eſt maioris capacitatis tanto illud eſt maioris actiuitatis. Hec de ſe nota eſt: qꝛ capacitas intellectus que terminatꝰ pluribus noticijs quā alia maior eſt: ſed capacitas intellectus diuini cum intelligat clare et diſtincte omnia poſſibilia ad nihil terminabitꝰ, ergo eſt infinita. ¶ Secunda ratio ad idem qñ aliqua cauſa ꝓpter iuuamen alterius producit ꝑfectiorem effectum illa prima cauſa ē finita atqꝫ cū ꝓpter iuuamē alterius non addit aliquid in ꝑfectione illa prima cauſa eſt infinita: ſed ita eſt ꝙ ſi ad noticiam dei cōcurrit creatura noticia eſſet imperfectior: quia eſſet accidens ſuper additum deo: igitur cum deus ad productionem noticie nulliꝰ alteriꝰ indigeat ipſe eſt infinitus.

Rō. 3. ¶ Tertia via eſt ex parte finis ꝗcꝗd apperit voluntas non repugnat rationi formali ſui obiecti: obidqꝫ dicit beatus Auguſtinus ꝙ volūtas non pōt appetere ſe non eſſe: qꝛ obiectū voluntatis eſt ens et non eē repugnat illi. Tūc ſic arguo voluntas noſtra appetit infinitum bonū: qꝛ in ſolo illo quietatꝰ: ergo infinito bono non repugnat eſſe.

Rō. 4. ¶ Quarta via eſt ex parte eminentie Nam ſi deus eſſet finitus non eſſet eminentiſſimus. Nam ipſo cum ſit finitus poſſet dari eminentior.

¶ Circa materiam de minimo naturali tenēdo ꝙ poſſit dari ad iſtū ſenſum ꝙ illud poſſit per ſe exiſtere: ſꝫ nullū minꝰ eo poſſit ꝑ ſe exiſtere: nec naturalꝛ nec ſup nālr: multa ſubtilia ſolent conſiderari: que ego in mediū adducam nō ꝙ illa ſint vera vt ꝑdictum eſt: ſed vt ſcholaſtici noſtri omnia intelligant: prīo annotat ludouicus coronel ꝙ iſtorum minimoꝝ naturalium quantitas eſt attēdēda penes dyametrū figure ſpherice digitalis: ita ꝙ vt alicuiꝰ rei quantitas ſit minima que poſſit per ſe exiſtere: requiſitū eſt: ꝙ illa poſſit reduci ad figuram ſphericam: cuius dyameter ſit digitalis ſecluſis poris: ꝛ ſecluſa rarefactione ꝛ condenſatione reſpectu totius Dicitur ſecluſis poris: quia tanta poſſet eſſe pororuꝫ latitudo ꝙ minus minimo poſſet habere talem figuram ſphericā dꝛ ſecluſa rarefactiōe et cōdēſatiōe reſpectu totiꝰ. Quia impoſ'e eſt ꝙ fiat iſta reductio ad ſpherā qn vna ꝑs rarefiat. ſ. conuexa: ꝛ quo ad interiora cōdenſetur: ſed hoc eſt reſpectu partis. Nā totū nec rarefit nec condenſatꝰ: qꝛ quantū ex vna ꝑte rarefit ex alia cōdenſatur: ſed ſalua pace huius viri maxime aberrauit qđ ſic ꝓbo: pono caſum ꝙ ſit vna materia quadrata ꝛ ſi ad videndū eſſe minimā que poſſit per ſe exiſtere debet reduci ad figuram illam ſphericam: ergo hoc pōt fieri alias ſua mēſura ē chimerica: ſi nō pōt ab intellectu humano reduci: ergo circulus poſſet quadrari naturaliter: quod eſt contra phum qui expreſſe ꝑdicamēto ad aliquid dicit quadratura circuli ſcibilis eſt eius tñ ſcientia nondum inuenta eſt: et ſequella patet, qꝛ quadrare circulū eſt inuenire quoddam quadratum tm̄ capiens vt circulus ſed ita inuenit hic hō: ergo inuenit quod hactenus nemo ſciuerat: ergo ne gloriecꝰ ſup ſuo inuento voluiſſem ꝙ videret et hāc rōnē: ponit ꝓ menſura quantitatis rem nūquam ſcitam: quod eſt contra phum decimo metaphiſice affirmantem menſuram fore notiorem menſurato.



¶ Nota ꝙ intelligitur minimū quo ad trinam dimenſionem: ita ꝙ ſit lōgū latum ꝛ ꝓfundum digitaliter: quare rectius ego dicerem cū omnibꝰ geometris reducentibus omnes figuras ad q̄drata: ꝙ quantitas minimi naturalis venit conſideranda penes dyametrum digitalem figure quadrate. Nam certe omniū figurā quātitatē docēt geometre penes quadratū: verbi grā vis capacitatē eptagoni ſcire: reduc in ſeptem triangulos: et quemlibꝫ illorū in quadrangulū. Poſtea quadrāgulū ad quadratum per medie rei inuentionem vt ait euclides in ſexto et inueniſti quod optaueras.

¶ Sed contra hāc imaginationem minimi naturalis ſic argumētor. Sit illud digitale minus eo poteſt per ſe exiſtere: ergo non eſt minimū naturale: conſequentia eſt nota: et ꝓbatur añs: includit aliquod infinitū: ergo habet quantitatē ſufficiētem ad hoc ꝙ poſſit per ſe exiſtere: conſequentia eſt nota: et ꝓbatꝰ antecedens includit lineam giratiuā que eſt infinita: ergo intentum: ꝓbatꝰ añs: diuidatur illud minus minimo per ꝑtes ꝓportionales dupla ꝓportione: et imaginetur linea giratiua q̄ giret omnes illas partes: tūc ſic arguo illa includit infinitas giras maiores vna certa data non cōicantes: ergo eſt infinite magna nota eſt cōſequētia: ꝛ ꝓbatur añs quia quelibet gira eſt maior quam linea circularis ambiens recta via illud corpus: qꝛ via recta eſt breuior: ergo eſt infinite magna. ¶ Dicendum ad hoc argumentum ꝙ quantitas corporis non venit menſuranda penes lineam obliquam quā contineat ſed penes rectā breuiſſimam: et quia hec in illo minori minimo non eſt infinita: iō illud non eſt infinitū nec finitum quod poſſit per ſe exiſtere.

*Secũdũ pricipale*

¶ Secundo principaliter arguitur ſequitur dari vltimum eē completum rei permanētis data poſitione de minimo: conſequens eſt contra phm octauo phiſicorū textu cōmenti octogeſimi quinti dicētem: inſtās tranſmutationis attribuitur poſteriori paſſioni; ſeqlla ꝓbatur volo ꝙ ſit vnum minimū naturale: qḋ incipiat condenſari per vltimum non eſſe: tunc ſic illo inſtanti vltimi non eſſe cōdenſationis tale minimū eſt et non īmediate poſt hoc erit ergo datur vltimum eſſe completum rei permanentis. ¶ Ad hoc argumētum dicunt aliqui ꝙ quemadmodum in moralibus admittitur minus incōueniēs ne incidamꝰ in maius: ita in naturalibꝰ: ſunt autem inconuenientia nature: ꝙ detur materia ſine forma ꝙ detur vacuū: ꝙ ſint due forme in eadem materia: ꝙ detur minus minimo: ꝙ detur vltimum eē completum rei permanentis: ꝙ agente approximato paſſo non impedito nō ſequatur actio: et quia inter hec inconuenientia hoc vltimum eſt minus: quam ꝙ detur minus minimo: ideo in illo caſu applicatis condenſatiuis non condenſabitur, ne ſequatur minus minimo: ſed circa iſta inconuenientia nature volo tantiſper immorari. Primo circa illud ꝙ graue naturaliter aſcendit. Secundo circa illud agens fortius agit indiſtans quam in propinquum. Tertio circa illud graue non impeditum extra locum naturalem non deſcendit.

*Nota caſus ſpāles incōueniētiū nature*

¶ Circa primum in ſolis duobus caſibꝰ graue naturaliter aſcendit. Primus eſt quando ſequeretur vacuum: ita dicit Auerrois. 4. de celo ꝙ ſi poneretur vna candela intra aquam ita ꝙ flamma eſſet extra: et poneretur quoddam vrinale taliter ꝙ ꝑ os eius intraret candela et vrinale tangeret aquā aſcendit aqua per vrinale vſquequo extinguat flammam: et illud eſt gratia vacui euitandi. ¶ Secundus caſus eſt quando non tranſcēdit originem ſuā: qualiter aqua aliquando aſcendit per montem naturaliter: ſi eius origo/puta fons/eſt altior quam ille mons. Circa ſecundum agens fortius agit in diſtās quam in propinquū tribus caſibus poteſt agens agere fortius in diſtans quam in propinquum. ¶ Primꝰ eſt quando ꝓpinquum eſt aſſimilatum. ¶ Secundus eſt quando propinquum eſt maioris reſtentie ſicut ſol magis calefacit infimam regionē aeris quā mediam: quia cum media ſit frigidior magis reſiſtit. ¶ Tertius caſus eſt quando propinquum nō eſt capax actionis, vt ille piſcis ſtupor q̇ ſtupefacit piſcatores et non rete; quia rete cum ſit inanimatum non eſt capax ſtuporis. ¶ Circa tertium in tribus caſicus graue infra ſe habens leue nō deſcēdit. ¶ Primus eſt quando ex ſuo deſcenſu, ſequeretur vacuum et ideo aqua nō deſcendit a clepſedra qñ claudiť foramen ex parte ſuperiori. ¶ Secundus caſus ē qñ aliquod graue circundatur aere rariſſimo, vt dicit Joannes dulart phiſicorum quarto. Nam lapis ille in aere pendebit: ſi enim deſcenderet aer ex parte ſuperiori rarefieret et ad implendū locum quem derelinquit vacuum ille lapis: et ita daretur rarꝰ rariſſimo. ¶ Tercꝰ caſus eſt domini Gregorij primo ſententiarum in diſtinctione quadrageſima ſecunda: ſi eſſet vna columna infinite magna lapidea diſtans a centro ꝑ vnā leucam illa columna non deſcenderet quia omne graue deſcendit vt eius punctum mediū fiat medium vniuerſi: ſed talis columna non habet medium ergo non deſcendit; ſimiliter ſi deſcēderet petitur quantum deberet tranſire vltra centrum: et quicquid trāſit ſemper plus manet citra centrū: ſequitur ꝙ nunquam erit columna naturaliter ſituata.

*Egregia dclaratio autis phi iſtās traſmutatōis*

¶ Sed circa illam auctoritatem philoſophi inſtās trāſmutationis et primo nota ꝙ dare vltimū inſtans eſſe rei permanentis ꝯtingit dupliciter: ſcilicet completum: et incompletum. Incompletum quidem continue datur in corruptione rei que eſt ſucceſſiua quo ad fieri tantum: vt cum calor vt octo nunc incipit corrumpi ille calor, vt octo nunc eſt: quia incipit corrumpi per vltimum non eſſe: et non immediate poſt hoc erit ſecūdum ſe totum bene tamen ſecundum aliquid eius: ſed dare vltimum eſſe completum rei permanentis non poteſt eſſe naturaliter; quia oppoſito dato: ſequeretur ꝙ agens finitam habendo finitum proportionem circa reſiſtentiam paſſi in inſtanti corrumperet: quod eſt falſum ⁊ contra regulas philoſophi de velocitate motus ſeptimo phiſicorum: et hec eſt bona ratio Marſilij: nec valet Cauillus Ludouici Coronel: in quo dicit ꝙ eadem ratione: ſequitur ꝙ non daretur primum non eſſe completum rei permanentis: dicendo ꝙ ſi illa res permanens eſt ſucceſſiua quo ad fieri cōcedo ſequellam: ſi vero eſt permanes quo ad eſſe et fieri ſicut eſt forma ſubſtantialis, nega ſequellam: quia illius forme ſubſtantialis reſiſtentia pendet ex qualitatiuis diſpoſitiuis: et non corrumpitur illa forma ſubſtantialis; donec veniamus ad non gradum reſiſtentie illarum diſpoſitionum pro illius forme conſeruatione; qḋ eſt quando ſumus in maxima diſpoſitione que non ſufficit conſeruare formam. Ex quo ſequitur ꝙ iſta conſequentia nil valet dupla diſpoſitio ad maximam que non; ſufficit conſeruare formā per aliquod tempus: ergo maxima que non; ſufficit conſeruare per ſubduplum tempus: ideoq̃ qua forme ſubſtantialis primum non eſſe completum ſolum habetur quando eſt non gradus reſiſtentie in diſpoſitionibus pro illa; et agens finitum cum non inuenit reſiſtentiam corrumpit in inſtāti: ex hoc habetur bona ratio quare poſſit dari primum non eſſe completum rei permanentis non vero vltimum inſtans eſſe completum rei permanentis.

¶ Sed videamus quomodo ex hac authoritate omnes inferunt ꝙ nō datur vltimum inſtans rei permanentis: et ad videndum quomodo ex illa authoritate illud ſequitur: notandum eſt: ꝙ duplex eſt paſſio: prior: et poſterior: paſſio prior eſt corruptio: et paſſio poſterior eſt generatio. Inſtans vero traſmutationis eſt inſtans in quo vna forma deſinit eſſe et alia incipit eſſe: et ſignificat Ariſtoteles ꝙ inſtans tranſmutaationis attribuitur forme generāde. Nam in illo inſtanti forma generanda incipit eē per primum inſtans eſſe: tunc ſic arguitur, bene ſequitur in hoc inſtanti forma generanda eſt: igitur forma corumpenda in hoc inſtanti nō eſt tunc vltra vel immediate ante hoc fuit forma corrumpēda vel non: ſi primum deſinit eſſe per primum non eſſe: ergo non per vltimum inſtans eſſe: ſi ſecundum forma corrumpenda non immediate ante hoc fuit ⁊ forma generanda non immediate ante hoc fuit: igitur materia ſine forma quod eſt falſum.

*Tertium pricipale*

¶ Tertio arguitur ſic principaliter ſequitur data poſitione de minimo idem poſſe per ſe



exiſtere: et non poſſe per ſe exiſtere: conſequens eſt eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur; Falſitas conſequētis nota eſt, et ſequella probatur: volo ꝙ ſit vna aqua triangularis; cuius baſis ſit digitalis: et reliqua duo latera pluſquam ſemidigitalia, verbi gratia, vt quinq̃ octaue vnius digitalis: et ſequitur illā aquam poſſe per ſe exiſtere; quia ad digitale terminatur: et non poſſe per ſe exiſtere: quia cū ſit vniformiter difformiter quanta correſpondet gradui medio qui eſt ſemi digitale; ergo non poteſt per ſe exiſtere. Dicendum ad hoc argumentum ꝙ illa non poteſt per ſe exiſtere: quia re dacta ad vniformitatem non reducitur ad figuram quadratam: cuius coſta ſit digitalis. Unde nota ꝙ in quātitatibus vniformiter difformibꝰ ſit correſpōdētia maiori gradui quā medio. ¶ Quod ſic demonſtratione deducitur. Detur vnus triangulus cuius baſis ſit digitalis reliqua vero duo habeant quantitatem duorum tertiorum digitalis; et diuidatur triangulus in duas partes equales per lineam procedentem a medio baſis vſq̃ ad verticem: et ſit triangulus. a. b. c. Linea vero media vocetur. d. c. deinde ad equalitatem medietatis baſis fiat linea ex parte verticis. c. e. et poſtea claudatur triangulꝰ per lineam. e. b. Jam ſic arguitur. Quadrangulus iſte. d. c. e. b. eſt equalis triangulo. a. b. c. Quod probatur. Continet duas medietates equales duabus medietatibus trianguli. a. b. c, ergo eſt equalis triangulo. a. b. c. Conſequentia eſt nota: et antecedens probatur, quia quadangulus ⁊ triangulus communicant in medietate. d. c. b. et reliqua medietas quadranguli eſt equalis relique medietati trianguli: quod probatur quia ſunt equales vni tertio videlicet medietati. d. c. b. quod probatur quia. d. c. b. et. e. b. c. ſunt equales trianguli iuxta lineam diagonalem: et reliqua medietas trianguli eſt equalis. d. c. b. igitur quadrangulum continet duas medietates equales duabus medietatibus trianguli: igitur quadrangulus eſt equalis triangulo. Tūc vltra. Quadrangulus eſt longior quam latior: ſed. d. c. eſt menſurans longitudinem quadranguli: igitur. d. c. eſt maior quam. d. b. quia eſt maior: igitur quia. d. b. eſt ſemidigitale eſt ſex duodecime digitalis et. b. c. quia eſt duo tertie digitalis erit octo duodecime digitalis: et. d. c. erit ſeptem duodecime cum igitur omne quadrangulum equiualeat quadrato inuento per lineam medio loco proportionalem inter inequales lineas quadranguli ⁊ illa linea medio loco proportionalis eſt maior ſemidigitali: ſequitur ꝙ correſpondet pluſq̃ gradui medio.

*Quartū pricipale*

¶ Quarto principaliter arguiť data poſitione de minimo ſequeretur ꝙ non poſſet vnū totale lignum ab ab igne conſumi: ſequella probatur; quia falſitas conſequentis nota eſt, dato oppoſito ſit ita ꝙ lignum conſumatur; donec non remaneat de illo niſi minimum naturale in ſpecie ligni: ⁊ petitur vel tale minimū naturale corrumpetur: in iſtāti; vel ſucceſſiue: ab illo igne: ſi ſecūdum daretur minus minimo per ſe exiſtēs in ſpecie ligni. Si primū ſequitur talem ignem eſſe infinite actiuitatis per illam communem calculationem: ſi corrūperet in vna hora eſſet alicuius actiuitatis: ſi in dimidia hora in duplo maioris actiuitatis; ergo ſi in inſtanti infinite actiuitatis.

¶ Pro ſolutione huius argumenti animaduerte ꝙ non ſequitur; a potentia ſuperat reſiſtentiam. b. in vna hora et. c. eandem reſiſtentiam in dimidia: ergo. c. in duplo eſt maioris virtutis quā a. ſed oportet in ante te dicere: et cetera ſunt paria vnde ſtat ꝙ. c. in duplo citius agat in reſiſtentiā. b. propter aliquod extraneum iuuamen: et ꝙ ſit equalis virtutis cum. a. tunc dicitur ad iſtum modum arguendi quando illud corrumpens minimum corrūperet illud in vna hora diceremꝰ illud eſſe alicuius certe actiuitatis: et ſi in dimidia in duplo maioris ⁊ ſic conſequenter: ergo poſtquam in inſtanti corrumpit infinite debet dici actiuitatis: negando conſeq̄ntiam et cauſa eſt: quia non preciſe virtus corrumpētis ad corruptionem illius minimi ꝯcurrit: ſed etiā alie cauſe vniuerſales: que infinitum magis iuuant ipſum corrumpens ad corrumpēdum illud minimū quam ad corrumpendum vnum aliud ſucceſſiue, vt inconuenientia euitentur: ita ꝙ non conatur ipſum corrumpens magis ad corrumpendum illud minimum in inſtanti quam ad corrumpendum aliud ſucceſſiue: ſed alie cauſe naturales vniuerſaliores fortius concurrunt ſignanter prima cauſa quam ſm philoſophum Scotus et Thomas tenent infiniti vigoris probatam eſſe a philoſopho: ſed oppoſitum habꝫ Buridanus et Gregorius credentes Ariſtotelem nunquam probaſſe primam cauſam infiniti vigoris ſed tantum infinite durationis et perfectionis quod quidem hac ratione ſuadet Gregorius vno ſuppoſito: ꝙ prima cauſa agit naturaliter et non libere: ſequeretur ꝙ ſi prima cauſa infiniti eſſe vigoris: ꝙ omnes effectus naturales fierent in inſtanti: et deſtruerentur in inſtanti: ſequella probatur: quia cum prima cauſa agat naturaliter: igitur quantum poteſt agit ſed agit infinite: ergo in inſtanti: ꝙ non ſequiť: quia agit: ſm indigentiam neceſſitatis: frequentius enim aliquis homo debilis freneticus non poſſet a quocūq̃ homine forti teneri: qui teneretur a debili in ſanitate: ⁊ ſaltat ſaltu maximo quē non ſaltaret in ſanitate que opera ſunt a natura ſm vltimum conatum propter fortem imaginationem quam habet ꝙ volunt interficere illum.

¶ Quid autem ſufficiat et requirať ad aliquid eſſe infinite actiuitatis per tres ſequentes propoſitiones explanatur. Prima propoſitio nō dicitur aliquid eſſe infinite actiuitatis nec illud requiritur ꝙ poſſit producere effectum infinitum. Nā deus ſm omnes catholicos eſt infinite actiuitatis ⁊ tamen ſm pleroſq̃ theologos nō poteſt facere effectiuum infinitum: quia nō poteſt dari infinitū in actu.

¶ Secunda propoſitio ad aliquid eē infinite actiuitatis non ſufficit ꝙ poſſit producere infinitos effectuus equales non cōmunicantes cum reſiſtentia in quantumuis paruo tēpore: probatur, volo ꝙ dentur infiniti lapides chriſtalini penetratiue ſe habētes: et applicetur vnus ignis illis omnibus immediate poſt hoc infiniti calores producentur in illis infinitis lapibibus. Nō enim erit vnus calor in omnibus, vt male dicit Celaya: quia cum ſint diuerſa ſubiecta accñtia futura ſunt diuerſa: quia vt dicit philoſophus metaphiſice ſeptimo accidentia dinumerantur dinumeratione ſubiectorum: immediate erunt infiniti calores in illis lapidibus equales non cōmunicantes productiui quouis paruo tēpore: quia ſubito; et tamen ille ignis non eſt infinite actiuitatis.

¶ Tertia propoſitio ad aliquid eſſe infinite actiuitatis ſufficit et requiritur ꝙ poſſit ſuperare aliquam reſiſtentiam in inſtanti. Iſta propoſitio probatur: quia ſi ſuperatur reſiſtentia in inſtāti illud non eſt a finita proportione: ſed ad nullum finitum habet infinitam proportionē niſi infinitum: igit̄ prima cauſa eſt infinite actiuitatis.

Quinto pricipale

¶ Quinto pricipaliter ſic arguitur data poſitione ꝺ minimo nāli ſequitur aliquod agēs naturale fortius agere indiſtans quam in propinquum quod eſt contra philoſophum ſeptimo phiſicorū ſequella probatur ſit ꝙ minimū naturale ignis ſit digitale minimum vero naturale ſtuppe ſit ſemidigitale (. Ponere enim ꝙ minimum naturale ſtuppe ſit tam magnū ſicut minimū naturale ignis ridiculū eſt quia, vt inquit Auerrois tertio colliget minimum rari maius eſt minimo denſi) pono igitur ꝙ ſit ſtuppa tridigitalis tunc primum digitale inflammabit̄ in inſtanti ne detur minus minimo in ſpecie ignis ſecundū ſucceſiue: quia nullum ſequitur incōueniens vltimum ſemigiditale in inſtanti ne detur minus minimo in ſpecie ſtuppe. ¶ Ad hoc argumētum reſpondeo conceditur ſequella nec eſt inconueniens ne de terminus minimo admitrēdum enim eſt minus inconueniens propter fugiendum maius. Ex quo ſequitur ꝙ ſi darentur infinita minima diuerſarum ſpecierum contingua penetratiue ſe habentia omnia inſtātia inflammabuntur ab illo igne alioqui daretur minus minimo inquacūꝗ ſpecie illorum q̄ ſucceſiue inflammarentur.

Sexto pricipale

¶ Sexto principaliter arguitur data poſitione de minimo naturali: ſequitur dari vltimum eſſe completum rei permanentis: conſequens eſt contra Ariſto. attribuentem inſtans tranſmutationis poſteriori paſſioni: ſequella probatur: ſuppono ꝙ ſphera actiuitatis agentis non terminatur per maximam diſtantiam per quam poteſt agere: ſed ꝑ minimam per quam nō quod ſic ſuadeo quia loquor de actione ab extrinſeco: ⁊ ſequitur ꝙ agens naturale agit vniformiter difformiter: et cum hec latitudo vniformiter difformis terminetur ad non gradum: ſequitur ꝙ illa diſtantia eſt minima per quam non poteſt agere: quia per illam non poteſt agere: ſed per quamlibet minorem: et ſic non datur maxima diſtantia per quam poteſt agere: quia ſi per illā agit: ergo in puncto terminatiuo illius eſt aliquis gradus: et ſi ſic ſit in illo puncto vnus gradus: et ſequitur ꝙ qui poteſt vnū gradum producere in puncto terminatiuo, poterit vltra facere dimidium gradum: et ſic illa diſtantia non erat maxima per quam poteſt agere. Hoc ſuppoſito volo ꝙ ponatur vnum minimum natarale ſtupe in puncto terminatiuo illius minime diſtantie per quam non. et nunc incipiat per vltimum non eſſe intromitti verſus ipſum agēs ita ꝙ intromittitatur indiſtantiā in quā tale minimum poſſit pati ab illo ageuti: et ſic arguitur nunc tale minimum naturale eſt: ⁊ nō immediate poſt hoc erit: quia ſubito debet corumpi. ¶ Ad hoc argumētum diceret aliquis ⁊ bene ꝙ tale minimum ſucceſſiue debet diſponi: ⁊ ſic non immediate poſt introitū indiſtantiā in qua poteſt pati corrumpetur. ¶ Sed replicatur ſic aliqua diſpoſitio ſufficit ad introducēdam formam propter paruitatem: et aliqua non: ergo datur minima que ſic vel maxima que nō; ſi dicatis ꝙ maxima que non: volo ꝙ illa incipiat intendi ꝑ vltimum non eſſe: et ſequitur formam producendā etiam produci per vltimū non eſſe: igitur forma corrumpenda, corrumpetur per vltimum inſtans eſſe: quod eſt intentum, ſi dicatur ꝙ datur minima q̄ ſufficit ad introductionem ſicut debet dari: Replico ſic: ergo eadem ratione illa ē minima que ſufficit ad conſeruationem: et ſi ita concedatur ſequitur dari vltimum eſſe completum rei permanentis: quod ꝓbatur, volo ꝙ illa minima diſpoſitio incipiat remitti per vltimum non eſſe: in hoc inſtanti forma conſeruāda per illam eſt: quia ſufficit conſeruare: et illa forma non immediate poſt hoc erit: quia illa diſpoſitio non immediate poſt hoc ſufficit conſeruare: ergo vltimum eſſe completum rei permanentis. ¶ Dicendum ad hoc argumentum ꝙ ad producēdum datur minima diſpoſitio que ſufficit: et ad conſeruandum maxima que non ſufficit. Nam cum minima diſpoſitio per primum inſtans eſſe extiterit forma etiā ſubſtantialis producenda per primum inſtās eſſe pullulabit, et forma corrumpenda deſinet per primū non eſſe: ſed cum adfuerit maxima diſpoſitio que non ſufficit conſeruare, tunc forma corrumpenda deſinit ꝑ primum non eſſe: et producenda incipiet per primū inſtans eſſe: et per hoc euitamus vltimum eſſe completum rei permanentis.

¶ Sed ego probatiōe egregia noſtra ineuitabiliter volo probare quod data poſitione de minimo debet dari vltimum eſſe completum rei permanentis, ſuppono duo. Primum eſt ꝙ diuerſis formis ſubſtantialibus in ſpecie producendis diuerſe mēſure illius minime diſpoſitionis que ſufficit apte conueniunt. Hec ſuppoſitio patet: quia pro forma leonis producenda maior minima diſpoſitio ſufficit et requiritur: et pro forma hominis minor. Suppono ſecundo ꝙ admiſſa opinione nominalium de infinitate ſpecierum producibilium adeo: qualitas remiſſiſſima que poteſt eſſe: poteſt eſſe minima quo ad productionem alicuius forme. ¶ Hoc habito volo ꝙ diſponatur materia per hanc diſpoſitionem de q̄ locutus ſum in ſecunda ſuppoſitione: et ſequitur ꝙ data minima diſtantia per quam agens non poteſt agere: ſi ponatur tale minimum naturale in illo puncto illius diſtantie et immediate poſt hoc introducatur verſus agens: nūc tale minimnm eſt et non immediate poſt hoc erit: quia immediate poſt hoc erit minima in eſſe qualitatis et in eſſe productionis.

Nota. i.

¶ Super hac tamen materia volo notare tria. Primum eſt ꝙ quamuis materia minimi naturalis ſucceſſiue diſponatur tam quo ad intēſionem quam quo ad extenſiouem: et primo medietas quam tota materia: nihilominus in illa medietate non introducetur forma: quia quamuis ſit ſufficiēter diſpoſita intenſiue non tamen extenſiue.

Nota. 2.

¶ Noto ſecundo: ꝙ iſta diſpoſitio dicitur minima ad bonum ſenſum: quia in extremo diſtātiori requirit remiſiſſimum gradum pro illius forme introductione namꝗ: cum hec diſpoſitio ſit ab extrinſeco debet eſſe vniformiter difformis Non quidem terminata ad non gradum: quia verſus nō gradum eſſet tam remiſſa ꝙ non valeret pro forme introductione: igitur debet terminari ad gradum remiſſiſſimum cum quo illa forma valeat introduci; in rigore tamen ſtando non eſt dicenda minima



diſpoſitio que ſufficit: ita ꝙ illa ſufficit ⁊ nulla minor quia data illa diſpoſitione que eſt a duobus vſꝗ ad vnū pro minima minor illa ſufficit videlicet ab vno cum dimidio vſꝗ ad vnum immo quelibet diſpoſitio ſufficit ſi habeat in extremo diſtantiori vnū gradum). Ex hoc ſequit̄ egregium Corolariū ꝙ datis ⁊ verificatis duabus ſub contrarijs affirmatiua ꝓ maiori: et negatiua pro minori non licet inferre minimum qđ ſic vel maximum quod non: ⁊ ratio eſt: quia affirmatiua v̄ificat̄ ꝓ maiori ſ; nō ꝓ quolibet maiori Exēplū, aliqua diſpoſitio ſufficit ad introductionē ⁊ aliqua non ſufficit affirmatiua verificatur pro maiori ⁊ negatiua pro minori ibi non datur membrum negatiuum: quia vt dixi daretur vltimum inſtās cōpletum rei permanentis nec datur minima que ſufficit vt probaui in rigore: ergo intērum: ſed certe hoc eſt vt dixi: quia affirmatiua verificata pro maiori vt diſpoſitione que eſt a duobus vſꝗ ad vnum: non verificatur pro quolibet maiori: quia non verificatur pro illa que eſt a ſeptem: vſꝗ ad non gradum: quia cum hec non terminetur ad gradum, vt vnum extrinſece non ſufficit: et hec eſt maior quam illa: q̄ eſt vt tria cū dimidio: et alia vt vnum cum dimidio.

Nota. 3.

¶ Noto tertio ꝙ ſi detur vnum minimum naturale ſtupeum poſitum inter duo corruptiua contraria ex diuerſis locis: quorum ſphere actiuitatis terminentur ad punctum mediū minimi: et ſit minimum ignis digitale: et aque gratia diſputationis ſimiliter: et ſtuppe: tunc dico ꝙ inflammabitur vna medietas; et ī alia introducetur forma que ſed ne detur minus minimo vtraꝗ mouebit̄ in inſtāti verſus ſuum corruptiuum et illi continuabitur.

¶ Circa materiam de maximo ego noto ꝙ dato maximo igne: et applicata ſtuppa illi dico ꝙ inflammabitur ſed non continuabitur ne detur maius maximo: per illam regulam Scoti quando aliquid eſt in termino non appetit ſibi aliquid aliud vnire. In rebus homogeneis non eſt terminatio quo ad maximum: quia dicit philoſophus: ſi igni addantur combuſtibilia in infinitum ignis creſceret in infinitū. Et quia in illis quanto maior eſt quantitas tanto plus additur ꝺ forma: ergo maior adeſt virtus informatiua: et per conſequens poteſt informare maiorem materiam. Sed in rebus animatis anima intellectiua non creſcit virtus in formatiua creſcente materia: ergo non poteſt quantumuis magnam materiam in formare; ſicut nec angelus quantumuis locum replere. In reliquis tñ animatis anima extenſa dico ꝙ quia membrorum principalium determinata eſt quantitas in magnum et paruum. (Dicit eñi Galenus ſecundo thegni: caput paruum praue cōpoſitionis cerebri eſt inicium. Magnum v̄o non de neceſſitate eſt bonū; vt ſi ſit ex multitudine ſeminis magis quam ex fortitudine virtutis informatiue.) et membra minus principalia debent eſſe proportionalia illis: ergo ſi illorum eſt determinata quātitas: ſequitur ꝙ iſtorum. ¶ Et confirmatur quia membra minus principalia dependent in conſeruari ab influxu principalium per ſpiritus vitales animales et naturales; qui influx⁹ et ſpirit⁹ deſtruerentur ſi inter principale et minus principale magnum eſſet interuallū: maior patet per Auicen. fen prima ꝓ. do. quinta. capitulo primo: cuius verba ſunt ſi inter epar et os via clauderetur: et os nutrimentum haberet aptum nihilominus eius actio deſtrueretur textu commenti. 4. 2. (Omnes igitur contraria principia faciunt et dicentes ꝙ vnum ſit omne ⁊ immobile ⁊ parmenides calidum et frigidū principia facit. Hec autem appellat igne et terram: et quiddam rarum et denſum: et democritus firmum et inane: quorum aliud quidem ſicut quod non eſt eſſe dicitur: ad huc poſitione: figura et ordine. Hec autem genera contrariorum ſunt, poſitione ſurſum et deorſum: ante retro: figura: angulus: rectum: circulatum. ¶ Quod quidem igitur contraria quoddam modo omnes faciunt principia manifeſtum eſt. ¶ Et hoc rationabiliter oportet enim principia nec ex alterutris eſſe neꝗ ex alijs: et ex his omnia: contrarijs autem primis in ſunt hec. Propter id ꝙ prima quidē non ſunt ex alijs: ob id vero ꝙ ſunt contraria non ſunt ex alterutris) hic philoſophus incipit inquirire veritatem et primo ex probabilibus poſtea demonſtratiue dicit primo ꝙ omnes antiqui faciebant principia contraria tam tenentes: ꝙ omnia ſunt vnum et immobile vt Parmenides qui ponebat principia fore calidum et frigidum et atribuebat calidum igni et frigidum terre ſecunda opinio philoſophorum naturalium ponentium vnum principium materiale et principia contraria ſcilicet rarum et denſum et democritus firmum et in anc ideſt plenum et vacuum ſtatuebat principia quorum principiorum vnum ſicut quod eſt ideſt eſt de facto aliud ſcilicet vacuum ſicut quod non eſt ad huc autem poſitione figura et ordine quorum ponit exempla. Continuat philoſophus approbans hoc ꝙ prima principia debeāt eſſe contraria et probat hoc modo ponens conditiones primorum cōtrariorum prima ꝙ non ſint ex alijs aliter non eſſent prima ſecunda ꝙ nō ſint ex alterutris ideſt vnum non fiat ex alio alioqui non eſſent eq̄ prima nec prima cum vnum ſit prius alio tertia ꝙ omnia fiant ex eis eedem conditiones conueniunt contrarijs primis ꝙ non ſunt ex alijs non ſunt ex alterutris et omnia fiunt ex eis: ergo principia prima ſunt contraria tenet conſequentia et textu cōmenti. 43. ſcilicet hoc in ratione conſiderare qualiter contingat. Accipiendum igitur eſt primum: ꝙ omniū que ſunt nihil nec facere aptum natum eſt: nec pati contingens a contingenti: nec fit quodlibet ex quolibet niſi aliquis accipit ſm accidens: qualiter enim fiet album ex muſico: niſi accidens ſit albo: aut nigro muſicum: ſed album quidem fit ex non albo: et hoc non ex omni ſed nigro aut medijs: et muſicum ex non muſico: ſed non ex omni ſed ex in muſico: aut ſi aliquid ipſis eſt medium. ¶ Neꝗ igitur corrumpitur in cō- Tex. cō. 44. tingens primum: vt album non in muſicum: niſi forte ſm accidens: ſed in non album et contingens ſed in nigrum aut medium. Similiter autem muſicum in non muſicum et hoc non in contingens ſed in immuſicum: aut ſi ipſis aliquid mediū eſt. Similiter au- Tex. cō. 45. tem hoc eſt et alijs quoniā non ſolum ſimplicia eorū que ſunt: ſed et compoſita ſm cādem ſe habēt rationem. Sed propter hoc ꝙ oppoſite diſpoſitiones non nomināte ſunt: latet hoc cōtingens: neceſſe enim omne conſonans ex in conſonante fieri: et inconſonās ex conſonanti: et corrumpi conſonās in incōſonantiā et hanc non in contingens ſed in oppoſitam. Differt Tex. cō. 46. autem nihil in conſonantia dicere aut ordine aut cōpoſitione. Manifeſtum enim eſt ꝙ eadem ſit ratio: at vero domus et ſtatua: et quodlibet aliud fit ſimiliter: domus quidem enim fit nō ex eo ꝙ cōpoſita ſunt ſed ex eo ꝙ diuiſa ſunt hec ſic et ſtatua et figurato-

rum aliquod ex non figurato. ⁊ vnumquodq̧ hoꝝ alia quidem ordo: alia vero compoſitio queddam
Tex.cõ. 41. ſunt. Si ergo hoc verum eſt ꝙ omne quod fit fiat et corrumpatur quod corrumpit: aut ex cõtrarijs: aut in contraria et in hoꝝ media: media aũt ex ↄtrarijs ſunt vt colores ex albo et nigro q̄r ẽ oĩa erunt q̄ natura fiunt aut cõtraria aut ex ↄtrarijs: Phs egregie declarat ꝙ omnia fiant ex cõtrarijs vel medijs inter contraria vt ly ex dicat circũſtantiam termini a quo: Nam albũ ex nigro vel medio non enim ex quolibet fit quodlibet nec contingens a contingenti id eſt ex impertinenti non dicis album fit ex muſico ſed ex nõ albo: muſicum ex non muſico, non omni: quia etiam lapis eſt non muſicus ſed ex in muſico: id eſt eo q̄ non eſt muſicus et eſt aptus natus eſſe muſicus: aut ſi aliquid ipſis eſt mediũ: dicit Auerrois: vt declaraui in logica primo poſterioꝝ.ca.primo ꝙ inter contraria immediata eſt medium ſubiecti non forme: inter cõtraria mediata eſt medium tam ſubiecti quam forme: ſed inter priuatiua eſt medium ſubiecti non forme et inter contradictoria nullum eſt medium iuxta illud philoſophi ibidem cõtradictio eſt oppoſito cuius non eſt medium ſm ſe: et de corruptione ideꝫ teſtatur corrumpi omne in contrarium vel medium tex.cõ.44. ⁊ declarat.tex.cõ.45. quomodo hoc nõ ſolum eſt verum in ſimplicibus.i. non compoſitis naturalibus vel artificialib⁹: ſed etiam eſt verum in his compoſitis. Nam dicit: conſonãs fit ex in conſonãti ⁊ hoc inconſonans non quod vis ſed eiuſdem modi .ſ. ordinis.l.cõpoſitionis. Poſtea.tex.cõ.46. declarat quomodo inconſonantia eſt duplex ordine et compoſitione et litera eſt clara: concludit philoſophus tex. commenti quadrageſimi ſeptimi: ꝙ ſi omnia que fiũt fiunt ex contrarijs .l. medijs: et omne quod reſoluit reſoluitur in contrarium.l.medium omnia que ſunt citra ſpiritualia.l.ſunt ↄtraria prima.l. fiunt ex contrarijs dicit.textu commenti quadrageſimi octaui
Tex.cõ. 41. (Vſq̧ quidem igitur hoc fere ſecuti ſunt et alioꝝ plurimi quemadmodum diximus prius. Omnes.n. elementa et ab ipſis vocata principia et vere ſine ratione ponentes tamen contraria dicunt tanquam ab ipſa veritate coacti. Differunt autem ab inuicem: in eo ꝙ alij quidem priora: alij poſteriora accipiunt: Et ꝙ hi quidem notiora ſm rationem illi autẽ ſm ſenſum. Hi quidem.n. calidum et frigidum: illi autem humidum et ſiccũ: alij autem imparem et parẽ: quidam autem concordiam et diſcordiam cauſam ponunt generationis: hec aũt ab inuicem differunt ſm dictum modũ.)

¶ Vult dicere vſq̧ ad ponẽdum principia contraria ſecuti ſunt veritatem philoſophi: nõ ſcientes dare rõnem huius ſed ipſa veritate coacti quemadmodum .n. entia inanimata naturaliter ſequũtur ſuos fines ſine ratione ita eodem modo intellectus veritatem inſequitur que eſt ſuus finis quamuis eius neſciat dare rationẽ. Dicit deinde textus (Differunt autem ab inuicẽ.) Vult dicere in aſſignando contrarietatem horum principiorum differunt quidam aſſignant priora contraria.i.ſm rationem: vt Pithagoras par et impar dicebant materiam et formam rerum quia omnia fiebant ex numeris: alij aſſignabant pro principijs poſteriora ratione: licet priora ad ſenſum vt calidum ⁊ frigidum: alij concordiam et diſcordiã cauſam ponunt generationis etc.

¶ Textu commenti quadrageſimi noni (Quare eſt eadem dicere quoddãmodo ⁊ altera ad inuicem: altera quidem quemadmodum videbitur pluribus. Eadem vero ſm analogiam. Accipimus.n. ex eadẽ coordinatiõe: Hec quidem enim continent. Alia autẽ continentur cõtrariorum. Sic igitur ſimiliter dicunt et aliter et peius et melius. ⁊ hi quidem notiora ſm rationem ſicut dictum eſt prius: illi autem ſm ſenſum: vniuerſale quidem enim ſm rationem notũ eſt: ſingulare autem ſm ſenſum. Ratio quidem enim vniuerſalis eſt: ſenſus autem particularis, vt magnum ⁊ paruum ſm rationem eſt: rarum autem et denſum ſm ſenſum.) Tex.cõ. 49

¶ Vult dicere philoſoph⁹. Omnes hos philoſophos in aſſignatione principiorum quoddammodo differre: et quoddammodo conuenire: differre quidem, quia aſſignant diuerſa principia realiter eadem vero eſſe ſm analogiam: id eſt ꝓportionem: que analogia conſiſtit in tribus. Primo quidem quia ſunt omnia principia de coordinatione cõtrarioꝝ: ſed q̄dã cõiora: q̄dã min⁹ cõia, vt magnũ et paruũ cõia raꝝ et denſuꝫ min⁹ cõia qđ ait (Hec quidem enim continent: alia vero continentur contraria. Conueniunt etiam quia omnia contraria ſe habent ſicut peius et melius: id eſt vnum eſt perfectius alio. Nam omnis oppoſitio reducitur ad eam que eſt habitus et priuationis decimo metaphiſi. Textu cõmenti.15. Alij vero aſſignant pro principijs notiora ſm rationem: id eſt vniuerſalia. Alij vero notiora ſm ſenſum: id eſt ſingularia. Tamen conueniunt omnes aſſignantes principia notiora. Textu cõmenti Tex.cõ. 50.
50. (ꝙ quidem igitur contraria oportet eſſe principia manifeſtũ eſt conſequens autem erit dicere vtrũ duo aut plura aut tria aut plura ſunt. Vnum quidẽ enĩ impoſſibile eſt qꝛ non vnũ ↄtraria infinita aũt nõ qꝛ nec ſcibile qđ ẽ erit et eſt vna ↄtrarietas in oĩ genere vno ſubã aũt vnũ quoddã gen⁹ eſt. Et qđ contingit ex finitis melius ex finitis, quemadmodum Empedocles quam ex infinitis. Omnia namq̧ ex finitis aſſignare opinatur: quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius ſunt alia alijs priora contraria et fiunt altera ex alteris, vt dulce et amarum et album et nigrum. Principia autem oportet ſemper manere.)

¶ Declarat philoſophus de numero principiorum et ita procedit. Vnum quidem impoſſibile eſt. Nam ſi principia ſunt contraria idem autem ſibi non eſt contrarium: ergo plura vno ſunt principia. (Infinita autem non.) quia nil eſſet ſcibile vt iam deduximus contra Anaxagoram. Secundo probat quia principia prima ſunt de genere primo id eſt ſubſtantia: ⁊ ſunt pria contraria: ergo ſunt prime differentie ſubſtantie et tales ſunt finite prime inquam differentie in quas aliquod genus prĩo diuiditur: ergo non ſunt infinita principia. Tertio ꝓbatur fruſtra fit per plura quod poteſt per pauciora ſed per finita principia ſaluamus omnem generationem et compoſitionem naturalium: ergo non egemus infinitis. Quarta ratio ibi (Amplius ſunt alia alijs priora contraria.) Id eſt principia debent eſſe contraria prima: ſed infinita non ſunt contraria prima: ergo infinita non ſunt principia. Item principia oportet ſemper manere id eſt non fieri ex alterutris ſed quedam contraria fiunt ex alijs: ergo nõ omnia contraria ſunt principia. Concludit philoſoph⁹ principia: ergo non ſunt vnum tantum nec infinita. Tex



Tex.cõl. 51. tu cõmenti.51. (ꝙ quidem igitur nec vnum nec infinita ſint manifeſtum ex his q̄m aũt finita facere duo tantum vel non facere duo tantum habet quandam rationem. Deficiet enim aliquis qualiter denſitas raritatem facere aliquid apta nata ſit aut hec denſitatem. Similiter et alia quecunq̧ contrarietas. Non enim concordia diſcordiam inducit et facit aliquid ex ipa: neq̧ diſcordia ex illa ſed vtraq̧ alterum quidam tertium: quidam et plura recipiunt ex quibus parant eorum que ſunt ſm naturam.)

¶ Declarat philoſophus in quo numero ſint principia dicens ꝙ non ſolũ ſunt duo principia ſed tria arguens ſic. Principia ſunt contraria ſed vnum contrarium non facit aliquid ex alio: ſed ſe tranſmutant circa aliud vtpote circa ſubiectum: ergo tertium principium vtpote ſubiectum eſt dabile. Quidam autem faciunt materiam naturam om-
Tex.cõ. 52. nium entium. Textu cõmenti.52. Adhuc autem et de hoc amplius aliquis dubitabit niſi alteram ſuppoſuerit cõtrarijs naturam. Nullius enim videmus eorum que ſunt ſubſtantia contraria. Principium autem non de ſubiecto oportet dici aliquo. Erit enim principium principij: ſubiectum enim principium ⁊ prius videt̃ eſſe predicato: Ampli⁹ non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariaꝫ ſubſtantie. Qualiter igitur ex non ſubſtantijs ſubſtantia vtiq̧ erit. Aut quomodo prius non ſubſtantia ſubſtantia erit.

¶ Vult dicere philoſoph⁹ ꝙ ſi principia ſunt contraria non debent eſſe ſubſtantie quia ſubſtantie nil eſt contrarium: Si vero ſunt accidentia non poſſunt eſſe prima principia, niſi aliquid aliud ſupponatur: quia accidentibus preeſt ſubſtantia ergo non ſoluꝫ duo ſunt principia ſed oportet addere tertium. Facit aliam rationem probans ꝙ nõ ſint ſolum duo principia: ibi amplius non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariam ſubſtantie. Vult dicere Si ſola contraria ſunt principia: ergo ſola accidentia: quia ſolum in accidentibus eſt contrarietas: et omne quod non eſt principiũ fit ex principijs: ergo ſubſtantia fit ex accidentibus: ergo ex non ſubſtantijs fit ſubſtantia: immo non ſubſtantia tanq̄ principiuꝫ
Tex.cõ. 53 erit prius ſubſtantia; quorum vtrũq̧ eſt falſum Textu commenti.53. (Vnde ſi aliquis et priorem veraꝫ putabit eſſe rationem et hanc neceſſarium eſt ſi debet ſeluare vtraſq̧ ipſas ſubeſſe quoddam tertium quemadmodum dicunt vnam quandam naturam dicentes omnes: aut aquam, aut ignem, aut mediũ horum. Videtur autem medium magis. Ignis enim ⁊ terra, et aer, et aqua cum contrarietatibus complexa ſunt. Vnde non irrationabiliter faciũt ſubiectum alterum ab his faciẽtes: aliorum autem quidam aerem. Aer enim minime habet aliorum differentias ſenſibiles. Conſequenter autem aqua.)

¶ Dicit philoſophus. (Vnde ſi aliquis et priorem veram putabit eſſe rationem) Scilicet ꝙ principia ſunt contraria. (Et hanc) ꝙ non ſola contraria ſufficiunt eſſe principia (Neceſſe eſt ſi debet ſaluare vtraſq̧ ipſas ſubeſſe quoddam tertium.) Id eſt ſi hec ſunt vera, ꝓbatum eſt ſubeſſe quoddam tertium vel vt principium: (Quem admodum dicunt vnam quandam naturam dicentes omnes.) Id eſt illud tertium eſt natura. Id eſt materia quam omnes poſuerunt magis diſtantem ab omni contrarietate, alij hãc naturam aquam, alij ignem, aut medium horum. Melius autem dixerunt qui medium ponũt ſubiectum: quam, aer, terra, ⁊ aqua: quia hec cum contrarietatibus ſunt complexa. Sed inter hec melius aer: quia eſt cum pauciori contrarietate. Poſtea aqua minime terra: quia eſt groſſiſſima inepta pro rei cõpoſitione textu commenti.55. (Sed Tex.cõ. 55.
omnes vnum hoc contrarijs figurant vt denſitate et raritate ⁊ eo quod maius ⁊ minus. Hec autem ſunt omnia excellentia videlicet ⁊ deffectus ſicut dictum eſt prius: et videtur antiqua eſſe opinio ꝙ vnum et ſuperabundantia et deffectus principia rerũ ſunt: ſed non eodem modo: ſed antiqui duo quidem facere vnum autẽ pati. Poſterioꝝ autem quidã ↄtrariũ vnũ quidem facere duo vero pati magis dicũt. Tex. Tex.cõ. 56.
cõ.56. tria quidẽ igit̃ dicere elemẽta eſſe: et ex his et huiuſmodi alijs intẽdẽtib⁹ videbit̃ vtiq̧ hẽre quãdã rõnẽ ſicut diximus. Plura autem tribus non amplius: ad patiẽdũ quidem enim ſufficiens eſt vnum. Si autem quattuor exiſtentibus due erunt contrarietates: oportebit ſeorſum vtiq̧ eſſe alteram quandam naturam. Si autem ex inuicem poterit generare ocioſa vtiq̧ altera contrarietatum erit: ſimul autem et impoſſibile eſt cõtrarietates primas: ſubſtantia enim vnum quoddam genus entis: quare in eo quod prius, et poſterius ſunt differunt ab inuicem principia tantum ſed non genere: ſemper enim in vno genere contrarietas eſt vna omnes enim contrarietates reduci videntur in vnã. Quod quidem igitur, nec vnum ſit elementum neq̧ plura duobus vel tribus manifeſtum eſt. Horum autem vtrum ſit verum: quemadmodum diximus dubitationem habet multam.)

¶ Res eſt clara vſq̧ ad illam partem. Plura autem tribus.

¶ Oſtendit quomodo non ſunt plura principia tribus: quia ad patiendum ſufficit vnũ ad agendum duo. Si enim eſſent quattuor, eſſent due contrarietates, et ſic due nature ſubiecte: ſed omnia poſſunt fieri ſolis duobus contrarijs ⁊ vna natura ſubiecta: quid indigemus pluribus.

¶ Vult dicere philoſophus ꝙ ſi eſſent due cõtrarietates: quia plura tribus principia ergo in vno genere eſſent due prime contrarietates quod implicat in vno genere ſola eſt vna contrarietas ad quam alie reducuntur: ergo diceret aliquis in ſubſtantia collocatur prima contrarietas: ergo ſubſtantie aliquid eſt contrarium: conceditur quo ad differentias formales: non tamen quantum ad id quod eſt, vel dic ꝙ philoſophus hactenus diſputatiue procedit de numero principiorum nil determinã- Tex.cõ. 57.
do demonſtratiue vſq̧ ad illam partem. (Sic igitur, nos dicamus primum de omni generatione aggredientes. Eſt enim ſm naturam cõmunia prius dicere: et ſic circa vnum quodq̧ ꝓpria ſpeculari.

¶ Vult dicere primo ſunt ſpeculanda cõmunia.i.primo de generatione in generali et deinde de ipſa in ſpeciali p q̄.ſ.principia fiat tex.cõ. Tex.cõ. 58.
58. (Dicim⁹.n.fieri ex alio aliũ et ex altero alterũ) Aut ſimplicia dicẽtes aut cõpoſita. Dico aũt ſic hoc ẽ.n. hoc fieri hoĩeꝫ muſicũ ẽ aũt nõ muſicũ aliqđ fieri muſicũ: aut non muſicũ hominẽ muſicũ. Simpliciter quidem igitur dico ꝙ fit homo et non muſicum: ⁊ quod ſimpliciter fit muſicum. Compoſitum autem et quod fit, et quod factum eſt cum nõ muſicum ho-

minem dicamus fieri aut muſicum, aut muſicum hominem. Horum autem quidem non ſolum dicitur hoc aliquid fieri: ſed etiam ex hoc vt ex non muſico muſicus. Hoc autem nõ dicitur in omnibus vt ex homine factus ſit muſicus ſed homo factus ſit muſicus.

¶ Dicit philoſophus nos dicimus fieri aliquid ſubſtantialiter ⁊ fieri accidentaliter: ꝑ primum intelligit aliud per ſecundum inteligit alterum. Nam alteritas accidentale denotat vt patet ex Porphirio ca. de differentia. Tunc ait ꝙ cum fit aliquid ex alio ſtat terminos eſſe ſimplices ⁊ compoſitos (a quo et ad quem, vt cum dicitur homo fit muſicus vel nõ muſicũ fit muſicũ vel compoſitos: vt cum dicitur non muſicus homo fit muſicus homo: vnde in compoſitis dicitur recte ex hoc fit hoc ⁊ hoc fit hoc: ſed in ſimplicibus: et ſi aliquando recte dicatur ex hoc fit hoc, vt ex non muſico fit muſicus: non tamen recte ex homine fit muſicus: ſed homo fit muſicꝰ tex. cõ. 59. (eorum que fiunt ſicut ſimplicia dicimus fieri: aliquid quidem permanens fit: aliud vero nõ permanens. Homo quidem permanet muſicus factus et homo eſt: ſed non muſicum ⁊ in muſicum neqꝫ ſimpliciter neqꝫ compoſitum permanet.)

¶ Dicit ꝙ eoꝝ que fiunt poſt tranſmutationem permanet aliquid aut non: ꝑmanet ſubiectum: non permanet vnum oppoſitorum: licet permaneat aliud vt cum ex non muſico fit muſicum permanet muſicum quod ẽ vnum oppoſitum permanet homo quod eſt ſubiectum non permanet non muſicũ tex. cõ. 60. de determinatis igitur ex his omnibus que fiunt hoc eſt accipere ſi aliquis intenderit ſicut diximus: quoniam oportet aliquid ſemper ſubijci ꝙ fit. ⁊ hoc ſi numero eſt vnum: ſed ſpecie non vnum eſt ſpecie enim dico: et ratione idem non enim idem ẽ homini ⁊ immuſico eſſe. Et hoc quidem permanet illud vero non permanet: non oppoſitum quidem permanet: non enim permanet. Muſicum autem et immuſicum non permanet: neqꝫ ex ambobus compoſitum vt nonmuſicus homo.

¶ Vult dicere ex omnibus determinatis concluditur in omni tranſmutatiõe ſemp ſubijci aliquid quod numero et realiter eſt vnum ſpecie ideſt ratione non vnum. Nam vt materia differt a ſe ipſa vt priuatio ratione, per ſpeciem enim intelligitur ratio per nõ oppoſitum ĩtelligit ſubiectum tex. cõ. 61. (ſed ex aliquo fieri aliquid et non hec fieri aliquid magis quidem dicitur innon permanentibus: vt ex non muſico muſicum fieri: ex homine autem nõ at vero et in permanentibus aliquando dicitur ſimiliter: ex ere enim ſtatuam dicimus fieri non es ſtatuam. Hoc autẽ ex oppoſitio et nõ permanenti vtrolibet dicitur, et hoc: hoc. et namqꝫ ex muſico ⁊ in muſicus fit muſicus. Unde et in compoſito ſimiliter eſt et enim ex muſico homine et in muſicus homo, homo dicitur fieri muſicus.

¶ Vocat permanentia q̃ remanent facta tranſmutatione vt ſubiectum in quibus dicit magis dicitur hoc fit hoc quam ex hoc fit hoc licet in artificialibus permanentibus vtrumqꝫ dicitur, vt ex ere fit ſtatua ⁊ es fit ſtatua: ſed in nõ permanentibus ideſt accidentalibus que per mutantur vnum in aliud et econuerſo vtrumqꝫ dicitur. Nam recte dicitur ex hoc fit hoc et hoc fit hoc, vt ex non muſico fit muſicum ⁊ non muſicus fit muſicus tex. cõ. 62. probat philoſophus neceſſario in omni tranſmutatione requiri ſubiectum quod dicit per hec verba (multipliciter autem cum dicatur fieri: et horum quidem nõ ſimpliciter fieri: ſed hoc aliquid fieri: ſimpliciter autem fieri ſubſtantiarum ſolum eſt: ſm quid aliorũ manifeſtum ꝙ neceſſe eſt ſubijci aliquid quod fit. Et enim: quantum: ⁊ quale: et ad alterum: et quando: ⁊ vbi, fiũt in ſubiecto aliquo propter id quod ſola ſubſtãtia de nullo alio dicitur ſubiecto: ſed alia omnia de ſubſtãtia, ꝙ autem et ſubſtãtie ⁊ quecũqꝫ alia ſimpliciter entia ex quoddam ſubiecto fiant conſiderãti fiet vtiqꝫ manifeſtuꝫ: ſemper eſt enim aliqđ qđ ſubijcitur: et quo fit quod fit: vt plante et animalia ex ſemine.) Vult dicere fieri ſtat duobus modis ſimpliciter: et ſecundum quid: ſimpliciter fit ſubſtantia,: ſm quid accidens: accidens ex ſubiecto fit: quia ſine illo eſſe non poteſt: ſubſtantia vero experientia apparet fieri ex ſubiecto vt plante et anima lia ex ſemine textu comenti. 63. probat ad huc omnia ex ſubiecto fieri (fiunt autem que fiunt ſimpliciter: alia quidem tranſfiguratiõe: vt ſtatua. Alia appoſitione vt que augmentantur. Alia vero abſtractione: vt ex lapide mercurius. Compoſitione autem vt domus. Alteratione vero: vt que conuertuntur ſm materiam. Omnia autem que ſic fiunt: manifeſtum eſt quoniam ex ſubiectis fiunt.

¶ Vocat artificialia fieri ſimpliciter non ꝙ forma artificialis ſit ſubſtantia ſed loq̃tur ex opinione antiquorum qui extimabãt ſimiliter naturalia vt artificialia vel quia quo ad naturalia que includũt ſunt ſubſtantie dicit ea q̃ ſimpliciter fiunt: alia tranſfiguratione, vt ſtatua alia appoſitione, vt que augmẽtantur vt fluuiꝰ ex multis riuis: alia abſtractione vt ſtatua vt que ſculpuntur: alia compoſitione vt domus: alia alteratione vt q̃ conuertuntur ſm materiam ideſt quorum materia alteratur: omnia vero talia ex ſubtis fiunt.

¶ Textu commẽti ſexageſimi quarti quare manifeſtum eſt qđ fit ſemper compoſitum ẽ ideſt ad fieri multa requiruntur ſcilicet tria ſubum terminus factionis, oppoſitum, eſt quidem aliquid qđ fit: ſcilicet terminus factionis: eſt autem aliquid ꝙ hoc fit ſcilicet ſubiectum ⁊ oppoſitũ: dicit hec verba philoſophus: quare oſtenſum ex dictis eſt: quoniam qđ fit ſemper cõpoſitũ eſt: et eſt quidem aliquid qđ fit: eſt autem aliquid quod hoc fit: et hoc dupliciter aut enim ſubiectum aut oppoſitum. Dico autem opponi quidem non muſicum: ſubijci autem hominẽ et in figurationem: et in ordinationem: et in formationem oppoſitum. Ex autem et lapidem: ⁊ aurũ dico ſubiectum tex. cõmenti. 65. ¶ Manifeſtũ igitur ꝙ ſiquidem ſunt cauſe et principia eorum que natura ſunt ex quibus primis ſunt et fiunt: non ſm accidens: ſed vnũquodqꝫ quidem dicitur ſm ſubſtantiã quod fit ex ſubiecto et forma. Componitur enim muſicus hõ ex hoĩe ⁊ muſico quoddã mõ reſolues enĩ rationem in rationes eoruꝫ. Manifeſtum igitur eſt ꝙ fiant q̃ fiunt ex his.) Poſtq̃ philoſophus: oſtendit tria eſſe principia rerum naturalium: declarat modo que illarũ ſunt de per ſe: et que de per accidens. Dicit enim materiam ⁊ formam eſſe principium de per ſe: priuationem vero de per accidens. Probat primum quia reſoluitur compoſitũ naturale in materiam et formam: ergo componitur ex illis. Tenet conſequentia illa maxima vnumquodqꝫ reſoluitur



in ea ex quibus componitur: et patet exemplo. Ratio enim hominis muſici eſt compoſita: et reſoluitur in rationes hominis et muſici ex quibus cõponitur. Textu cõmenti. 66. (Manifeſtum igitur eſt ꝙ fiãt que fiunt ex his. Eſt autem ſubiectum numero quidem vnum: ſpecie vero duo. Homo quidem enim et aurũ ⁊ oĩno materia numerabilis eſt. Hoc enim aliquid magis et non ſm accidens ex ipſo fit quod fit. ¶ Priuatio autem et contrarietas accidens: vnum autem ſpecies vt ordinatio aut muſica: aut aliorum aliquid ſic predicantium.) Dicit ꝙ manifeſtum eſt ꝙ fiant ſcilicet entia naturalia que fiunt ex his ſcilicet materia et forma. (Eſt autem ſubiectum ideſt materia numero quidem vnum ideſt realiter: ſpecie vero duo ideſt ratione. Nam hec materia vt ſubiectũ habet vnam rationem: ⁊ vt priuatio habet aliam rationem. Nam eſt priuatio in quantum habet carentiam forme oppoſite. Dicit que vocat vna nũero. Homo quidem. aurum. ⁊ omnino materia numerabilis eſt. Hoc enim aliquid magis ideſt de per ſe: et non ſm accidens ex ipſo fit quod fit. Priuatio autem et contrarietas accidens. Unum autem ſpecies declarat formam. Textu cõmenti. 67. (Unde eſt ꝙ ſicut duo dicenda ſunt eſſe principia: eſt autẽ ſicut tria. Et eſt quidem ſicut contraria: vt ſi aliquis dicat muſicum et ĩmuſicum: aut calidum et frigidum: aut conſonãs et inconſonans. Eſt autem ſicut non ab alterutris enĩ pati contraria impoſſibile eſt. Soluitur autẽ ꝓpterea ꝙ aliud eſt ſubiectum. Hoc enim non eſt contrarium. Quare neqꝫ pricipia cõtrarioꝝ ſunt plura qđdammodo: ſed duo vt eſt dicere numero: neqꝫ iterũ penitus duo propter id quod alterum eſt eſſe ipſis: ſed tria alterũ enim eſt eſſe homini et non muſico eẽ et in figurato et eri.) Concludit hic philoſophus: qđdammodo dicenda fore duo plura et quoddammodo tria: duo realiter: tria ratione. Et eſt quideꝫ ſicut contraria ſcilicet duo illorum de quibus ponit exempla ſcilicet forma et priuatio. Eſt autem ſicut non cõtraria ſcilicet materia et forma: ab alterutris enim pati contraria impoſſibile eſt ſcilicet ſine ſubiecto: ẽ ergo neceſſe ponere cõtraria ⁊ vnũ ſubiectum. Soluitur autem propterea ꝙ alterum eſt ſubiectũ. Hoc enim non eſt contrarium: quare neqꝫ plura contrarioꝝ ideſt quã duo que ſunt cõtraria ſunt principia quoddam modo ideſt realiter: ſed duo vt eſt dicere numero: neqꝫ iterum penitus duo propter id quod alterum eſt eſſe ipſis ideſt diuerſa ratio: ſed tria. Alterum enim eſſe eſt hoĩ et non muſico eſſe ⁊ in figurato et eri: ergo materia et priuatio que ſignificat ꝑ illa nomina infinita differunt ratione vt antea declaraui textu cõmẽti. 68. (quot quidem igitur principia circa generationem phiſicorum: ⁊ quomodo tot ſint dictum eſt et oſtenſum eſt: quoniã oportet ſubijci aliquid ꝯtrarijs ⁊ ꝯtraria duo eſſe: ſꝫ qđdãmodo alio non neceſſarium. Sufficiens enim erit alterum contrarium facere abſentia ⁊ praſentia mutationẽ) vel dicere: ꝙ dictũ ẽ quot ſunt principia circa generationem phiſicorum ideſt entiũ naturalium: et quomodo tot ſint dictum eſt, ſcilicet an re vel ratione: et oſtenſum eſt quoniam oportet aliquid ſubijci contrarijs: et ꝯtraria duo eſſe ſcilicet poſitiua. Sed quoddammodo alio nõ neceſſarium ideſt in loci mutatione alteratione augmentatione et diminutione ſunt duo contraria poſitiua et vnum ſubiectum. Sed in generatione et corruptione non ſunt duo poſitiua: ſꝫ vnum ſufficit facere abſentia et preſentia mutationem ideſt generationẽ et corruptionem: quia in his ſpeciebus proceditur a negatione ad affirmationẽ vel econuerſo in quo eſt priuatio. Nam termini generationis ſunt ſubſtantie: ergo non contrarie. Eſt enim in ſubſtantia contrarietas penes differentias primas in quas genus diuiditur quaruꝫ vna importat priuationem.

¶ Queritur circa iſtũ textũ a textu cõmenti. 50. vſqꝫ ad textum cõmẽti. 68. Primo circa textũm cõmenti. 60. vbi dicitur. Quoniam oportet ſemper aliquid ſubijci quod fit.

¶ Utrum in qualibet tranſmutatione naturali ſit neceſſe eſſe aliquod ſuſceptiuũ in quo fiat omne quod fit: ex quo innoteſcet probatio ꝙ ſit materia prima dabilis. Prima dubitatio

¶ Secundo quero vtrum principia rerum naturalium ſint contraria. Secũda dubitatio

¶ Tertio quero vtrũ illa principia ſint tantum tria. Tertia dubitatio

¶ Quarto quero vtrũ aliquid poſſit fieri ex non ente ſimpliciter ſiue ex nihilo. Quarta dubitatio

¶ Quinto quero. Utrum creatura poteſt creare. Quinta dubitatio

¶ Ad primam dubitationem arguitur pro parte negatiua omnia poſſunt ſaluari nõ poſita materia prima: ergo non eſt ponenda materia prima. Conſequentia eſt nota: et probatur antecedens: quia dicerem ego in productione entis naturalis totam ſubſtantiam eſſe formam: et illam produci ſine materia: et certe nõ illuminatis lumine fidei: nil credere debemus: ad quod ponendum non cogat ratio vel experientia: ſed ad aſſignãdum primam materiam non cogit ratio nec experientia: ergo non eſt ponenda: minor probetur: quia omnes ſubſtantias quas intellectꝰ noſter veſtigat et cognoſcit: nõ agnoſcit niſi per aliqua accidẽtia: ſed materie prime nulla ſunt accidentia. Id teſtante philoſopho metaphiſicorum ſeptimo. Materia prima non eſt quid: nec qualis nec quanta.

¶ Pro declaratione iſtius difficultatis faciam tres ꝓbationes egregias ad ꝓbanduꝫ primam materiam eſſe dabilem. Prima ratio eſt doctoris inuincibilis quam ponit ſub hac forma. Aliquid eſt determinans ipſum agens in numero effectuum ꝓducendorum: et non niſi materia prima: ergo ipſa eſt dabilis. Nota eſt conſequentia: et probatur maior: quoniam agens quodcunqꝫ quantum eſt ex parte ſui eſt ꝓductiuum infinitorum effectuum: ꝙ ergo ꝓducat vnum et non duos et non tres: hoc prouenit quia applicatur vna materia prima: et nõ due igitur dabilis eſt materia prima vel aliquod ſuſceptiuum quod determinet in numero effectuum ꝓducendorum. Et ſic patet minor et ꝯña.

¶ Sed Ludouicus Coronel arguit contra hanc opinionem dicens ꝙ q̃uis agens quantum eſt ex parte ſui ſit plurium effectuum ꝓductiuũ: tamen ꝙ ꝓducat. a. effectum et nõ. b. hoc non poteſt ꝓuenire ex parte materie: quia non potius vnius effectus quã alterius eſt ſuſceptiua: ergo materia nõ põt determinare agens quantũ ad numerũ effectuũ ꝓducendorum.

¶ Videtur mihi ꝙ hec ratio nulli⁹ ſit momenti: quia quãdo nos poſſumus reddere cauſam alicuius effectus particularem cum auxilio dei generali: non eſt recurrendum ad cauſam vniuerſalem ſpecialiter concurrentem. (Sunt enim aliqui effectus nobis ignoti a quo fiant. Et tunc neſcimus aliud quam illos reducere ad primam cauſam ſpecialiter concurrentem: vel ad influentiam cœli. Ut videre eſt in fractiõe vitri vniformis ſuper quod cõcidit aliquis lapis vniformiter: frangitur enim ea parte qua determinauerit prima cauſa ⁊c. de igniculo exiſtente in centro terre ad determinandum per quem ſemidiametrum aſcendat indigemus determinatione prime cauſe: et filo vniformiter reſiſtenti duobus hominibus eque fortibus eque fortiter trahentibus ex ambabus partibus frãgetur enĩ tale filum per eam partem quam determinauerit prima cauſa). Applicando ad propoſitum ꝙ agens naturale producat vnum effectum et non duos reddere poſſumus cauſam in iſtis inferioribus videlicet materiam primam: ꝙ vero producat .a. et non .b prouenit hoc ex determinatione prime cauſe: quia non habemus cauſam quam reddamus particularem.

Rõ.2. ¶ Secunda ratio egregia ⁊ melior quam fieri poteſt inuenta per Ludouicum Coronel ſupponendo quod experientia ſatis comprobatur: et eſt ꝙ agens naturale ad hoc vt producat premittit quaſdam qualitatiuas diſpoſitiones: quod ſatis apparet: quia ad hoc ꝙ ignis fiat ex ligno requiritur fieri in ligno calefactionem: ⁊ deſiccationẽ. Hoc ſuppoſito ſic arguo cũ diſponitur aliquid ad formã que debet produci vel diſponitur materia: ⁊ ſi ſic ergo ipſa ẽ dabilis: vel totum compoſitum vel forma: et hoc non: quia nil diſponitur ad aliquid in cuius aduentu deſtrui oꝫ: ſed ſic eſt ꝙ in aduẽtu forme producende: que prefuit: et totum compoſitum deſtrui debent: ergo non diſponuntur iſta ad ſuſcipiendam formam: debet igitur diſponi materia: que eadem ẽ geniti ⁊ corrupti: et que expolietur priſtinis qualitatibus aliam formam conſeruãtibus: ⁊ includat alias nouas qualitates alias formam preſagientes.

Rõ.3. ¶ Tertia ratio eſt ſequitur agẽs naturale omnem effectum facere in inſtanti ſequella ꝓbatur illud agens nullam habet reſiſtentiam. Nam ſi aliquam haberet maxime eſſet ex qualitatibus cõtrarijs: ſed hoc non: quia ſequeretur ꝙ preſtaret cõbuſtibile ãmouere quam applicare: quia applicando eſt duplex labor agenti corrumpendi et producendi: ſed ammouendo ſolus eſt labor producendi.

¶ De forma ſubſtantiali probatio eſt clarior per operatiões: ſed melior probatio erit hec: aliquid conſtituit lignum in eſſe ligni ⁊ aliquid hominem in eſſe hominis: non materia prima: q2 ipſa eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus: ergo forma ſubſtantialis: ſi placeat alio nomine vocare non cõtendamus de nominibus: annota tamen ꝙ bene dicit philoſophus ſecundo metaphi. textu commento vigeſimi ſexti in naturalibus non eſt inquirenda acribologia mathematica ideſt diligens ⁊ certa ratio: ideo ꝙ bene Petrus de aliaco: et poſt eum Geruaſius et maioris et Antonius Coronel: dicunt ꝙ tota philoſophia naturalis non eſt ſciẽtia ſed vna fortis opinio: que procedit ex magis veri ſimilibus. Probat enim egregie ꝙ de nulla operatione naturali poſſumus habere euidentiam: ſed vocatur ſcientia nomine large extenſo ad opinionem veram: ſed philoſophus naturalis rationibus probabilibus debet eſſe content⁹: nec petere fortiores: ſcimus enim ꝙ omẽs iſte rationes pñt a proteruo negari: ſed ſit ſatis ꝙ q̃drãt apud intellectum magis quam oppoſite: ⁊ his magis intellectus eſt contentus. Nam nec a rethore petenda eſt demonſtratio nec a mathematico ſuaſio ethicorum ſermones ſcđo iuxta materiam.

¶ Ad ſecundam queſtionem arguit pars negatiua principia non fiunt ex alterutris primo huius: ſed contrario fiunt ex alterutris ibidem: ergo principia non ſunt contraria. Secundo ſic ſeq̃retur ꝙ primi pricipij eſſet principium ꝙ eſt impoſſibile: quia primo nil eſt prius: et ſequella probatur: quia cum contrarietas non ſit in ſubſtantia oportet ꝙ ſit in accidentibus: ergo prima principia ſunt accidentia: et accidentium eſt principium ſcilicet ſubiectum: ergo intẽtum. Tertio ſic arguitur ſequitur ꝙ ex non ſubſtantijs fieret ſubſtantia quod eſt falſum ſequella probatur omne quod eſt aut eſt principiũ, aut ex principio: ſed ſubſtantia non poteſt eſſe principium: quia nulli eſt cõtraria: ergo eſt ex principio et illud eſt accidẽs ergo intentum. Quarto ſi principia eſſent contraria omnia naturalia eſſent corruptibilia: quod eſt falſum in corporibus celeſtibus vt patet primo celi: et ſequella probatur: quia contraria ſunt ad inuicem corruptiua, vt patet pri͠o de generatione et in litera huius primi. — Ad ſcdã3 qõnem

¶ Pro declaratione huius queſtionis. Noto ꝙ res naturales poſſunt dupliciter conſiderari vno modo quantum ad eſſe: alio modo quantum ad fieri. Tunc dico ad queſtionem ꝙ principia rerum naturalium quantum ad ſuum eſſe non ſunt contraria ſibi inuicem ſcilicet principia intrinſeca: qđ probatur: quia illa quoꝝ vnum eſt perfectio alterius non ſunt ſibi contraria, ſed principia intrinſeca vt forma vt materia ſic ſe habẽt ꝙ vnũ eſt perfectio alterius. Nam forma eſt perfectio materie: ergo non ſunt contraria maior patet q2 albedo que contrariatur nigredini non eſt perfectio nigredinis. ¶ Secundo eſt dicendum ꝙ aliqua principia rerũ naturalium quantum ad fieri eorum ſunt contraria et ad hoc poteſt adduci ratio Ariſto. in litera ꝑ tres conditiones contrariorum primorum: quia nõ ſunt ex alijs: nec ex alterutris: et omnia fiunt ex eis: que eodem conueniunt principijs primis. Item forma ⁊ priuatio ſunt principia reꝝ naturaliũ quantum ad fieri vt probabitur et hec ſunt contraria aliquo modo: ergo principia reꝝ naturaliũ quantum ad fieri ſunt contraria. ¶ Tertio eſt dicendum ꝙ etiam quantum ad fieri datur aliqđ principium nulli contrarium: quod eſt ſubiectum. Probatur ſic: quia ipſum fieri rei naturalis in aliquo recipitur: quia non fit ſine ſubiecto et non recipitur vnum contrarium in alio: ergo in ſubiecto nulli contrario: intelligẽdũ tamen ꝙ contrarietas eſt duplex proprie dicta et eſt duarum formarum poſitiuarum in genere predicamentali poſitarum: et ſibi inuicem ſuccedentium in eodem ſubiecto: et hec eſt duplex vna perfecta: et hec eſt vnius extremi ad aliud extremum. Alia imperfecta et hec eſt medij ad extrema. Alia vero eſt contrarietas improprie dicta: et eſt inter priuationem: et habitum ⁊ vocatur cõtrarietas: quia ſemper vnum contrariorum eſt diminutum et imperfectum reſpectu alterius: hec ergo prima que ſunt contraria: large ſunt contraria: ſicut forma et priuatio que bene poſſunt eſſe in ſubſtantia: et per hec patet ad rationes ante oppoſitum. Ad primam cum dicitur ꝙ contraria fiunt ex alterutris: et principia non fiunt ex alterutris verum eſt cõtraria ſecũda ſecus contraria prima vel dicas melius ꝙ contraria fiunt ex alterutris, vt ly ex: dicat circunſtantiam termini a quo: ſed principia prima non ſunt ex alterutris ſaltem aliqua vt ly ex dicat circunſtantiam ſubiecti. Ad ſecundam rationem dicendum ꝙ principia pri͠a ſunt contraria large et talis contrarietas bene reperitur in ſubſtantia. Ad tertiam rationem nihil cõuincit: quia in ſubſtantia bene eſt contrarietas large. Ad quartam dico ꝙ non omnia cõtraria ſunt corruptiua niſi illa que ſunt proprie dicta.

Ad tertiã qõnem. ¶ Ad tertiam queſtionem que mouetur ſuper illa parte textu cõmẽti quinquageſimi ſexti tria quidem: igitur dicere elemẽta eſſe. Nota ꝙ hic loquimur de principijs intrinſecis: quia loquẽdo de extrinſecis ſimul cũ intrinſecis quattuor ſunt principia ſcilicet quattuor genera cauſarum: ſed intrinſeca ſunt tria ſcilicet materia ⁊ forma ſunt principia intrinſeca per ſe. Priuatio vero eſt principiũ intrinſecuꝫ quo ad fieri rerum naturalium ꝺ per accidens quod oſtenditur ſic: illud qđ ẽ de neceſſitate coniunctum per ſe et principali ſubiecto rerum naturalium: ⁊ quantum ad fieri et quantum ad eſſe: eſt aliquo modo principium rerum naturalium. Hec ẽ nota: ſed ipſa priuatio eſt huiuſmodi nũquam enim materia rei naturalis tranſmutaretur ad aliquam formam niſi deficeret illa forma et niſi haberet aptitudinem ad recipiendum eam. Nam, vt dicit phs habitibus pñtib⁹ in materia non generat aliquid: ergo neceſſe eſt ad hoc materia traſmutetur ad aliquam formam ꝙ careat illa et ſit apta nata habere illam: et hec carentia cũ aptitudine eſt priuatio: ergo priuatio neceſſario eſt coniuncta materie in fieri rei naturalis: etiam quantum ad eſſe: quia materia exiſtens ſub vna forma neceſſario eſt cum priuatione alterius. Secundo dico ꝙ principia intrinſeca rerum naturalium non ſunt plura tribus: quia tria ſufficiunt ad generationem et corruptionem rerum naturalium ſcilicet materia forma et priuatio: quia nec efficiens nec finis poſſunt eſſe principia intrinſeca: quia pars non debet efficere totum: cuius eſt pars nec eſſe finis illius totius. ¶ Secundo probatur ꝙ non poſſint eſſe plura tribus: quia illud quartum vel eſt ſubiectum et hoc non: quia pro recipiendo ſufficit vnum ſubiectum vel eſt contrarium: et hoc non: quia contrarium eſt cõtrarij contrariũ: ergo illi eẽt aliquod contrarium ſcilicet quintum ⁊ ſic eſſet in genere ſubſtantie non modo vna contrarietas prima: ſed due prime ꝯtrarietates: quod contradictionem implicat. ¶ Eſt autem priuatio principiũ intrinſecũ quo ad eſſe et fieri de per accidens: quia non componit ens naturale: ſed quia ſine hac priuatione non poſſet forma introduci: nec põt eſſe ideo de per accidens eſt principium intrinſecum.

Ad q͠rta3 qõnem ¶ Ad quartam queſtionem, vtrum aliquid poſſit fieri ex non ente ſimpliciter mouetur iſta queſtio ſuper tex. cõ 57. dicit textus: ſic igitur nos dicamus. ¶ Arguo ꝙ aliquid poſſit fieri ex non ente.

Rõ.1. Primo ſic deus eſt omnipotens: ergo poteſt facere aliquid ex nihilo.

Rõ.2. ¶ Secundo agens nullo modo diminutum poteſt hoc facere ſed deus eſt talis: maior patet: quia eſſet diminut⁹ in aliquo ſi non poſſet facere ex nihilo, ⁊ minor probatur autoritate Commentatoris quinto metaphiſi textu cõmenti viceſimi primi. ⁊ Ariſtoteles in prohemio metaphi. totaliter optimum quod eſt in natura eſt deus.

Rõ.3. ¶ Tertio niſi aliquid fieret ex nihilo eſſet proceſſus in infinitum in cauſis quod impoſſibile eſt ſecundo metaphiſice probatio conſequentie ſumamus aliquod factum et petamus aut illud eſt factũ ex aliquo aut ex nihilo: ſi ſecundum intentum: ſi primum petam de illo aliquo vel eſt factum ex aliquo vel non: ſi ſecundum intentũ ſi primum: iam eſſet proceſſus in infinitum quod eſt falſum.

Rõ.4. ¶ Quarto deus eſt infinite actiuitatis: ergo deus poteſt facere aliquid ex nihilo.

Rõ.5. ¶ Quinto ſi fieret ex ente: ergo eſſet ãte quam eſſet.

Rõ.6. ¶ Sexto: ſicut ſe habet generatio ſm quid ad non ens ſm quid ita ſe habet generatio ſimpliciter ad non ens ſimpliciter: ſed illa fit ex nõ ente ſm quid: vt album ex non albo: ergo hec ex non ente ſimpliciter. ¶ Oppoſitum dicit philoſophus in litera. Iſta queſtio poteſt intelligi dupliciter vno modo, vt ly ex dicat circunſtãtiam cauſe materialis. Alio modo, vt ex dicat circunſtantiam ordinis: ideſt vtrum aliquid poſſet fieri poſt nihil, ideſt cuius nulla omnino pars precfuit. Dico ꝙ primo modo apud philoſophum eſt impoſſibile: quia tunc ipſum non ens eſſet pars entis. Item ipſum nihil reciperet eſſe facti: quia illud qđ ſe habet vt materia recipit eſſe facti. ¶ Secundo etiam dicit philoſophus eſſe impoſſibile primo illud quod fit potuit eſſe ante quam fieret: quia ſi non potuit eſſe: tunc fuit impoſſibile eſſe: et ſic nunquam erit: illa igitur potentia ad eſſe eius quod fit aut eſt in aliquo ente aut in nullo ente omnino: ſi in ente ergo non fit poſt omnino nihil: ſi in non ente hoc ſtatim eſt impoſſibile: quia non ens omnino non habet potentiam ad eſſe: quia tunc aliquando eſſet ens ſaltẽ ergo debuit precedere potentia receptiua ſui eſſe. ¶ Secundo omne quod fit vel eſt ſubſtantia vel accidens: ſi ſecundum fit in aliquo ſubiecto: ſi primum videmus omnes ſubſtantias fieri ex aliquo ſubiecto ꝑſuppoſito vtpote plãtas et bruta ex ſemine. ¶ Tertio oẽ qđ fit aut fit tranſfiguratione aut appõne ⁊c. ſed omne tale tale fit ſubiecto ꝑſuppoſito. ¶ Quarta ratio Commentatoris eſt pulchra valde: dicit enim Commentator: ꝙ ſi in diuiduũ transferretur ꝺ non eſſe omnio ad eſſe: oporteret: aut ꝙ aliquid eſſet trãſmutatum ſine tranſmutatione: aut ꝙ tranſmutatio eſſet in non ente: quorũ vtrũqꝫ eſt falſum: ꝙ enim aliquid ſit traſmutatum ſine omne traſmutatione hoc eſt impoſſibile: ſicut ꝙ aliquid ſit albũ ſine albedine: ꝙ etiã tranſmutatio fiat in nõ ente hoc eſt impoſſibile: q2 tunc non ens trãſmutaretur: cũ omne in quo fit trãſmutatio tranſmutetur: ſicut illud in quo eſt albedo eſt album: ⁊ ſic patet impoſſibilitas conſequentium ſed conſequentiam non multum declarat Commentator: põt aũt ſic intelligi. ſi aliquod indiuiduũ ẽ factũ hꝫ aliquã diſpoſitionem quã pri⁹ nõ habebat nec ſimpliciter nec in ſubo: prius cũ non habuit eſſe ⁊ nunc eſt: ergo oportet ꝙ aliq̃d ſit tranſmutatũ: detur enim nihil in mundo ſit variatũ omnia igitur ſe habent vt prius: ⁊ ſic ſicut prius non fuit ens ſic nunc non ẽ ens et ſic eſt ens ⁊ nõ ens qđ eſt oppoſitũ ꝑme dignitatis ſi aũt aliq̃d ẽ trãſmutatũ aut igit̃ eſt trãſmutatũ ſine trãſmutatõe ⁊ ſic hẽtur ꝑmũ ĩpoſ͛e; aut ẽ trãſmutatũ

traſmutatione ⁊ tunc aut illa tranſmutatio recipi-
tur in nō ente ſimpliciter ⁊ ſic habetur ſecundum im
poſſibile: aut recipitur in aliquo ente et ſic illud qđ
fit per illam tranſmutionem non fit ex non ente ideſt
poſt omnino non ens: cuius oppoſitum dicebant et
hec quidem ratio eſt multum fortis quantum ad iſtā
concluſionem: ꝙ nihil poteſt fieri ex puro non ente:
ſemper ergo oportet aliquid ſubijci ei qđ fit. Tenen
dum eſt tamen ſimpliciter et cum fide chriſtiana ꝙ
ipſe deꝰ ꝓduxit oīa de nouo ex nullo p̄exiſtēte ſubro
ſed illa productio non fuit facti nec fieri niſi equiuo
ce quantumcunqꝫ terminus eius fuerit vniuocus cū
termino factionis naturalis: ſed dicitur creatio et
ſimplex emanatio; hunc igitur modum ignorauerūt
philoſophi gentiles nec mirum; qꝛ nō poteſt cognoſ
ci ex ſenſibilibus nec conuinci ex aliquibus que cum
ſenſibilibus concordant et ideo illi qui ſumpſerunt
cognitiones ſuas ex rationibus concordantibus ſen
ſatis non peruenerūt ad noticiam huiuſmodi factio
nis precipue: quia raro contingit; iſte modus et nun
quam fuit niſi ſemel et eſt valde lōgum tempus pre
teritum poſtꝙ̄ fuit illi autē qui iſtum modū produc-
tionis cognoſcunt, dicūtur per aliā viā cognoſcere
ſ. per auctoritates ſanctorū, et p reuelationes hmōi
per illam aūt diſtinctionem ꝓductionis que tacta
eſt ſoluuntur argumenta Ariſto, et Auerrois ꝓbant
enim ſufficienter ꝙ ex nihilo ſimpliciter nō poſſit ali
quid produci productione que eſt motus ⁊ tranſmu
tatio naturalis ſed productione que eſt creatio ⁊ ſu
per naturalis bene poteſt, et ſic dicas, nonne terra
creata ē eiuſdē ſpeciei cum terra generata dicēdū
ꝙ ſic; ergo productio eſt eiuſdem ſpeciei et non equi
uoce diceretur ꝙ non ſequit̄: quia agens qđ creat ē
alterius ordinis ab eo qui generat; et ideo ꝓductio
nes ſunt diuerſe. Tunc ad rationes facile eſt reſpon
dere: ꝙ deus non deſinit eſſe omnipotēs qꝛ impoſſibi
le ſicut eſt, creatio apud phūm nequeat facere: nec ē
diminutꝰ: qꝛ idem nequeat facere: ad aliam ꝙ eſſet
ꝓceſſus in īfinitū negat̄. Nam ē ſtatꝰ in materia pri-
ma que eſt in generabilis ⁊ in corruptibilis. Ad vl-
timam rationem dico; ꝙ non ens ſimpliciter pōt di-
cere duo; vno modo non ens vniuerſaliter et ſic non
tenet ſimilitudo; qꝛ nō ens quoddam poteſt habere
potētiam ad ens quoddā: ſed nō ens vniuerſał̄r nul
lam potentiam poteſt hēre. Alio mō nō ens ſimplici
ter pōt intelligi non ens principaliter ſcilicet non
ens actu et hoc modo bñ generatur ex non ente ſim-
pliciter ideſt ex non ente actu; ente tamen potentia.
et ſic ſoluit Ariſto. in primo de generatione.

¶ Ad quintam vtrum creatura po-
teſt creare. Ad hanc queſtionem ſcribam eo modo
quo ſcripſit eam ſubtiliſſimus frater meus dum in q̄
dam lectiōe oppoſitionis obtinuit prebēdam in col
legio celeberrimo cardinalis vallis oleti.

Qō.1. ¶ Prima queſtio quid p creare in-
Qō.2. telligat̄. Et ſecūda queſtio vtrū talis creatio ſit poſ-
Qō.3. ſibilis. Tertia ſi poſſibilis a quo ā adeo procedat ſo
lo: an creatura ſit principium creationis vel eſſe poſ
Qō.4. ſit. Quarta ſi creature creatio communicari poſſit
an per aliquam qualitatem diſtinctam in herentem
Qō.5. creature vel ſine quacūqꝫ qualitate. Quinta ſi poſſi
bilis eſt cōmunicatio potentie creandi an de facto
Qō.6. ſit cōmunicatia alicui creature. Sexta an creatu-
re poſſit ex natura ſua conuenire potentia creandi:
Qō.7. ſicut nunc cōuenit quod generet. Septima an poſt-
quam deꝰ in principio caſas naturales cauſauit vel
creauit nunc ad effectus earum concurrat vel vtrū
nature ſue relinquat.

¶ Ad primā queſtionem reſponde Ad pmā qōnem.
tur. Circa durandum in ſecundo ſententiaꝝ diſtinc
tione ſecūda nota in illa diffinitione creationis quā
ponit ſcilicet creatio eſt productio alicuius rei ō ni-
hilo. i. nullo ſubiecto p̄ſuppoſito: quod dicit Durādꝰ
illud debere intelligi nullo ſubiecto p̄ſuppoſito nec
aliquo termino vnde ipſe probat ꝙ in creatione non
ſunt termini. ¶ Sed contra illam diffinitionem eſt
argumentum cōmune de productione anime ratio-
nalis et de productione grē. Nam illa ꝓducuntur
ſubiecto preſuppoſito ⁊ tamen creantur. ¶ Ad hoc
reſpondet Gabriel in ſecundo: diſtinctione prima:
queſtione prima: ꝙ aliquid creari eſt produci nullo
ſubiecto preſuppoſito ad hunc ſenſum ꝙ agens pro-
ducens in ſic producendo non requirat ſubiectum:
et generare per oppoſitū. ¶ Ex quo infertur ꝙ edu Corrū.1.
ci de potentia materie eſt produci aliquid taliter ꝙ
in productione illa neceſſario requiratur ſubiectū:
et non educi contrario modo. ¶ Infertur ſecundo Corrū.2.
ꝙ quicūqꝫ effectꝰ qui ꝓducit̄ a deo ⁊ creatura a deo
creatur et a creatura generatur: quia deus in ſic ꝓ-
ducendo non requirit ſubiectum creatura tamē ſic.
¶ Tertio infertur vnum inconueniēs ex hac opinio Corrū.3.
ne: ꝙ deus de potentia abſoluta nihil poteſt genera-
re quia non poteſt requirere ſubiectum.

¶ Propter hec que ſequuntur ex iſ-
ta opinione eſt alius modus dicendi declaratiuus
illius diffinitionis. Pro quo nota ꝙ res q̄ producun
tur quedam ſunt que dependent a ſubiecto, alie nō.
Aliquem effectum dependere a ſubiecto nihil aliud
tione que ſecundum ſe dicitur eſſe non ens vtrum ſit biū de pri
per ſe principium rei quātum ad eſſe. ad qō dici po uatione.
teſt ꝙ duplici via poſſumus inueſtigare priuatio-
nem non eſſe per ſe principium rei quantum ad eſſe
prima via ſumitur ex parte ipſius priuationis ſecun
dum ſe. priuatio ē enim de ſe: vt dicitur in hoc pri
mo non ens ſed nō ens ſecundū ꝙ huiuſmodi nō ē rō
eſſendi imo cū oppoſita ſit rō eiꝰ qō ē eſſe ⁊ eiꝰ qō eſt
non eſſe priuatio que de ſe dicit non eſſe ꝑ ſe et ſcōm
ꝙ huiꝰ non poterit facere ad eſſe alicuiꝰ rei. Scōa
via ſumitur ex parte priuationis vt comparatur ad
mutationem et ad motum priuatio enim et ſi manet
in toto motu non tū manet in termino motꝰ: qꝛ ad
ueniente forma ceſſat priuatio: priuatio.n. nō ſtat cū
ipſa re facta nec ſtat ſimul cū ipſa forma cuiꝰ eſt pri-
uatio: et qꝛ eſſe eſt ꝑ formam: nō ſtat ſimul cum ipſa
forma nō ſtabit ſimul cum ipſo eſſe qꝛ tam eſſe ꝙ for
ma in termino motus acquiruntur: non ergo per ſe
facit ad eſſe rei nec per ſe pōt eſſe de compōne rei:
qꝛ nihil ꝑ ſe eſt conſtitutū alicuius iniſt et ſimul cum
eo cuius conſtitutū dicitur eſſe. ¶ Ulteriꝰ forte du-
bitaret alqs dat ꝙ priuatio non ꝑ ſe facito vt res ſit
vtrum per ſe faciat vt res fiat ad qō dici poteſt quod
in hoc qō eſt fieri aliquid duo eſt conſiderare ipſum
aliquid ꝙ fit et ipſum fieri: ſi ergo cū queritur vtrū
priuatio per ſe faciat ad fieri aliquid: ſi queſtio intro
ducatur ratione rei: ſic non differt hec queſtio a pre
cedenti: vnde et philoſophus dicit ꝙ res fit ex priua
tione per accidens quia reſpectu rei priuatio non
poteſt habere rationem principij per ſe: ſed queſtio
introducit̄ ꝓpter ipſum fieri rationes predicte ma-
gis concludunt priuationē eſſe principiū per ſe quā
per accidens. Priuatio enim non eſſe et defectū im-
portat: motus et fieri: quia quid defectiuum. Di-
cunt non eſſe inconueniēs: ſi defectus per ſe eſt de ra
tione defectiui. Non videtur ergo inconueniens ſi ꝑ-
uatio ſit per ſe de ratiōe fieri: ideo prima ratio facta
de eſſe ſi applicatur ad fieri magis arguit oppoſitū
quam propoſitum. ¶ Amplius ratio illa in hoc vide
tur arguere. Nam licet priuatio non ſtet in termino
motus in quo acquiritur eſſe et forma: manet tamen
in toto motu: ſiue manet quandiu durat ipſum fieri.
Uerbi gratia ꝙ ſit per ſe principiū fieri licet per ſe
non poſſit eſſe principium ipſius eſſe. Quantum er-
go ad preſens occurrit non eſt omnino negandū pri
uationem per ſe eſſe de ratione motus: quod ſic pōt
oſtendi: dū enim res mouetur partim eſt in termino
a quo: et partim in termino ad quem: et omne mobi-
le dum mouet̄ partim acquiſiuit et eſt in actu: et par
tim reſtat ſibi acquirendum et eſt priuatum et in po-
tentia. Si ergo motus ſe teneret ex parte mobilis vt
eſt in actu; videretur poſſe dici nō eſſe de ratione mo
tus per ſe. Sed quia motus magis ſe tenet ex parte
mobilis: vt eſt priuatum et in potentia quam vt eſt in
actu: ideo negare priuationem eſſe de ratione mo
tus per ſe videtur inconueniens. Dicamus ergo
ꝙ motus requirit in mobili ꝙ partim acquiſiuerit et



aliquo modo ſit in actu: et partim reſtet acquirendū
et ſit priuatum et in potentia. Motus ergo aliquo
modo actus eſt: et eſt actus entis in potētia: quia ſub
iectum motus: et eſt ens ratione acquiſiti vel actuali
tatis: et eſt in potentia ratione acquirendi vt eſt pri-
uatum. Si ergo motus eſt actus entis in potētia: vel
eſt actus eius: vt eſt ens in potentia: et quia vt dictū
eſt actus eius vt eſt in potentia et vt eſt priuatū: ideo
negare priuationem nullo modo eſſe per ſe de ratio-
Tex.cō. 79. ne ipſius fieri: et ipſius motus non videtur omnino cō
ueniens.

¶ Textu commēti ſeptuageſimi no-
ni. Tangentes quidem igitur et alteri quiddam
ſunt ipſam: ſed non ſufficienter. Primum quidem
enim cōfitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo quod
non eſt: in quantum parmenidem recte eſt dicere.
Poſtea videtur ipſis ſi vere eſt numero vna: et poten
tia tantum vnam eſſe.) Poſtquam philoſophꝰ exclu
ſit errores et dubitationes antiquorū prouenientes
ex ignorantia materie. Hic excludit errores proue
nientes ex ignorantia priuationis. Uult dicere qui
dam philoſophi fuerunt tangentes ipſam ſcilicet ma
teriam: ſed non ſufficienter: quia non diſtinguebant
eam a priuatione: ſed quod erat priuationis dabant
materie: ita ꝙ ſi priuatio eſt ꝑ ſe non ens ſic materia.
et ſic confitebantur aliquid fieri ex non ente. Ad qō
mouebantur duplici motiuo. Primo Parmenidis.
Quicquid eſt preter ens eſt non ens. Sed materia
eſt preter ens: quia eſt priuatio: que nil eſt: ⁊ quia nō
eſt ens actu. Secundo probabant materiam eſſe nō
ens: ratione: quia cogitabant omnia que ſunt vnum
numero: ergo ratione: et quibuſcunq; que ſunt vnum
ratione conueniunt eadem: ſed conuenit priuationi
non ens: ergo materie. (Sed hoc differt plurimum.
Nos quidem enim materiam et priuationem alterā
dicimus. Sed horum hanc quidem non eſſe ſecundū
accidens materiam. Priuationem autem per ſe non
eſſe: et hanc quidem prope rem et ſubſtantiā aliqua
liter materiam: priuationem autem nequaquam.)
Dicit Philoſophus ꝙ ipſe inter priuationem et ma-
teriam duas ponit differentias. Prima ꝙ materia ſit
per accidens non ens: quia ipſi annexum ſemper eſt
non ens. Sed priuatio per ſe eſt non ens. Secunda
differentia ꝙ materia eſt prope ſubſtantiam: quia eſt
ſubſtantia: et inſinuans eius imperfectionem: dixit ꝓ
pe. Et quia ingreditur compoſitionem ſubſtantie eſt
ſubſtantia. Priuatio vero nequaquam: ſcilicet ingre
ditur compoſitionem ſubſtantie.

Tex.cō. 80. ¶ Textu commenti octuageſimi.
Quidam autem quod non eſt magnum et paruum:
ſimiliter aut ſimul vtrumq; aut ſeorſum vtrūq;. Qua
re penitus alter modus eſt hic trinitatis et ille. Uſq;
quidem enim ad hoc perueniunt ꝙ oportet quandā
ſupponi naturam. Hanc tamen vnam faciunt. Etenī
ſi aliquis dualitatem facit dicens magnum et paruū
ipſam: nihilominus idem facit: alteram enim deſpe-
xit.) Uult dicere ꝙ Plato priuationem dicebat idē
eſſe ſubiecto et ratione cum materia. Et ponebat il-
lam priuationem eſſe coaſſumptam cum magno et
paruo: quibꝰ aut copulatim aut copulatiue idempri
ficabatur. Dicit ergo Plato bene ponit tria princi-
pia ſcilicet materiam: magnum: ⁊ paruum. Sed phi
loſophus alium modum ponit trinitatis. (Hanc ta-
men vnam faciunt; ſcilicet ratione et ſubiecto cum
priuatione. Etenim ſi aliquis dualitatem facit dicēs
magnum et paruum ipſam: ideſt tenere ſe ex parte
ipſius materie: nihilominus idem facit: ſcilicet ratio
ne et ſubiecto priuationem cum materia. Alterum
enim ideſt priuationem deſpexit. (Subiecta quidē
materia cum forma cauſa eſt eorū que fiunt ſicut ma
ter. Altera vero pars contrarietatis multotiens
imaginabitur ad maleficium ipſius pro tendenti in-
tellectum. Neq; ꝙ eſſe penitus: et eſſe extra omne.)

¶ Textu commenti octuageſimi pri Tex.cō. 81
mi. Exiſtente enim quoddam diuino et optimo et ap
petibili: aliud quidem contrarium eſſe ipſi dicimus)
Uult dicere Philoſophꝰ ꝙ ſubiecta materia cū for-
ma eſt cauſa eorum que fiunt ſicut mater; ideſt non
concurrens actiue: ſed ſolum paſſiue recipiendo. Al
tera vero pars cōtrarietatis. i. priuatio protendēti
intellectū. i. cōſideranti per intellectū circa ipaꝫ ima
ginabit̄ eſſe ad maleficiū. i. ad malū: qꝛ nec hꝫ eē et ē
extra oē eſſe: ꝙ aūt priuatio ſit malū pꝫ qꝛ ſuuꝫ oppm̄
i. forma ē quid bonū diuinū et appetibile; et aliud. i.
priuatio eſt ei cōtrariū. Unde forma dicitur pluribꝰ
nominibꝰ idea rō paradigma imago. forma. ſpēs dr̄
rō: qꝛ per ipam dat̄ definitio rei. Dicit̄ idea exēplar
paradigma qꝛ ꝓcedit ab exemplari ſuo qō hꝫ in deo
Dīs enī forma q̄ per eſſe eſt in materia prius fuit in
motore primo. Propter qō etiā ipſe dr̄ a Platōe mū
dus archetipꝰ; ꝓpter qō dictū Boetij verū ē cū dicit
Mūdū mente gerens pulchrū pulcherrimꝰ ipſe ſimi
liq; imagine formās. (Aliud aūt aptū natū eſt appe
tere et deſiderare ipſum ſuiipiꝰ nām: quibuſdā aūt ac
cidit ꝯtrariū appetere ſuiipiꝰ corruptionē: et nec ſui
ipſius poſſe eſt appetere ſpēm ꝓpter nō eſſe indigēs:
nec cōtrariū. Corruptiua enī ſunt ad inuicē cōtraria
ſed hoc eſt materia: ſicut ſi femina maſculū: et turpe
bonum: non ꝑ ſe eſt turpe: ſꝫ ſm accidēs. Tex.cō. 82. Tex.cō. 82
Corrūpit̄ aūt ⁊ fit: eſt quidē vt ſic: ē aūt vt nō: ſm qdē
enī ꝙ eſt in quo ſm ſe corrūpit̄. Qō.n. corrūpit̄ i hoc
eſt priuatio in quantū aūt ſm potentiā non ꝑ ſe: ſed in
corruptibilē et ingenitā neceſſe eſt eſſe ipſaꝫ: ſi.n. fiat
ſubiici aliquid opꝫ primū ex quo fiat: hoc aūt ē hec na
tura: quare erit ante fieri. Dico aūt māꝫ primū ſubm̄
vnicuiq;: ex quo fit aliquid cuꝫ iniſit non ſm accn̄s: et
ſi corrūpit̄ in hoc abibit vltimū: quare corrupta erit
anteq̄ corrūpat̄. ¶ Tex.cō. 83. De principio aūt ſm Tex.cō. 83.
ſpēm vtrū vnū aut plura aut quot aut q̄ ſint per certi
tudinē prime phie opus eſt determinare: ergo in illō
tēpꝰ apponat̄. De phiſicis aūt ⁊ corruptibilibꝰ ſpēbꝰ
in poſteriꝰ demonſtrādis dicemꝰ qꝛ qdē igit̄ ſint prin
cipia: et que et quot numero: determinet̄ a nobis ſic
Rurſus aūt aliud principium incipientes dicamꝰ.)
Uult dicere. (ꝙ aliud. i. formam aptū natū eſt appe
tere et deſiderare ipſum ſm ipſius nāꝫ.) i. ipſum ſub-
iectum qō eſt materia natum eſt appetere aliō. i. for-
mā. Dicit preterea ꝙ quibuſdam. ſ. qui non diſtingūt
māꝫ a priuatione accidit. ſ. incōueniēs ꝙ vnum cōtra
rium appetat aliud et ſic ſuiipſius corruptionē. Naꝫ
ſi materia et priuatio ſunt idē re ⁊ rōne: ergo ſi mate
ria appetit formā priuatio appetit formā: ⁊ ſic vnum
contrariū appetit aliō ⁊ ſui corruptionē. Dicit ergo
ſi materia et priuatio ſunt idē re et rōne ſequit̄ ꝙ ma
teria non appetit formā: qō eſt falſum. Seqlla ꝓbat̄:
qꝛ ſi appetit formā vel eſt ꝓut eſt inducēs formā: ⁊ hoc
non: qꝛ iā eſt in actu vel ꝓut habet priuationem: et ſic
vnum contrarium appeteret aliud et ſui corruptio-
nē; ſꝫ hoc eſt mā dat compationē ꝙ quēadmodū femī

neitas non appetit maſculum: ſed id cui accidit fe-
mineitas ⁊ turpitudo nõ appetit pulchritudinẽ: ſed
id cui accidit turpitudo: ita priuatio non appetit for
mam ſed id cui accidit priuatio. Sed cõtra hec ver
ba philoſophi aui. tripliciter arguit. Primo ſic ſi ma
teria appeteret formam vel appetitu animali et hoc
non: quia ipſa non cognoſcit vel appetitu naturali et
hoc non quia iſte debet cõuenire rei per aliquam for
mam (ſicut graui ꝙ deſcendat conuenit propria for-
ma. Secũdo ſi materia appetit formam hoc eſt quia
poteſt plures habere ſimul ⁊ hoc nõ: vel quia faſtidit
illam quam habet: vel quia caret omni forma: quo-
rum quodlibet eſt falſum. Tertio hic modus loquen
di ꝙ materia appetit formam ſicut femina eſſe vir ⁊
turpe pulchrum eſt poetaꝝ et fabuloſe loquentium.

Nõ an materia appetat formam.

¶ Pro declaratiõe huius notat doctor ſanctus ꝙ
omne appetens aliquid vel cognoſcit ipſum et ſe or
dinat in illud: aut tendit in illud: ex ordinatione et
directione alicuius cognoſcentis: ſicut ſagitta tẽdit
in ſignum ex directione et ordinatione ſagittantis: ⁊
quia materia ſm naturam ſuam inclinatur in formã
ſequitur bene merito: ꝙ ipſa ſicut potentia perfecti
bilis appetat formam: et quia ſemper eſt in potẽtia
ad alia ſemper appetit alia, non quia faſtidita vel
quia ſimul plures habere poſſit et per hec patet reſ
ponſio ad argumenta Auicenne. Dicit deinde textꝰ
corrumpitur autem et fit ſcilicet materia in quantũ
priuatio cum deſinit informari vna forma deſinit pri
uatio forme aduenientis: ⁊ ſic deſinit materia eẽ pri
uatio illius dicit (Eſt quidem vt ſic) idem cum priua
tione (Eſt autem vt nõ) ideſt diſtinguitur a priuatio
ne (ſm quidem enim quod eſt in quo ſm ſe corrumpi
tur) ideſt materia prout in ea eſt priuatio per ſe cor
rumpitur (ſubdit quod enim corrumpitur in hoc eſt
priuatio ſed ſm ſe in quantum ens in potẽtia ad for
mas eſt ingenerabilis et incorruptibilis. Nam da-
to oppoſito fieret aliquid ante quam fieret corrum-
peretur aliquid ante quam corrumperetur. Nam ſi
fit ex aliquo fit ⁊ illud eſt materia: ergo fuit: ⁊ ſubdit
definitionem prime materie (quod ſit ſubiectum pri
mum vnicuiqꝫ ex quo fit aliquid cum in ſit non ſm ac
cidens) ad differentiam priuationis ex qua de per ac
cidens fit aliquid: ⁊ ſi corrũpitur ſupple aliquod ens
naturale in hoc abibit vltimum ideſt hec erit poſtre
ma que remaneat ergo corrumpetur ante quam cor
rumpatur quod eſt falſum: tandem textu commenti
octuageſimi tertij ponit epilogum eorum que fecit
in hoc primo libro et litera eſt clara.

Queſtio ã materia celi et mã iſtoꝝ inferioꝝ differant ſpẽ.

¶ Sed quiſpiam dubitaret egregie
in hac parte vtrũ materia celi et materia prima iſto
rum inferiorum habeant priuationẽ annexam ¶ Cir
ca quod noto ꝙ in hoc eſt ratio dubitandi: quia ſi ma
teria prima celi haberet annexam priuationem: ſicut
materia iſtorum inferiorum: ſequitur materiã celi
appetere aliam formam ab illa quam habet et ſi ſic:
ergo celum eſt corruptibile quia appetitus natura-
lis non poteſt fruſtrari. Ex alia parte videtur ꝙ ſit
annexa priuatio: quia materia iſtorum inferiorũ ha-
bet annexam priuatiõem ergo materia celi tenet cõ
ſequentia quia illa ſunt eiuſdem ſpeciei: et probatur
ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei quia ſolus actus ſeparat ⁊ diſ-
ſtinguit quinto metaphi. ergo ſola materia nõ differt
ſpecie ab alia materia.

Prima propõ.

¶ Pro ſolutione queſtionis pono
propoſitiões. Prima propoſitio materia celi eſt eiuſ-
dem ſpeciei cum materijs iſtorum inferiorum: ſed nõ
propterea ſequitur ꝙ celum eſt corruptibile: quia il
li materie non eſt annexa priuatio et per conſequens
nec appetitus alterius forme conſequende, hec pro-
poſitio eſt de mente egidij romani.

¶ Secunda propoſitio ſm ſanctum
Thomã materia celi et materia iſtorum inferiorum
ſunt differentes ſpecie obidqꝫ appetitus vnius non ẽ
appetitus alterius. Nam materia celi nullam aliam
formam appetit ſed materia iſtorum inferiorum ali
quam formam appetit.

Secuda propõ.

¶ Tertia ꝓpoſitio de mente Alber
ti de ſaxonia primo de celo queſtione quarta celum
circũſcripta intelligentia eſt vna forma ſimplex: pro
batur, quia ſi in celo eſſet talis materia etiã in celo eẽt
vna forma informans illam materiam preter intelli-
gentiam: ita ꝙ celum circumſcripta intelligentia ad
huc eſſet compoſitum ex materia ⁊ vna forma alia ab
intelligentia: ſicut dicti doctores volunt: ſed hoc ẽ fal
ſum: quia tunc celum eſſet ex ſe mobile naturaliter
circumſcripta intelligentia: quod negaret Ariſtote-
les. Conſequentia tenet per hoc quod haberet in ſe
principium actiuum et paſſiuum motus vel materi-
am et formam adhuc circumſcripta intelligentia.
¶ Secundo motus localis circularis eſt ſimplicior
motibus rectis: ergo etiam corpus mobile naturali-
ter motu circulari debet eſſe ſimplicius corporibus
mobilibus motibus rectis: ſed hoc non eſſet ſi celum
ita eſſet compoſitum ex materia et forma: ſicut cor
pora elementaria naturaliter mobilia motibus re-
ctis.

Tertia ꝓpõ.

## ¶ Sequitur nunc de principijs rerum naturalium.

QUia philoſo
phia de naturis re
rum pertractat. cõ
ueniens eſt exordi
um facerere a diffi
nitione nature. Na
tura autem duplex
eſt. Quedã eſt na-
tura naturans que
eſt dominus deus,
cuncta dirigens et
diſponens: iuxta il-
lud Auerrois duo
decimo Metha-
phiſice: Opus na-
ture eſt opus intel
ligentie. Alia ẽ na-
tura naturata: et ẽ
celorũ regio et mũ
dus inferior Natu
ra igitur multifariam diffinit. ¶ Primo diffinitur
ab Alberto magno in compendio ſue philoſophie.
Natura eſt quedam vis inſita rebꝰ ex ſimilibus ſimi
lia procreans: et dicit natura quaſi naſcendo. ¶ Se
cundo modo diffinitur natura a doctore ſancto in ſe
cũdo phiſi. tex. cõmenti octuageſimi ſeptimi hoc mo
do. Natura eſt quedam ars diuini intellectꝰ impreſ
ſa rebus. ¶ Tertio modo diffinitur natura a moder
nis omnibꝰ. Natura eſt materia et forma. ¶ Quar
to modo et excellentius diffinitur ab Ariſtotele de-
cimo ſecundo phiſi: Natura eſt principium et cauſa
mouendi et quieſcendi eius in quo eſt per ſe primo
et non ſecundum accidens. Quam diffinitionẽ ego
intẽdo declarare: quia moderni multi in ea delirãt.

Explicat diffinitio nature

¶ Primo quidem notandum eſt eſſe magnam dif-
ferentiam inter ly principium ⁊ ly cauſa: quia tales
termini habent ſe ſicut ſuperius et inferius. Nã cau-
ſa eſt inferior et ly principium eſt ſuperius. Quod
multis exemplis monſtrabo. Punctũ namqꝫ eſt prin
cipium linee: ſed non eſt cauſa linee: et pater in diui
nis eſt principium filij: ſed non eſt cauſa filij: quia in-
ter cauſam et cauſatum ſemper eſt diſtinctio eſſen-
tialis: qualis nõ reperitur in tribꝰ perſonis diuinis.
Similiter priuatio eſt principium rei naturalis: et
tamen nõ eſt cauſa rei naturalis; maior patet ex phi
loſopho pmo phiſi: et minor patet ex Aui. fen ſecun
da primi in diffinitione cauſe dicentis. Cauſa eſt id
quod primo eſt.

¶ Dicit preterea Ariſtoteles mouẽ
di et quieſcendi que gerundia ego intelligo actiue
vel paſſiue ſub diſiunctiõe ideſt ꝙ poſſit moueri vel
mouere quietari vel quietare: vt per hoc comprehẽ
damus materiam que mere paſſiua eſt: et formam ꝗ
omnino eſt actiua: nulla enim forma ſubſtantialis ẽ
actiua et paſſiua preter animam rationalem ⁊ poſu-
it Ariſto. ſub copulatione: quia vt habetur in poſt p-
dicamentis: et etiam primo de celo. Contraria nata
ſunt fieri circa idem: quicquid enim eſt natum moue
re, eſt natum quietare.

¶ Dicitur preterea in diffinitiõe na
ture: eius in quo eſt: quia manꝰ proijciens lapidẽ ꝗuis
ſit principium et cauſa mouendi et quieſcendi lapi-
dem tamen quia non eſt pars lapidis non dicitur na
tura eiꝰ. Dicit per ſe (⁊ cõſtruat ly pſe cũ ly primo)
dicitur enim per ſe ad differentiã ſcanni deſcenden
tis: ad quem deſcenſum concurrit forma ſcanni de
per accidens. Dicit primo ad differentiã forme ac-
cidentalis: que non concurrit primo: ſed ſecunda
rio et inſtrumentaliter. Dicitur et non ſecundum ac
cidens: ad differentiam habitus artis medicine in
mente medici ſanantis ſeipſum: quamuis enim ſit
principiũ et cauſa mouẽdi et quieſcendi: tamen hoc
eſt accidentaliter: quia accidit ꝙ qui ſanatur ſit me
dicus. Ex quo ſequitur ꝙ res naturalis eſt compoſi
ta ex naturis: vt eſt materia et forma. Unde nullum
accidens eſt res naturalis.

¶ Sed dubitaret aliquis (tenendo
ꝙ celum componatur ex materia et forma (quomo-
do illa forma eſt principiũ quieſcẽdi: quia ſi celum
quieſceret cuncta ruerent et perirent. Dicatur ad
hoc: ꝙ ly quieſcendi valet aptum natum quieſcere.
Et non ſequitur vt ſcripſi in predicabilibus eſt aptũ
natum quieſcere: ergo poteſt quieſcere.

¶ Notabitis preterea de mẽte pau-
li veneti in ſumma philoſophica capitu. tertio nota
bili ſecũdo ꝙ natura capitur quadrifariam. ¶ Pri
mo modo capitur pro naturis vniuerſalibus: et ita
accepit proculus in libro de cauſis: cauſa prima plꝰ
influit in effectũ quomodo Ariſt. intelligit tertio de
anima qñ dixit. Deus ⁊ natura nihil faciunt fruſtra.



¶ Secundo modo capitur natura
pro principio intrinſeco conſtitutiuo rei naturalis:
videlicet pro materia et forma, vnde principium in
trinſecum: eſt rem principiatam tanꝗ altera pars
ſui ingrediens: et hoc eſt materia et forma principi
um vero extrinſecum eſt efficiens et finis. Nam effi-
ciens non poteſt eſſe pars illius cuius eſt efficiens:
quia nulla pars efficit totum cuius eſt pars. Nec fi-
nis poteſt eſſe pars illius cuius eſt finis; alioquin cuꝫ
finis ſit honorabilior his que ſunt ad finem pars eẽt
preſtantior toto.

¶ Tertio modo capitur natura pro
naturali inclinatione quomodo capitur quarto phi
ſicorum cum dicitur. Natura abhorret vacuũ.

¶ Quarto modo capit natura pro
agente naturali, quomodo capitur in prologo phiſi
corum: cum dicitur non eadem ſunt nobis nota ⁊ na
ture. Quomodo etiam capitur quando dicitur na-
tura agit per lineas breuiſſimas. Agit ſpherice. nõ
agit vltra terminum ſue ſphere actiuitatis.

¶ Declarato iam quid natura. De-
clarandum eſt quotuplex ſit natura: et iam dictum ẽ
ꝙ ẽ duplex. Materia: ⁊ Forma. Uideamus ergo in
ſpeciali quid ſit materia et quid forma.

MAteria diffinitur duplici diffi-
nitione. Prima eſt. Materia eſt altera ps
rei naturalis extenſa nullo pacto actione
naturali producibilis. Alio modo diffinitur ab Ari
ſtotele ad calcem primi phiſicoꝝ dicenti. Materia
prima eſt ſubiectum primum vniuſcuiuſqꝫ tranſmu
tationis nãlis: ex quo fit aliquid cũ inſit: ideſt cum
ſit pars. Dicitur primum: quia materia eſt prima
in generatione rei faciende et vltima in corruptio-
ne: et hec dicitur prima ad differentiam materie ſe-
cũde: quia materia prima ſupponit pro materia nõ
connotãdo ꝙ habeat aliquam qualitatem. Sed ma
teria ſecũda ſupponit pro materia: iam habenti diſ-
poſitiuas qualitates ad formam: licet Albertꝰ mag
nus vocat materiam primam illam que diffinita eſt
et materiam ſecundam totum compoſitum natura-
le prout eſt capax forme artificialis: et dicit Alber-
tus magnus in compendio ſue philoſo. ꝙ quemad-
modum in rebus difficilimis ad cognoſcendum ma
gis cognoſcimꝰ per negationem quam per affirma
tiõem, vt ẽ ſentẽtia beati Dioniſij in libro de diuinis
nominibus verbi gratia deum magis cognoſcimus
per negationem quam per affirmationem.

Duplex diffinitio materie prime.

¶ Dicit enim ſic Albertus magnus
cum perſpicis lapidem: quid vides et agnoſcis in
eo luce clara: certe colorem, quid amplius quanti-
tatem, quid adhuc amplius ſaltem intellectu veſti-
gas? Certe formam ſubſtantialem: quam facilẽ cog
nitu inuenio, tum ſpecie lapidis, tum etiam ex ope
ratione quid amplius in lapide inuenis? Diceret
aliquis nihil aliud ſcias (inquit Albertus) id quod
neqꝫ ſenſu percipis, neqꝫ intellectu veſtigas materi
am primam fore que eſt receptaculum forme: ⁊ hoc
eſt ꝙ dicit Ariſto in primo phiſicorum. ¶ Materia
prima cognoſcibilis eſt per analogiam ad formam
ideſt proportionem ad formam (Iuxta illud Auer
rois octauo metaphi. textu cõmenti decimi ſeptimi
dicentis ſicut operatio fecit ſcire formam: ſic trans-
mutatio fecit ſcire materiam). Sic arguendo: hic

fit aliquid: demonſtrādo vnam actionem naturalem qua fit aliquid: ergo tale quod fit vel fit in ſubiecto vel non: ſi non creatura crearet quod eſt impoſſibile: ſi ſit in ſubiecto: ergo tale ſubiectum eſt dabile quod eſt materia prima.

¶ Sed de hac materia rē ipſam vna paradoxa peragamus.

¶ Paradoxa.

Eſꝫ adeo deus ē pelagus infinite ſubſtantie et ſapientie, vt e chaos lucem: e ſtultitia ſapientiam: e inſipiēte gubernatorem e ſorte deprauata ſelectiſſimum aurū e machinatrice maleficij beneficium: e morte in vitam et econtra quum intereat vel naſcatur: inter diſcrimina pacem cū ſit zizania et ſciſma: primū quidem et vltimum forme ſocium et aduerſum: quarum nexus deſideratiſſimus ab vtroqꝫ appetitu vnius per accidēs ſoluitur: variabilis in omnē formam, humana effigie modo, modo cinerea, nunc feda, nunc pulchra, verſi pellis huiꝰ et nature ſe trāſformantis, quis noſtrum cameleonta nō admirabitur? Quid pluribꝰ opus eſt agamus quicquid eſt in hac vita fellis ille ineffabilis vertit in melle.

Iſta paradoxa quātum ad ſingulas partes ſic declaratur. Primum dicitur deum e chaos lucem edidiſſe.

¶ Pro cuius declaratione noto ꝙ duplex eſt appetitus: quiddam eſt appetitus animalis, alius eſt naturalis. Appetitus animalis preſupponit cognitionem, vt eſt appetitus voluntatis vel ſenſitiuus. Alius eſt appetitus naturalis: et iſte non preſupponit cognitionem ⁊ eſt appetitus quo materia quamlibet formā appetit: et quo graue appetit deſcēdere: et vterqꝫ iſtorum appetituum eſt duplex ſcilicet deſiderij et complacentie. Deſiderij eſt ad rem quam non habet. Cōplacentie vero ad rē quam habet. Dico ergo ꝙ materia prima habet appetitū confuſum deſiderij omnium formarum quas non habet ⁊ habet appetitum complacemtie diſtinctum ſuper formam quā habet: ergo ex appetitu deſiderij confuſo qui eſt ſicut chaos monſtratur appetitus cōplacentie diſtinctus qui eſt tanꝙ lux. Similiter appetitus materie eſt confuſus: quia appetit materia aliquando formam deteriorē cum habeat meliorem vt patet in appetitu forme cadaueris reſpectu anime rationalis. Eſt etiam cōfuſus appetitus materie quia aperit materia id quod non poteſt habere. Nā materia huius ligni appetit formā illius lapidis: et illam non poteſt habere: quia forma non poteſt tranſire de ſubiecto in ſubiectum.

Dicit ſecunda pars noſtre paradoxe e ſtultitia ſapiētiam: quod ſic mōſtratur ſuppoſito vno quod inuenietur ſemper verū et eſt ꝙ in qualibet familia perditur vnus vt plures lucrifaciamus: ſic in gubernatione mundi huius ſtultum quidam eſt materia prima: cum habens melius deteriꝰ appetat. Cum ſimul etiam appetat formam habere quam habet et ad ipſius maleficium machinetur deſiderans aliam habere. ¶ Sed ex hac ſtultitia dominus deus edidit ſapiētiam Nam niſi hec eēt que formas appeteret: quare illas attraheret ⁊ eadem machinaretur ad maleficium appetēs alias formas non fierent generationes et corruptiones: ⁊ ita mundi gubernatio perderetur: vnde emanat illud dictum Ariſtote. primo de generatione. Omne materiale corruptibile.

Tertia pars huius paradoxe dicitex inſipienti gubernatorem. ¶ Pro cuius declaratione noto ꝙ gubernare eſt aliquod dependens per prudentiam vel ſapientiam in aliquem bonum finem dirigere. Noto p̄terea ꝙ gubernator poteſt accipi proprie et improprie gubernator proprie non eſt niſi ſapiens: et ſic materia prima nō eſt gubernatrix huius vniuerſi. Alio modo dicitur gubernator improprie: et eſt illegratia cuius aliquis ordo conſeruatur ⁊ permanet: et ſic materia prima eſt gubernatix omnium generationum ⁊ corruptionum quia niſi ipſa eſſet non fieret aliqua corruptio neqꝫ generatiōes et corruptiōes ſaluarētur.

Quarta pars dicit ex ſorte d̄prauata ſelectiſſimō aurū māꝫ primaꝫ iure optimo vocauit ſortem de prauatam eo ꝙ imperfectiſſima ſit cunctarum ſubſtantiarum: et ita dixit beatus Auguſtinus, Duo feciſti domine vnum prope te reliquum prope nihil: hoc eſt creauit dominus deus prope ſe ſupremam ſubſtantiam angelicam: et prope nihil ideſt maxime diſtanter a ſe ipſam materiam primam. Uocamus hic materiam primā ſelectiſſimum aurum quod ſub audias in valore: quia vt dicit magiſter Thimon in ſuis metheoris libro q̄rto queſtione prima. Qualitates prime plus valent omni auro quia ſine illis non fieret aurū: ſic etiā ſine materia prima nō fieret homo neqꝫ alia res: ergo ſeletiſſimum eſt aurum.

Quinta pars dicit e machinatrice maleficij beneficium. Quia quemadmodum homo maleficus tyrannus blandicijs procurat habere aliquē ſua poteſtate, vt poſt eaipſum morti tradat ſic eodem modo materia prima appetit aliquam formam ſub ſe habere: qua habita deſiderat aliā: et ita illam quā habet corrūpit: ergo materia prima machinat̄ ad maleficiū Sed ex hoc maleficio accipitur magnum beneficium, et eſt vtilitas vniuerſi: videlicet generationes et corruptiones: et quia hec eſt vtilitas vniuerſalis bene dicitur materia prima benefica.

Dicit ſexta pars paradoxe: e morte in vitam et ecōtra quim intereat vel naſcatur; Uult dicere iſta pars; ꝙ iſta materia prima quandoqꝫ eſt in re mortua ⁊ tranſit ad viuam vt patet in materia prima que eſt in forma cadaueris et tranſit ad vermem qui viuus eſt: et materia prima nūquam naſcitur neqꝫ deſinit eſſe: in quo volo ſignificare ꝙ materia p̄ia eſt i generabilis ⁊ incorupiibilis: quod Ariſto. egregie ꝓbauit primo phiſicorum: oppoſito dato ſequeretur ꝙ aliquid fiex et ante quam fieret et corrum peretur ante quam corrūperetur: quod eſt impoſſibile: ⁊ ſequella patet: quia ſi materia prima fit: ergo vel in aliquo ſubiecto vel in nullo: non in nullo quia crearetur quod tanquam impoſſibile reputat philoſophus. Si vero fieret in aliquo ſubiecto: petam de illo ſubiecto, vel ſit in alio ſubiecto vel non: non ſecundum: ergo primum ergo vel dabitur proceſſus in infinitum vel deueniendum eſt ad aliquod ſubiectum ingenerabile, ⁊ incorruptibile quod ſit materia prima.

¶ Sed arguitur contra hoc quod determinauimus ꝙ materia prima eſt ingenerabilis et incorrupiibilis. Sic arguitur materia prima incipit eſſe et deſinit eſſe: ergo eſt generabilis ⁊ corruptibilis: tenet conſequentia: et antecedens probatur ſuppoſito ꝙ eſſent due aque ſeparate et nunc cōiūgātur. Jam materia prima huius aque totalis incipit eſſe: quia nunc eſt ens et non immediate ante hoc fuit ens.

¶ Dicendum ad hoc ꝙ ſi ille infinitiuus eſſe includat ens et diffinitio generationes que eſt progreſſus de nō eſſe ad eſſe includat etiā ens: ſic concedimus conſequens ſicut antecedens. Si vero ly eſſe in ly incipit includat ens vel entia: nego antecedens: quia ſecunda exponens eſt falſa ſcilicet iſta materia prima non immediate ante hoc fuit ens vel entia.

¶ Secundo arguitur quanto aliq̄d eſt perfectius tanto magis ſe cōſeruat: ergo per oppoſitum quanto aliquid eſt imperfectius tanto minus ſe conſeruat: antecedens patet de deo et angelis et anima noſtra et celis: et conſequens manifeſte patet de relationibus: que propter ſuam imperfectionem facile amittuntur: ſed materia prima eſt imperfectiſſima: ergo minime ſe conſeruat et per conſequens eſt corruptibilis.

¶ Pro ſolutione huius argumenti noto difficultatem corrumpēdi rem aliquam poſſe prouēire ex duobus. ¶ Primo modo ex parte magne reſiſtentie: quomodo quinqꝫ ſunt ſecundū Ariſt. libro quarto metheor. que reſiſtunt in rebus animatis corruptioni ſcilicet ſiccū. frigidum. multum. feruor motus. ¶ Secundo modo prouenit reſiſtere corruptioni ex hoc ꝙ paſſum non habeat proprietatem occultam paſſiuam qua aptum ſit ab agēti pati: quo modo nec palee a ſtomacho leonis: nec panis ab accipitre: nec ferrum a leone digeritur ſicut a ſtructione cameli ſic nec celum ab igne: nec materia prima ab aliquo patitur paſſione corruptiua: quia non cadit intra ſpheram actiuitatis alicuius agentis naturalis.

Septima pars eſt. Inter diſcrimina pacem cum ſit zizania ⁊ ſciſma. In omnibus agentibus naturalibus que viuunt in contrarietate ab illa conſumuntur et paulatim debilitantur. Hec materia prima ſola eſt in mundo inferiori: que cum ſemper ſit inter pugnantia bella ⁊ aduerſitates ſemper remanet illeſa. Et mirabilius apparet ꝙ ipſa eſt in medio pugnantiū et eſt que ſeminauit zizaniam inter pugnantia: et tamē ab illis nō corrumpitur.

Dicit octaua pars. Primum quidem ⁊ vltimum: forme ſocium et aduerſuꝫ. Eſt quidem materia prima: prima quidem in generatione: ideſt que primo preeſt ad rem generandam: et vltima ſubaudias in corruptione: quia poſt corruptam formam et qualitates remanet materia. Dicit forme ſocium et aduerſum.

¶ Pro declaratione notandum ꝙ ſocietas in entibus naturalibus poteſt accidere dupliciter. Uno modo per contiguitatem: alio modo per continuitatem. Primo modo omnia entia deſiderant contiguitatem et hoc maxime propter euitandum vacuum. Secundo modo diſtinguendum cenſemus aut enim ſunt entia naturalia: aut partes illorum: et quomodocunqꝫ ſe habeant ad hoc ꝙ continuentur debent eſſe eiuſdem ſpeciei. Poteſt autēꝫ hec ſocietas eſſe per vnionem intenſionis: et que ſic vniuntur debent eſſe eiuſdeꝫ ſpeciei. Aut poteſt hec ſocietas eſſe per vnionem informationis: et hoc modo forma vnit̄ materie: neqꝫ oportet hoc modo vnita eſſe eiuſdem ſpeciei: ſicut nec hoc opus eſt in illa vnione ineffabili hypoſthaticationis. ¶ Ex quo inferas ꝙ quemadmodum in ſocietate ciuili vniuntur diſparia et nunquam equalia: ita fit pro maiori parte in vnione naturali.

¶ Dicitur aduerſum. Pro cuius declaratione notandum eſt: ꝙ natura de mēte Ariſto. primo ethicorum ſemper ad optimum deprecatur adeo ꝙ natura non intendit niſi generare per ſe corrumpere vero per accidens: quia non poteſt generare niſi pre corrumpat: ſic accidit prime materie ꝙ de per ſe appetit aliam formam ab illa quam habet: et quia illam non poteſt habere niſi forma quam habet corrumpatur: appetit per accidens corruptionē forme quam habet.

¶ Et ſi arguatur quicquid per ſe appetit aliquem finem d̄ per ſe appetit media ad finē: ſed materia prima habet pro fine poſſidere formam quam non habet: et hunc finem appetit de per ſe: ergo de per ſe appetit medium ſcilicet corruptionem forme quam habet. ¶ Dicendum illam maximam eſſe falſam niſi addatur ſicut dicit Scotus in diſtincione. 6. ſecundi. q. vnica, et appetit conſequentiam eſſe bonam. Multa exempla dari ſolent. Primo in hac conſequentia: iſte eſt epiſcopus: ergo eſt ſacerdos: conſequentia eſt bona et multi appetūt antecedens non appetendo conſequens: quia nollent cōſequentiam eſſe bonam: idem dic in hac conſequentia iſta fenix comburitur: ergo moritur: appetit fenix antecedens et tamen non appetit conſequens. Sic in preſentiarum quamuis ſit bona conſequentia alio forma introducitur in hac materia: ergo iſta quam habet deſtruitur. Materia prima appetit antecedens ſed non appetit conſequens: quia non appetit conſequentiam eſſe bonam.

Nona pars eſt. Quarum nexus deſideratiſſimus ab vtroqꝫ appetitu vnius per accidens ſoluitur. Eſt quidem materia

maxime deſiderans formam: iuxta illud primo phiſicorum: ſicut femina virum et turpe pulchrum: ita materia appetit formam. Forma etiam appetit materiam quoniam in materia cōſeruatur. Ideoqꝫ anime beate poſtquam re aſſumpſerit corpora magis gaudebunt gaudio quoddam accidentali.

Ultima pars dicit materiam primam variari multis modis. Pro cuius declaratione notādum id ꝙ Ariſto. dixit ſeptimo metaphiſicorum. materia prima non eſt quid: nec q̄lis, nec quanta. Non eſt quid ideſt nullam formam ſubſtantialem determinat, alioqui ſi aliquam formam ſubſtantialē determinat: eius appetitus ſciaretur, iuxta illud Auerrois primo phiſicorum: ſi materia prima haberet aliquam formam eternā vtiqꝫ non apparet aliam. Non eſt qualis ideſt nullam qualitatem determinat: ſed ſolum habet qualitates ſecundū ꝙ ex poſtulat forma ſubſtātialis. Nō eſt quanta ideſt nullam quantitatem determinat. Nā ex vno pugilo terre fiunt decem aque: et ex vno terre centum aeris: et ex vno terre mille ignis: ergo materia iuxta formam, ita ex poſtulat quantitatem. Uel aliter expono ego hoc dictum materia prima non eſt quid nec qualis nec quanta: ideſt iſte terminus materia prima eſt abſtractum abſtractione preciſiua et de ſe non importat aliquam formā ſubſtantialem nec qualitatem: nec quantitatem.

## Ponitur concluſio collateralis annexa huic paradoxe que talis eſt.

Materia prima eſt vnigenea et eſt difformis: eſt in actu et eſt in potentia. Iſta concluſio habet duas partes. Prima pars eſt: ꝙ hec materia prima eſt vnigenea ⁊ eſt difformis quod ego ita intelligo, ē inquam vnigenea: quia dicit. Ariſto. primo phiſicorum. Omnium generabilium, ⁊ corruptibilium materia eſt vna quod ſubaudias ſpecie: materia enim prima mea et materia prima lapidis ſunt eiuſdem ſpeciei: quod probatur ſic: ſi alique materie prime differrēt ſpecie maxime eſſet ex diuerſitate formarum informantium tales materias: ſed hoc non valet: quia ex illo ſequeretur eādem materiam differre ſpecie a ſeipſa. Cum enim eadem ſit materia geniti atqꝫ corrupti: ſequitur eādem materiam diuerſis formis informari: igitur illa materia in nullo tempore differt ſpecie a ſeipſa in alio tempore. Dicitur etiam in ſecunda parte prime partis huius cōcluſionis: hec eſt difformis quod ſubaudias quo ad qualitates. Nam in vno ente naturali eſt calida et in alio frigida.

## Secunda pars eſt.

Materia prima ē in actu ⁊ in potentia. Pro cuius declaratione noto ꝙ duplex eſt actus. Quidam eſt actus entitatibus alius eſt actus formalis: illud habet actum entitatiuum quod habet eſſe et recedit a non eſſe: illud vero habet actum formalem quod eſt certa forma, vel habet certā formā determinare. Dico ergo ꝙ materia prima eſt ens in actu entitatiuo quoniam recedit a nō eſſe: et eſt ens in potentia formali quoniam indifferens ad omnem formam ſuſcipiendam.

## Tractatus De formis.



Forma diffinitur dupliciter Primo modo ab auctore ex pricipiorum hoc modo: forma eſt compoſitioni cōtingens: ſimplici et inuariabili eſſentia conſiſtēs. Quam diffinitionem ego intelligo bifariam. Primo modo quia ſunt alique forme q̄ nullatenus compoſitionem paciantur, vt angelus et deus quoniam non poſſunt informare materiam. Sunt etiam alique forme que compoſitionem paciantur, immo plereqꝫ, ideo forma eſt compoſitioni cō tingens: quia componitur quandoqꝫ, et quandoqꝫ non, vel aliter ꝙ diffiniatur forma que poteſt eſſe ps compoſiti naturalis. Forma eſt compoſitioni contingens ſimplici et inuariabili eſſentia conſiſtens: quod non intelligas quo ad ſpeciem eſſentialem. Nam illo modo, etiam materia prima taliter ſe habet: ſed intellige ꝙ forma ſubſtantialis, vt permaneat determinat ſuam certam latitudinem extēſiuam ⁊ qualitatiuam vltra quam, vel citra quam forma non conſiſtat: in quo diſcriminatur a prima materia que nec eſt quid nec qualis, nec quanta, vt declaratum eſt.

## Secunda diffinitio forme eſt.

Forma eſt quid diuinum et optimū dans eſſe rei. Hec diffinicio eſt Ariſt. ad finem primi phiſicorum. Dicitur forma quid diuinum et optimum: pro quanto eſt actus: et actus participat aliquid diuinitas. Dicitur dans eſſe rei: per quod nō intelligas ſicut aliqui ſiniſtre intelligūt ꝙ ſpecies rei accipiatur a forma tantum. Nam ſpecies rei accipitur a forma et materia. Namqꝫ perfectius compoſitum eſt aggregatum ex materia et forma quam ſola forma: ergo ille Binarius aliam ſpeciem conſtituet a forma. Sed intellige dans eſſe rei principaliter. Quia dicit philoſophus ſecundo phiſicorum. Forma eſt magis natura quam materia vel aliter dans eſſe rei diſtinctū ⁊ diuerſum ab alijs entibus naturalibus. Namqꝫ cetera entia naturalia non differunt ab inuicem ſpecie per materiam: ſed ſolum per formam, iuxta illud philoſophi. 5. metaphiſice: dicentis actus ſeparat et diſtinguit.

Secundum eſt declarare forme diuiſiones.

Forma eſt duplex ſcilicet ſubſtātialis et accidentalis. Forma ſubſtantialis eſt vere pars entis naturalis. Forma vero accidentalis eſt que non eſt pars compoſiti naturalis: et idem eſt forma accidentalis et accidens. Forma ſuſtantialis diffinitur eſt aliqua pars rei naturalis aliquo pacto actiōe naturali pducibilis. Forma vero accidentalis diffinitur ꝙ ſit forme ſubſtantialis diſpoſitiua, vel eiuſdem in eodem conſeruatiua vel ex talibus in eodem ſubiecto reſultans, vel forme ſuſtantiali inherens. Ponitur prima particula propter qualitates diſpoſitiuas. Secūda propter conſeruatiuas. Tertia propter qualitates: ſecundas que reſultant ex commixtione primarum. Ponitur quarta particula propter noticias que inherent anime. Forma autem ſubſtantialis quedam eſt rei animate: alia eſt rei in animate. Rei animate plante. Bruti, hominis rei in animate. elemēti, mixti, metali, lapidis, medij. Forma vero accidentalis eſt triplex, qualitas, quantitas, relatio.



## Prima proprietas forme ſubſtantialis.

Aſſignatꝰ prima ꝓprietas forme ſubſtantialis: et eſt forma ſubālis requirit in materia ad hoc ꝙ intrōducatur diſpoſitiones preuias. Iſta proprietas multis probatur rationibus. Primo dicit philoſophus ſecundo de anima actus actiuorum ſunt in patienti diſpoſito. Similiter ſecunda ratio. Materia prima eſt indifferens ad omnes formas ſuſcipiendas: ꝙ igitur recipiat hanc formam vel illam hoc prouenit: quia eſt diſpoſita qualitatiuis diſpoſitionibus ad hāc formā et non ad illam. Tertio probatur anima rationalis producitur in materia: et non producitur donec ſit materia diſpoſita per qualitatiuas diſpoſitiones: cuius ſignum eſt: quia ante quam infundatur anima rationalis in materia expectamus triginta, aut triginta quinqꝫ dies vel ampliꝰ ad hoc ꝙ anima rationalis infundatur in materia diſpoſita. Sed in oppoſitum iſtius proprietatis argueret aliquis anima rationalis eſt forma: et tamen non prerequirit qualitatiuas diſpoſitiones ad hoc ꝙ introducatur: ergo proprietas eſt falſa: conſequentia eſt nota: et maior patet, minor probatur quia oppoſito dato: ſequeretur ꝙ anima rationalis educeretur de potentia materie: quod eſt cōtra Ariſto. 16. de animalibus dicētem ꝙ anima intellectiua de foris eſt: quod gloſant omnes ideſt non educitur de potentia materie. Itē tertio de anima inquit Ariſto. ꝙ ſi aliqua forma determinaret aliquam complexionem illa forma educeretur de potētia materie: ſed ita eſt per te de anima rationali: ergo anima rationalis educeretur de potentia materie: quodquidem omnes philoſophi habent tanquam reprobum.

Nota. i. Pro reſponſione ad hoc argumētum noto quattuor modos eſſe diſpoſitionum qualitatiuarum ad formam. Primus modus eſt diſpoſi qualitatiua vel intēſiua: et iſte modus diſpoſitionis requiſitus eſt quia non ſub qualicūqꝫ intenſione caloris poteſt forma ignis generari. Secunda diſpoſitio eſt quantitatiua. Nam dicit Ariſto. ſecundo de anima: omnium natura conſtontium dabilis eſt certꝰ terminus augmenti et decrementi. Nō enim vidimus aliquādo homiuem tam magnum ſicut eſt elephans: nec tam paruum vt formicam. Tertia diſpoſitio eſt eſt diſpoſitio conſeruatiua de qua dicit Philoſophus in libro de longitudine ⁊ breuitate. Generatio eſt prima participatio anime in calido. Uita autem eſt permanſio illius. Quarta diſpoſitio organica: et talis maxime reperitur in viuentibus: iuxta illud philoſophi phi. ſeptimo politicorum: id quod eſt viuere pluribus indiget organis: et ſecundo de anima, anima eſt actus primus ſubſtantialis corporis phiſici organici potentia vitam habentis.

Nota. 2. Notandū eſt ſecundo vnum egregium phiſicum ſcilicet quid educi de potentia materie. Pro cuius declaratione ponam aliquas propoſitiones. Prima ppō. Prima propoſitio: educi de potentia materie non eſt produci a materia. Iſta propoſitio de ſe patet, quia materia prima nullius eſt actiuitatis. Secūda ppoſitio. Secunda propoſitio educi de potentia materie nō eſt ꝙ ad ſui introductiōem requirat qualitates preuias. Nam ſic anima rationalis educeretur de potē



tia materie, quia requirit qualitates preuias. Tertia propoſitio educi de potentia materie non eſt produci ab agenti materiali. Tertia propoſitio. Nam forma muris genita ex putrefactione educitur de potentia materie ⁊ tamen nō producitur ab agenti materiali: nō enim terra producit talem formā, quia imperfectius cauſaret perfectiꝰ: quod eſt contra Ariſto. ſeptimo metaphiſice dicentem nihil agit vltra ſuam ſpeciem. nec producitur a celo: quia celum eſt inanimatū et imperfectius mure: ſed certe illa forma muris producitur a ſolo deo. Quarta propoſitio educi de potentia materie non eſt vt credit Ludouicus Coronel ꝙ qualitates diſpoſitiue concurant actiue inſtrumētaliter ad productionem forme. Quarta ppō. Dicit enim egregie ꝙ in productiōe ceterarum formarum omnium concurrit deus atqꝫ qualitates diſpoſitiue concurrunt actiue inſtrumentaliter. Sed in productione anime rationalis ſolus deus: non concurrente aliqua creatura, nec actiue principaliter: neqꝫ actiue inſtrumentaliter. Sed hec opinio quāuis ſit valde egregia et ſubtilis non placet: quia multa ex ea ſequuntur inconuenientia. Primo ſequitur contra Ariſtote. ꝙ ſol et homo nō generant hominem: quod dixit philoſophus ſecundo phiſicorum: et ſequella patet: quia ſi hō nihil facit niſi decidere ſemen ⁊ applicare actiua paſſiuis. erit ſicut applicans ligna igni qui non dicitur ignem generare. Item ſequeretur ꝙ ille qualitatiue diſpoſitiones preuie non eſſent ad animam rationalem, ſed ad formam bruti vt ipſe concedit: ſed melius mihi apparet ꝙ ille qualitatiue diſpoſitiones ſunt, vt anima rationalis, poſtea per illas operetur. Quinta propoſitio: Educi de potentia materie non ſolum eſt ꝙ qualitates diſpoſitiue concurrāt ad informationem, ſed etiam ad productionem forme actiue inſtrumentaliter. Quinta ppō Sed nō educi de potentia materie eſt, ꝙ qualitates diſpoſitiue duntaxat concurrant ad informationē: ſed non ad productionem. Pro quo notādum eſt: ꝙ ſtat eundem effectum videlicet illam vnionem informationis eſſe effectum formalem vnius cauſe: et eſſe effectum cauſe effecientis reſpectu alterius verbi gratia ille effectus qui eſt inheſio eſt effectus formalis reſpectu albedinis et eſt effectus cauſe efficiētis reſpectu dei. Sic etiam ipſa informatio anime rationalis eſt effectus formalis anime rationalis: et eſt effectꝰ cauſe efficientis inſtrumentalis reſpectu qualitatum diſpoſitiuarum. Ex quo infertur ꝙ generatio hominis ab homine non conſiſtit in hoc, ꝙ vnus homo generet animam alterius: ſed in hoc ꝙ qualitates diſpoſitiue ſeminis deciſſ faciāt vnionē forme ad materiam. Namqꝫ ad generationem hominis non requiritur animam de nouo produci: ſed animā informare materiam. Nam ſi dominus deus feciſſet ab eterno vnam animam, et ſtaret in materia intime preſentialiter nondum eſſet homo. Si tamen in hoc inſtanti anima informaret materiam: in hoc inſtanti eſſet homo ⁊ generaretur homo quequidē ſententia eſt Gregorij ariminenſis primo ſenten. diſtin. quinta cōtra Okam. Et hoc etiam probatur per regulam thopicam ſicut oppoſitum in oppoſito ſic propoſitum in propoſito. Nam ſicut quando deficiunt qualitatiue diſpoſitiones vt calor naturalis anima a corpore ſeparatur. Ita etiam quando ipſe ſunt bene diſpoſite anima informat ipſam materiam.

Et ſic eſt finis primi phiſicorum.

## ¶ Incipit ſecundus liber phiſicoꝝ.

Tex.cõ.i. **Textu cõmenti primi.** [C]orum que ſunt: alia quidem ſunt natura. Alia vero ꝓpter alias cauſas. Natura ſunt animalia queq;: et partes ipſoꝝ et plante: et ſimplicia corpora: vt terra, ignis, aer, aq̃. hec n. et hmõi eẽ natura dicimus.

In hoc ſecundo phiſicoꝝ Ariſtoteles vult ꝓbare: ꝙ materia forma ⁊ priuatio ſunt de conſideratione philoſophi naturalis: ad quod ꝓbandum affert talem rationem: quicquid habet rationem nature eſt de conſideratione philoſophi naturalis; ſed materia et forma et priuatio habent rationem nature: ergo ſunt de conſideratione philoſophi naturalis: maior nota ẽ: minor probatur ad quã premittit quid ſit natura; et pro declarando definitionem nature premittit aliquas differentias entium artificialium ⁊ naturalium: Ex quo infert quid ſit natura. Dicit ergo eorum que ſunt: alia ſunt natura ſcilicet conſtantia. Alia vero ob alias cauſas ſcilicet caſum: et voluntatem: et artẽ; ⁊ ita exponit Auerrois ponit exemplum eorum que natura conſtant ſcilicet queddam ſunt animalia: et partes ipſorum et plante: ⁊ ſimplicia corpora: vt terra: aer ignis: aqua et huiuſmodi eſſe natura dicimus. (Omnia autem que predicta; ſunt videntur differentia ad non natura exiſtẽtia, quequidem enim natura ſunt omnia videntur habentia in ſeipſis principiũ motus et ſtatus hec quidem ſm locum: illa vero ſecundum augmentum et decrementum: quedam autem ſm alterationem) Monſtrat differentiam naturalium ab artificialibus: ꝙ naturalia habẽt in ſe principium motus: non vero artificialia in quantum huiuſmodi. Dicit preterea philoſoph⁹ ꝙ quedam naturalia ſunt principia ſolum motus localis: et talia ſecũdum Cõmentatorem ſunt quattuor elementa: et corpora habentia animas et superceleſtia. Secundum augmentum vero habent in ſeipſis principium vegetabilia. Secundum vero alterationem habẽt in ſeipis principium corpora compoſita quantum ad formam: ſimplicia vero quantũ ad materiam: de quo poſtea erit ſpeculatio.

Tex.cõ.2 **¶ Textu commenti ſecundi.** ¶ Lectulus autem et indumentum: et aliquod huiuſmodi genus eſt: ſecũdum quod quidem ſortitum eſt in predicationum vnaquaq; et in quantum eſt ab arte: nec vnum habet impetum mutationis innatum. Secundum autem ꝙ cõtingit ipſis lapideis aut terreis eẽ aut mixtis, ex his habent tantum). Dicit philoſoph⁹ ꝙ artificialibus in quãtum contingit ipſis adeſſe naturalia contingit, habere principium motus ⁊ quietis vt ſcanno in quantum lignum eſt: et figure hercu lis in q̃tũ lapidea eſt cõuenit deorſum deſcendere.

Tex.cõ.3 **¶ Textu cõ.3. Eſt igitur natura princi**piũ alicuius et cauſa mouendi et quieſcendi in eo in quo eſt primum ⁊ per ſe et non ſm accidens). Dico autem non ſecundum accidens cum fiat vtiq; ipſe ſibi aliquis cauſa ſanitatis cum ſit medicus: ſed tamen non ſecundum quod ſanatur medicinam habet ſed accidit eundem medicum eſſe et ſanari: vnde ⁊ diuidũtur aliquando ab inuicem. Similiter autem et aliorum vnumquodq; que ſiunt nullum enim ipſorum habet in ſeipſo factionis principium: ſed alia quidem in alijs et ab exteriori vt dom⁹ ⁊ aliorum manu factorum vnumquodq;. Alia autem in ſeipſis quidẽ ſed non ſm ſeipſa quecunq; autem ſm accidens ſiũt cauſe ſunt vtiq; ipſis: eſt igitur natura quod dictum eſt.) Philoſophus impreſentiarum ponit diffinitionem nature in qua dicit: ꝙ natura eſt principium et cauſa etc̃. Vult dicere ꝙ illud eſt natura quo mediãte differunt naturalia a non naturalibus: ſed mediãte illo quod eſt principium et cauſa mouendi et quieſcendi differunt naturalia a non naturalibus: ergo natura eſt principium mouendi et quieſcendi etc̃. Dicit non ſm accidens: ad differentiam artis medicine in mente medici qui ſanatur a ſeipſo. Nam quãuis ille habitus ſit principium et cauſa ſanandi illum medicum: non tamen primo ⁊ per ſe ſed ſm accidẽs accidit enim vt qui ſanatur ſit medicus: Et ſic dicit Philoſopus ſe habere alia artificialia que per inciſionem et ſculpturam operantur.

**¶ Textu commenti quarti. Naturã** Tex.c.4 autem quecũq; huiuſmodi habent principiũ: et ſunt hec omnia ſubſtantia: ſubiectum enim eſt quodam: et in ſubiecto ẽ natura ſemper. Vult dicere philoſophus quid ſit habens naturam: ⁊ dicit naturã autem habent quecũq; huiuſmodi habẽt principium. i. natura addit autem omnia hec ſunt ſubſtantie ſcilicet tam natura quam habens naturam: et ne quis crederet ꝙ omnis natura eſſet eodem modo ſubſtãtia. Dicit ꝙ duplex eſt natura: altera ſicut ſubiectum et potentialis: reliqua vero ſicut forma et exiſtens in ſubiecto quod eſt eſſe ens in actu: Unde ſequitur ꝙ iſte terminus natura analogice dicatur de forma et materia.

**¶ Textu commenti quinti. Secũdũ** Tex.c.5. autem naturam ſunt et hec. Et quecunq; his inſunt ſm ſe: vt igni ferri ſurſum. (Hoc enim natura quidẽ non eſt: nec habet naturam: ſed a natura et ſm naturam eſt.) Vult dicere philoſophus quid ſit ens ſm naturam: et vocat entia ſm naturam ipſa accidẽtia: et per ſe paſſiones et ꝓprietates ſequentes illam naturam.

maticis: et ſm̄ certitudinem maiorem vel minorem
ſcientie debent capere denominationem: ad ratio⸗
nes principales. ¶Ad primam dico ꝙ dicuntur me
die: quia earum propoſitiōes ſunt compoſite ex vno
temino naturali et alio mathematico. Ad confirma
tionem dico ꝙ enumerantur inter ſcientias mathe⸗
maticas; nō ꝙ ſint magis mathematice quam natu⸗
rales: ſed quia antiquitus conſueuerant eas addiſ⸗
cere cum ſcientijs pure mathematicis ante ſcienti⸗
as naturales. Ad aliam dico ꝙ non oportet ſciētias
ſubalternatas eſſe eiuſdem generis. Nam ſic omnes
ſcientie mathematice eſſent eiuſdem generis prop⸗
ter hoc ꝙ ſcientie mathematice quodam modo ſub
alternantur. Tandem dico ꝙ bene verum eſt ꝙ ſci⸗
entie medie vtuntur principijs generalibus ſciētia
rum pure mathematicarum: ſed principia ſpecialia
mediarum ſunt ſimilia in certitudine principijs ſci⸗
entie naturalis propter ꝙ ſcientie medie magis di⸗
cūtur nāles vtpote denominationē a principijs coꝝ
ſpecialibus ſuſcipiētes magis quam a generalibꝰ.

¶Querit̄ p̄terea an naturalis phi⸗ Bona qō.
loſophus habeat conſiderare materiam primam: et
primam formam que eſt prima cauſa: et videtur ꝙ
nō quia hec conſiderare pertinet ad metaphiſicum:
ergo non philoſopho naturali: ſimiliter primus mo⸗
tor eſt mouens immobile: ergo non pertinet ipſiꝰ cō
ſideratio philoſopho naturali: tenet conſequentia
quia philoſophus conſiderat omnia ratione motus.
Pro ſolutione preſentis queſtionis: quia videtur op
poſitum dicere Ariſtoteles et Cōmētator in iſto tex
tu cōmenti decimi ſexti. Noto de mente Commenta
toris in primo commento. 83. et ſecundo huius com
mento. 22. ꝙ Auicenna voluit philoſophum natura⸗
lem non demonſtrare materiam primam eſſe nec for
mam primam eſſe: ſed iſta demōſtrare pertinet ad
philoſophum primum: et naturalis debet accipere ⁊
ſupponere ab ipſo et ratio Auicenne fuit quia audi
uit ex poſterioribus analecticis: ꝙ nulla ſcientia de
monſtrat ſua propria principia: ſed materia prima
et forma prima ſunt principia omnium rerum natu
ralium: ergo philoſophus nō pōt illa demonſtrare:
ſed iſta poſitio non placet Commentatori: quia ma⸗
teria prima demonſtratur per tranſmutatiōem iux
ta illud Auerrois octauo metaphiſi. textu commen
ti decimiſeptimi: ſicut operatio fecit ſcire formam:
ita tranſmutatio fecit ſcire materiam: ſimiliter pri⸗
mus motor cognoſcitur a nobis per motum eternū
que demonſtratio non pertinet ipſi metaphiſico ſed
philoſopho naturali: ergo pertinet naturali conſide
rare primam materiam: et primam formam ſed in
veritate Cōmētator non videtur adeo bene ſenſiſſe,
vt ſenſit Auicenna: quia philoſophus dclarans vſqꝫ
ad quantum ſe extenderet philoſophus naturalis
dixit ꝙ ſe extendebat vſqꝫ ad animam rationalem
in quantum non eſt abſtracta a materia ſm̄ opera⸗
tiones ſenſitiuas: et naturales: et ita dicerem ego ꝙ
primus motor conſideratus ſecundum ꝙ eſt princi⸗



pium motus vere eſt de cōſideratione philoſophi ſꝫ
conſideratus in quantum eſt actus purus. primum
ens ſic eſt de conſideratione methaphiſice: et mate⸗
ria prima conſiderata in quantum eſt ſubiectū tranſ
mutationis eſt de conſideratione philoſophi natura
lis ſed in quantum eſt in pura potentia et omniū ſub
ſtantiarum imperfectiſſima dicetur de conſideratio
ne metaphiſice ſi plura placet videre d̄ hoc vide Io
annē de ianduno. 2 phiſicorū. q. 7. Forte tamen hec
que nos dicimus ſunt melius digeſta.

Tex.c.27 DEterminatis aūt his con⸗
ſiderandum eſt de cauſis: que ⁊ quot
numero ſint. Qm̄ enim ſciendi gra⸗
tia hoc negocium eſt ſcire aūt non an
te opinamur vnūquodqꝫ. Quā vtriqꝫ
accipimus ꝓpter quid eſt vnumqōqꝫ
Hoc aūt eſt accipere primam cauſam: manifeſtum eſt
quoniam et nobis hoc faciendū eſt: et de generatio⸗
ne et corruptione et de oī phyſica mutatione: quate
nus ſcientes eoꝝ principia reducere in ipſa tētemꝰ
Tex.c.28 queſitoꝝ vnūquodqꝫ. ¶Uno quidem mō cauſa dici
tur ex quo fit aliquid cū inſit: ſicut es ſtatue: et argē⸗
tū phiale: et hoꝝ genera. Alio aūt mō ſpecies et exē
plum. Hec aūt eſt ratio ipſius ꝙ aliquid erat eſſe: ⁊
huius gn̄a: vt eius que eſt diapaſon: duo ad vnū ⁊ om
Tex.c.29 nino numerus et partes q̄ in diffinitione. ¶Ampliꝰ
vnde principiū mutationis primū ad quietis eſt, vt
conſilians cauſa: et pr̄ filij: et omnino faciens facti: ⁊
cōmutans cōmutati. Ad huc aūt quemadmodum fi⸗
nis: Hoc aūt eſt qō cuius cauſa: vt ambulādi ſanitas
ꝓpter quid em̄ ambulat dicimus: vt ſanetur. Et dicē
centes ſic opinamur aſſignare cauſam. Et quecūqꝫ iā
mouente alio intermedia ſunt finis: vt ſanitatis: ma⸗
cies: aut purgatio: aut potiones: aut organa. Om̄ia
em̄ hec finis gratia ſunt. Differunt tn̄ ab inuicē. Qō
alia quidem opa: alia vero organa. ¶Cauſe quidē
Tex.c.30 igitur fere tot modis dicūtur. ¶Contingit aūt mul⸗
tipliciter dictis cauſis: multas eiuſdē cauſas eſſe nō
ſm̄ accidens: vt ſtatuifica et es non ſm̄ alterū aliq̄d:
ſed ſcdm̄ ꝙ eſt ſtatua: ſed non eodē modo. ſed hoc qui
dem vt materia, illud aūt ſicut vnde motus. Sūt aūt
quedam ⁊ ad inuicem cauſe, vt laborare cauſa ē bo
ni habitus ⁊ hic laborandi, ſed nō eodē mō: ſed hec
quidem ſicut finis: illa ſicut principiū motus. Ampli
us aūt eadē cōtrarioꝝ eſt. Que enim p̄ſens cauſa hu
ius eſt: et abſentem cauſam aliq̄n ꝯtrarij: vt abſentia
gubernatoris nauis ſub merſionis, cuiꝰ erat preſen
Tex.c.31. tia cauſa ſalutis. ¶Om̄es aūt nūc dicte cauſe in q̄t⸗
tuor incidūt modos manifeſtiſſimos. Elementa em̄
ſyllabaꝝ: et materia vaſoꝝ: et ignis ⁊ huiuſmodi cor
porū et partes totius, et ſuppoſitiones concluſionis
ſicut ex quo cauſe ſunt. Harū aūt he quidē ſunt ſicut
ſubiectū et partes. Alie aūt ſunt ſicut qō quid erat
eſſe: et totum et compō et ſpecies. Semen aūt et me
dicus et conſilians et omnino faciens om̄es ſunt: vn⸗
de principiū mutationis ſtatus aut motus eſt. Alie
aūt ſicut finis et bonū alioꝝ. Que em̄ eſt cuius cauſa
potiſſima eſt: et finis alioꝝ voluit eē. Differ aūt nihil
Tex.c.32 eandem dicere bonā: vel videri bonā. ¶Cauſe q̄dē
igitur he tot ſunt ſpē. ¶Modi aūt cauſarum nume
ro quidem ſunt multi. Capitales aūt et hi minores.
Dicuntur aūt cauſe multipliciter. Et ipſarū ſimiliū
ſpecierū et prius et poſteriꝰ altera alterius: vt ſani⸗
tatis medicus et artifex et dyapaſon duplū et nūe⸗
Tex.c.33. rus et ſemper cōtinentia ad vnūquodqꝫ. ¶Ampliꝰ
autem ſm̄ accidens et horum genera: ſicut ſtatue: et
aliter polycletus: ⁊ aliter ſtatuā faciēs quoniam ac⸗
cidit ſtatuā facienti Polycletum eſſe. Et ꝯtinentes
ſm̄ accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſtatue aut omni⸗
no animal. Sunt autem accidentiū alie alijs longiꝰ
et ꝓprius: vt ſi albus et muſicꝰ cauſa dicant̄ ſtatue.
¶Preter aūt omnes et ꝓprie dictas et ſm̄ accidēs Tex.c.34
alie quidem ſicut potentes dicuntur. alie vero ſicut
operantes: vt edificandi domum edificator: aut edi
ficās edificator. Similiter autem dicuntur ⁊ in qui Tex.c.35
bus cauſe que ſunt cauſe de his que dicta ſunt. vt hu
ius ſtatue vt ſtatue: aut et omnino imaginis: et eris
huius vt eris: aut omnino materie: et in accidentibꝰ
ſimiliter eſt. ¶Amplius autem complexe et iſte et Tex.c.36
ille dicuntur: vt non polycletus neqꝫ ſtatuam faciēs
ſed polycletus ſtatuā faciens. ¶Sed tamen omnes Tex.c.37
he ſunt multitudine quidem ſex: dicte autem dupli⸗
citer. Sunt enim ſicut ſingulare: aut ſicut genus:
aut ſicut accidens: aut genus accidentis: aut ſicut
complexe he: autem ſicut ſimpliciter dicte. Omnes
autē actu operantes, aut ſecundum potentiam ſunt.
¶Differunt aūt in tantū ꝙ operantes quidem et ſin
gulares ſimul ſunt et nō ſunt: ⁊ quoꝝ ſunt cauſe: ſicut
hic medicans cum hoc qui fit ſanus: et hic edifica⸗
tor cum hoc edificato. Que autem ſunt ſecundū po
tentiam non ſemper. Corrumpuntur enim non ſimul
domꝰ ⁊ edificator. ¶Oportet autē ſemper cauſam Tex.c.38
vniuſcuiuſqꝫ ſummā q̄rere: ſicut et in alijs: vt hō edi
ficat: qm̄ edificator eſt: edificator aūt ſm̄ edificatio
nem. Hec autem prima cauſa eſt: et ſic in omnibus.
¶Amplius autem alie quidem genera ſunt gene⸗
rum: alie autem ſingulares ſingularium vt ſtatue ſta
tuam quidem faciens. Hic autem et huius et potē⸗
tie quidem poſſibilium: operantes autem ad opera
ta ¶Quot quidē igitur cauſe ſint: et quomō cauſe Tex.c.39
ſunt nobis determinata ſunt ſufficienter.

PHiloſophus impreſentiarū agit
de cauſis dicens ſe velle determinare q̄ ⁊ quot
ſunt cauſe et hoc ideo quia hoc negocium non ordi⸗
natur ad operationem ſed ad ſcientiā quia nos non
poſſumus facere res naturales ſed ſolum de eis ſciē
tiam habere et quia ſcire non opinatur aliquis, niſi
cum accipimꝰ ꝓpter quid qō eſt accipe cauſam. Un̄
manifeſtū eſt ꝙ hoc obſernandū eſt apud nos circa
generationem et corruptionē et omnē naturalē muta
tionē, vt ſciamus cauſas illoꝝ mutationū vt vnūqōqꝫ
de quo querit̄ reducamus in proximā cauſam: ⁊ hec
dicit philoſophus vſqꝫ ad illā partē vno quidem mō
vbi d̄terminat nobis d̄ cauſis: dicēs quot ſunt et p̄rio
oſtendit diuerſas ſpēs cauſarū dicēs primo cauſam
materialem quā diffinit hoc modo quod eſt illud: ex
quo fit aliquid cū inſit quam vltimā particulā poſu⸗
it ad differētiam p̄uationis ⁊ cōtrarij. Nā ſtatua q̄
dē fit ex ere et phiala ex argento quare es eſt mate
ria ſtatue et argentū phiale et hoꝝ genera ſcilicet
metala et liquabilia ſunt materia ſtatuaꝝ et phiala⸗
rū. Poſtea dicit alio modo vocat cauſam formalem
ſpeciem ideſt formam materie coniunctā et exēplū
ideſt ideā platonicā que a platone ponebatur natu⸗
ra ſpecici ⁊ quedam forma abſtracta quam dicebat
plato ideam exemplar et paradigma exemplificās
autem de hac cauſa formali ponit exemplū in quadā
conſonantia muſice que vocatur dyapaſon cuius for
ma eſt ꝓportio dupla que eſt duorum ad vnū. Nam ꝓ
portiones numerales applicate ad ſonū ſicut ad ma

terīam conſonātias muſicales conſtituūt et cū duplū
ſit forma conſonantie que eſt dyapaſon benemerito ē
cauſa formalis et ad hunc modū cauſe reducuntur
oēs partes ī diffinitione: Nam ꝑtes ſpeciei ponun
tur in diffinitione non autē partes materie, vt dici
tur in ſeptimo metaphiſice et ſi dicatis ſupra dixit
philoſophus ꝙ in diffinitiōe naturali debet poni ma
teria: qꝛ nō debet poni materia in idiuiduo ſꝫ in ſpe
cie et natura ſpeciei conſtituta ex materia cōmuni ⁊
forma ſe habet vt cauſa formalis reſpectu indiuidui
qđ participat tale naturam.

Mō celebris ō ideis ¶ **Queritur circa iſtum textum ꝗ ſit**
opinio platōis de ideis circa qđ inuenio multos mo
dos dicendi accipiam tm̄ tres tm̄ et eligam modum
conuenientē verbis platonis et Ariſtotelis. Primꝰ
modus eſt qui ex verbis extrahitur Jam vici in ſym
poſio platonis qui ponit ideas nil aliud eſſe niſi ratio
nes rerum naturalium in anima mundi ſigillatas in
vltimo cōplemento ornamenti eius vbi debes ſcire
animā mūdi duos habere ordines vnum quo ab om
niū rerum auctore in medio mundi egredit̄. Alterū
quo redit in illum in primo quidē aīa tenebroſa ſeu
cauſa exiſtit in fine reditꝰ ornata ſeu mūdū adipiſcit̄
Jterū in reditu plures imaginandi gradus. Unus
quidē quo in illum reuertit̄ et hic amoris dicitur ori
go a platone in illo libro Secūdus quo ab actore il
lo illuſtratur et hic amoris pabulum. Tertius quo
illi inheret et hic amoris incendium. Quartus quo
deo plus appropinquat et hic amoris impetus dic
tus eſt. Quintus quo deus vt ſigillator in illa eiꝰ mē
te omniū rerū naturaliū formas, vt eſt dicere depin
git celoꝝ et breuiter omniū reꝝ naturaliū ⁊ hic amo
ris perfectio dicitur. vltimus ē quo omnes ille idee
rerūqꝫ ſimilitudines habēt eſſe quietum perfectūqꝫ
et ſic mundus dicitur id eſt ornamentum in quo amo
ris ſtatū plato poſuit ecce igitur ſm̄ hos ideas nil
aliud eſſe niſi rationes ⁊ rerū ſimilitudines in anima
mūdi formatas vt per illas omniū rerū teneat notio
nes et eas producere ſciat in vltimo complemento
mundi appoſitas ei. Cum autem aīa hominis in quin
to fuerit gradu rationes omniū reꝝ ſibi depingunt̄
veniens tamen ad hominis corpus mole corporis ob
tunditur et obnubilatur atqꝫ obliuiſcitur: et poſtea
ſuum ſcire ē quoddam reminiſci Secūdus modus
famoſus eſt ab Alberto electꝰ in primo ſue metaphi
ſice et eſt ꝙ ideas ponit virtutes ſtellarū deus enī cū
auctor perfectus omniū exiſtat cōueniebat mūdum
formare: ita vt nil ei deeſſe videret̄: formabit itaqꝫ
celū octauū eiqꝫ. 48. appoſuit imagines, verbi grā
celeſtis ſcorpio nil aliud eſt niſi ſtellarum amplexus
qui inferis dominatur ſcorpionibꝰ: ſerpens ſerpen
tibus: et ſic ſecūdū numerū omniū aīaliū poſuit ima
ginem determinatam, ſingulos ſingulam determinā
te: īmo Hermes Enoch Mercurius Egyptius inqt
quelibet arenarum maris ſuum obtinet ſydus: inci
tans ad incrementū eiuſdem: et quia huiuſmodi ſtel
le vitutes earum in hunc mundum mutiplicāt. ideo
inquit Ariſto. in libro de mundo quoſdam antiquoꝝ
rū dixiſſe omnia hec plena diis eſſe Opus eſt modo
dicere modū qui mihi plus platonis verbis congru
et. Dico itaqꝫ ꝙ plato in parmenide de vno rerū om
niū principio: de ideis diſputans quattuor abſoluit
Egregie qōnes de ideis questiones de eis Prima quidē vtrū idee ſint. Secū
da quorū idee ſint: et quoꝝ minime. Tertia qles ſint
quamue vim habeāt. Quarta quomodo ab his: que

infra eas ſunt participantur. ¶ Et quia queſtio an
res ſit quid rei nominis ſupponit. Jdeo dicendum
ꝙ in omnibus his queſtionibus plato per ideam vni
uerſale audit: qđ enim apud peripateticos vniuerſa
le dicit̄ ideā plato appellat. Sūt aūt vniuerſalia du
plicia generica ſpecificaqꝫ: generū plato ideas non
apponit vt in illo libro videtur. apponit ergo ideas
indiuiduorum: quas ſpecies appellat. Eſt ergo ſen
ſus prime queſtiōis an idee ideſt ſpecies indiuiduo
rum ſint, Uerbi gratia: homo ſeparatus ab indiui
duis ſecundū eſſe exiſtentie: cui reſpondet plato ca
pitulo quarto ꝙ ſic: et tu debes ſcire: ꝙ ſicut nos poni
mus hominē conceptum eſſe ens ſecūdū rationē diſ
tinctum ab indiuiduis ꝓpriis ipſumqꝫ, vt ſic non eſſe
in loco: nec in tempore: conceptus enī rei dū in intel
lectu eſt nullū tenet locū: iterum nec tempꝰ: ſic ⁊ pla
to hominem ſeparatum a materia et ab indiuiduis
ſm̄ rem ponit nullum tenens locum: nec tempus ocu
pans: et ſicut de homine dixi ita audit plato et ō om
Ad ſcđaꝫ qōnem nium indiuiduorum ſpeciebus cunctis. Ad ſecundā
queſtionem ſoluit ibidem non omnium ideas debere
poni: vt non piloꝝ luti macularum nec viliſſimorum
et vniuerſaliter eorum non videtur ponere ideas ꝗ
non ſunt per ſe intenta a natura; nec ſunt opus natu
re per ſe: ſed ſequūtur opera nature et ideo ſi habēt
ideas non proprias ſed cōmunes eis et illas que cō
ſequūtur: vt videtur ibi probare plato ſocratem in
ducens. ¶ Debes ſcire qđ (vt dicam) plato poſuit
ideas ꝓpter duo: propter generationem et propter
ſcire: et quia huiuſmodi entia viliſſima nec per ſe ſci
untur; nec per ſe generātur: ideo propie idee nō eis
reſpondēt ſed eedem idee que ſunt primoꝝ: atqꝫ hu
iuſmodi conſequuntur ſunt ⁊ horum conſequentiam
ꝓpter quod in accidentium plato ponit ideas. Ter
Ad tertiā qōnem tiam queſtionem abſoluens vult plato capitulo quin
to huiuſmodi ideas eſſe ſimilitudines rerum impar
tibiles: non diſtantes a rebus nec in his rebus vni
tas; inquit enī plato ꝙ idea hominis non partita eſt
ita ꝙ pars eius ē in vno homine et alia in altero; quē
admodum velamen quo plures cooperiuntur per to
tum eſt in pluribus: ſed velut dies: ſicut enī dies totꝰ
eſt omnibus habitantibus: et nihil ſe cernitur a die
ſic tota illa forma ē in indiuiduis: et nil ab eis ſe cer
nitur. ¶ Debes ſcire ꝙ ſicut Ariſtoteles ponit homi
nis conceptum in mente exiſtentem eſſe omnium ho
minum indiuiduorum. iterū eſſe indiuidualem ⁊ ab
omnibus participatum ſic et plato ponit hominē con
ceptum ſecundum eſſe ſeparatum ab indiuiduis ip
ſum impartibilem et omnibus illis ꝓ̄ſentem et nulla
tenus diſtantem quemadmodum ſimilitudo vna exiſ
tens: in omnibus eſt ſimilibus: et hoc vniuerſale ē pla
tonis. ¶ Quartam abſoluit plato tandem ⁊ vult hu
Ad qrtaꝫ qōnem iuſmodi eſſe ab indiuiduis participatas non ſic intel
ligendo: ꝙ pars eius vna capiatur ab vno indiuiduo
ſic enim idea diminuibilis et augmentabilis: cēt: ſed
intelligēdo ꝙ ea que ſunt hec illa capiant in diuiſibi
ter: que participari dicuntur: eo quia non eſt aliqua
coꝝ in vno indiuiduo quin ſit in alio: et ſic participa
tam dicit illi eſſe ideam ab eis ſecundū tm̄ theologos
notandū ꝙ in deo ſunt plures idee realiter diſtincte
indiuidui preciſe nullam tamen eſt dabilis idea de
formitatis quamuis ipſam deformitatem deus cog
noſcat. Secunda pars huius prime literalis eſt ꝙ in
deo ſunt plures idee diſtincte. pro cuius intelligētia
noto poſt ocham ꝙ ō huiuſmodi ideis que res ſint, di
uerſi doctores diuerſa et ad verſa ſenſere; non nullis



dicentibus eas ipſam eſſentiam diuinā eſſe: que cog
nitio eſt omnium rerū et hoc marſiliꝰ nō nullis aſſerē
tibus eas reſpectus eſſe imitabilitatis ſecundum
quos diuīa eſſentia diuerſis creaturis diuerſi mode
eſt imitabilis vt henrricus: aliis aūt recētioribꝰ opi
nantibꝰ ipſas ideas eē creaturas adeo cognitas, vt
Berſon ocham. Hec tamen controuerſia facile tol
leret̄ ſi quid nominis idee prius aſſignetur et ꝓprie
tates que ideis attribuūtur in medium ꝓponantur
Pro quo noto ꝙ inter alios beatus Auguſtinus mul
ta de huiuſmodi ideis locutus eſt: qui libro 83 qſtio
num inter cetera que dicit, idee ſunt quedā princi
pales forme vel ratiōes reꝝ ſtabiles que ipſe forma
te non ſunt et propter hoc eterne et ſemper eodem
modo ſe habentes que diuinā intelligentia continen
Nota mirabilia ō ideis tur et cum ipſe nec oriantur: nec intereant ſecundū
eas tm̄ formari dicitur omne quod oriri et interire
poteſt aīa vero negatur eas intueri poſſe niſi ratiōa
lis: non quelibet: ſed que ſancta e pura fuerit ⁊ ad
dit qua viſiōe fit anima beatiſſima: ex quibus in fer
ri poteſt plures ꝓprietates ideis conuenire: quales
pluralitas eternitas neceſſitas in mutabilitas beati
ficatiuitas: idem Aug. vbi ſupra dicit de huiuſmodi
ideis. Has autem rationes vbi arbitrādū eſt eſſe ni
ſi in mente creatoris. Nō enī extra ſe poſitum quicꝙ̄
intuebat̄ deus vt ſcđm id cōſtitueret qđ conſtituebat
Seneca etiā ad Luciliū: ō idea dicit eā eē id ad qđ
reſpiciens artifex id quod deſtinabat efficit: ex qui
bꝰ clare poteſt dici hoc quid nominis idee: idea eſt
exemplar cognitū: ad quod reſpiciens cognoſcens
pōt aliquid ꝓducere in eſſe reali. Hanc aūt diffini
tionē non eſt dubiū creature cuicūqꝫ cōpetere: ipſa
enī creatura eſt aliquid adeo cognitū ad quā creatu
rā deus reſpiciens pōt aliquid in eē reali ꝓducere:
quia ipſammet que ꝓ tanto vocat̄ exemplar ſui: quia
deus talē producit creaturā in eſſe reali qualē cog
noſcit et prius cognoſcit taliter qualiter eſt ꝓducē
da quā ꝓducat. Pari forma predictas ꝓprietates
creaturis competere reperiemus. Nam ſunt plures
quia plura cognita: ſunt eterne in eſſe cognito: quia
eternaliter cognite; ſunt neceſſarie in eſſe cognito:
et immutabiles: quia immutabiliter cognoſcuntur:
ſunt beatificatiue quia non poſſunt in verbo cognoſ
ci quin cognoſcens ſit beatus ex quibus ipſas crea
Nota vbi ſunt idee turas patet ſui eſſe ideas. Noto ſecūdo ꝓ eo qđ dici
tur ꝙ ſunt in deo: tribus modis dicitur aliquid eſſe
in deo formaliter et ſubiectiue vt perſone et relatio
nes potentialiter ſeu virtualiter: vt effectus adeo ꝓ
ducibiles et obiectiue vt res adeo cognite cum dici
mus ideas eſſe in deo intelligatur tertio mō ſcilicet
obiectiue quō dicitur obiectū eſſe in cognoſcente et
hoc ſequitur ex dictis corolarie: ſequitur etiam ex
premiſſis ideas non eſſe deo rationes formales cog
noſcendi nec ad id ponuntur vt per eas formaliter
deus intelligat nec vt ſint principiū cognoſcendi: ſꝫ
ponūtur vt ſint ſuo modo principiū ꝓducēdi ſeu rō
lis ſcilicet ꝙ deꝰ nil pōt nec ī eſſe reali efficere: niſi ꝑ
intelligat illud taliter qualiter faciendum eſt: quibꝰ
premiſſis pꝫ concluſio: ſcilicet qđ in deo ſunt idee ob
iectiue tamen: et plures et diſtincte: quod pꝫ nūc ex
precedentibus tum etiam alia authoritate Auguſt.
vbi ſupra dicentis ſingula ꝓpriis ſunt creata ratio
nibus. Has aūt vbi arbitrandū eſſe niſi in mēte crea
toris; patet etiam ꝙ ſint plures per eundē dicētem
Alia ratione conditus eſt homo: alia equꝰ: item per
Dioniſium 6 capite de nominibus diuinis; qui dicit

eas in plurali eſſe exemplaria et rationes proprias.
¶ **Ultra dico ꝙ ſolius indiuidui eſt**
dabilis idea: per hanc partem intendo negare vni
uerſalia ineſſe reali: que platonis ſunt atributa po
nenti hūanitatem eſſe naturam quādam communem
omnibus hominibꝰ et eadē eſſe in quolibet homine
vnde ſtatim īfertur: hūanitatem cuiuſcūqꝫ hominis
ad eo eſſe aſumptā: et ex cōſeqnti beatā. Que tamē
ſentētia vt prius patuit dānata eſt in cōcilio conſtan
tienſi. Jntēdo ſimiliter negare alia vniuerſalia ī eſſe
reali cōicabilia per identitatem; vt videt̄ ſentire
Paulꝰ venetus aut in differētiā vt tenet Scotus qꝛ
tamen hec aut logicalia ſunt; aut metaphiſicalia
pretermitto et probo meam concluſionem ſic. So
lum illud habet ideam in mēte diuina quod poteſt
in eſſe reali ab eodem ꝓduci vt pꝫ ex dictis: ſed nil
pōt ꝓduci qn̄ ſit indiuiduū pꝫ qm̄ īdiuiduū et ſinglꝛa
re idem ſunt vt ſuppono: et indiuiduum et ſingulare
dicit̄ id qđ ē idē ſibi ⁊ diſtinctū a quolibet alio: vt pꝫ
ex qđ nōis: igit̄ cū de quolꝫ poſſibili ſit hoc verū qđ
ſit idē ſibi et diſtinctū a quolꝫ alio: ſequit̄ ꝙ omne ta
le: eſt ſingulare et indiuiduū: et per ꝯñs nullū eſt vni
uerſale in eſſe reali: quod non ſit indiuiduū: tū etiam
omnis res eſt vna numero ꝗ cū alia facit numerum:
igit̄ cū omnis res cū alia faciat numerū erit vna nūe
ro et per ꝯñs indiuiduū.
¶ **Ultra dico ꝙ nō eſt dabilis idea**
de formitatis pro hac parte noto deformitatē du
pliciter accipi poſſe ꝓ actu aut voluntate difformi a
recta rōne cui debꝫ ꝯformari: illud dr̄ māle pecca
ti; quod ſi ſit commiſſionis: erit actus contra ꝓ̄
ceptum elicitus. Si autem omiſſionis erit ipſa volū
tas omittens cōtra preceptū. Alio modo accipit̄ ꝓ
ipſa malicia ꝯ̄ti actū vel volūtatē difformem: et hoc
eſt formale pecati ſuppono etiā huiuſmodi maliciā
pro formali non eſſe poſitiuū quid ſed priuatiuū: qꝛ
eſt carentia rectitudinis debite in eſſe cui autem
ſit debita in eſſe illa rectitudo quā priuat peccatum
eſt controuerſia inter doctores. Tenet ſcotus in ſuo
ſecūdo ꝙ ē debita in eſſe actui quod ex hoc apparet
falſum qꝛ eſt aliquod peccatū intrinſece malū pu
ta odiū dei: cui non poteſt eſſe rectitudo: ergo mali
tia illiꝰ non eſt carentia rectitudinis debite in eſſe il
li actui: qꝛ pono ꝙ illud odium eliciatur a ſocrate tē
pore quo non tenet̄ aliquem actū elicere Alii autem
vt Ocham tenent ꝙ illa rectitudo debita eſt in eſſe
volūtati: ſed hoc eadē ratione improbari pōt; qꝛ in
tpe quo nil boni tenetur ſocrates agere ſi dei odiū
eliciat: non caret rectitudine debita in eē ſue volūta
ti tūc maxime ſi teneatur ꝙ rectitudo nō aliud ſit ꝙ̄
actus rectus vt aliqui volūt: aliter igitur videt̄ di
cendū: ꝙ rectitudo quā priuat peccatū eſt conformi
tas ad rectā rationem cōtra quā quis peccat que in
hoc ſtat ꝙ voluntas ſic ſe habeat ſicut recta rō obli
gās dictat ſe debere vnde patet ꝙ difformitas pec
cati et malicia pro formali eſt carentia rectitudinis
debite in eſſe volūtati quo premiſſo intelligo meam
concluſionem de difformitate: et eam probo ſolum il
lud habet ideā in mēte diuina quod poteſt deo cog
noſcente in eſſe reali fieri ſed difformitas huiuſmodi
non poteſt in eſſe reali adeo fieri igit̄: maior eſt beati
Auguſti. vbi ſupra minor illa pꝫ qꝛ: difformitas illo
modo ſumpta non eſt quid reale; ſed priuatio vt pꝫ
ex dictis: id etiam patet per Dioniſium libro. 4. de
diuinis nominibus per damaſcenū libro 2 cap 4 di

centex malū nil eſſe ſed boni priuationē ratio etiam confirmatur per illud Joānis .i. oīa per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nihil: vbi gloſat Aug. nil ideſt peccatum quod ideo fieri non pōt quia pro formali eſt nihil.

¶ Ultra dico ꝙ de⁹ hmōi deformitatē cognoſcit. Pro hac pte noto ſm theologos Durandū et alios in ſuis primis ꝙ triplex ponit in deo cognitio ſimplicis tendentie vel aphēſionis ꝛ ſciē viſionis et ſciētie approbatiōis. Prima cognoſcit de⁹ ſe et alia extra ſe et poſſibilia omnia: vt ex dictis patet: Secūdo modo dicitur ſolum cognoſcere ꝛ ſcire illa que ſunt ſecundum aliquam differentiam temporis preteriti: pn̄tis: aut futuri: quia ſicut nos nō videmus niſi que extra nos habent eſſe in tempore: ita deus non dicitur videre niſi illa que alicui tempori coexiſtunt. Tertio modo dicitur ſcire ſolum illa in quibus ipſe deus complacet vt ſunt bona et etiā mala pene: non autem culpe: ſed ea dicitur cognoſcere primo: et ſecundo modo: et non tertio: et ita illud Abachu eſt intelligendum mūdi ſunt oculi tui ne videas malū: et illud Matthei .5. Neſcio vos: quod ad virgines fatuas dictum eſt. Quo premiſſo patet mea concluſio ꝙ deus cognoſcit deformitatē cognitione ſimplicis tendentie ſeu apprehenſionis ſicut cā intelligo: Probatur quia ex dictis in prima concluſione patet deum nullum verum ignorare: igitur dato hoc vero. Hic actus eſt difformis a recta ratione vel caret rectitudine debita illi ineſſe (demonſtrato vno peccato: deus aſſentiet illi: et per conſequens apprehendet extrema: quorum alterum eſt deformitas: igitur. Patet etiam ſecūdo: quia ſi de⁹ huiuſmodi deformitatem ignoraret: neſciret qō peccatum eſſet alio grauius: et per conſequens neſciret penam debitam peccatis ꝛ cui peccato maior pena: et cui minor debeatur quod eſt manifeſte falſum autoritate: Id etiā probatur per illud Job .ii. Ipſe enim nouit hominum vanitatem: et videns iniquitatem nonne conſiderat? Idem etiam teſtatur pſalmiſta dicēs. Delicta mea non ſunt a te abſcondita igitur. Nunc autem videamus ſecundum doctorem ſanctū quid ſint idee. Circa qō breuiter pono aliqs concluſiones quas ponit cōtra gētiles capitulo 54.

Concl'o.i. Prima cōcluſio: diuina eſſentia eſt propria ratio cuiuſlibet creature: que ſic pbatur: id in quo ſunt omnes perfectiones omnium rerum eſt ratio cognoſcēdi omnia: ſed diuina eſſentia eſt huiuſmodi ergo probatur maior: quia id in quo plura adunantur poteſt accipi ab intellectu vt ppria ratio vnius abſqꝫ aliis vt in denario poteſt accipi ratio nouenarii vna vnitate ſubſtracta. Minorem probat contra gentiles capitulo .51. tribus exemplis. Primum eſt: ꝙ ſicut calor et ſiccitas que in igne ſunt qualitates diuerſe ſoli attribuūtur ſecundū vnam virtutē. Secundum eſt ꝙ ea que diuerſis potentiis ſenſitiuis cognoſcuntur vna tamen potētia itellectiua intelligūtur. Tertium eſt ꝙ ſicut vnica potentia regis ſe extendit ad omnia que ſe extendit potentia comitis: et ſeneſcalci: ſic diuina eſſentia vnite habet in ſe omnes per-

Cōcl'o.2. fectiones que in creaturis diſperſe ſunt. Secunda concluſio iſte plures rationes in deo diſtinguntur p reſpectum rationis: hanc declarat diuus Thomas contra gentiles capitulo quinquageſimo ſecundo diuina eſſentia intellecta preciſe ſecundum ꝙ eſt imitabilis a lapide eſt propria ratio lapidis et intellecta preciſe, vt ē imitabilis ab homine eſt propria ratio hominis ꝛ ſic de aliis: ſed imitabilitas eſt reſpectus et ſit ī deo reſpectu creature eſt reſpectus rationis: ergo ille rationes diſtinguntur per reſpectū rationis: dico ergo ꝙ deus videndo eſſentiam diuinā videt quicquid in ea continetur, ſi vere preſentatur huiuſmodi autem ſunt omnes quiditates creabiles et vt repreſentat lapides eſt idea lapidis et vt hominem eſt ipea hominis. Tertia concluſio: iſte plures Concl'o.3.
rationes ſunt plures idee: pro cuius concluſionis declaratione eſt notandum ꝙ tres conditiones requiruntur ad ideam. Prima ꝙ ſit forma quam aliquid imitatur. Secunda ꝙ iſta immitatio ſit ex intentione agentis. Nam pictura que ē ſimilis ſocrati preter intentionem pictoris non habet pro idea ſocratem Tertia conditio ꝙ tale agens pre determinat ſibi finem et propter hoc anima patris non eſt idea aīe filii qꝛ generatio eſt opatio nature: his habitis ſic arguitur iſte plures rationes in diuino intellectu ſunt ad quarum ſimilitudinem producuntur creature ex intentione agētis predeterminātis ſibi finem: ergo ſunt idee ꝙ autem ſint plures patet: quia ſunt diſtincte per reſpectus ſupradictos: ex quo ſequitur ꝙ diuina eſſentia ſecundum aliam ꝛ aliam rationem eſt omnium idea. Quarta concluſio licet deus non habeat ideam proprie loquendo niſi de cognitis ab ea Cōcl'o.4.
pratice tamen rationes haber de cognitis ab eo pratice, vel ſpeculatiue. Hoc enim apparet rationabile quia idea eſt exemplar ad aliquid faciendum: ergo ꝙ non eſt operabile non habet ideam. Quinta concluſio non omnia diſtincta in re habent diſtinctā ide- Cōcl'o.5.
am proprie loquendo de ideā probatur concluſio: Tum quia mala non habent propriam ideā in deo, nec ſecundum ꝙ idea eſt exemplar: quia nihil qō eſt in deo poteſt eſſe principium male formatiuum: nec etiam ſi accipiatur communiter idea pro ratione vel ſimilitudine: quia malum dicitur ex hoc ipſo quod non habet formam. Unde cum ſimilitudo attendatur ſecundum formam aliquo modo practicaꝫ non poteſt eſſe quod malum aliquam ſimilitudinem habeat in deo cum aliquid dicatur malum ex hoc ipſo ꝙ a pticipatione diuinitatis recedit. Iſtam probationem ponit ſanctus Thomas de veritate queſtio tertia articulo quarto tum qꝛ materia prima licet habeat ideam in deo: non tamen diſtinctam ab idea forme vel compoſiti: quia idea proprie dicta reſpicit rem ſecundum quod eſt producibilis ineſſe: materia autem non poteſt tranſire ineſſe ſine forma nec econuerſo: vnde proprie idea non reſpondet materie tantum: nec forme tantum: ſed toti compoſito reſpondet vna idea que eſt factiua totius: ꝛ quantum ad formam et quantum ad materiam. Si autem large accipiamus ideam pro ſimilitudine vel ratione: tunc illa poſſunt per ſe diſtinctam habere ideam que poſſunt diſtincte conſiderari: quamuis ſeparatim eſſe non poſſint: et ſic nihil prohibet materie prime etiam ſecundum ſe ideam eſſe. Iſtam pbationē ponit ibidem articulo quinto. Tum quia quedam accidentia non habent ideam diſtinctam ab idea ſubiecti proprie loquendo de idea ſcilicet ſecundum qō eſt exemplar factiuum. Sicut enim dicit ibidem articulo ſeptimo quedam ſunt accidētia ex principiis ſubiecti cauſata que ſecundum eſſe nunquam a ſuis ſubiectis ſeparantur: et huiuſmodi vna operatione cum ſuis ſubiectis producuntur ineſſe: vnde cū idea proprie loquendo ſit forma rei operabilis in quantū



huius non erit talium accidentium idea diſtincta ab idea ſubiecti: ſed ſubiecti cum omnibus accidentibus erit vna: quedam vero ſunt accidentia que non conſequuntur inſeparabiliter ſuum ſubiectum: nec ex principiis eius dependent et talia producuntur ineſſe alia operatione preter illam qua producitur ſubiectum et talium accidentiū in deo ē idea diſtincta ab idea ſubiecti: ſed ſi inquit large accipiamus ideam pro ſimilitudine vel ratione ſic vtraqꝫ accidētia habent ideam diſtinctā in deo: quia per ſe diſtincte conſiderari poſſunt. Tum quia non alia idea reſpondet generi vel ſpeciei: et alia indiuiduo in quo ſunt: vnde ibidem argumento octauo ad ſecundum dicit: ſi loquamur de idea proprie ſecundū ꝙ eſt rei eo modo quo eſt ineſſe producibilis ſic vna idea reſpondet ſingulari et generi et ſpeciei indiuiduitatis in ipſo ſingulari. Si autem accipiamus ideam communiter pro ſimilitudine vel ratione: ſic cum diuerſa ſit conſideratio ſortis vt ſortes eſt: et vt homo eſt: et vt animal eſt reſpōdebunt ei ſecūdum hoc plures idee vel ſimilitudines. Hec ille et breuiter omnium probatio eſt: quia ſolum illa habēt diſtinctas ideas proprie loquendo de idea que ſunt diſtinctim factibilia. Idem ponit prima parte queſtione decima q̄nta articulo tertio. Poſtea philoſophus proſequitur de aliis generibus cauſarum ponens exēm de cauſa efficienti dicens ꝙ cauſa efficiens eſt duplex ſcilicet perficiens, preparans, adiuuans, conſilians. Perficiēs eſt q̄ dat complementum motui vel mutationi: vt introducens formam ſubſtātialē in generatione cauſa preparans ſeu diſponens eſt diſponens materiā. Adiuuans vero eſt que non operatur ad finem proprium ſed alterius. Conſilians vero eſt in his q̄ agunt a propoſito et eſt qō dat agenti formam per quam agit. Nam agens a propoſito agit per ſuam ſcientiam quam conſilians ſibi tradit ſicut in omnibus naturalibus generans dicitur mouere grauia, vel leuia in quātum dat illis formam quod dicit ſub his verbis vnde principiū mutationis: primū vt conſilians cauſa et pater filii et omnino faciens facti et commutans commutati. Poſtea aſſignat cauſam finalem et dicit ꝙ finis eſt duplex ſcilicet quo et gratia cuius finis quo eſt medium ad finem gratia cuius vt ſi aliquis euellat herbas propter conficiendam potionem potio eſt finis quo: et ſi potionem conficiat et bibat propter ſanitatem ſanitas eſt finis gratia cuius. Unde dicit ꝙ non ſolum eſt finis id quod eſt vltimum vt ſi aliquis premittat multa media ad conſequendum vnum finem que media ſint inuicem ſubordinata: tunc iſtorum mediorum quedam ſunt organa ideſt inſtrumenta vt farmacum: quedam vero ſunt opera operata vt humorum purgatio. Circa hanc materiam de cauſa finali aliqua ad mentem Ocham ſecundo ſententiarum queſtione tertia: et ad mentem Gabrielis ſecundo ſententiarū diſtinctione prima queſtione quinta epilogabo. Primo no-

Nota.i. to ꝙ cauſa finalis ſtricte eſt aliquid amatum amore amicitie ab aliquo agente propter ipſum aliquem effectum producēte. Ubi notandum eſt ꝙ amor amicitie eſt qui habetur de aliqua re non propter aliqueꝫ actum preuium vt ſi amarem filium meum non ppter aliquod niſi quia filius eſt. Amor vero concupiſcientie eſt amor quo amo rem aliquam propter aliquem actum preuium, vt ſi amo preceptorem docentem filium meum propterea ꝙ amo filium meum Diffinitio declaratur exemplariter hoc modo amatur a me vita amore amicitie propter quā amatam deſidero ſanitatem et propter ſanitatem dilectam diligo potiōem amatam: propter quam dilectam diligo euellere herbas vita vt dilecta amore amicitie a me ē cauſa finalis propter quam ego euellam herbas et faciā reliqua. ¶ Ex hac diffinitione inferunt tria corolaria. Primum. Nō omne illud per quod Corola.i.
ſufficienter reſpondetur ad queſtionem factam de propter quid eſt cauſa finalis probatur. Nam ſi aliquis egrotans deambularet: et peteret aliquis propter quid iſte deambulat ſufficienter reſponderet quia non vult eſſe eger et tamen egritudo nolita non eſt: eſt cauſa finalis ſtricte: quia non eſt amata amore amicitie. ¶ Secundū correlariū quādo plu- Corīn.2.
res effectus ordinantur vt erat in exemplo tacto. Poſteriores effectus ſunt cauſe finales priorum et priores effectus ſunt cauſe efficientes poſteriorum exemplum eſt de euulſione herbarum et de potione amara, nam potio amara eſt cauſa finalis euulſionis herbarum. et euulſio herbarum eſt cauſa efficiēs potionis amare. ¶ Tertium corolarium: illud dic- Corolīn.3.
tum philoſophi ſecundo phiſicorum, Finis eſt primus in intentione vltimus in executione non eſt intelligendum ꝙ finis vltimo acquiratur. Nam vita in exemplo ſignato acquiſita eſt et preeſt actioni: ſed intelligatur ꝙ cauſa finalis eſt vltima in executione ideſt dirigit agens vſqꝫ ad vltimi effectus executionem. Notabis pterea ꝙ cauſa finalis capitur large et ſic eſt aliqd amatū amore amicitie vel ↄcupiſcientie vel nolitum ab aliquo agente propter ipſum amatum vel nolitum aliquem effectum producente. Nota vlterſus ꝙ duplex eſt cauſa finalis quedam eſt p̄ſtituta a voluntate: reliqua eſt non preſtituta a voluntate: voco preſtitutam a volūtate illam propter quā amatam vel nolitam agens agit effectum cauſa vero finalis: non preſtituta a voluntate eſt illa propter quam agens agit non tamen propter illam eſſe amatam vel nolitam. Ex quo infertur ꝙ primū velle voluntatis non habet cauſam finalem a voluntate preſtitutam quia tale velle non agitur propter aliud velle prius. Primum tamen velle habet cauſam finalem a voluntate preſtitutam: quia nolitio alicuius ſemper preſupponit volitionem alterius. Notabis preterea ꝙ cauſa finalis dicitur cauſa metaphorice Cauſa enim proprie aut dat eſſe aut conſtituit eſſe ſꝫ cauſa finalis nec dat eſſe rei nec eſſe rei conſtituitur per illam. Sed dicitur cauſa: quia propter illam amatam agens mouetur ad operandum. Dubitaret aliquis ꝙ eſt cauſatum cauſe finalis. Ad quod dico ꝙ non eſt ipſum agens. Nam tunc idem eſſet cauſatum a ſeipſo. Accidit enim idem eſſe cauſam finalem et efficientem quod eſt in deo. Deus enim eſt cauſa efficiens omnium effectuum et etiam cauſa finalis illorum. Nam dicitur prouerbiorum decimo ſexto capitulo. Omnia propter ſemetipſum operatus eſt dominus. ꝛ ſi cauſatum cauſe finalis eſt efficiens idem cauſaretur a ſeipſo propter quod dico ꝙ cauſatum cauſe finalis ſupponit pro effectu cauſe efficientis connotandoqꝫ a cauſa efficienti ſit factus ex amore cauſe finalis. ¶ Notabis vltra de intellectu illius dicti Auicenne ſexto metaphiſice: vbi dicitur. Cauſa finalis ē prima cauſarum ꝙ tu ſano modo intelligas. Nam vere quando cauſa finalis cauſat effectum: ſimiliter efficiens cauſans illum eſt: ergo cauſalitas cauſe finalis eſt prior cauſalitate cauſe efficientis quantum ad effectus ad extra: nō

quantum ad effectus ad intra. Exemplum ē bonum. Habeo deſideriū ſanitatis: propter illud vado ad euellendas herbas: prius eſt cauſam finalem mouere me ad ſui dilectionē ad intra et poſt eſt me euellere herbas preceſſit: ergo cauſa finalis cauſam efficientem quantum ad operationem ad extra que eſt euellere herbas non tamen quantum ad operationē ad intra que eſt volitio ſanitatis. Ultimo nota ꝙ agētia inanimata non habent cauſam finalem preſtitutā a volūtate creata ſed bene cauſam finalē preſtitutā a voluntate increata dirigēte: tales enim fines habent agentia creata quales ipſis preſtituit deus.

Dubium vtrū₃ preter q̄ttuor genera cauſarum ſit aliō genus.

Dubitaret et aliquis vtrum preter quattuor genera cauſarum ſit aliud genus: ⁊ videtur ꝙ ſic quia datur cauſa inſtrumentalis que non reducitur ad aliquod quattuor generum: ſimiliter datur cauſa exemplaris que nō reducitur ad aliquod quattuor generū. Ad hoc dicitur ꝙ cauſa inſtrumentalis reducitur ad genus ſue cauſe principalis vt ſi eſt inſtrumentalis cauſe efficientis reducitur ad cauſam efficientē et ſi eſt inſtrumentalis cauſe materialis reducitur ad cauſam materialem qualis eſt quantitas et ad illud de cauſa exemplari: dicitur quod cauſa exemplaris idem eſt ꝙ cauſa efficiens per intellectum. Poſtea philoſophus dicit ab illa parte textus. Contingit autem multipliciter dictis cauſis vſq₃ ad illā cauſa ſalutis: tria primum eſt ꝙ cum cauſe dicantur multipliciter contingit vnius et eiuſdem effectꝰ eſſe multas cauſas de per ſe: vt ſtatuariꝰ eſt cauſa efficiens et es eſt materia: et inde eſt: quod aliquando vnius rei aſſignantur plures diffinitiones potiſſima tamen diffinitio eſt illa que complectitur omnes cauſas, ſecūdum ꝙ dicit eſt ꝙ quedam ſibi inuicem ſunt cauſe vt laborare eſt cauſa efficiens ſanitatis: ⁊ ſanitas eſt cauſa finalis de ambulationis. Tertium qd dicit eſt ꝙ idem poteſt eſſe cauſa contrariorum ſicut nauta per ſuam preſentiam gubernat nauim et per ſuam abſentiam ſubmergit nauis quod in pluribus aliis poſſet exemplificari, namq₃ ſol liquefacit ceram et coagulat lutum quod eſt ex diuerſitate paſſi, namq₃ in cera eſt humiditas aerea viſcoſa tenax: taliter ꝙ nequeas diſtendere vnam partem qui tota diſtendatur prius quidem rarefactibilis quam reſolubilis. Aliud eſt de humiditate luti que eſt aq̄a male comixta cum ſicco terreo: ratione cuius facile exhalat: ideoq₃ lutum indurat. Similiter ſol coagulat ſalem et tamen liquefacit niuem: ſimiliter cepe per exterius vlcerat et per interius nutrit ſimiliter aloes per exterius conſolidat venas et reſtringit ſanguinem et per interius aperit orificia venarum apertione ſanguinem manare facienti. Similiter vinum melancolicos facit hilares et colericos facit furioſos ex diuerſitate paſſi tertia problematum Ariſtoteles. Similiter vinum per exterius deſiccat et per interius humectat. Similiter plūbum per exterius reſoluit et non per interius: ergo bene probatum eſt idem eſſe cauſam contrariorum quod etiam videre eſt in Pſylio qd quidem per exterius infrigidat ideſt in partibus exterioribꝰ ſui ſed in interioribus eſt calidum in quarto gradu: ergo idem poteſt eſſe cauſa cōtrariorum, item ſol facit ceſſare ventos et commouet illos. Primum quidem facit in eſtate ſecundum in autūno et vere.

¶ **Jam vero a textu commenti tri**geſimi primi vſq₃ ad illud tot ſunt ſpecie philoſophus probat exemplariter ꝙ omnia genera cauſarum reducātur in quattuor ſpecies numeratas quod declarat exemplis quia elementa ſunt cauſa ſyllabarum et terra eſt cauſa vaſorum vt argentum phiale et ignis et reliqua elementa ſunt cauſe mixtorum et ſimiliter partes ſunt cauſe materiales totius et ſuppoſitiones ideſt propoſitiones ſyllogiſmi ſunt cauſa concluſionum et omnia iſta habent ſe vt cauſe materialis ſyllabarum et quattuor elementa corporum mixtorum. ¶ Dicit deinde textus ꝙ formales cauſe ſunt ſicut ꝙ quid erat eſſe ideſt diffinitio et totum: ideſt forma totius ⁊ compoſitio: ideſt forma arificialis et ſpecies: ideſt forma naturalis et ſtatim dubitat philoſophꝰ quo modo dicit ꝙ partes ſunt cauſe materiales totius animalis. Cum ſupra dixerit ꝙ ſunt cauſa formalis poteſt dici ad hoc ꝙ ſupra locutꝰ eſt de partibus ſpeciei que cadunt in diffinitione totius: hic autem loquitur de partibus in quarum diffinitione cadit totum ſicut circulus cadit in diffinitione ſemicirculi.

¶ **Dubitaret etiā aliq̄s q̄n̄o dicit ꝙ** premiſſe ſint materia ɔclōnis cū cauſa materialis ſit intra rem et premiſſe non ſunt intra concluſionē. Dicendum ꝙ premiſſe ſunt cauſe materiales concluſionum: quia materia ideſt termini premiſſarum ſunt termini concluſionis: ſicut farina eſt cauſa materialis panis: quia materia farine eſt panis. Deinde ponit exemplum de cauſa efficienti de femine conſiliante et medico: deinde dicit exēm de cauſa finali dicens ꝙ eſt id gratia cuius fit aliquid: et dicit ꝙ finis eſt habens rationem boni et eſt cauſa cauſarum quia finis mouet agens et forme ordinantur ad finē et materia ad formam ſicut ad finem et dicit ꝙ nihil refert finē eſſe bonū vel apparēs bonū. Dicit preterea philoſophus: modi autē cauſarum numero quidem ſunt multi ſed principales et in capita redacti et ſummas ſunt pauciores: dicuntur autem cauſe multipliciter et in cauſis ſimilium ſpecierum ideſt eiuſdem generis inuenimus aliquid prius et aliquid poſterius cauſam in quam vniuerſaliorem vocamus priorē vt ſanitas cauſa ē ⁊ medicus vt cauſa propria ⁊ poſterior artifex vero vt prior ⁊ cōmunior ſed notādū ꝙ illud etiam contingit in cauſa formali vt videre eſt reſpectu conſonātie que eſt diapaſon eſt duplex cauſa formalis propinq̄ vna ſed nūerus eſt cauſa formalis remota et ſemꝑ continentia ad vnūquodq₃ ideſt ſuperius reſpectu inferioris eſt cauſa prior et communior.

¶ **Preterea dicit amplius autem ſe**cundum accidēs. Textu commenti trigeſimi tertij: ꝙ quemadmodum cauſe per ſe diuiduntur in poſteriores et priores: ita etiam cauſe per accidens vt videre eſt quia Polycletus eſt cauſa per accidens ſtatue et eſt cauſa per accidens propinqua ⁊ poſterior ſed homo et animal ſunt cauſa per accidens ſtatue: ⁊ remotiores. Preterea harum cauſarum de per accidens quedam ſunt magis propinque quedam magis remote vt muſicum reſpectu edificationis propinquius ſe habꝫ quam album eo ꝙ muſica ⁊ ars edificatoria ſunt ī eodē ſubiecto ⁊ hoc dicit vſq₃ ad illā partem (: Preterea autem omnes vbi inchoat: textu commenti trigeſimi quarti, vbi dicit aliam diuiſionem cauſe quedam ſunt in potentia quedam in actu cauſe quidem in actu ſunt operantes: et in potentia ſunt potētes.)



¶ **Preterea dicit Philoſophus tex**tu commenti trigeſimi quinti ꝙ etiam in effectibus contingit reperire prius et poſterius: magis commune et minus commune, vt ſi dicamus aliquid huius ſtatue vel ſtatue: Et ſimiliter poteſt dici in effectibus de per accidens vt effectus coci eſt cibus delectabilis de per ſe: ſed per accidens eſt cibus ſanitatiuus ⁊ medici econuerſo.

¶ **Dicit preterea textu commenti** trigeſimi ſexti ꝙ aliquando accipiuntur complexe cauſe per ſe cum cauſis per accidens: vt ſi dicatur Polycletus ſtatuam faciens. ¶ Deinde dicit ꝙ iſti modi cauſarum reducuntur ad ſex: ſcilicet ſingulare et genus aut accidens: et genus accidentis ſimplex et complexum ⁊ quodlibet horum diuidit per actum et potentiā: et ita omnes modi fiunt duodecim.

¶ **Preterea dicit textu cōmē. trige**ſimi ſeptimi ꝙ ī cauſis in actu ſimul ſunt cauſa ⁊ cātū et ſe inferunt mutuo affirmatiue et negatiue: ſed nō ſic cauſa in potentia. Nam non valet edificator non eſt: ergo domus non eſt.

¶ **Deinde etiam textu commēti tri**geſimi octaui, dicit ꝙ in naturalibus oportet ſemper ſupremam cauſam vnius cuiuſq₃ requirere: ſicut contingit in artificialibus vt ſi queramus quare homo edificat. Reſpondetur quia eſt edificator: et ſimiliter ſi queramus quare eſt edificator. Reſpondetur quia habet artem edificatiuam: et hic ſtat: quia eſt prima cauſa in hoc ordine et ideo oportet in rebus naturalibus procedere vſq₃ ad cauſam ſupremam et hoc ideo eſt quia effectus neſcitur niſi ſciatur cauſa. Unde ſi alicuius effectus cauſa ſit etiam illius cauſe effectus ſciri non poterit niſi cauſa eius ſciatur: et ſic quouſq₃ perueniatur ad primam cauſam.

¶ **Deidne textu commenti trigeſi**noni: ꝙ effectus et cauſa debent proportionari generales cauſas generalibus effectibus ſingulares ſingularibus: et ſpeciales ſpecialibus: vt ſtatue cauſa eſt ſtatuarius et huius cauſe hic ſtatuarius et effectus in potentia correſpondet cauſe in potentia et effectus in actu cauſe in actu: ſed quia Ariſtoteles loquitur de multiplici diuiſione cauſarum non erit inutile ſi nos etiam aliquas cauſarum diuiſiones percurramus. Prima diuiſio eſt. Cauſarum efficiētium quedam ſunt ſubordinate: alie vero ſunt nō ſubordinate: poſteriores ſunt quarum nulla ab alia eſt producta et nulla concurrit ad productionem alterius Subordinate vero dicuntur quarum vna eſt ab alia producta aut vna concurrit ad productionem alterius: et iſte ſubordinate bipharium dicuntur: quedam ſunt eſſentialiter ſubordinate: alie vero accidētaliter ſubordinate. Eſſentialiter ſubordinate ſunt quarum vna eſt ab alia producta et ab alia conſeruatur: et ad eius actionem concurſum eius requirit. Accidentaliter vero ſubordinate ſunt quarum vna eſt ab alia producta ſed non requirit concurſum eiꝰ ad actionem: nec eius exiſtentiam ad eius conſeruatiationem: quomodo ſe habent pater et filius. Exemplum autem cauſarum. Eſſentialiter ſubordinatarū ſunt ſol et ſuum lumen. In his autem cauſis accidentalliter ſubordinatis non eſt dependentia vnius ad alteram: ſed in cauſis eſſentialiter ſubordinatis bene eſt dependentiā inferioris a ſuperiori. Hanc tamen dependentia duabus rationibus egregiis ſuadet Ludouicus coronel in ſecundo phiſicorum. Prima ratio. Uidemus omnia entia naturalia abhorrere vacuum et deſiderare vnionem: quod nō eſſet ꝑpter aliud: niſi quia ſi eſſet vacuum protinus non poſſet actio celi peruenire ad rem ipſam: alio qui creatura crearet producendo aliquid per vacuum: ergo neceſſe eſt dicere ꝙ omnia hec entia inferiora deſiderant continuitatem vt magis abunde recipiāt influentiam celi. Secunda ratio eſt eiuſdem egregii ſupponēdo ꝙ naturaliter non poſſunt eſſe plures ſpecies quam iam ſunt et ꝙ corpora celeſtia ſunt perpetua. Tunc ſic arguo vel ad conſeruationem vel actionem iſtorum inferiorum corpora celeſtia requirunt vel non: ſi primum intentum: ſi ſecundum fruſtra in eternum conſeruarentur cum poſſent produci entia eiuſdem ſpeciei cum illis que iam ſunt ab exiſtentibus in inferioribus: et ſi dicatur ꝙ conſeruantur in eternum ad productionem eorum: et alterius ſpeciei eſſe non poſſunt. Patet ex vna ſuppoſitione: igitur et ſi dicatur ꝙ ſine concurſu corporum celeſtium entia exiſtentia non ſufficerent ad productionem aliorum entium: habetur intentum.

¶ **Sed cōtra ſic arguitur ſi ſecundū** concurſum agentis particularis ita concurrit agēs vniuerſale: ſequeretur ꝙ deus faceret aliquod agēs ꝑticulare infinite actiuitatis ita ꝙ tale agēs ageret independenter a celo aut ſi celum cū illo agat infinito concurſu coageret quod videtur falſum cum celum ſit finite actiuitatis. Dicendum ad hoc argumētum celum vſq₃ ad ſuum concurſum quo concurrere ſolet procedere duplando et triplando concurſum ſuum ſicut agens naturale ſuam virtutem duplauerit aut triplauerit. Deinde vero cum illud agens plus acreuerit coaget illi celum ſuo concurſu maximo non magis augmentando. Secunda diuiſio eſt Duplex eſt agens quoddam mediatum aliud immediatum. Agens immediatum dicitur ꝙ ſic ad actionem concurrit ꝙ inter ipſum et effectum non mediat aliud agens ab eo productum: taliter ſe habet aqua reducendo ſe ad priſtinam frigiditatem: ⁊ taliter ſe habet ſpecies et potentia in cauſando notitiam: Agens vero mediatum eſt inter quod ⁊ effectum mediat aliquid ab eo productum taliter ſe habet intellectus reſpectu aſſenſus cōcluſionis quia illum producit mediante aſſenſu premiſſarum dicitur ab eo productum: quia deus reſpectu cuiuſcunq₃ effectus eſt agens immediatum quia ad nullius effectus producionem requirit agens productum ab eo Ex quo ſequitur deum ſe ſolo quemlibet effectum ꝓducere poſſe. Si contra hoc arguas ſupponendo ꝙ ex diuerſitate efficientiū concludēda eſt diuerſitas effectuū ſi ē ſpecifica ſpecifica ſi generica generica. Tunc ſic ad productionem luminis eiuſdem ſpeciei cum lumine ſolis deus requirit ſolem ſecum concurrere: igitur antecedens probat detur oppoſitum et deus ſe ſolo producat tale lumen iam cauſe totales illorum luminum ſpeciei diſtinguerentur agregatū enim ex deo et ſole non eſt eiuſdem ſpeciei cū deo ergo lumina illa ſpecie diſtinguerētur. Pro ſolutione nota ꝙ diuerſitas cauſarum non arguit diuerſitatem in effectibus. Nam quicquid deus et cauſa ſecunda facit deus ſe ſolo pōt facere in hoc enim con

ſiſtit omnipotentia: igitur quamuis deus ſit cauſa differens in ſpecie ab ipſo deo et a cauſa ſecunda nõ propterea effectus cauſatus ab ipſo deo differt ſpecie ab effectu cauſato ab ipſo deo: et a cauſa ſecunda: Notabis tamen ꝙ iſta ꝓpoſitio: quicquid de⁹ põt facere cum cauſa ſecũda poteſt facere ſe ſolo, intelligatur de cauſa ſecunda efficiẽti non formali vel materiali. Nam deus cum forma et materia poteſt componere hominem: deus tamen ſe ſolo non poteſt componere hominem at tamen hec diuerſitas cauſarum ſpecifica non arguit diuerſitatem ſpecificam effectuum. Effectuum tamen diuerſitas negatiue arguit diuerſitatem ſpecificam cauſarũ vt bene dicit Paulus venetus ſecundo de anima, vt bene ſequitur. b. effectus natus eſt produci ab. a. cauſa et. b. nec ſibi ſimilis eſt natus produci. a. c. cauſa: ergo. a. cauſa ⁊. c. cauſa differunt ſpẽ. ¶ Secundo arguitur, deus non poteſt ſe ſolo producere peccatum: ergo nõ eſt agẽs immediatum reſpectu cuiuſlibet effectus. Reſpondetur peccatum deus poteſt producere ſed non poteſt õus producere pecatum ſed ſi quiſpiam argueret ꝙ deus ſit cauſa pecati in ratione pecati. Sic arguendo: bene ſequitur iſte actus eſt demonſtrando q̃dam actum intrinſece malum: ergo iſte actus eſt difformis. Conſequentia eſt bona et deus vult antecedens: ergo vult conſequens: ⁊ ita vult difformitatem ſub ratione difformitatis dicunt aliqui ad hoc concedendo illud. Nec per hoc infertur ꝙ deus pecaſſet: quia non eſt legi aſtrictus: Sed forte dices ꝙ quamuis Deus velit antecedens: non tamen vult conſequens: quia non vult bonitatem conſequentie Et ſi contra hoc arguatur illa, conſequentia eſt bona ergo deus vult illam eſſe bonam. Pro reſponſione noto ꝙ in deo duplex eſt voluntas. Prima eſt voluntas beneplaciti. Secunda eſt voluntas ſigni vt ponit Magiſter ſententiarum: diſtinctione quadrageſima quinta primi: Et de Alliaco bene explicat decima quarta primi voluntas bene placiti eſt qua deus vult aliquid eſſe vel fieri et hec voluntas ſemper impletur alia voluntas ſigni et hec eſt volũtas qua deus vult a nobis aliquid eſſe vitandum vel faciendum vel conſilio proſequendum et habet ſecundum magiſtrum quinq; ſpecies preceptio, prohibitio, conſilium, operatio, permiſſio: et vocãtur iſte voluntates: quia ſepe numero ſignum vocatur nomine ſignati, vt dicimus teſtamentum eſſe voluntatem teſtatoris et ſic intelligit illud Pſalmi. Magna opera domini exquiſita in omnes voluntates eius; et de hac oportet dicere ꝙ nõ ſemper impletur. Nam deus voluntate bene placiti vult illã conſequentiã eſſe bonam non tamen vult conſequens: quia conſequẽs videtur velle Deus voluntate ſigni. Ex quo ſequeretur deum velle nos peccare. Uel dicas ꝙ deus vult conſequens voluntate bene placiti non ſigni et nos nõ tenemur cõformari deo in voluntate beneplaciti ſʒ ſigni nãq; cũ occidit aliquis a fulgure de⁹ vult illum occidi voluntate bene placiti poſtquam occiditur: et tamen ego non ſunt obligatus ad volendũ ꝙ occidatur ſed ad oppoſitũ. ¶ Tertia diuiſio agentium quoddam eſt agens liberum et aliud ẽ agens naturale. Agens liberum eſt ꝙ poſitis omnibus requiſitis ad agendum poteſt agere et poteſt non agere. Talis eſt voluntas quequidem poſitis omnibus requiſitis ad volendũ poteſt velle ⁊ non velle. Agẽs vero naturale eſt: qõ poſitis omnibus requiſitis ad agendum neceſſario agit: talis eſt ignis qui poſitis õib⁹ neceſſario requiſitis ad cõburendũ de neceſſitate cõburit vt poſita ſtupa deſiccata et igne ꝓxio illi. Sed ꝯtra illã diffiõnẽ agentis liberi ſic argumẽtor ſequeretur ꝙ volũtas eſſet agens naturale: quia oĩbus poſitis requiſitis ad volendum neceſſario vult: quia vnum de requiſitis ad volendum eſt concurſus dei ſed ſi deus concurrat neceſſario voluntas operabitur: ergo omnibus poſitis ad agendum neceſſario agit. Dicit ad hoc Almain in ſuis moralibus ꝙ in diffinitione agentis liberi per ly requiſitis debet intelligi preuijs ⁊ non cõcomitantibus et concurſus dei non eſt de preuijs ſed ſolum de concomitantibus aliter reſpondet Anges in ſuis moralibus folio quarto dicens ꝙ incepte intelligitur a philoſophis: illa diffinitio agentis liberi; putant enim communiter omnibus poſitis requiſitis ad agendum intelligi: ideſt poſitis cauſis in actu cauſandi: de quo non eſt dubium ꝙ cũ cauſe actualiter cauſent neceſſario ſit effectus neceſſitate conſequentie ſed intelligenda ẽ diffinitio agentis liberi quod agens liberũ eſt quod omnibus poſitis ideſt paratis ad agendum in potentia ꝓpinquiſſima neceſſario aget. Cũ nõ poti⁹ ad aliquoꝝ productionem quam ad omnium productionem requirantur actibus voluntatis ſecluſis ſi aliquis dicat ꝙ ad aliquẽ aliũ finem corpora celeſtia ordinantur ſignet illum: et omnibus penſatis hoc apparentius concludit ꝙ ad omnium effectuum inferiorum actibus voluntatis ſecluſis concurrit celum videlicet qõ conſtat concurrere ad aliquos et non eſt maior ratio de illis quam de alijs. Redeundo ad celoꝝ cõcurſum.

## ¶ Quod celum agat in iſta inferiora preter duas rationes inſignes

Coronel q̃s Paulo infra ponit vbi dicit cauſaruʒ efficientium q̃dam ſubordinate poteris alias addere quarum prima ẽ fluxus et reflexus maris. Nõ poteſt niſi motui lunari attribui quia vt dicit Picus mirandu. tertio contra. aſtro. capitulo decimo quinto: aſcendit mare cũ aſcendenti luna et deſcendit cum deſcẽdenti ad idẽ Ariſtoteles ſecundo de partibus animalium. Dicit creſcentente luna creſcunt cerebra in animalibus decreſcente decreſcunt cerebra: et ita dicas de hũiditatib⁹ arborum. Tertia ratio natus octimenſis nõ viuit qui ſeptimenſis viueret cuius rei eſt cauſa quia primus menſis geniture attribuitur dum eſt in vtero ſaturno ſecundus ioui et ordinatiʒ ſeptimus menſis attribuitur lune: que eſt planeta cum bonis bonus: et cum malis malus redit poſtea cura nati octauo menſe ſaturno qui cum ſit peſſimus puerũ egredientem ad lucem tenellum: ſuis malis influentijs interimit. Quarta ratio arbores que ſint ad ferẽdos fructus, vt poma vites ſunt plantande in cõiunctione lune qõ eſt q̃ĩ pleni lunio plante cum tot humiditates habent quas neq̃ant regulare ex illis non niſi ramos procreãt et materiem. Si vero ſint arbores ad ferenda ligna pro domibus plantande ſunt ĩ plenilunio. Quinta ratio ſuper ſepteʒ metalla ſeptem planete dominantur, vt luna ſuper argentum, Uenus ſuper ſtannum, ſol ſuper aurum, mars ſuper cuprum, et Jupiter ſuper plumbum, Saturnus ſuper ferrum. De prima autem cauſa ꝙ ad omnes effect⁹ ĩmediate concurrat: patet aucte apoſtoli prĩa ad corin. ca. decimo quinto dicentis. Stulte: granum tritici quod ſeminas non prius viuit quam moriatur: ⁊ hoc corpus qõ poſtea accipit tu non ſeminas: ſed deus eſt qui dat corpa vnicuiq; omniũ ſeminũ. Item beatus Auguſtiuus tertio, contra Julianum: nemo chriſtianus ignorat: ꝙ quem ad modum deus fecit primum hominem ex puluceribus terre: ita omnes alios facit ex ſeminibus. Item ſecũdo Machabeorum. Dicit illa ſancta mater ad filios ſuos. Filij neſcio quõ eſtis formatĩ in vtero meo: ego membra veſtra non compegi: ſed deus eſt qui compegit. Si placet vide Gregoriuʒ diſtinctiõe quadrageſima quinta primi ſentẽtiarum queſtio vnica: ſed arguit Gregorius contra hoc ſi deus ad omnes concurrit operationes: ſequitur ꝙ negatur fortuna: et caſus: quod ſic probatur: quia fortuna eſt cum aliquid agit preter intentionem. Sed deo nil aduenit preter intentionem: quia omnia que fiunt ipſe vult fieri: ergo negatur fortuna. Dicendum id quod dicit beatus Auguſtinus in libro octuaginta trium: queſtione vigeſima quarta: Et Boetius quinto de conſolatione proſa prima. Quod aliquem effectum eſſe fortuitum ſtat dupliciter. Uno modo quia a qualibet cauſa ſit non intẽtus: et hoc modo non eſt dabilis effectus fortunatus: quia ſaltẽ prima cauſa talem effectuʒ intendit reſpectu cuius nihil ſit a fortuna cum omnium ſit cauſa de per ſe. Secundo modo. Aliquis effectus poteſt dici fortuitus quia reſpectu alicuius cauſe eſt non intentus et hoc modo ſtat vnuʒ effectũ reſpectu vnius cauſe eſſe effectum fortuitum: reſpectu vero alterius eſſe effectuʒ de per ſe: ſicut ſi debitor obuiaret illi cui debet et intentio debitoris eſſet dare pecuniam: alterius vero non. Ideoq; erit fortuitus reſpectu illius cui debetur: non vero reſpectu alterius. Argumentũ ergo probat deum nil agere a fortuna ſecus autem de creatura que bene agit a fortuna Sed de concurſu corporum celeſtium grandis ſtat dubitatio quomodo ſaluabuntur velocitates ſi concurrant iſta inferiora cum celeſtibus atq; deo: quia ex illo ſequeretur aliquem eſſe motuʒ nullius determinate velocitatis. Sequella probatur. Sit agens creatum agens ſuper reſiſtentiam vt vnũ a dupla ꝓportione ſi dicatur quod correſpondet ei velocitas vt vnum ſic arguitur: a maiori proportione agit: quaʒ a dupla: ergo maior velocitas correſpondebit quam vt vnum. Nota eſt conſequentia: et antecedẽs ꝓbatur: quia non ſolum concurrit agens vt duo particulare: verum etiam deus ſi forſam dicas ꝙ velocitas vt vnum correſpondet totali agẽti ex particulari vt duo: et vniuerſali vt duo. Cõtra hoc replicatur vrgenter. Sequitur ꝙ non ſm̃ duplationem ꝓpor. agentis particularis duplaretur velocitas: quod eſt contra experientiam quotidianam: ſequella nota eſt: quia ad duplationem velocitatis non ſufficit duplare ꝓportionẽ agentis partialis ad reſiſtentiam: ſed duplare ꝓportionẽ agentis totalis ad reſiſtẽtiã ꝙ ſi experientiam negare videaris vt videtur eam negare Gregori⁹ diſtinctione quadrageſima quinta primi. Dicit enim quod ad duplandum velocitatem non ſufficit duplare proportionem agentis particularis ſuper reſiſtentiam ſed requiritur duplare totam proportionem agẽtis totalis ad reſiſtentiam quod forſitam erit duplando cõcurſum agentis particularis aut triplando, aut quadruplãdo vt ſi agẽs particulare ſit, vt duo accreſcat per ſex gradus: ita q; fiat vt octo vniuerſale vero accreſcit per alios ſex erit proportio decem et ſex ad vnum quadrupla ad duplam: quod etiam poterit alio modo fieri: vt ſi agens particulare acquirat decem gradus: et vniuerſale acquirat quattuor: itaq; non eſt vera iſta regula apud Gregorium: Duplato concurſu cauſe particularis duplatur concuiſus cauſe vniuerſalis Coronel tamen tenet hic duo q̃ ſunt repugnantia ꝙ in eadem proportione qua augetur concurſus cauſe particularis augetur cõcurſus cauſe vniuerſalis et ꝙ ſecundum duplationem concurſus cauſe particularis duplatur tota actio quod eſt falſum. Nam ſi cauſa particularis eſt vt duo ⁊ vniuerſalis ſimiliter facta particulari vt quattuor: iam duplata eſt proportio cauſe particularis: non tamen quãuis agens vniuerſale dupletur ita ꝙ fiat vt quattuor duplabitur velocitas totius actionis: quia proportio totius eſt octo ad vnum que non eſt dupla ad quadruplam immo ſolum ſexquialtera. Ideo credo ꝙ prima cauſa et celi non concurrant alio concurſu ad effectum producendum quam illo quo concurrunt ad conſeruandum agens. Nam ſecundum Durandum in ſecundo diſtinctione ſecunda. Quilibet effectus qui dependet in conſeruari ab aliqua cauſa in quolibet inſtãti producitur ab illa cauſa quia producere nõ eſt dare eſſe de nouo. Nam filius in diuinis producitur a patre: et tamen non de nouo: Et cum multi doctores theologi concedũt deum poſſe producere creaturam ab eterno: non intelligunt ꝙ illam poſſet facere deus de nouo ab eterno quia eſt contradictio.

## ¶ Ulterius notabis ꝙ in voluntate

ponitur quadruplex libertas ſcilicet contradictionis, contrarietatis, indifferentie, et complacentie, libertas ꝯtradictiõis ẽ libertas q̃ volũtas pro inſtãti pro quo facit aliquem actum: poteſt non facere talem actum. Libertas vero contrarietatis ẽ libertas qua voluntas pro inſtanti quo elicit aliquem actum poteſt facere contrarium. Libertas indifferentie ẽ libertas comprehendens vtranq; iſtarum: et eſt libertas qua voluntas eſt indifferens ad eliciendum aliquem actum et ad non eliciendum talem actum et illum et ſibi contrarium. Libertas complacentie eſt libertas qua aliquid naturaliter et neceſſario ꝓducit aliquem actum et tamen ſibi complacet in faciendo talem actum: ſic pater in diuinis naturaliter neceſſario producit filium et tamen libere libertate complacentie: et inter has libertates hic eſt ordo qõ quicquid eſt liberum libertate in differẽtie eſt liberum alijs duabus prioribus libertatibus: non tamen econuerſo. Nam voluntas ſumo bono clare viſo habet libertatem contradictionis ad volendum tale ſumum bonum ⁊ ad nõ volendum. Non tamẽ habet libertatem cõtrarietatis: itaq; illo clare viſo poſſit velle et nolle: ſed neceſſitaẗ ad nõ actũ non tñ ad actũ: itaq; ſm̃ doctorem ſanctũ et Scotum neceſſitatur voluntas ad non nolendũ, et tñ non ad volendũ.

## ¶ Sequitur textus.

Dicitur autem et fortuna et caſus cauſarum. Et multa et eſſe ⁊ fieri propter fortunam et propter caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna et caſus: Et vtrum idẽ ſit fortuna et caſus: aut altera. Et omnino quid ſit fortuna et caſus conſiderandum eſt.
¶ Quidam enim ſi ſint an non dubitant. Nihil enim T. c. 40.
fieri a fortuna dicunt: ſed omnium eſſe aliquam cauſam determinatam: quecunq; nos dicimus a caſu ſieri aut a fortuna; vt veniendi a fortuna in forum: et re

periendi quem volebat:quem non eſt opinatus ante
cauſa eſt venientem velle emere Similiter autem ⁊
in alijs que a fortuna dicũtur ſemper eſt aliquam ac
T.cõ.41. cipere cauſam;ſed non fortunam. ¶Quoniam ſi ali
quid erat fortuna:inconueniens vtiqꝫ videbitur : ſi-
cut et vere eſt. Et dubitabit itaqꝫ aliquis : propter
quid nullus antiquorum ſapientum cauſas de gene-
ratione ⁊ corruptione dicens de fortuna nihil deter
minauit. Sed ſicut viſum eſt nihil opinabãtur: neqꝫ
T.c.42. illi aliquid eſſe a fortuna. ¶Sed et mirabile hoc vi
debitur ſicut vere eſt. Multa enim et ſunt et fiunt a
fortuna et a caſu que non ignorantes quoniam eſt in
ferre vnumquodqꝫ in aliquam cauſam eorum que fi
unt:ſicut antiqua ratio dixit deſtruens fortunam et
caſum : tamen horum alia quidem dicũt eſſe omnes
T.c.43. a fortuna:alia non a fortuna. ¶Unde et quodammo
do erat ipſis facienda memoria. Atuero neqꝫ illorũ
aliquid opinabantur eſſe fortunam.vt amicitiã aut
litem:aut ignem:aut intellectum:aut aliquid aliud.
¶Inconueniens igitur eſt ſiue non putauerunt eſſe:
ſiue putantes reliquerunt:et hac aliquando vtentes
ſicut Empedocles non ſemper aerem congregari ſu
perius dicit:ſed vt contingit. Dicit enim in mundi
creatione:ꝙ ſicut colliſit ſe currens tunc : multotiẽs
autem aliter:et partes animalium ait a fortuna fie-
ri plurimas. ¶Sunt autem quidam qui celi huius
T.c.44. et mundanorum omnium cauſantur eſſe caſum. A ca
ſu enim fieri volutationem et motum diſcernentem
T.c.45. et ſtatuentem in hunc ordinem omne. ¶Et multum
hoc admiratione dignum eſt dicentes animalia qui
dem et plantas et fortuna nec eſſe nec fieri: ſed aut
naturam aut intellectum eſſe aut huiuſmodi alterã
cauſam. Non enim quoniã euenit ex ſemine vnoquo
qꝫ aliquid fit.ſed ex tali quidem oliua:ex tali autẽ
homo. Celum autem et diuiniora manifeſtorum a ca
ſu fieri:huiuſmodi cauſam nullam:qualium animali
um et plantarum. ¶Et igitur ſi ſic ſe habet hoc ipm
T.c.46. dignum eſt inſiſtere:et bene habet aliquid dicere de
hoc ipſo. ¶Quomodo enim eo ꝙ aliter inconueni-
ens eſt quod dicitur adhuc inconuenientius dice-
re hoc:videntes quidem in celo nihil caſu fieri. In
his autem que non ſunt a fortuna multa contingere
T.c.47. a fortuna:et erat merito econtrario fieri. ¶Sunt
aũt quidã qb⁹ videtur eſſe quidem cauſa fortuna.
Immanifeſta autem humano intellectui tanquam
diuinum quoddam ens et felicius. Quare conſide-
randum eſt quid ſit vtrumqꝫ:et ſi idem aut alterum
ſit:et caſus et fortuna et quomodo in determinatas
T.c.48. cauſas incidunt. ¶Primum quidem igitur quoni-
am videmus alia quidem ſemper ſimiliter fieri:alia
autem ſicut frequenter:manifeſtum eſt ꝙ neutri⁹ ho
rum cauſa fortuna dicitur neqꝫ eius quod eſt a for-
tuna neqꝫ eius quod eſt ex neceſſitate et ſemꝑ: neqꝫ
eius quod eſt ſicut frequenter. Sed quoniam que-
dam fiunt et preter hec:et omnes dicunt hec eſſe a
fortuna:manifeſtum ꝙ fortũa aliquid ſit et caſus. hu
iuſmodi enim fortuna fieri et a fortuna huiuſmodi
eſſe ſcimus. ¶Eorum autem que fiunt alia propter
T.c.49. hec fiunt:alia vero non. ¶Horum autem alia quidẽ
ſecundum propoſitum fiunt:alia vero non. Ambo au
tem ſunt in his que ſunt propter hoc. Quare mani-
feſtum quoniam in his que ſunt preter neceſſarium.
et que ſicut frequenter ſunt quedam circa que con-
tingit quod eſt propter hoc. Sunt autem propter
hoc quecunqꝫ ab intellectu vtiqꝫ aguntur:⁊ q̃cunqꝫ
T.c.50. a natura. ¶Huiuſmodi igitur cum ſecundum acci-

denes fiant a fortuna dicimus eſſe. Sicut enim ⁊ qd
eſt aliud quod per ſeipium eſt:aliud autem ſecundũ
accidens:ſic et cauſam contingit eſſe;vt domus qui-
dem per ſeipſam cauſa eſt edificatiua: ſʒ accidenes
autem album aut muſicum : per ſe quidem igiť cau-
ſa finita eſt : ſecundum accidens autem infinita. In-
finita enim vni accidunt. ¶Sicut igitur dictum eſt:
cum his que propter hoc fiunt hoc fiat:tunc dicitur
a caſu et a fortuna. ¶Ipſorum autem differentia ho Tex.c.51
rum ad inuicem poſterius determinanda. Nunc aũt
hoc ſit manifeſtum: ꝙ vtraqꝫ ſunt in his que ſunt pro
pter hoc:vt accipiendi argentum venit vtique dela-
turus pecuniam:ſi ſciuit. Uenit autem non hui⁹ cau
ſa; ſed accidit venire et facere hoc reportandi gra-
tia. Hoc autem neqꝫ ſicut frequenter veniens ad vil
lam:neqꝫ ex neceſſitate. Amplius autem finis eſt re-
portatio non in ſeipſo cauſarum ; ſed propoſitorum:
et ab intellectu:et dicitur a fortuna venire. Si autẽ
proponens et huius cauſa aut ſemper veniens : aut
ſicut frequenter reportaturus:nõ a fortuna. ¶Ma T.cõ.52.
nifeſtum itaqꝫ ꝙ fortuna cauſa ſit ſcdm accidenes in
his q̃ i minori ſunt ſecundum propoſitum:eorum:que
porpter hoc ſunt. Unde circa idem et intellectus et
fortuna eſt;propoſitum enim non ſine intellectu eſt.

D Eclarat Philoſophus de modis
quibuſdam in manifeſtis cãrum ſcilicet d̃ for
tuna et caſu;et dicit primo ꝙ fortuna et caſus com-
putantur inter cauſas cum multa dicantur fieri vel
eſſe propter fortunam et caſum et ideo tria conſide
randa ſunt de eis ſcilicet quomodo reducantur ad
cauſas predictas et iterum vtrum caſus et fortuna
ſint idem vel aliud et aliud et iterum quid ſit caſus
et fortuna Et hec dicit in textu commenti trigeſimi
noni; in textu vero quadrageſimo. Incipit de fortu
na et caſu determinare:ibi quidam enim et propo-
nit opiniones aliorum ſecundo determinat verita-
tem:in illa parte vbi dicit textus primum quidẽ igi
tur. Circa primum ponit opinionem negantiũ for-
tunam et caſum et rationes eorum dicit:ergo primũ
ꝙ quidam dubitauerunt an fortuna et caſus eſſent ⁊
negauerunt ea eſſe duabus rationibus. ¶Prima
ratio: Quia omnia iſta que dicuntur fieri a caſu vel
fortuna inueniuntur habere aliquam cauſam deter-
minatam aliam a fortuna:et ponit huiuſmodi exem
plum. Si quis veniens ad forum gratia reperiendi
quem volebat:de quo tamen non opinatus eſt antea
cauſa eſt venientem velle emere:⁊ ſimiliter eſt in om
nibus effectibus a fortuna:vbi ſemper eſt aliquam
accipere cauſam ſed non fortunam.

¶ Deinde textu commenti quadra-
geſimi primi iterum arguit dicendo ꝙ non ſit fortu-
na : quia antiqui naturales tractantes cauſas de ge
neratione et corruptione nunquam inuenerunt for-
tunam eſſe cauſam generationis ⁊ corruptionis imo
ipſam ſpreuerunt.

¶ Deinde philoſophus textu com-
menti quadrageſimi ſecundi. Diſputat ſuper hac ſe
cunda ratione oſtendens ꝙ profecto eſt inconueni-
ens philoſophos naturales nunquam determinaſſe
aliquid de caſu et fortuna:et hoc probat duabus ra
tionibus quarum primam ponit : dicens quod mi-
rabile videtur ſicut vere eſt ꝙ antiqui naturales
de caſu et fortuna non determinauerunt. Nam vo-
lebãt determinare cauſas eorum que fiunt; multa



autem fiunt a fortuna et caſu. Unde de fortuna et
caſu determinare debuerunt nec excuſantur prop-
ter rationẽ ſupradictã primã q2 licet homines non
ignorent omnia reduci in aliquã cãm d̃terminatã
tamen predicta opinio non obſtante hoc dicebat
quedam fieri a fortuna et quedam non : vnde ipſis
philoſophis naturalibus facienda erat mentio d̃ for
tuna ⁊ caſu ſaltem vt oſtenderent impoſſibile eſſe ꝙ
aliqua fierent a caſu aliqua a fortuna et vt aſſignarẽt
rationem ꝙ quedam dicerentur a fortuna et quedã
non ſic etiam non poſſunt excuſari per hoc ꝙ cauſa ⁊
fortuna reducerentur in cauſas quas ipſi ponebant
puta amiciciam et litem. Poſtea textus:ea parte
inconueniens igitur dicit ꝙ eſt inconueniens non
tractaſſe de fortuna quia ſi putauerunt eam eſſe ma
le fecerunt de ea non tractare. Si vero non puta-
uerunt eam eſſe:quomodo vſi ſunt ea. Dicentes ꝙ
aer non ſemper eſt ſupra terram niſi a caſu ; dicit ꝙ
quando mundus eſt factus lite diſtinguente elemẽ
ta aer ſe collegit in iſtum locum ⁊ iſto mundo duran
ti ſemper erit in tali loco : ſed in alijs mundis quos
ponebat ſepe fieri et deſtrui forte aer eſſet in alio lo
co et ſic dicit de partibus animalium ꝙ quedam fiũt
a caſu et hoc fit quando in prima conſtitutione mun
di fiebant capita ſine ceruice.

¶ Dicit preterea textu commenti
quadrageſimi quarti ſecundum opinionem demo-
criti dicentis ꝙ ex concurſu atomorum per ſe mobi
lium celum et totus mundus cauſaliter conſtitutus
eſt et dicebant ꝙ reuolutio mundi et motus ſtellarũ
gubernans inferiora ſit a caſu.

¶ Poſtea vero philoſophus textu
commenti quadrageſimi quinti facit duas rationes
contra hanc opinionem:videtur falſum ꝙ animalia
et plante habeant cauſas determinatas puta deter
minata ſemina et peculiaria. Non autem celi cum
ſunt corpora diuiniora et ſi ſic eſt debebãt reddere
cauſam huius rei tam abſcondite quam cauſam
pretermiſerunt . Secundam rationem ponit ibi
quomodo enim dicens quomodo poteſt eſſe verum
quod celeſtia corpora ſunt a caſu:et inferiora non
cum videatur hoc eſſe inconueniens : quia illa ſunt
nobiliora tum etiam quia cum celi ſint facti a caſu
omnes effectus eius deberent prouenire a caſu qd
non eſt ita et in his inferioribus nihil deberet eſſe a
caſu quia hec inferiora non fiunt a caſu quorum op
poſitum totum contingit.

¶ Deinde ponit tertiam opiniõem
textu commenti quadrageſimi ſeptimi dicens ꝙ q̇
buſdam:videtur ꝙ fortũa ſit cauſa ſed immanifeſta
intellectui hũano ac ſi ſit quoddã diuinũ ⁊ ſupra ho
mines in quã ſicut in cãm ordinatẽ reducerenť oẽs
effectus fortuiti ſed quamuis hec opinio habet ve-
ram radicem tamen non bene vſi ſunt nomine fortu
ne quia quanto magis recedit a recto ordine ratio-
nis tanto magis accedit ad fortunam ergo illud di-
uinum non eſt fortuna:igitur declarandum eſt quid
ſit fortuna et caſus:et quomodo reducantur ad cau
ſas predictas

¶ Deinde philoſoph⁹ textu cõmẽti
quadrageſimi octaui d̃terminat veritatem. Primo
declarans quid ſit fortuna. Secundo differentiam
inter caſum et fortunam. Tertio ad quod genus
cauſe redducantur fortuna et caſus. Circa primum

ponit quaſdam diuiſiones ad inueſtigandum diffini
tionem fortune et ſtatim ponit diuiſiones ex parte
effectus ; poſtea ex parte cauſe. Prima diuiſio que-
dam fiunt ſemper vt ortus ſolis quedam frequenter
vt quod homo naſcatur occulatus et manifeſtum eſt
ꝙ neutrius illorum fortũa eſt cauſa ſed illorum que
ſunt preter hec;ideſt in paucioribus hec fiunt a ca-
ſu.

¶ Deinde textu commenti quadra-
geſimi noni. Dicit ꝙ quidam effectus fiunt propter
finem alij vero non. Primi quidem poſſunt eſſe a na
tura ſine intellectu:et notat ꝙ quedam fiunt nõ prop
ter finem quia propter ſe ſcilicet propter honeſtum
vel delectacionem: aut dicuntur fieri non propter
finem deliberatum ſicut confricatio barbe. Deinde
ea parte qua dicit horum autem dicit ꝙ ea que fiunt
propter finem quedam fiunt ſecundum ordinem vo
luntatis:quedam vero a natura:⁊ manifeſtum eſt ꝙ
ſunt quedam preter ſemper et frequenter : et talia
non ita cõtingit fieri propter finem ordinatum a vo
luntate ſicut ea que contingunt ſemper aut frequen
ter.

¶ Deinde vero textu cõmenti quin
quageſimi. Dicit ꝙ ponende ſunt diuiſiones per ſe
cauſe et dicit ꝙ quedam eſt cauſa per ſe alia per ac
cidens. Per ſe quidem eſt cui non coniungitur ali-
quod accidentale, vt edificator reſpectu domus.
Per accidẽs vero eſt illa cui coniungitur aliquod
accidentali vt muſicus reſpectu domus et ſupra di-
ximus quid eſſet cauſa per accidens in primo phiſi-
corum:ſic effectus alius eſt per ſe ali⁹ vero ꝑ accidẽs
vt foſſio ſepulchri ẽ effect⁹ per ſe reſpectu ſepelien
tis:et per accidens inuentio teſauri. vnde quicquid
prouenit in effectu preter intentionẽ et per accidẽs
preſertim ſi fit in paucioribus quod enim vt ſemper
vel vt frequenter coniungitur effectui:cadit ſub in-
tentione eadem. Deinde ponit differentiã inter cau
ſam per ſe et cauſam per accidẽs quia cauſa per ſe
eſt finita ⁊ determinata. Cauſa per accidẽs eſt ĩfini-
ta et ĩdeterminata quia infinita vni poſſunt accide
re.

¶ Deinde philoſophus textu com-
menti quinq̃geſimi primi oſtẽdit ſub quibus mem-
bris predictarum diuiſionum fortuna contineatur ⁊
quod eſt a fortuna:et dicit primo ꝙ fortuna ⁊ caſus
vt prius dictum eſt:ſunt in his que fiunt propter ali
quod: Differentia autem caſus et fortune poſterius
determinabitur:ſed nunc hoc debet fieri manifeſtũ
quia vtrumqꝫ continetur in his que aguntur prop-
ter finem:ſicut ſi aliquis ſcir et ſe recepturum pecu-
niam in foro iuiſſet ad deportãdum eam:ſed ſi non
venit propter hoc per accidens eſt ꝙ aduentus ei⁹
fiat reportationis gratia ; ideſt habeat hunc effec-
tum et ſic patet ꝙ fortuna eſt cauſa per accidens eo
rum que ſunt propter aliquid. Item manifeſtum eſt
quod eſt cauſa eorum que ſunt in minori parte; quia
iſta reportatio pecunie. dicit fieri a fortũa qñ repor
tat ad villã veniẽs:neqꝫ ex neceſſitate nec freq̃nť. Itẽ
eſt in his que ſunt a propoſito:quia reportatio pecu
nie que dicitur fieri a fortuna eſt finis aliquarũ cau
ſarum non ſecundum ſeipſam ſicut in his que fiunt
a natura ſed eſt finis eorum:que fiunt ſecundum pro
poſitum et ab intellectu:ſed ſi aliquis hoc propoſito
iret vt pecunia reportareť vel ſemper aut frequen-

ter repararet quando venit: nō diceretur eſſe a foꝛ
tuna: ſicut ſi aliquis frequenter aut ſemper madefa‑
cit ſibi pedes quādo vadit ad locum lutoſum ⁊ hoc
licet non intendat: tamen hoc non dicitur eſſe a foꝛ‑
tuna. Deinde dicit textu commenti quinquageſimi
ſecundi manifeſtum eſſe ex pꝛemiſſis quia foꝛtuna
eſt cauſa per accidens in his que ſunt ſecundū pꝛo
poſitum pꝛopter finem in minoꝛi parte et ex hoc pa‑
tet ꝙ foꝛtuna et intellectus ſunt circa idem quia in
his tantum conuenit agere a foꝛtuna que habent in
tellectum: pꝛopoſitum enim vel voluntas non eſt ſine
intellectu et licet ea tantum agant a foꝛtuna que ha
bent intellectum: tanto quanto aliquid magis ſubia
cet intellectui tanto minus ſubiacet foꝛtune.

Queſtio d foꝛtuna caſu: ⁊ mō ſtro.

¶ Queritur quid ſit foꝛtuna caſus
et monſtrum. Circa quod dico ꝙ foꝛtuna eſt intellec
tus pꝛacticus vnum intendens: cui euenit aliud pꝛe
ter intentionem. ¶ Dicitur intellectus per quod
ego intelligo agens intellectiuum. Nam carentia in
tellectu non habent foꝛtunam: pꝛopter quod Philo
ſophus dicit impꝛopꝛium eſſe ꝙ lapides exiſtentes
in altaribus ſint foꝛtunati: et qui ſunt in terra ſint in
foꝛtunati: quia conculcantur: ab hominibus dici‑
tur pꝛacticus: ideſt expertus: quare in pueris di‑
cit Philoſophus non eſt foꝛtuna. Sunt enim in ex‑
perti coꝛum actuum qui ſunt vite pꝛimo ethicoꝛum
dicitur vnum intendens cui euenit aliud pꝛeter in‑
tentionem. Ex quo infertur ꝙ deus nihil agit a foꝛ‑
tuna: quicquid enim agit deus immo quicquid agi
tur vult deus illud fieri voluntate bene placiti: qua‑
re nihil agitur pꝛeter intentionem dei. Ex quo infer
tur declaratio dicti philoſophi in libꝛo de bona foꝛ
tuna vbi dicitur. Ubi parum de intellectu multum
de foꝛtuna: ⁊ vbi multum de intellectu parum de foꝛ
tuna: quod eſt dicere: qui ad pauca perſpicit: multa
habet conſequi pꝛeter intentionem: qui vero mul‑
tum perſpicax eſt omnia que cōſequitur, conſequi‑
tur tanquam pꝛeuiſa et cum intentione conſequen‑
di illa. Ariſtoteles autem diffinitionem foꝛtune tra‑
dit ſub his verbis. Foꝛtuna eſt cauſa per accidens
extra ſemper et frequenter ſecundum pꝛopoſitum
eoꝛum que pꝛopter hoc ſunt. Dicitur cauſa per acci‑
dens quia conſequitur aliquem effectum non inten‑
tum que eſt vna pars diffinitionis cauſe per accidēs
diſiunctiue poſite a nobis in gloſis ſuper textu. Dici
tur extra ſemper et frequenter: per quod datur in‑
telligi foꝛtuna duntaxat eſſe in effectibus notabilis
bonitatis vel malicie. Dicitur ſecūdum pꝛopoſitum
vt detur intelligi foꝛtuna ſolum eſſe in habētibus in
tellectum. Dicitur eoꝛum qui pꝛopter hoc ſunt ad
dandum intelligere ꝙ foꝛtuna reſpectu alicuius ef‑
fectus eſt cauſa d per ſe: et reſpectu alterius eſt cau
ſa de per accidens. Hic nota ꝙ caſus et foꝛtuna ha
bent ſe ſicut ſuperius et inferius: ita ꝙ foꝛtuna ē infe
rioꝛ ⁊ caſus ſuperioꝛ: ex quo patet Coꝛone erraſſe ꝙ
dixit. Caſus ſolum eſt in rebus inanimatis. Foꝛtuna
vero in habentibus intellectū. Expꝛeſſe enim Ariſto
teles ſecundo phiſicoꝛum textu commenti quinqua‑
geſimiſeptimi ponit illos terminos differe: ſicut ſu‑
perius et inferius. Ita ꝙ caſus eſt cauſa de per acci
dens extra ſemper et frequēter: eoꝛum que pꝛopter
hoc ſunt: pꝛopter quod ſi lapis cadens d alto in imū
frangit tegulam: dicemus ꝙ ille lapis eſt cauſa de
per ſe reſpectu deſcenſus: ſed eſt cauſa caſualis reſ‑
pectu fractionis tegule.



Utrū effectꝰ foꝛtuiti habeāt cauſam ꝑ ſe.

¶ Circa hanc materiam queritur
vtrum effectus foꝛtuiti habeant aliquam cauſam de
per ſe: ſuper quod ſunt opiniones. ¶ Pꝛima eſt ꝙ ve
rius dicerem fidem ꝙ omnes effectus foꝛtuiti redu‑
cuntur in cauſam de per ſe que deus eſt: cuius con‑
trarium tenet. Auerrois dicens ꝙ deus eſſet faſcina
toꝛ: ſed iſta ratio Auerrois pauci eſt momenti. Nam
deus eſt tanquam figulus ⁊ nos vaſa: qui foꝛmat nos
ſicut ei placet: nec querenda eſt cauſa quare quēdā
foꝛtunat: alium vero infoꝛtunat. In his enim vt dicit
Auguſtinus noli querere ſi non vis errare: pꝛopter
qḋ tenet Auerrois ꝙ effectus foꝛtuiti nullā habent
cauſam de per ſe: cuius opinio manifeſte eſt falſa: qꝛ
non datur aliquis effectus quim illum aliqua cauſa
ſa intendat. ¶ Secunda eſt opinio Temiſtij dicen‑
tis ꝙ effectus foꝛtuiti habēt aliquam cauſam de per
ſe particularem occultam tātum: ſed quia dare cau
ſas occultas pꝛo cauſis naturalibus eſt nihil decla‑
rare: ideo nō placet hec opinio. ¶ Tertia eſt opinio
Ariſtotelis in libꝛo de bona foꝛtuna dicētis ꝙ in foꝛ
matione cuius vis hominis a fato ideſt a diſpoſitio‑
ne celoꝛum ⁊ cauſis particularibus pꝛoducuntur in
ipſo homine quidam impetus indiuiduales quoni‑
am hominem illum inſtigāt ad bonum: ſi eſt bonus: ⁊
ſi eſt malus ad malum: et iſte impetus eſt quidam
inſtinctus indiuidualis quemadmodum datur ali‑
quis inſtinctus ſpecificus qualis eſt inſtinctus foꝛmi
carum: ad congregāda grana tempoꝛe eſtiuali pꝛo
hieme: et hec opinio ē que magis placet in naturali
bus ſecluſa fide. ¶ Circa hanc materiam declara‑
mus de monſtris: vnde diffinitio monſtri eſt. Monſ
trum eſt quodam ens genitum: cum diſpoſitione con
uenienti extra ſemper et frequenter: et fit quattu‑
oꝛ modis ſecundum Albertum magnum ſecundo
phiſicoꝛum, tra. vltimo capitulo tertio: aut pꝛopter
multam quantitatem ſeminis: vnde naſcitur aliqs
homo cum ſex digitis: aut pꝛopter paruam ſemi‑
nis quantitatem: quare fit aliquis nanus: aut pꝛop‑
ter malignam qualitatem quare maſculꝰ fit effemi‑
natꝰ: vt ſardanapalus aſirioꝛum rex ꝗnebat. Quar
to modo fit aliquod mōſtrum pꝛopter maliciam lo
ci continentis: et ſic ſi quiſpiam vir indiſcretus acce
dat ad feminam tempoꝛe fluxus menſtruoꝛum naſci
tur inde fetus lepꝛoſus: et ſi contra diffinitionem
monſtri arguas: homo cum ſex digitis non eſt ex‑
tra ſemper et frequenter: quia ſemper eſt aliquis ho
mo cum ſex digitis: ergo non eſt monſtrum. Dico ꝙ
licet non ſit extra ſemper et frequēter quo ad tēpus
tñē extra ſemper frequenter quo ad patrias regio
nes et domos non placet aſtrologis huiuſmodi mo‑
dus faciendi monſtrum: vt patet ex Tholomeo ter
tio apotelesmatum: et in libꝛo centum enūciatoꝛum
Nā facere hominem cum ſex digitis non eſt ex erro
re virtutis infoꝛmatiue. Nam inuenta multa quanti
tate ſeminis non eſt erroꝛ quod fiat multum. Simi‑
liter ſtat aliquem fieri ex minoꝛi materia quam ali‑
um et fieri non nanum et quod alter ex maioꝛi mate
ria fiat nanus quare credit Tholomeꝰ ꝙ a fato vir‑
tus infoꝛmatiua indiſponatur obidqꝫ illa indiſpoſi‑
ta errat oꝛganizando et illa eſt potiſſima cauſa mōſ
tri quod bene dixit Tholomeus libꝛo centum enun
ciatoꝛum vultus huius ſeculi ſunt ſubiecti vultibus
celeſtibus: quare quidam artifices pꝛo faciendis
imaginibꝰ expectabāt introitū ſolis in ſignū ſimilis
figure cū illo qḋ debebāt foꝛmare: ⁊ hoc dixit Ari. ꝑ‑

Opinio. 1

Opini. 2.

Opinio. 3

Quid eſt monſtrū



mo de generatione cum dixit. Figure rerum ſunt
in terminis ideſt eminenter continentur in coꝛpoꝛi‑
bus celeſtibus ſecundū ꝙ ſic vel ſic illa coꝛpoꝛa cele
ſtia diſponunt aut indiſponūt virtutem foꝛtunatam.
Sed quia doctoꝛ ſanctus ſexto metaphiſice lectione
tertia egregia et lucidiſſima poſuit de fato et pꝛoui
dentia et de entibus per accidens īſeram hic decla
rationem illius textus ſexto metaphiſice textu com‑
menti ſexti illo. ¶ Quod autem ſint vſqꝫ ad textu
commenti octaui ea parte q̄ dicit ſufficienter. Phi
loſophus illo textu ponit opinionem quandā q̄ tole‑
bat totū ens ꝑ accidēs. Nam ponebāt aliqui ꝙ quic
quid eſt in mundo habet aliquam cauſam per ſe: Et
iterum ponebant ꝙ qualibet cauſa poſita neceſſe eſt
ſequi effectum eius: Unde ſequebatur ꝙ omnia ex
neceſſitate acciderent: hāc ergo opinionem philoſo
phꝰ deſtruit dicēs ꝙ non opoꝛtet ꝙ ſi generatio vel
coꝛruptio alicuius cauſe ſit de neceſſitate: ſequatur
generatio vel coꝛruptio effectꝰ: quia quedam cauſe
ſunt agentes vt in pluribus: vnde eis poſitis adhuc
poteſt impediri effectus per accidens ſicut pꝛopter
indiſpoſitionē materie vel occurſum contrarij agē‑
tis: vel pꝛopter aliquid huiuſmodi. Sciendum ta‑
men ꝙ Auicenna pꝛobat in ſua metaphiſica ꝙ nullꝰ
effectus ſit poſſibilis in cōparatione ad ſuam cauſam
ſed ſolū neceſſarius. Si. n. cauſa poſita poſſibile eſt
effectum non poni ⁊ poni id autem quod eſt in poten
tia: in quantum huiuſmodi reducitur in actum per
aliquod ens actu: opoꝛtebit ergo quod aliquid ali‑
ud a cauſa faciat ibi ſequi effectum in actu: igitur
illa non erit ſufficiens cauſa effectus: Et hoc videtur
contra id quod philoſophus hic dicit. Sed ſciendū
ꝙ dictum auicenne intelligi debet ſuppoſito ꝙ nullū
impedimentum cauſe adueniat: neceſſe eſt enī cau‑
ſa poſita ſequi effectum niſi ſit impedimentum: quod
tamen contingit eſſe per accidens: Et ideo philoſo
phus dicit ꝙ nō eſt neceſſarium generationem ſequi
vel coꝛruptionem poſitis cauſis generationis vel coꝛ
ruptionis. Si enim non eſt verum hoc quod dictum
eſt ſequeretur ꝙ omnia erunt ex neceſſitate: ſi tamen
cum hoc quod dictum eſt ꝙ poſita cauſa neceſſe eſt ſe
qui effectum. Ponatur etiam alia poſitio: ſcilicet ꝙ
cuiuſlibet quod fit et coꝛrumpitur neceſſe ſit eſſe ali‑
quam cauſam per ſe et non per accidens. Ex his enī
duabus ꝑpoſitionibus ſequitur omnia eſſe de neceſſi
tate. Quod ſic pꝛobat: ſi enī queratᷣ de aliquo vtrū
ſit futurum vel non: ſequitᷣ ex pꝛedictis quod alterū
ſit de neceſſitate: verum quia ſi omne quod fit habet
cauſam per ſe ſue factionis: qua poſita neceſſe ē ipm
fieri: ſequetur ꝙ res illa de qua queritur vtrū ſit fu
tura fiat: ſi ſit hoc quod ponitur cauſa eius: et ſi illud
non fuerit ꝙ nō fiat: et ſimiliter opoꝛtet dicere ꝙ iſta
cauſa erit futura ſi aliquod aliud quod eſt cauſa eiꝰ
erit futurm. Conſtat autem ꝙ tempus quantumcūqꝫ
futurum accipiatur ſiue poſt centum annos: ſiue poſt
mille eſt infinitum: incipiendo a pꝛeſenti: nunc vſqꝫ
ad illū terminum. Cum autem generatio cauſe pꝛe
cedat tempoꝛe generationem effectus: opoꝛtet ꝙ ꝓ
cedendo ab effectu ad cauſam auferamus aliquid d
tempoꝛe futuro et appꝛopinquemus magis ad pꝛe‑
ſens. Omne autem finitum conſumitur aliquotiens
ablato quodam ab ipſo: et ita ſequitur ꝙ pꝛoceden
do ab effectu ad cauſam: et ſic deinceps auferatur
totum tempus futurum cum ſit finitum ⁊ ita perue‑
niatur ad ipſum nunc quod quidem patet in hoc ex
emplo. Si enim omnis effectꝰ habet aliquā cauſam



per ſe ad quā de neceſſitate ſequitur: opoꝛtet ꝙ iſte
de neceſſitate moꝛiatur vel ꝑ infirmitatē vel violen‑
tiā: ſi exit domum ſuam: exitus enim a domo eius in‑
uenitur cauſa eſſe moꝛtis eius vel violentie: puta ſi
exiens domum inueniatur a latronibus et occiditur
vel per infirmitatem puta ſi exiens de domo et eſtu
incurrit febꝛem et moꝛitur: ⁊ eodem modo hoc erit
ex neceſſitate ſcilicet ꝙ exeat domum ad haurien‑
dam aquam ſi ſitit. Nam ſitis inuenitur eſſe cauſa vt
exeat domū ad hauriendam aquam: Similiter per
eandem rationem hoc erit de neceſſitate: ſcilicet
quod ſitiat: ſi aliquid aliud erit quod ex cauſa ſitis
et ita ſit pꝛocedens de effectu ad cauſam perueni‑
et ad aliquod quod nūc eſt ideſt in aliquod pꝛeſens
vel in aliquod factoꝛum ideſt in aliquod pꝛeterito‑
rum ſicut ſi dicamus ꝙ ſitis erit ſi comedit moꝛtiſi‑
cantia vel falſa que faciunt ſitim. Hoc autem ſcili‑
cet ꝙ comedat falſa vel non comedat eſt in pꝛeſenti
et ita ſequitur ꝙ pꝛedictum futurum ſcilicet ꝙ iſte
moꝛiatur vel non moꝛiatur ex neceſſitate erit: cum
enim quelibet cōditionalis vera ſit neceſſaria opoꝛ
tet ꝙ ex quo antecedens eſt poſitum ꝙ conſequens
ex neceſſitate ponatur: ſicut hec ē vera: ſi ſoꝛtes cur
rit mouetur: poſito ergo ꝙ currat neceſſe erit ipſum
moueri dum currit: ſi autem quilibet effectus habet
cauſam per ſe ex qua d neceſſitate ſequitur: opoꝛtet
ꝙ ſit illa condicionalis vera cuius antecedens ē cau
ſa et conſequens effectus: et licet inter cauſam que
nunc eſt pꝛeſens et effectum qui erit futurus quan‑
doqꝫ ſunt plurima media quoꝛum vnumquodqꝫ eſt
effectus reſpectu pꝛecedentium: et cauſa reſpectu
ſequentium: tamen ſequitur de pꝛimo ad vltimum ꝙ
condicionalis ſit vera cuius antecedens eſt pꝛeſens
et eius conſequens quandoqꝫ futurum: ſicut hic ſi co
medit falſa occidetur. Antecedens autem ponitur:
ex quo pꝛeſens eſt ergo de neceſſitate erit quod oc‑
cidatur et ita omnia alia futura erūt neceſſaria quo
rum cauſe pꝛime vel remote ſunt pꝛeſentes et ſimi‑
lis ratio eſt: ſi aliquis pꝛocedēs ab effectibus ad cau
ſas ſuper ſiliat ad facta ideſt a pꝛeterita: hoc eſt di‑
cere ſi reducat effectus futuros ad aliquam cauſam
pꝛeteritam non pꝛeſentem: quia hoc quod pꝛeteritū
eſt iam eſt ſecundum aliquem modum hoc autem di
co in quantum eſt factum vel pꝛeteritum. Licet enī
vita ceſaris non ſit nunc vt in pꝛeſenti: eſt tamē ī pꝛe
terito. Uerum enim eſt ceſarem fuiſſe: ⁊ ita nunc eſt
ponere verum eſſe antecedens cōdicionalis in cuiꝰ
antecedenti eſt cauſa pꝛeterita et in conſequēti cau
ſa futura: et ſic ſequeretur cum omnes effectus futu
ros opoꝛteat redigere in tales cauſas pꝛeſentes vel
pꝛeteritas ꝙ omnia futura ex neceſſitate eueniant:
ſicut nos dicimus ꝙ viuentem foꝛe moꝛiturum eſt ne
ceſſarium abſolute: quia ſequitur de neceſſitate ad
aliquid quod iam factum eſt: ſcilicet duo contraria
eſſe in eodem coꝛpoꝛe per commixtionem. Hec enī
condicionalis eſt vera ⁊ ſi aliquod coꝛpus eſt compo
ſitum ex cōtrarijs coꝛrumpetur. Hoc autem eſt im‑
poſſibile ꝙ omnia futura ex neceſſitate eueniant: er‑
go illa duo ſunt impoſſibilia. ex quibus hoc ſequeba
tur ſcilicet quod quilibet effectus habeat cauſam ꝑ
ſe et quod cauſa poſita neceſſe ſit effectum poni: quia
ex hoc ipſo ſequeretur quod iam ſupꝛa dictum eſt:
quod quoꝛumlibet effectuum futuroꝛum eſſent ali‑
que cauſe iam poſite ſicut coꝛruptionis animalis: iā
ſunt alique cauſe poſite: ſꝫ quod iſte homo moꝛiatur
per infirmitatem vel violentiam nondum habet ali

Si negetᷣ ens ꝑ accidens: oīa euenirent de neceſſitate.

qua in cauſam poſitā ex qua de neceſſitate ſequatur
infert quandam concluſionem ex predictis dicens:
ergo ex quo nō qdlibet quod fit habet cauſam p ſe
palā ꝙ in futuris ↄtingētibꝰ effectꝰ futuri reductio
ad cauſam p ſe vadit vſq; ad aliquod principium
quod quidē pricipiū nō reducit̄ i aliqd pricipiū ad
huc per ſe ſed ipſum erit cuius cauſa erit quodcūq;
euenit id eſt cauſalis et illius cauſe cauſalis non erit
aliqua alia cauſa ſicut iam predictum eſt ꝙ ens per
accidens nō habet cauſam vꝫ generationem: verbi
gratia ꝙ iſte occidat̄ a latronibꝰ hꝫ cām p ſe: qꝛ vul
neratur ⁊ hoc ēt hꝫ cām p ſe qꝛ a latronibꝰ inuenitur
Sed hoc nō habet niſi cauſam per accidens. ¶Quod
enī iſte qui negociatur: vadens inter latrones inci-
dat eſt per accidens vt ex predictis patet: vnde eiꝰ
non oportet ponere aliquam cauſam. Ens enim per
accidens vt ſupra dictum eſt: non habet generatio-
nem: et ita eius generationis cauſam per ſe quere-
re que non oportet: mouet quandā qſtionem occaſio
natam ex dictis. Dixit enim ſupra immediate ꝙ cau
ſe entium per accidens reducuntur vſq; ad aliqd
principium cuius non eſt ponere aliam cauſam. Et
ideo hic inquirit de hac reductione vel anagoge qd
*¶Nr̄ fortuna et caſus ad qd genꝰ cauſe reducātur,* eſt. Ad quale principium et ad qualem cauſam de-
beat fieri: id eſt ad quod genus cauſe vel principij:
ſcilicet vtrum ad aliquam cauſam primam que ſit
cauſa materia aut aliqua que ſit cauſa ſicut finis cu-
ius gratia aliquid fit: aut aliquam que ſit cauſa ſicut
mouens: Pretermittit autem de cauſa formali: quia
qſtio hic habetur de cauſa generationis rerum que
fiunt per accidens: In generatione autem forma
non habet cauſalitatem niſi per modum finis: Finis
autem et forma in generatione incidunt in idem nu-
mero: Hanc autem queſtionem hic notam nō ſoluit:
ſed ſupponit eius ſolutionem ab eo quod ē determi-
natum in ſecundo phiſicoꝝ: Ibi .n. oſtenſum ē quod
fortuna et caſus que ſunt cauſe eoꝝ que ſunt per acci
dens reducuntur ad genus cauſe efficientis: ergo
concludit ex premiſſis ꝙ pretermittendum ē loqui
de ente per accidens ex quo determinatum eſt ſuffi-
cienter ſecundum id quod de eo determinari poteſt.
Attendēdum eſt aūt ꝙ ea que philoſophꝰ hic tradit
videntur remouere quedam que ſecundum Philo-
ſophiam ab aliquibus ponuntur ſcilicet fatū et pro-
*Vtrū ſint fatū ⁊ prouidentia* uidentiam: Vult .n. hic philoſophus ꝙ nō omnia que
fiunt reducantur in aliquam cauſam per ſe ex qua d
neceſſitate ſequantur: Alias ſequeret̄ ꝙ omnia eſſent
ex neceſſitate: Et nihil per accidens eēt in rebꝰ. Illi
autem qui ponūt fatum dicunt contingentia q̄ hic
fiunt que videntur per accidens eſſe reducibilia in
aliquam virtutem corporis celeſtis: per cuius actio
nem ea que fiunt ſecundum ſe conſiderata per acci
dens fieri videntur cum quoddam ordine produ-
cantur: Et ſimiliter illi qui ponunt puidentiam circa
ea que aguntur: hic dicunt eſſe ordinata ſecundum
ordinem prouidentie: Ex vtraq; igit̄ poſitione duo
videtur ſequi que ſunt cōtraria hijs que hic philoſo
phus determinat quoꝝ primum eſt: in rebus nihil
fit per accidens nec a fortuna ⁊ a caſu: Que .n. ſecun
dum ordinem aliquem procedunt non ſunt per acci-
dens. Sunt enim vel ſemper vel in maiori parte: Se
cundum autem ē ꝙ oīa ex neceſſitate eueniāt: Si enī
omnia ex neceſſitate veniunt quoꝝ cauſa vel ponitur
in preſenti vel iam eſt poſita in preterito: vt ratio phi
loſophi procedit: Eorum autem que ſunt ſub proui-
dentia vel facto cauſa ponitur in preſenti etiam po-
ſita eſt in preterito: eo ꝙ prouidentia eſt immutabi-
lis et eterna: Motus etiam celi ē inuariabilis: Vn-
de videtur ſequi ꝙ ea que ſunt ſub prouidētia vel fa
to: Ex neceſſitate contingant et ita ſi omnia que hic
aguntur fato et prouidentie ſubduntur ſequitur:
ꝙ omnia ex neceſitate prouentant videtur: ergo ꝙ ſe
cundum intentionem philoſoꝰ non ſit ponere nec pro
uidentiā nec fatum: Ad horum autem euidentiam
conſiderandum eſt ꝙ quanto aliqua cauſa eſt altior
Tanto eius cauſalitas ad plura ſe extendit habet .n.
cauſa altior cauſatum altius quod eſt communius et i
pluribus inuentum: Sicut in artificialibus patet ꝙ
ars politica que eſt ſupra militarem ad totum ſtatū
communitatis ſe extendit: militaris ſolum ad eos qui
in ordine militari continentur: ordinatio aūt que eſt
in effectibus ex aliq̄ cauſa tantum ſe extendit quātū
extēdit ſe illius cauſe cauſalitas omnis enim per ſe
cauſa habet determinatos effectꝰ quos ſm aliquem
ordinem producit manifeſtū: igitur eſt ꝙ effectꝰ re-
lati ad aliquam inferiorē cauſam nullum ordinē ha-
bere vident̄: ſed per accidens ſibi ipſi coincidūt qui
ſi referunt̄ ad ſuperiorem cauſam et cōmunem ordi
nati inueniunt̄: et non per accidens cōiuncti: ſed ab
vna per ſe cauſa ſimul producti ſunt: ſicut floritio illiꝰ
herbe vel illius: ſi referatur ad particularem virtu-
tem que eſt in hac planta vel in illa nullum ordinem
habere videtur: imo videtur eſſe per accidēs ꝙ hac
herba florente illa floreat: et hoc quia cauſa virtutis
huius plante extendit ſe ad floritionē huius et nō ad
floritionem alterius: vnde eſt quidē cauſa ꝙ hec plā
ta floreat: non autem ꝙ ſimul cū altera. Si autē ad
virtutē corporis celeſtis que eſt cauſa cōmunis refe
ratur inuenit̄ hoc non eſſe per accidens: ꝙ hac her-
ba florente floreat ſed eſſe ordinatum ab aliqua pri
ma cauſa hoc ordinante que ſimul mouet vtranq;
herbam ad floritionē. Inuenit̄ autē in rebus triplex
cauſarū gradus: eſt enim prio cauſa incorruptibilis *Nota triplicē gradum,*
et īmutabilis ſcilicet diuina: ſub hac ſcda eſt cauſa
incorruptibilis: ſed mutabilis ſcilicet corpꝰ celeſte
ſub hoc tertio ſunt cauſe corruptibiles et mutabi-
les: he igit̄ cauſe in tertio gradu exiſtentes ſunt pti-
culares ad ꝓprios effectus ſecūdum ſingulas ſpeci
es determinate. Ignis enī generat ignē: et hō gene
rat hominē et planta plātam. Cauſa aūtē ſecūdi gra
dus eſt quodam mō vniuerſalis: et quodā mō parti
cularis: pticularis quidē: qꝛ ſe extendit ab aliquod
genus entiū determinatū ſcilicet ad ea que per mo
tū in eſſe producuntur. Eſt enī cauſa mouens et mota
Vniuerſalis aūt quia non ad vnā tantū ſpeciē mobi
lium ſe extēdit cauſalitas eius ſed ad omnia que al-
terantur et generantur et corrumpuntur. Illud enī
quod eſt prīo motum oportet eſſe cauſam omniū con
ſequēter mobiliū ſed cauſa primi gradus eſt ſimpli
citer vniuerſalis. eius enim effectus proprius eſt eē
Vnde quicquid eſt et quocūq; modo eſt ſub cauſali
tate et ordinatione illius cauſe proprie continetur
ſi igitur ea que hic ſunt contingentia reducamus
in cauſas primas particulares tantum īueniuntur
multa fieri per accidens. Tunc propter concurſum
duarum cauſarum quarum vna ſub altera non conti
netur: ſicut cum preter intentionem concurrunt mi
chi latrones: hic enim cōcurſus cauſatur ex duplici
virtute motiua ſcilicet mea ⁊ latronum. Tum etiam
propter defectum virtutis agentis cui accidit debi
litas vt nō poſſit puenire ad finē itērū: tūc etiā ꝓpter
diſpōnē materie q̄n recipit formā itērā ab igne ſꝫ al



terius modi ſicut accidit in mōſtruoſis animalium.
Hec autem contingentia ſi vlterius in cauſam cele-
ſtem reducantur multa horum inuenientur non eſſe
per accidens quia cauſe particulares: ⁊ ſi non conti
nentur ſub inuicem: continentur tamen ſub vna cau
ſa cōi celeſti: vnde cōcurſus eaꝝ poteſt hēre aliquaꝫ
vnam cauſam celeſtem determinatam. ¶Quia enim
virtus corporis celeſtis et incorruptibilis eſt et im-
paſſibilis non poteſt exire aliquis effectus ordinem
cauſalitatis eius ꝓpter defectum vel debilitatē ipiꝰ
virtutis: ſed quia agit mouendo et omne tale agēs
requirit materiam determinatam et diſpoſitam pōt
contingere ꝙ in rebus naturalibus virtꝰ celeſtis nō
conſequat̄ ſuū effectū ꝓpter materie indiſpoſitionē
et hoc erit per accidēs: Quis igitur multa que vidē-
tur eſſe per accidens reducendo ipa ad cauſas par-
ticulares inueniantur non eſſe per accidens reducē
do ipa ad cauſam cōēꝫ vlem .ſ. virtutem celeſtem: ta
men in hac reductione facta inueniunt̄ eſſe aliqua p
accidens ſicut ſuperius eſt habitū a philo. ¶Quādo
enim agens aliquod inducit effectum ſuū vt in pluri
bus et nō ſemper ſequit̄ ꝙ deficiat in paucioribus.
et hoc per accidens eſt. Si igitur corpora celeſtia
effectus ſuos inducūt i inferiora corpora: vt in pluri
bus et non ſemper ꝓpter materie indiſpoſitionem ſe
quit̄ ꝙ ipm ſit per accidens ꝙ virtus celeſtis effectū
ſuū non conſequatur: licet etiā ex hoc inueniatur ali
qua per accidens: facta reductione ad corpus cele
ſte: quia in iſtis inferioribus ſunt alique cauſe agen
tes que poſſunt per ſe agere abſq; impreſſione cor-
poris celeſtis .ſ. aīe rōnales ad quas non ptingit vir
tus corporis celeſtis: cū ſint forme corporibꝰ nō ſub
iecte niſi forte per accidens inquantum .ſ. ex impſſio
ne corporis celeſtis fiat aliqua īmutatio in corpore
et per accidens in viribus anime que ſunt actꝰ qua-
rundam partium corporis ex quibus aīa rationalis
inclinatur ad agendum ſed nulla neceſſitas induca
tur cū habeat liberū dominiū ſuper paſſiones vt eis
diſſentiat vel cōſentiat. Illa igitur que in his inferio
ribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad
ad has cauſas .ſ. animas rationales put non ſequunt̄
inclinationem que eſt ex impreſſiōe corporis celeſti
non inuenientur per ſe fieri per reductionem ad vir
tutem corporis celeſtis. Et ſic pꝫ ꝙ poſitio facti q̄ eſt
quedam diſpoſitio inherens rebꝰ inferioribus ex ac
tione corporis celeſtis non remouet ea que ſunt per
accidens: ſed ſi vlterius iſta contingentia reducant̄
in cauſam altiſſimam diuinam nihil inueniri poterit
ꝙ ab ordine eius exeat cum eius cauſalitas extēdat
ſe ad oīa in quātum ſunt entia. Non pōt igitur ſua
cauſalitas impediri per indiſpoſitionē materie: qꝛ
et ipa materia et eius diſpoſitiones non exeūt ab or-
dine illius agentis: qd eſt agens per modum dantis
eſſe et non ſolum per modum mouentis et alterātis
Non enim poteſt dici ꝙ materia preſupponatur ad
eſſe ſicut pſupponit̄ ad moueri: vt eius ſubiectū quin
immo eſt pars eſſentie rei ſicut igit̄ virtus alterātis
et mouentis non impedit̄ ex eēntia motꝰ aut ex tēro
eius ſed ex ſubiecto qd preſuponitur: ita virtus dan
tis eſſe non impeditur a materia vel a quocunq; qd
adueniat qualitercūq; ad eſſe rei: Ex quo etiam pꝫ
ꝙ nulla cauſa agens pōt eſſe in illis inferioribus que
eiꝰ ordini non ſubdatur relinquitur: igitur ꝙ omnia
que hic fiunt. prout ad primam cauſam diuinam re-
feruntur inueniuntur ordinata et non per accidens
eſſe inueniantur et propter hoc ſecundum fidem ca-
tolicam dicitur ꝙ nihil fit temere ſine fortuito in mun
do: et quod omnia ſubduntur diuine prouidentie
Ariſtoteles aut hic loquitur de contingentibus que
hic fiunt in ordine ad cauſas particulares, ſicut per
eius exemplum apparet. Nunc autem reſtat videre
qūo poſitio facti et prouidentie non tollit a rebus cō
tingentiam quaſi omnia ex neceſitate non eueniant
et de fato quidem manifeſtum eſt per ea que dicta
ſunt. Iam enim eſt oſtenſum ꝙ licet corpora celeſtia
et eorum motus et actiones quantum in ipſis eſt ne-
ceſitatem habeant: tamen effectus eorū in iſtis infe-
rioribus poteſt deficere vel ꝓpter indiſpoſitionē ma
terie vel propter animaꝫ ratinalem que habet libe-
ram electionem ſequendi inclinationes que ſunt ex
impreſſione celeſti vel non ſequendi: et ita relinqui-
tur ꝙ huius effectus non ex neceſſitate: ſed contin-
genter preueniant. Non enim poſitio cauſe celeſtis
eſt poſitio cauſe talis: ad quam de neceſſitate ſequa
tur effectus, ſicut ad compoſitionem ex contrarijs: ſe
quitur mors animalis vt in litera tangit̄: ſed de pro
uidentia maiorem habet difficultatem: prouidentia
enī diuina falli nō poteſt. Hec enim duo ſunt incom
poſſibilia qd aliquid ſit prouiſum a deo et nō fiat: ita
videtur ꝙ ex quo prouidentia iam ponitur et eius
effectus neceſſe ſit ſequi: ſed ſciendum eſt ꝙ ex eadē
cauſa dependet effectus et omnia que ſunt per ſe ac
cidentia illius effectus: ſicut enim homo eſt a natu-
ra: et omnia eius per ſe accidentia: vt riſible, et men
tis diſcipline ſuſceptibile. Si autē aliqua alia cau-
ſa nō faciat hominem ſimpliciter ſed hominem talē
eius non erit conſtituere ea que ſunt per ſe acciden
tia hominis ſed ſolūꝫ vti eis politicus enī facit homi
nem ciuilem. Non tamen facit eum mentis diſcipli-
ne ſuſceptibilem: ſed hac eius proprietate virtute:
ad hoc ꝙ homo fiat ciuilis: Sicut autem dictum eſt
ens in quantū eſt ens habet cauſam diuin: vnde ſicut
diuine prouidentie ſubditur ipſum ens: ita etiā om-
nia accidentia entis in quantum eſt ens inter q̄ ſunt
neceſſarium et contingens ad diuinam prouidentiā
pertinet non ſolum qd faciat hoc ens ſed ꝙ det ei cō
tingentiam vel neceſſitatem. Scdm enī qd vnicuiq;
dare voluit contingentiam vel neceſſitatē prepara-
uit ei cauſas medias ex quibus de neceſſitate ſequa
tur vel contingenter inuenitur: igitur vnuſquiſq; ef-
fectus ſecundum qd eſt ſub ordine diuine prouiden
tie neceſſitatem habet ex quo contingit ꝙ hec con-
dicionalis eſt vera, ſi aliquid eſt a deo prouiſum hoc
eſt ſecundū autem ꝙ effectus aliquis conſideratur
ſub ordine cauſe proxime: ſic non omnis effectus eſt
neceſſarius: ſed quidam neceſſarius et quidam con-
tingēs ſm analogiam ſue cauſe. Effectus enim in ſu-
is naturis ſimilantur cauſis primis: non eſt dicēdū
ſolum hoc eſt prouiſum a deo vt ſit: ſed hoc eſt proui
ſum a deo vt cōtingenter ſit vel vt neceſſario ſit. Vn
de nō ſequitur ſcdm rationem Ariſtotelis hic induc
tam ꝙ ex quo diuina prouidentia eſt poſita ꝙ omnes
effectus ſint neceſſarij: ſed neceſſariū eſt effectus eſſe
contingenter vel de neceſſitate quod quidem eſt ſin
gulare in hac cauſa ſcilicet in diuina prouidentia re
lique enim cauſe non conſtituunt legem neceſſitatis
vel contingentie ſed cōſtituta a ſuperiori cauſa vtū
tur vnde cauſalitati cuiuſlibet alterius cauſe ſubdi
tur ſolum quod ens effectus ſit qd autem ſit neceſſa
rio vel contingenter dependet ex cauſa altiori qua
eſt cauſa entis in quantum eſt ens a qua ordo neceſſi
tatis et contingentie in rebus puenit.

Queritꝛ an diffinitio fortūe ſit bona.

¶ Queritur hic vtrū diffinitio fortune data ab Ariſtotele ſit bōa ſcilicet fortuna ē cauſa per accidens extra ſemꝑ et frequenter ſcd̄m ꝓpoſitū coꝝ q̄ ꝑpter hoc ſunt: et arguitur ꝙ fortuna nō debeat diffiniri: qꝛ eſt quid ignotū et eſt ens per accidens et de tali nō eſt ſciētia. 6. methaphiſice. Preterea illa diffinitio implicat contradictionē cū dicitur per accidens et ſcd̄m ꝓpoſitū. Nam ſi dicitur accidēs: illud eſt preter intentionē et ſi eſt ſcd̄m ꝓpoſitū: illud eſt per intentionē: ergo illa diffinitio implicat. Preterea ſi muſicus faciat domū: tunc muſicus eſt cauſa per accidens extra ſemꝑ et freq̄nter: coꝝ que ꝑpter hoc ſunt: et tn̄ non eſt fortuna neqꝫ illa domus facta eſt dicenda effectus fortuitꝰ. In oppoſitū eſt Ariſt. in iſto ſecundo pro ſolutione preſentis queſtionis noto quid eſt cauſa per accidens: et eſt cauſa q̄ nō influit in effectū vel non explicat rōnē ſcd̄m quā eſt cauſa vel q̄ agit effectū nō intentū ab ea: exēplū primi eſt applicans actiua paſſiuis: exēplū ſecūdi eſt dū muſicus edificat: exemplū tertij eſt de laboranti in vinea et inuenienti theſaurū.

q̄d cā per accidēs.

Noto ſecūdo ꝙ effectus quidā ſunt intenti alij non intenti vt ſi natura intenderet ꝓducere hominē cū. 5. digitis et producetur cum ſex digitis homo ſex digitoꝝ eſt effectꝰ de per accidens: ſimiliter ſunt effectus non intenti duplices q̄dā ſunt frequētes: alij nō freq̄ntes ⁊ ad huc quidā ſunt effectus non intenti notabilis bonitatis ⁊ malicie vt inuentio theſauri alij vero ſunt nō notabiles bonitatis vel malicie vt caſus pili d̄ barba ꝑpter fricationem. Similiter eſt notandū ꝙ quedā agētia agunt per intellectū ⁊ voluntatem quedam vero nō. His habitis dicimus ꝙ fortuna non dicitur in effectibus non intentis niſi contingant raro et ſint notabilis bonitatis vel malicie et probatur hoc quia non dicitur aliquis fortunatus vel infortunatus per ea q̄ contingunt ſemel vel frequenter et per ea que non ſunt notabilis bonitatis vel malicie. ergo vera ē hec ꝓpoſitio. Similiter ī illis q̄ nō agunt ſecūdū ꝓpoſitū non dicitur ꝓprie fortura quare in congrue diceretur lapides altaris eſſe fortunatos: et ſimiliter nō ꝓprie puer dicitur fortunatus. Notabis vlteriꝰ in hac materia ꝙ fortuna recte dicitur cauſa: quia per eam conuenienter: reſpondetur ad interrogationem factam de propter quid vt ſi aliquis peteret ꝑpter q̄d fregiſti tibiam. reſponderet ꝑpter infortunium ſed diceret aliquis ad quod genus cauſe reducunꝛ fortuna et caſus. Reſpondeo ꝙ nō ad cauſam materialem: quia non intrat compoſitionē effectus. Cauſa vero materialis intrat compoſitionē effectus, nec reducuntur ad cauſam formalē ex eadē ratiōe ſed nec ad cauſam finalē: quia ſequeretur ꝙ agens a fortuna intenderet finē quod eſt falſum quia intendens finem intendit ordinem ad illum: ergo reſtat ꝙ reducatur ad cauſam efficientem: ſed dices tu effectus fortuiti ſunt infinite cauſe: ſꝫ nulliꝰ effectꝰ ſunt infinita agentia ergo: dico ꝙ cū Ariſt. dixit ꝙ effectuū fortuitoꝝ ſunt infinite cauſe: nō intellexit ꝙ effectuū fortuitoꝝ eſſent infinite cauſe quaꝝ qualibet eſſet fortuna capiendo fortunā ꝓ aīa vel ꝓ volūtate: ſed capiendo pro intentione ſicut non tot quin pluriū q̄ꝺlibet pōt eſſe efficiens fortuiti. i. non cum tot quin cū pluribꝰ intentis pōt accidere effectus fortuitus ergo ⁊c̄. Et ad rōnes cū arguebas ꝙ fortuna eſt per accidēs: ergo de ipſa nō habeꝛ ſciētia. Nego aſ̄s ꝙ fortuna ſit ens per accidens: qꝛ vt dixi in pri̊o phiſi. ens per accidens ē aggregatū ex aliquibꝰ partibꝰ quaꝝ vnio nō hꝫ cauſam determinatam et de per ſe, vt albus muſicꝰ. Ad aliud q̄ꝺ dicebas ꝙ fortuna eſt incerta intelligendū ꝙ effectus fortuitus eſt incertus quia non preſciatur euenire. Ad illud in quo ais ꝙ videꝛ contradictio qꝛ dicitur ſm̄ ꝓpoſitum et preter intentionem: Dicēdū ad hoc ꝙ non eſt ꝯtradictio quia intelligiꝛ reſpectu diuerſoꝝ. Namqꝫ beneſtat ꝙ reſpectu vnius agēs intendat et non reſpectu alterius: nec valet dicere illō q̄ꝺ dicebas de muſico: nā ille nō eſt fortuna reſpectu domificationis quia hic domificationem intendit et ſic illa domificatio eſt effectus intentus: et per ꝯñs non fortuitus.

Utrū aliquid fiat a caſu.

¶ Queriꝛ vtrum aliquid fiat a fortuna vel caſu: ⁊ arguitur ꝙ non nihil fit malū in natura ſed aliqui effectus caſuales ſunt mali vt monſtra: ergo tales effectus non poſſunt fieri a natura ⁊ ſic nec ab intellectu. Preterea natura non habundat in ſuperfluis nec deficit in neceſſarijs. 3. de aīa: ſed monſtra ſunt ſuperflua. Similiter oēs effectus intendit pri̊a cauſa: ergo nihil fit a caſu reſpectu pri̊e cauſe. Preterea reſpectu celi nullus effectus naturalis fit a caſu. In oppm̄ eſt Ariſt. in iſto textu. Pro declaratiōe huius noto vt bene notat Albertus de ſaxonia. 2. phiſicoꝝ. q. 14. ꝙ ſunt due opiniones extreme ⁊ vna media. Pri̊a erat ꝙ nihil fiebat a caſu qꝛ oīa ex neceſſitate euenīūt taliter ꝙ neceſſitas operationū ⁊ diſpoſitionum fit ex parte materie et non ex parte finis, vt non pluit ꝑpter herbas: ſed quia vapor factus aqua et pluuia deſcendit. Secunda eſt opinio q̄ tenet oīa fieri a caſu q̄ꝺ euenit quia oē agēs naturale in aīatū non cognoſcit: ergo agit preter intentionē. Tertia opinio eſt vera q̄ꝺ aliqua fiunt a caſu aliqua non: primum patet quia aliqua fiunt preter intentionē agētis vt artifex qui intendit ſcribere. b. et ſcribit. a. aliqua etiam non fiunt a caſu vt motus celeſtes fiunt de per ſe et non a caſu celo. Ex quo ſequitur ſolutio illiꝰ rationis quia agentia inanimata agunt preter intentionem. i. preter cognitionem: non aūt preter intētionem. i. preter inclinationem vt lapis non agit preter inclinationem deſcenſum ſed fractionem olle. Noto ſecundo ꝙ in iſtis inferioribꝰ cōcurrūt ſepenumero plura agentia ad vnū effectum et reſpectu quorūdā eſt a caſu et reſpectu alioꝝ non ita ꝙ reſpectu cauſe prime nil fit a caſu: bene tn̄ reſpectu cauſe ſecunde. Noto tertio ꝙ fortuna ꝓprie dicitur ⁊ caſus in his q̄ fiunt preter intentionem ⁊ ſunt contingentia rara notabilis bonitatis vel malicie: licet caſus cōuenit tā rebꝰ aīatis q̄ꝫ inanimatis: vnde eclypſis lune q̄uis fiat preter intentionem ipſius motoris non intendentis defectū ſui orbis: non tn̄ fit a caſu qꝛ nō fit preter intentionem omnium cauſarum agentium ſimul concurrentium. Etiam patet quia caſualia non preſciuntur: eclypſis tamen preſcitur. Noto quarto ꝙ accipiens caſum proprie reperiꝛ in ꝯtingētibꝰ raro ⁊ ideo non fit in contingentibus ad vtrūlibet ⁊ per idē patet ꝙ accipiendo fortunā improprie pōt reperiri in contingentibus ad vtrūlibet, vt quando dicitis ludētem ad taxillos ſi lucratur eſſe fortunatum q̄uis intendebat lucrari ⁊ ſic conciliabis Auicennā ⁊ Auerroem in iſta parte. Nam cum dicit Auicenna in contingentibus ad vtrūlibet fore fortunā intelligas improprie: ſed cū dixit Auerrois ꝙ nō intellige ꝓprie. Ad rationes principales facile dicitur ꝙ bn̄ ꝓbant nihil fieri a caſu ſimpliciter ſecus autem ſcd̄m quid.

Infinitas



T.cō.53. INfinitas quidē igiꝛ cās ne
ceſſe eſt eſſe: a quibus vtriqꝫ fiat: quod
eſt fortuna. Unde videtur fortuna in
T.c.54. finiti eſſe: et īmanifeſta homini. ¶ Et
ē vt nihil a fortūa, videbiꝛ vtriqꝫ fieri
Omnia quidem cū hec recte dicun
tur: quoniam rationabiliter. Eſt quidem enim vt ſit
a fortuna: et ſecundum accidens enim fit: et eſt cau
ſa ſicut accidens fortuna: vt autem ſimpliciter nulli
us vt domus edificator quidem cauſa eſt: ſecundum
accidens autem tibicem: et venientem referendi ar
gentum non huiꝰ cauſa venientem infinite ſunt mul
titudine. Et enim videre aliquem volens et ꝓſequēs
T.c.55. et fugiens et viſurus. ¶ Et fortunam dicere eſſe ali
quid extra rationem recte eſt. Ratio enim aut ē eo
rum que ſemper ſunt: aut eoꝝ que ſicut frequenter:
fortuna autem in his que fiunt preter hec. Quare
quoniam infinite que ſic cauſe ſunt et fortuna infini
ta eſt. ¶ Tamen deficiet in quibuſdam vtriqꝫ aliquis
Nunquid igitur contingentia cauſa vtriqꝫ fiant for
tune: vt ſanitatis aut ſpiritus: aut eſtus: ſed non de
pilari. Sunt autem alie alijs proximiores que ſunt
ſm̄ accidens cauſarum. ¶ Fortuna autem bona qui
T.c.56. dem dicitur: cū bonum aliquid euenit praua autem
cum prauum aliquid. ¶ Eufortunium autem et diſ
fortunium eſt cum magnitudine habentia ſunt hec:
vnde et ſecus paruum malum: aut bonum accipere
magnum: aut diſcontingere: aut eucontingere eſt:
quoniam ſicut eſt dicit intellectus: quod enī ad par
uum tanquam nihil debere videtur. ¶ Amplius au
tem incertum eufortunium rationabiliter eſt. For
tuna enim incerta eſt. Neqꝫ enim vt ſemper: neqꝫ ſi
cut frequenter poſſibile eſſe que ſunt a fortuna ni
T.c.57. hil. ¶ Sūt quidē igitur ambo cauſe quemadmodū
dicendum eſt ſecundum accidens: et fortuna ⁊ caſus
in contingētibus fieri: neqꝫ ſimpliciter: neqꝫ ſicut fre
quenter et eoꝝ quecūqꝫ vtriqꝫ hēt propter aliquid.
¶ Differūt autem quoniam. Caſus amplius eſt. Quod
enim eſt a fortuna: eſt et a caſu: hoc autem non omne
T.c.58. a fortuna eſt. ¶ Fortuna quidem enim et quod a for
tuna eſt quibuſcunqꝫ et eu contingere vtriqꝫ inerit ⁊
omnino actus eſt. ¶ Unde neceſſe eſt circa practica
eſſe fortunam: ſignum autem eſt quod videtur idem
felicitati aut prope. Felicitas autem praxis quedā
T.c.59. eſt. Eupraxia enim eſt. Quare quibuſcunqꝫ non con
tingit agere: neqꝫ a fortuna aliquid facere. ¶ Et
ꝑpter hoc neqꝫ inanimatū nihil: neqꝫ infans: neqꝫ beſ
tia nihil facit a fortuna: quoniam non habent propo
ſitū: Neqꝫ eufortunium: neqꝫ infortunium ineſt his
niſi ſm̄ ſimilitudinem: ſicut dixit Plutarchus eufor
tunatos eſſe lapides ex quibus ſunt are: cum hono
rentur. Copulati autem his conculcantur: pati autē
a fortuna ineſt quodammodo et his cum agens ali
T.c.60. quid circa hec agat a fortuna: aliter aūt non. ¶ Sꝫ
caſus eſt in alijs animalibus ⁊ ī animatis vt equꝰ ca
ſu inquit venit: quoniam ſaluatus eſt quidem veniēs
non ſalutis autem cauſa venit. Et tripoda caſu ceci
dit. Stat quidem enim cauſa ſedendi: ſed non cau
T.c.62. ſa ſedendi cecidit. ¶ Quare manifeſtū eſt ꝙ in his q̄
ſimpliciter propter aliquid fiunt cum non acciden
tis cauſa fiunt: quorum extra eſt cauſa: tūc a caſu di
cimus: a fortuna autem eorum quicunqꝫ a caſu fiunt
T.c.63. propoſitorum in habentibus propoſitū. ¶ Signum
autem eſt quid vanum eſt: quoniam dicitur cum non
fiat quod propter aliud illius cauſa: vt ambulare
diſpoſitionis cauſa eſt. Si vero non fiat ambulanti
fruſtra dicimus ambulaſſe: et ambulatio vana tan
quam hoc ſit fruſtra: quod aptum natum eſt alteri
us cauſa cum non includit illud cuius cauſa erat ap
tum natum. Quoniam ſi aliquis ſe balneatum dicat
fruſtra: quia non defecit ſol: deriſio vtriqꝫ erit: non enī
erat hoc propter illud. ¶ Si igitur ꝙ automatum
ſecundum nomen eſt, cum ipſum fruſtra fiat. Cecidit
enim non percuciendi cauſa lapis. Ab eo igitur q̄ꝺ
automatum cecidit lapis: quia cecidit vtriqꝫ a quo
dam et percutiendi cauſa. ¶ Maxime autem ſepa T.c.64.
ratum eſt a fortuna in his que a natura fiunt: cum
enim fiat aliquid extra naturam tunc non a fortuna
ſed magis ab eo quod per ſe fruſtra eſt factū eſſe di
cimus. Eſt autem et hoc alterum: huius quidem enī
exterius eſt cauſa: illius vero interius. ¶ Quid igi
tur ſit per ſe fruſtra: ⁊ quid fortuna dictū ⁊ eſt: quid
differunt ad inuicem. ¶ Sed modorum cauſarū in T.c.65.
quibus eſt vnde principium motus vtrūqꝫ ipſo
rum eſt: aut enim eorum que ſunt a natura cauſa ali
qua eſt: aut eorum que ſunt ſub intellectu cauſa ſem
per eſt ſed eorū multitudo indeterminata ē. ¶ Quō T.c.66.
aūt caſus et fortuna ſunt cauſe eorū quoꝝ vtriqꝫ aut
intellectu fiat cauſa aūt natura: cū ſm̄ accidens cau
ſa aliqua fiat horū ipſorum nihil aūt ſm̄ accn̄s prius
eſt his que ſunt ꝑ ſe manifeſtū eſt ꝙ neqꝫ ꝑ accn̄s cau
ſa prius eſt ea que eſt per ſe. ¶ Poſteriꝰ itaqꝫ eſt ca T.c.67.
ſus et fortuna et intellectu et nā. Quare ſi q̄ maxīe
celi cauſa ē caſus: neceſſe priꝰ cām intellectum et na T.c.68.
turā eē et alioꝝ multorū ⁊ huius aūt omnis. ¶ Que
aūt ſunt cauſe: et ꝙ tot ſint numero quot dicimꝰ ma
nifeſtum eſt: tot enī ſm̄ nūerum ꝑpter quid cōprehē
dit aut enī in q̄ꝺ q̄d eſt reducitur ꝑpter quid vltimū
in imobilibꝰ: vt ī mathematicis. In diffinitiõe enī re
cti aut cōmenſurati aut alicuiꝰ cuiuſdā reduciꝛ vlti T.c.69.
mū. ¶ Aut ī mouentem primū: vt ꝑpter q̄d certaue
runt: q̄m furati ſunt: aut alicuiꝰ gr̄a vt dn̄enꝛ: vt in
his q̄ ſunt nā. Quō quidē igiꝛ cauſe he et tot ſint ma
nifeſtum eſt.

ARiſtoteles textu cōmēti quīnq̄ageſimi tertij dicit rationem eorū que d̄ fortuna dicuntur. Et primo eorum que dicta ſunt ab antiquis. Secundo eorū que ab hominibus vulgariter dicuntur ea parte qua dicit ⁊ fortunā dicere, poſuit autem ſupra tres opiniones de fortuna quarum mediam oīo improbauit tanqꝫ omnino falſā: quia ponebat fortunam eſſe cauſam celi et mundanoꝝ omniū: vnde media ſubſtracta de medio. Pri̊o aſſignat quomodo veritatem habet tertia opinio: que ponebat fortunam eſſe immanifeſtā homini. Secundo declarat primam opinionem que poſuit nil fieri a fortuna et a caſu in illa parte et eſt vt nihil a fortuna. Dicit aūt tex. mō quare fortuna eſt homini immanifeſta: et dicit qꝛ ſunt infinite cauſe effectus fortuiti ⁊ infinitum in quārū infinitū eſt ignotū. Hic benemerito dubitaret aliquis vtrum ſint omnes cauſe poſſibiles dabiles alicuius effectus: et Entiſber eruditiſſimus credit non poſſe dari omnes cauſas poſſibiles alicuius effectus. Pro cuius propoſitionis declaratione noto aliquas propoſitiones. Prima propoſitio reſpectu effectus intentionalis dantur omnes cauſe poſſibiles ſimul: non tamē ſucceſſiue. Probatur ſic. Nam reſpectu noticie intuitiue quam habet anima petri de Joane dantur omnes cauſe poſſibiles ſimul concurrentes ſcilicet obiectum quod eſt Joānes poten

tia que eſt anima petri et ſpeties atqȝ deus dixi non ſucceſſiue: quia aliud poteſt eſſe cauſa illius noticie puta deus.

Secũda ꝓpō.

Secunda propoſitio Marſilij eſt opinio primo de generatiõe in illa queſtione an id eſt effectus poſſit produci a plurium agentium quelibet. qđ quilȝ effectus producitur ab omnibus cauſis poſſibilibꝰ produci itaqȝ ſi petrꝰ fiat in hoc inſtanti ⁊ hoc inſtans laberetur et non fieret non poſſet vltra produci.

Tertia ꝓpō.

Tertia ꝓpoſitio verior ē opinio Ocham in quotlibetis et in tertio ſententiarum ꝙ nullus effectus poteſt fieri ab omnibus ſuis cauſis poſſibilibus. Nam inquit ſi filius aliquis predeſtinatus fiat a platõe patre preſcito illemet ſi fieret in ſtatu inocencie fieret ab alio patre prediſtinato igitur non haberet ille filꝰ eſſe effectus ab omnibus ſuis cauſis poſſibilibus. Secunda ratio quando fit aliquis effectus non habet tot cauſas finales cũ poſſet habere plures vt patet de eũte ad eccleſiam qui non poteſt ire ꝓpter tot fines quin poteſt ire propter plures: ergo eodē modo. Dicetur de effectibus comparatis ad cauſas efficientes. Tertia ratio ſuppoſitatio nature humane non poteſt fieri a tot ſuppoſitis quin poſſet fieri a pluribus vt patet de tribus perſonis diuinis ſi aſſumerent eãdē humanitatem et vnus angelus et ⁊c. ſimilis queſtio poſſet formari vtrũ eiuſdeȝ effectꝰ poſſint eſſe plures cauſe totales. Circa quod note ꝙ cauſa totalis dicitur duobus modis. Uno modo totalis totalitate effectus et hec eſt que producit totum effectum ſyncathegoreumatice et hoc modo bene poteſt eſſe quod vnius effectus ſint plures cauſe totales totalitate effectus. Nam dum deus et agens cauſant ignem: ille ignis ſecundum ſe et quodlibet ſui fit a deo ⁊ ſimiliter ab igne: ergo bene poſſunt eē plures cauſe totales eiuſdem effectus alio modo dicit̃ cauſa totalis: totalitate cauſe ideſt faciens effectum ſe ſola et hoc modo non poſſunt eſſe due cauſe totales: ideſt adequate eiuſdem effectus et hoc modo rationes Scoti tertio ſenten. diſtinctione et .q. primis ꝙ non poſſunt eſſe plures cauſe totales eiuſdem effectus bene conuincũt non tamē ſi capiatur cauſa totalis pro totali totalitate effectus poteſt etiam capi totalis vt tantum valeat ſicut ſufficiens: et hoc modo bene poteſt eē ꝙ ſint plures cauſe totales ideſt ſufficientes eiuſdem effectus, vt iam exemplificatum eſt de cauſis finalibus. ¶ Poſtea philoſophus oſtendit quomodo prima opinio veritatem habeat ſcilicet ꝙ a fortuna nihil fit quod probat quia fortuna eſt cauſa per accidens et quod eſt per accidens non ē proprie cauſa, vt edificator eſt cauſa per ſe domus ſecũdum accidens vero tibicem qui vere non eſt cauſa edificãdi quod idem ſuadet quia infinite tales ſunt cauſe per accidens vt ſi deportaſti argentum a domo petri potuit eſſe cauſa ſi non intendebas portare te videre aliquem velle et perſequi et fugere et ſic de reliquis infinitis: et hoc dicit tex. cõ. 54. ſed textu cõ. 55. aſſignat rationem eorum que dicuntur de fortuna vulgariter ſcilicet ꝙ fortuna ē ſine ratione ſecundo eius quod dicitur fortunam eſſe bonam vel malam. Dicit ergo primo ꝙ recte dicitur fortunam eſſe abſqȝ ratione: quia nos nõ poſſumus ratiocinari niſi in his que frequenter vel ſemper accidũt. Fortuna vero eſt in his que raro contingunt: quare quoniam infinita ſunt talia per accidens et ſine ratione: ſequitur ꝙ fortuna infinita eſt: et per cõſeq̃ns ſine ratione. Statim vero mouet quandam dubitationem: et eſt. Utrum quecũqȝ contingat eſſe cauſas per accidens debeant dici fortuna: ſicut patet ꝙ ſanitatis cauſa per ſe poteſt eſſe, vel natura, vel ars medicine: cauſe autem per accidēs poſſunt dici omnia illa quibus contingentibus contingit fieri ſanitatem: ſicut eſt ſpiritus ideſt ventus: et eſtus et abraſio capitis: nunquid igitur quodlibȝ iſtorum eſt cauſa per accidens: ſed quia ſupra diximus ꝙ fortuna maxime dicitur cauſa per accidens ex parte effectꝰ prout ſcilicet aliquid dicitur eſſe cauſa eiꝰ quod accidit effectui. Manifeſtum eſt ꝙ cauſa fortuita aliquid operatur ad effectum fortuitum: licet non intendat illud: ſed aliquid aliud effectui coniunctũ: et ſecundum hoc ventus aut eſtus poſſunt dici cauſe fortuite ſanitatis in quantum faciunt aliquam alterationem in corpore: ad quam ſequitur ſanitas: ſed depilatio aut aliquid aliud huiuſmodi non facit manifeſte aliquid ad ſanitatem: ſed tamē inter cauſas ꝑ accidens: alique ſunt ꝓpinquiores: et alique remotiores: ille autem que ſunt remote minꝰ videnť eſſe cauſe. Deinde tex. cõ. 56. aſſignat rationem eius qđ dicitur fortunã eē bonum vel malum: et primo aſſignat rationem quare dicitur fortuna bona vel mala ſimpliciter: et dicit ꝙ fortuna dicitur bona quando aliquod bonum contingit: et mala quando malum. Poſtea vero aſſignat rationem euſortunij: ⁊ dicit ꝙ euſortunium dicitur quando habet aliquod bonum vel malum cum magnitudine. Nam euſortuniũ dicitur quando ſequitur aliquod magnum bonum: infortunium autem quãdo ſequitur aliquod magnum malum et quia priuari bono accipitur in ratione mali et priuari malo in ratione boni: ideo quãdo aliquis parum diſtat a magno bono ſi amittat illud dicitur infortunatus: et ſi aliquis ſit propinquus magno malo et liberetur ab illo dicit̃ etiam fortunatus: et hoc ideo quia intellectus accipit illud quod parum diſtat ac ſi nihil diſtaret ſed iam haberetur. Poſtea autem aſſignat rationem: quare euſortuna ſit incerta et dicit ꝙ ideo eſt: quia euſortunium fortuna quedã eſt. Fortuna autem eſt incerta cum ſit eorum que nõ ſunt ſemper neqȝ frequenter vt dictum eſt. Unde ſequitur euſortunium eſſe incertũ. Deinde vero tex. cõ. 57. Concludit quaſi recapitulando ꝙ vtrumqȝ ſcilicet caſus ⁊ fortuna eſt cauſa ꝑ accidēs ⁊ vtrũqȝ in his que contingunt non ſimpliciter ideſt nec ſemper neqȝ frequenter: et vtrunqȝ eſt in his que fiunt propter aliquid: vt ex ſupra dictis patet. Poſtea philoſophus ea parte qua dicit. Differunt autem declarat ꝙ caſus differt a fortuna quia caſus eſt terminus ſuperior ad fortunam: namqȝ fortuna eſt in his q̃ agũt ſecundum intellectum et vnum intēdunt et aliud ſequitur preter intentionem: ſed caſus eſt in illis que intendunt vnum atqȝ ſequitur aliud preter intẽtionem. Poſtea dicit tex. ꝙ fortuna tantum eſt in his q̃ poſſunt eſſe fortunati vel infortunati et in illis in quibus contingit eſſe dominos ſuorum actuũ quare fortuna ſolum eſt circa pratica vel ea que agi poſſunt cuius ſignũ eſt quia videtur eſſe idem felicitati. Felicitas autem eſt quedã praxis vel eupraxia ideſt bona praxis. Eſt enim operatio virtutis optime ſecundam potentiam optimam in vita perfecta: vt dixit Ariſtoteles in primo ethicorum quare infertur ꝙ quibuſcunqȝ non contingit agere ideſt non eſſe dominos ſuorum actuum: nec contingit a fortũa aliquid facere: propter quod dicit textu commenti qñquageſimi noni ꝙ nullum inanimatum, nec infans, nec beſtia: facit aliquid a fortuna quare in his non



contingit euſortunium nec infortunium niſi ſimilitudinarie: ſicut dicitur ꝙ lapides ĩ altaribus ſunt fortunati quia eius honor et reuerentia exhibetur cum lapides coniuncti conculcentur, pati autem a fortuna ineſt quodam modo his vt quando agēs aliqđ circa hec agit aliquid a fortuna aliter autem non. Deinde Philoſophus textu commenti ſexageſimi dicit ꝙ caſus eſt in alijs animalibus: et etiam in rebus inanimatis: ſicut ꝙ equus caſu venit quando ſalutem adeptus eſt veniens: licet nõ venerit cauſa ſalutis. Aliud exēplũ ponit in rebꝰ inanimatis ſimiliter. tripoda ſtat per caſum vt ſit apta ad ſedendum licet non iſta de cauſa ceciderit vt ſtaret apta ad ſedēdũ Concludit philoſophus textu commenti ſexageſimi primi ex ꝑmiſſis ꝙ ĩ his q̃ cõtingit facere aliquid, preter intentionem cum tamen faciant aliud ex intentione, contingit ſi habeant propoſitum eſſe fortunam: ſi vero non eſſe caſum. Poſtea vero textu commenti ſexageſimi ſecundi. Declarat ꝙ caſus accidit in his que ſunt propter aliquid et accipit ſignum ab eo quod dicitur vanum: quod ſecundum nomen in greco propinquum eſt caſui. Dicitur autem vanum cum id quod eſt propter aliquid non fiat eiꝰ cauſa ideſt non accidit ex eo propter quod fit: ſicut ſi quis ambulet ad deponendũ ſuperflua nature. Si hoc non accidat deambulanti: dicitur fruſtra deambulaſſe: et ambulatio eius eſſe vana: ac ſi hoc ſit fruſtra vel vanum: quod aptum natum eſt fieri cauſa alicuius cum non includat illud (Cuius cauſa natum ē fieri) quare dicat (Cuius cauſa natum eſt fieri) exponit ſubdens quia ſi aliquis dicat ſe fruſtra balneatum: quia eo balneato non deficit ſol: Deriſorie diceret: quia hoc quod eſt ipſum eſſe balneatum non erat natum fieri propter hoc quod deficeret ſol: vnde caſus qui in greco dicitur Automaton ideſt per ſe fruſtra accidit in his que ſunt propter aliquid: ſicut id quod eſt fruſtra: vel vanum: quia per ſe fruſtra ſecundum ſuum nomen ſignificat: ſicut per ſe homo ipſum hominem et per ſe bonum: ipſum bonum ⁊ exemplificat in his que caſu ſunt: ſicut cum dicitur ꝙ lapis cadendo percutiens aliquem cecidit non percuciendi cauſa; ergo cecidit ab eo quod eſt per ſe vanum: vel per ſe fruſtra: quia non natus eſt propter hoc cadere: Cadit enim aliquando lapis ab aliquo emiſſus percuciendi cauſa: quamuis autem caſus: et vanum conueniant in hoc quod vtrunqȝ eſt in his que ſunt propter aliquid. Differunt tamen quia vanum ex hoc ꝙ non conſequitur aliquid quod intēdebatur: vnde quãdoqȝ eſt vanum: et caſus ſimul puta cum non accidit illud quod intendebatur: ſed accidit aliquid aliud quãdoqȝ autem eſt caſus ſed nõ vanũ cum accidit: et illud quod intendebatur ⁊ aliud quandoqȝ autem eſt vanum: et non caſus quãdo non accidit illud quod intēdebatur nec aliquid aliquid aliud. Queritur circa iſtum textum: vtrũ poſſit eſſe aliquid in natura vanum: et videtur ꝙ ſic quia muſca videť in natura eſſe quid vanum: et animalia venenoſa dicuntur eſſe quid vanum. Similiter dicũtur quid vanum ſol et angelus: quia non poſſunt facere ſibi ſimile: ergo tanquam fruſtrata ſuo fine videntur vana. In oppoſitum eſt philoſophus dicens in natura non eſſe vanum: ſed omne quod agitur agitur propter finem.

Pulcherrima concluſio.

Pro declaratione iſtius queſtiõis pono hanc concluſionem forme ſubſtantiales rerum inanimatarum poſſunt ſibi ſimile producere extra ſe: forme vero rerum animatarum ſi ſint anima extenſa poſſent diſſimilem facere formam ſubſtantialem et ſimilem generatione coniuncta et non ſeparata: forme vero que ſunt anime inextenſe vt anima rationalis ſibi ſimilem omnino non poſſunt diſſimilem vero formã ſubſtantialem poſſunt producere: ſpirituales autem ſubſtantie nequeuntes informare materiam ſi ſunt create: nec ſimilem, nec diſſimilem ſubſtantiam facere queunt ſed ſolas noticias et voliciones. In corporalibus tamen aplicant actiua paſſiuis ⁊ nihil amplius agunt. Deus vero omnium ſuprema intelligētia omnia facit: premittit tamen creaturas ſuos actus facere ipſo concurrente. Iſta concluſio continet ſex partes.

Pria ps.

Prima pars eſt ꝙ forme ſubſtãtiales rerum inanimatarum poſſunt aliquid agere extra ſe quod docet experientia. Nam forma ignis formam ignis generat extra ſe.

Secũda pars

Secunda pars ē ꝙ anima extēſa ſicut eſt anima bruti formam ſibi diſſimilem in ſpecie poteſt generare: ſicut anima eq̃ formam ſanguinis et etiam ſibi ſimilem valet generare generatione coniuncta. Nam anima equi dum creſcit equus ſibi ſimilem animam producit generatione tamen ſeparata nunquã anima equi generat animam equi: cum equo mortuo generante forma geniti generetur.

Tertia pars

Tertia pars probatur: quia anima rationalis adeo ſolo fit: igitur vna ratiõalis nõ producit aliam: quod autem diſſimilem poſſent facere bene patet: quia anima rationalis mediante calore naturali generat formam ſanguinis.

Quarta pars

Quarta pars eſt quod angeli non poſſunt producere niſi accidentia ſpiritualia: accidentia vero corporalia nullatenꝰ poſſunt facere: ſed ſolum applicant actiua paſſiuis: ſi tamen in demone aſſumente corpus appareat qđ faciat operationes vitales que ſunt nutritio ⁊ augmẽtatio: illud eſt phantaſtice non vere: ꝙ ſi vere ſint a ſolo deo fiũt.

Quinta pars

Quinta pars eſt nota: ſed vt amplius hec manifeſtenť nota cuilibet forme ſubſtãtiali corporali inditum eſt formam ſubſtantialem ſimilem in ſpecie producere ſicut quibuſdam conuenit diſſimilem formã in ſpecie efficere: et nulli forme intellectuali conuenit aliam formam ſubſtantialem ſimilem vel diſſimilem ĩ ſpecie ꝓducere. Prima pars de formis corporalibus conſtat partim experientia: partim ex illa maxima phiſica.

Maxĩa phyſica.

Omne agens naturale cui ſimilia in ſpecie poſſunt eſſe multa eſt ſibi ſimilis in ſpecie productiuũ dicitur cui ſimilia ⁊ cetera: quia ſol non eſt alterius ſolis productiuus: quia naturaliter plures eſſe non poſſunt: et an alia aſtra eiuſdem ſint ſpeciei vel diuerſarum: in ſecundo de celo videbitur: et inſtantia eſſe poſſet de forma corporeitatis: (de qua ſuperius: que ſi admittatur nullius eſt actiuitatis: ſicut nec materia: et per conſequens nec forme eiuſdem ſpeciei: nec diuerſe eſſet productiua Sed nos probabilius reputauimus talem formam non eſſe admittendam: ⁊ quando non eſſet aliud argumentum quam ꝙ ſi aſſignaretur eſſet forma ſubſtantialis nullius productiua eēt ſatis apparens contra poſitionem ponentem talem formam nec ſatiſfaceret dicere ꝙ, nec angelus, nec anima rationalis ſunt alicuius forme ſubſtantialis productiua: quia nihilominus alicuius actiuitatis ſunt. Secunda pars prefate propoſitionis videlicet ꝙ nulle forme intellectuali conuenit aliam formam ſubſtantialem producere partim ratione partim fide teneri poteſt. Unde doctor ſubtilis in quarto diſtinctione prima: et queſtione prima nititur contra Auicennam oſtendere nullum angelum alicuius ſubſtan

ſubſtantie eſſe productiuum: ⁊ ratio qua vtitur idē
videtur concludere de anima intellectiua. Conſiſtit
enim ſua ratio in hoc quod angelus nihil poſſet pro
ducere niſi per intellectionem: et cum nulla intellec
tio: eo quod eſt accidens ad productionem ſubſtātie
valeat non poſſet angelus ſubſtantiam producere: ⁊
cum anima rationalis ſit nature intellectiue: idem
de ea videtur dicendum eſſe: ſed vt oſtendetur ra-
tio Doctoris ſubtilis non concludit efficaciter in-
tentum: immo nec nimis probabiliter: quia propter
aſſerimus ſola fide tenendum eſſe animam rationa-
lem non poſſe aliam eiuſdem ſpeciei ꝓducere et cre
dendum ē ipſam a ſolo deo produci: ꝙ ſi anime com-
peteret aliā producere nihil prohiberet quin admi
nus ad productionem alteriꝰ cum deo cōcurreret
quia deus non denegaret quandoꝗ anime concur-
ſum in productionem alterius ſi eidē conuenire poſ-
ſet: ſed quelibet intellectualis natura talis conditio
nis eſt ꝙ nullius rei extra ſe eſt productiua: dempta
prima cauſa, quia cum debeat pro eſſentia intellec
tualis intellectionem producere et talis intellectio
operatio ſit īmanēs: non eſt alicuius extrinſeci crea
tura intellectualis productiua: hoc tamen non dici-
tur ad mentem doctoris ſubtilis qui loquens de col
locutione angelorum ſecundo ſenten. dicit vnum an
gelum alteri angelo loqui per hoc quod ꝓducit in
eo noticiam rei quam ſignificare vel repreſentare

*De locutiōe angelorꝫ multa egregia.*

ei intendit: ſed alium modum angelice collocutio-
nis aliꝗ aſſignant Guilelmo Ocham dicente. Unum
angelū alterū alloqui per hoc quod repreſentat ei
noticias rerꝫ i ipō exiſtētes recte ſicut ſortes diceret
alloqui platonem per hoc quod ei oſtendit literas q̄
bus repreſentatur ipſi platoni quod ſortes intendit
ipſum platonem cognoſcere. Gregorius autem qui
buſdaꝫ nutibus et ſignis angelos vti qui nobis ſunt
incogniti in ſua collocucione aſſerit: dominus Oc-

*Guillermꝰ Okā.*

cham: ⁊ opinio communis tenet ꝙ locutio angeli ſup
ponit pro ipſo conceptu quem format angelꝰ loq̄ns
⁊ connotat volicionem qua vult manifeſtare aliquid
alicui: auditio vero angeli ſupponit pro noticia re-
flexa quam habet angelus audiens de noticia quā
angelus loquēs format: vnde imaginatur quod q̄m-
admodum aliquis videns imaginem ceſaris per il
lam cognoſcit ceſarem: ita angelus audiens per no
ticiam quam habet de noticia angeli loquentis cog
noſcit obiectum repreſentatum per noticiam angeli

*Corolla. i.*

loquētis. ¶ Ex quo īferūtur tria corrolaria. Primū
eſt ꝙ impoſſibile eſt angelum audientem propter ſo
lam noticiam reflexam qua audit habere noticiam
intuitiuam obiecti repreſentati per noticiam loquē
tis: ſiue obiectum ſit viſum ab audiente: ſiue nō. Cor
relarium probatur. Nam quemadmodum ego per
ſolam noticiam imaginis imperatoris nō formo no
ticiam intuitiuam imperatoris niſi ipſe ſit preſens ⁊
aduertam ad illum: ita pari modo nō poterit ange
lus audiens per ſolam illam noticiam reflexam ag-

*Corolla. 2.*

noſcere intuitiue obiectū: quamuis ſit preſens. Se-
cundum correlarium: ſi angelus loquēs alloquatur
audiētem de obiecto alˀs viſo ab audiente formabit
angelus audiens noticiam abſtractiuam propriam
diſtinctam de illo obiecto: ſi vero angelus loquēs lo-
quatur de obiecto nunquam viſo ab audiente forma
bit auditꝰ abſtractiuam cōfuſaꝫ diſcurſiue per hoc
quod loquens formet multas noticias et multos aſ-
ſenſus d̄ illa re incognita audienti: quas omnes aſ

*Corolla. 3.*

piciat audiens. Tertium correlarium. Noticia lo-
quentis repreſentat loquenti naturaliter proprie
ſuum obiectum, ſed in audienti inſtrumentaliter na
turaliter ex inſtinctu nature: nāꝗ quēadmodū ima
go ceſaris repreſentat mihi ceſarem inſtrumentali
ter: ad quod requiruntur due noticie: vna de illa
imagine altera de habitudine imaginis ad rem
ſignificatam per illam: ita pari modo requirit̄ vna
noticia illius noticie angeli loquentis: altera q̄ cog
noſcatur in quantū noticia eſt: vide Gabrielem diſ
tinctione nona ſecundi queſtione ſecunda. Opinio

*Doctor ſubtilis.*

Scoti eſt de locutione angelorum: ꝙ vnus angelus
alloquitur alium angelum cauſando in illo notiā de
obiecto quod vult manifeſtare. ¶ Notabis quod eo
dem ordine quo cauſantur noticie in angelo loquē-
te eodem penitus ordine cauſantur in angelo audiē
ti aloquenti. Ita ꝙ quemadmodum non poteſt cau-
ſari in angelo loquente noticia abſtractiua diſtinc-
ta quin preceſſerit intuitiua: ita neꝗ poteſt cauſare
notiam abſtractiuam diſtinctā in audienti quin pre
ceſſerit cauſatio intuitiue in eodem audienti et q̄m
admodum angelus loquens non poteſt habere noti
ciam intuitiuam de aliquo quin cauſetur a ſolo deo
vel ab obiecto preſenti: ita non poteſt loquens cauſa
re intuitiuam in audiēte niſi obiecto preſenti vel dō
ſe ſolo cauſanti. Item nō poteſt angelus loquēs cau
ſare aſſenſum in audiente de aliqua propo. quin pre
ceſſerit in audiente cauſatio noticie apprehenſiue: ex
quo ſequitur ꝙ intellectꝰ angeli loquentis poteſt ne
ceſſitare audientem vt audiat et poteſt loqui vni et
non alteri quamuis ſint multi preſentes: ſed certe
durum eſt concedere ꝙ angelus loquens poſſet pro
ducere volitionem in audiente de aliquo quod audi
ens non vult audire. Nam tunc voluntas creata po
teſt neceſſitari ab angelo. Tertia eſt opinio Gre.

*Doctor ſanctus.*

et docto. ſancti dicentium ꝙ angelus alloquitur ali
um angelum per quoſdam nutus nanꝗ dicunt ꝙ ē
impoſſibile aliquem angelum agnoſcere conceptus
alterius quod probant multis auctoritatibus ſacre
ſcripture primo auctoritate primi Paralipomenon
Ubi dicit tu ſolꝰ noſti corda filiorꝫ hominum ſcrutās
corda et renes deus: dicebat pſalmiſta. Item Hie
ronymus ſuper illud: vbi dicit. Cum vidiſſet Jeſus
cogitationes eorum, dixit. In hoc monſtratur quod
ſit deus: quia ſolus dūs cognoſcit cogitationes alio-
rum. Tales autem nutus repreſentant obiectū na-
turaliter ex inſtinctu nature. Durandus tn̄ ſecundo
ſenten. Arguit contra hoc dicendo: vel illi nutꝰ ſunt
ſigna ſpiritualia vel corporalia non ſecundū: ergo
primum ꝙ ſi angelus poteſt videre illos nutus ſpiri
tuales: quare non poterit videre noticias angeli lo
quentis cum ſint etiam ſpirituales. Dicam ego ad
hoc ꝙ ſumus opifex deus ſciuit condere quedam ſig
na ſpiritualia repreſentantia ſolum habenti illa: et
ipſi deo et: quedam alia ex natura ſua repreſentan
tia habenti illa et omnibus quibus vult habens ma
nifeſtare. Unde in ſequendo modū Ocham: non te
netur dicere creaturam intellectualem eſſe alicuiꝰ
extrinſeci productiuam quod intelligēdum eſt. Nō
tanquam obiectum: quia prout ſic: bene eſt quelibet
talis creatura ſue noticie effectiua. Et ratio ſubtilis
doctoris loco pre allegato non probat quod ange-
lus non poſſet aliquam formam ſubſtantialem in ma
teriam producere: ſed bene ſuadet. Immo perſua-
det ꝙ non poteſt angelus abſꝗ preſuppoſito ſubiec-
to producere. Unde cum angelus debeat per intel
lectionem producere illa intellectio non poſſet ali-



cuius extrinſeci eſſe productiua niſi forme acciden
talis que deberet in ſubiecto recipi: ⁊ per conſeq̄ns
non eſſet creatio: et cum natura angelica ſit ſimplex
in nullo ſubiecto ſuſceptibilis ſatis ſubtiliter ex il
lo deducitur ꝙ vnus angelus non poſſet alium pro-
ducere: ſed quod nō poſſet angelus aliquam formā
ſubſtantialem producere in aliqua materia non cō-
cluditur ex dictis doctoris ſubtilis claret dicta eiꝰ
conſideranti niſi dicatur ꝙ intellectio non eſt alicu-
ius forme ſubſtantialis diſpoſitiue qualitatis ꝓduc
tiua: ad cuius quidem productionem ipſe angelus
ipſa intellectione tanquam inſtrumento vteretur: ſa
tis apparenter tamen probaretur ꝙ forma acciden
talis que non eſt alicuius entitatis conſeruatiua po
teſt eſſe inſtrumentum in forme ſubſtātialis produc
tione cuiuſmodi intellectio. Ad rationes in oppoſitū
reſpondetur ꝙ muſce non ſunt in vanum quia purifi
cant aerem et tota venenoſitas que deberet per ae
rem diuidi: in breuem locum congeritur: et non no-
cet: ad aliud qd̄ videtur angelus eſſe fruſtra cū nō
producat ſibi ſimilem: certe hoc nihil valꝫ quia ſi nō
producit ſibi ſimile: hoc eſt quia eſt creatura non va
lens informare materiam: et creatura non poteſt ꝓ-
ducere niſi in materia. Iterum circa iſtam materiā
de caſu ⁊ fortuna, volo querere duas queſtiōes. Pri
ma eſt circa textū commenti trigeſimi tertij ſepti-
mo methaphiſice. vbi dicit tex. ꝙ generationes que
fiunt ab arte aut a poteſtate aut a mente vocantur
factiones et iſtarum factionum quedam fiunt a ca-
ſu: alia v̄o nō vt in factis a natura. Deinde dicit tex.
ꝙ eadē animalia fiunt ex ſemine et eadem ſine ſemi
ne: que fiunt a ſemine fiunt a natura: que ſine ſemine
a caſu. Circa quod videtur dubitatio duplex: prima

*Utrū ſint eadē ſpē ex ſemie ⁊ putrefactione.*

¶ Quia ſi cuiuſlibet rei naturalis ſit determinatus
modus generationis non videntur eſſe eadem que
generantur ex ſemine et per putrefactionem: quod
Auerrois in ſeptimo phiſicorum ſentire videatur di
cens ꝙ non poteſt eſſe idem animal in ſpecie quod
generatur ex ſemine: et quod generatur ex putre-
factione. Auicenna autem contrariū ſentit ꝙ omnia
que generantur ex ſemine eadem ſpecie poſſunt ge
nerari ſine ſemine per putrefactionem: vel per ali-
quem modū cōmixtionis terrene materie. Senten
tia Ariſtotelis videt̄ eſſe media inter has duas opi-
niones ꝙ ſcilicet aliqua poſſunt ſine ſemine genera-
ri et ex ſemine: non omnia vt indicet: ſicut nec artifi
cialibus omnia poſſunt fieri per artem et ſine arte.
ſed quedam fiunt per artem vt domus: animalia enī
perfecta videntur non poſſe generari niſi in ſemine
Animalia v̄o īperfecta que ſunt vicina plātis viden
tur poſſe generari ex ſemine: ſicut plante producun
tur aliquando ſine ſemine per actionem ſolis in ter
ra ad hoc bene diſpoſita: et tamen plante ſic produ-
cte producunt ſemina ex quibus plāte ſimiles in ſpe
cie generantur et hoc rationabiliter accidit: quia
quanto aliquid perfectius eſt: tanto plura ad eius
complexionem requiruntur: et per hoc ad plantas
et ad animalia imperfecta ſufficit ad agendum ſo-
la virtus celeſtis. In animalibus vero perfectis re-
quiritur cum virtute celeſti etiā ſeminis virtus. Un

*Utrū gn̄ata ſine ſemie fiāt a caſu.*

de dicitur in ſecūdo phiſicorū ꝙ hō generat hoīem
et ſol. Secunda dubitatio eſt: quia videntur anima
lia generata ſine ſemine et putrefactione non fieri
a caſu ſed ex determinato agenti ſcilicet ex virtute
celeſti que in generatione eorum ſupplet vicem vir
tutis generatiue que eſt in ſemine: ⁊ hoc etiam vult
Commentator in vndecimo huius: ſed dicendum
eſt ꝙ nihil prohibet aliquam generationem eē per
ſe cum refertur ad vnam cauſam: que tamen eſt per
accidens et cauſalis: cum refertur in aliam cauſam
ſicut in ipſo exēplo philoſophi patet: ideſt cum enim
ſanitas ex confricatione ſequitur preter intentionē
confricantis ipſa quidem ſanatio ſi referatur ad na-
turam: que eſt corporis regitiua: non ē per accidēs
ſed per ſe intenta: ſi vero referatur ad intellectum
confricantis erit per accidens et cauſalis. Simili-
ter etiam generatio animalis ex putrefactione ge-
nerati ſi referatur ad cauſas particulares, hic infe-
rius agentes inuenitur eſſe per accidens et cauſa-
lis. Non enim calor qui cauſat putredinem intendit
naturali apetitu generationem huius vel illius ani
malis que ex putrefactione ſequitur: ſicut virtus q̄
eſt in ſemine intendit productionē talis ſpeciei: ſed
ſi referatur ad virtutem celeſtem que eſt vniuerſa-
lis regitiua virtus generationum et corruptionum
in iſtis inferioribus non eſt per accidens ſed per ſe
intenta: quia de eius intentione eſt vt educantur in
actu omnes forme que ſunt in potentia materie ⁊ ſic
recte aſſimilauit hic Ariſtoteles ea que ſunt ab ar-
te his que fiunt a natura.

¶ Poſtea philoſophus textu com
menti ſexageſimi quarti: dicit ꝙ maxime ſeparātur
caſus et fortuna in his que a natura fiunt. Nam cum
in his que fiunt ſine propoſito fit aliquid extra natu
ram vt homo cum ſex digitis non fit a fortuna ſꝫ per
ſe fruſtra ideſt a caſu. Poſtea dicit ꝙ eorum que fi-
unt a caſu: cauſa eſt intrinſeca ſed eorum que ſunt a
fortuna, cauſa eſt extrinſeca. Poſtea philoſophus.
Dicit ꝙ caſus et fortuna reducuntur ad cauſam ef-
ficientem que dicitur vnde principium motus, ſed
dicit ꝙ iſtarum cauſarum de per accidens ſunt infi-
nite. Tandem textu commenti ſexageſimi ſexti: di-
cit ꝙ caſus et fortuna ſunt cauſe per accidens quo-
rum cauſe per ſe ſunt intellectus ⁊ natura ⁊ ille cau
ſe per ſe precedunt ad cauſas de per accidens et ſi
celi fiunt a caſu oportet alia priora iſto mundo fieri
ab intellectu ⁊ natura de per ſe quod eſt falſum. De
inde textu commenti ſexageſimi octaui: facit epilo-
gum omnium cauſarum: Dicens ꝙ tot numero ſunt
cauſe per quod reſpondemus ad interrogationem
de propter quid: aut enim reducitur hec interroga
tio de propter quid in quod quid ē ideſt cauſam for
malem, vt in immobilibus ideſt mathematicis quan
doꝗ reducitur propter quid ad cauſaꝫ efficientem
vt propter quid certauerunt quoniā furati ſunt: aut
ſicut finis vt dominentur vt in his que ſunt materie
et hoc dicit textu commenti ſexageſimi noni, conclu
dit quod tot ſint cauſe et que manifeſtum eſt.

*Cur aliq̄ q̄ fiūt ab arte fiunt a caſu aliq̄ vero nō.*

¶ Dubitatur cur aliqua que fiunt ab
arte nunquam fiunt a caſu vt domus: aliqua vero fi-
unt a caſu vt ſanitas. Ad quam queſtionem reſpon-
det Ariſtoteles ſeptimo metaphiſice textu cōmen-
ti vigeſimi noni ꝙ artificialia quedam non poſſunt
fieri ſine habente artem que ſcilicet in ſua materia
vel non habent aliquod principiuꝫ motiuum ad for
mam vt ligna reſpectu domus vel non ſic motiuum ſi
cut ars mouet vt ars ſaltandi quia licet homo habe
at principium ad mouendum ſeipſum ſed non ſic ſi-
cut habent illi qui habent arteꝫ ſaltandi: et hec ſem

per fiunt cum intentione quia per artem que intendit talem formam dare aliqua vero ſunt artificialia que poſſunt eſſe et fieri ſine habente artem: et habet principium intrinſecum motiuum ad illud ad quod mouet ars vt arborem plantare poteſt et qui habet artem plantandi et qui non habet: ſimiliter ſanitas poteſt fieri ab arte ⁊ ſine arte quia habet principiū intrinſecum quod eſt cor quod non eſt ſuſceptiuum infirmitatis vt credit doctor ſanctus lectione octaua ſeptimo methaphiſice textu commenti duodecimi

## ¶ Sequitur textus.

T.cō.70 QUoniam autem cauſe quattuor ſunt de omnibus erit phiſici cognoſcere: et in omnes inducens ꝓpter quod demonſtrabit phyſice materiā: ſpeciem mouentem: et quod eſt cuius cauſa. Ueniunt aūt tres in vnā multotiens. Quod quidem enim quid eſt: et quod cuius cauſa vna eſt: quod vero vnde motus principiū: ſpecie eadem eſt his. Homo enim hominem generat.

T.cō.71 ¶ Et tenetur phyſicus conſiderare omnino q̄cunq; mota mouent: quecunq; autem non: non amplius phyſice ſunt. Non enim in ſeipſis habētia motū neq; principium mot⁹: mouent: ſʒ immobilia ſunt. Unde tria negocia ſunt: hec quidem circa immobile: alia vero circa mobile quidē incorruptibile autē. Quedam autem circa mobilia corruptibilia. ¶ Quare

T.c.72. propter quid in materiam reducenti redditur: ⁊ in eo quod quid eſt: et in primum mouens. ¶ De generatione enim maxime hoc modo cauſas conſiderant. quid poſt aliquid fiat: ⁊ quid primum fecit: aut quid ſuſtinuit: et ſic ſemper quid conſequenter.

T.cō.73 ¶ Duplicia autem ſunt principia mouentia: quorū alterum non phyſicum eſt. Non enim habet motus principum in ſeipſo huiſmodi autem ē ſi aliquid mouet: quod non mouetur: ſicut eſt quod et penitus immo

T.c.74. bile eſt: et omnium primum. ¶ Et quod quid ē ⁊ forma: finis enim et cuius cauſa. Quare quoniam natura propter aliquid eſt: et hanc cognoſcere oportet. ¶ Et penitus reddendū propter quid: vt q: ex hoc neceſſe ē hoc eſſe. Hoc autem ex hoc aut ſimpliciter eſt: aut ſicut frequenter. ¶ Et ſi hoc debet fieri: ſicut ex propoſitionibus concluſio. Et quoniam erat quod quid erat eſſe. Et quia dignius eſt ſic: non ſimpliciter ſed ad vniuſcuiuſq; ſubſtantiam. ¶ Dicendum qui

T.cō.75 dem igitur primū: quoniam natura eorum que ſunt propter hoc cauſarum eſt: poſtea de neceſſario quomodo ſe habeat in phiſicis. In hanc enim cauſam inducunt omnes: quoniam calidum huiuſmodi aptum natum eſt ⁊ frigidum: vnūquodq; igitur talium hec ex neceſſitate ſunt: et fiunt: et apta nata ſunt. Et nāq; et ſi aliam cauſam dicant quamcūq; tangentes gaudere ſinant: hic quidem concordiam et diſcordiam ille vero intellectum. ¶ Habet autem oppoſitiōem

T.cō.76 ꝙ prohibeat naturam non propter hoc facere: neq; quia melius: ſed ſicut pluit iuppiter: non vt frumentum augmentet: ſed ex neceſſitate. Surſum enim ductam aquam congelari oportet: et congelatam aquam deorſum venire. Augeri autem cum hoc fiat accidit frumentum. Similiter ſi perditur frumentum in area: non huius cauſa pluit vt perdatur: ſed hoc accidit quare quid prohibet ſic et partes ſe ha



bere in natura: vt dentes ex neceſſitate oriri anteriores quidem acutos aptos ad diuidendum cibū: quoniā non propter hoc hoc fieri: ſed ſimul euenire. Similiter autem eſt et de alijs partibus in quibus videtur eſſe quod propter hoc: vbicunq; enim omnia accidunt: ſicut ſi propter hoc fiant; hec quidem ſaluata ſunt ab eo quod propter ſe vanum conſtātia apte. Quecunq; vero non ſic perdita ſunt: et perduntur quemadmodum Empedocles dixit bouigenas viriprozas. ¶ Ratio quidem igitur qua vtiq; T.cō.67

deficiet aliquis hec ē: et ſi aliqua alia huiuſmodi eſt. ¶ Sed impoſſibile eſt iſta hūc habere modum: hec quidem enim et quecunq; ſunt a natura: aut ſemper ſic fiunt: aut ſic frequēter. Sed eorum que ſunt a fortuna et per ſe vano nihil. Neq; enim a fortuna, neq; a caſu videtur pluere multotiens hyeme: ſed forte ſub cane. Neq; cauma ſub cane: ſed ſi hyeme. Si igitur a caſu videnꝰ: aut propter hoc eſſe: ſed nō poſſibile eſt hoc eſſe: neq; a caſu neq; ꝑ ſe vano: propter aliquid vtiq; erunt. At vero natura ſunt huiuſmodi omnia: quemadmodum et ipſi firmabant hoc dicentes. Eſt itaq; quod propter aliquid in his que

natura fiunt et ſunt. ¶ Amplius in quibuſcunq; finis T.c.68.

aliquis eſt huius cauſa agit quod prius: ⁊ quod contingenter. Ergo ſicut agitur aptum natum eſt: et ſicut aptum natum eſt: ſic agitur vnumquodq;: ſi non aliquid impediat: agit autem propter hoc: ⁊ aptum natum eſt itaq; huius cauſa: vt ſi domus eſſet eorum que natura fiunt: ſic vtiq; facta eſſet: ſicut nunc ab arte eſt. Si autem que natura non ſolum natura ſed arte fierent: ſimiliter vtiq; fierent ſecundum ꝙ apta nata ſunt: propter ergo alterum alterum.

¶ Omnino autem ars alia quidem perficit quod T.cō.79

natura nō poteſt operari: alia vero imitatur. Si igitur que ſunt ſecundum artem: propter hec ſunt: manifeſtum ꝙ ⁊ que ſunt ſecūdum naturam. Similiter autē ſe habent adinuicem in his que ſunt ſecundum artem: et in his que ſecundum naturam poſteriorā ad priora.

¶ Maxime autem manifeſtum eſt in animalibus q̄ T.cō.80

aliorum neq; arte neq; queſitura: neq; deliberatura faciunt. Unde dubitant quidam vtrum intellectu aut quodam alio operantur aranee et formice: et huiuſmodi. Paulatim autem ſic procedenti et in plantis apparet expedientia quedam facta propter finem: vt folia propter fructus coopertimentum. Quare ſi natura facit: et propter hoc hyrundo nidum: et aranea telam: et plante folia gratia fructuum: et radices non ſurſum: ſed deorſum gratia vegetandi: manifeſtum ꝙ cauſa huiuſmodi eſt in his q̄ natura fiunt et ſunt.

¶ Et quoniam natura dupliciter: alia quidem ſicut T.cō.81.

materia: alia vero ſicut forma: finis autem hec eſt propter finem autem alia ſunt hec vtiq; erit cauſa cuius gratia.

¶ Peccatum autem fit et in his que ſunt ſecundum

artem. Scripſit enim non recte grammaticus: et T.c.82.

potauit medicus non recte potione. Quare manifeſtum eſt ꝙ contingit in his que ſecundum naturam ſunt. Si igitur ſunt quedam ſecunduʒ artem in quibus quod recte fit propter aliquid fit: in quibus etiam peccatur: alicuius gratia agitur: ſed fallitur ſimiliter vtiq; et in phyſicis. Et monſtra ſunt peccata illius quod propter aliquid eſt. Et in ſubſtantijs ergo que ſunt in principio bouigena ſi non ad aliquē



terminum et finem poſſibilia erat venire corrupto principio aliquo facta ſunt: ſicut nunc ſemine.

T.cō.83. ¶ Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum: ſed non ſtatim animalia: et molle natura primum: quod ſemen erat.

¶ Amplius et in plantis ineſt quod propter hoc: minus autem dearticulatuʒ eſt. Utrum igitur in arboribus fiant: ſicut bouigene viriprora: ſic et vitigine oliuiprora: aut non inconueniens enim eſt: ſed tamē oportuit. ſiquidem in animalibus eſt.

T.c.84. ¶ Adhuc oportuit in ſeminibus fieri: vt contingit. ¶ Omnino autem deſtruit ſic dicēs: que natura quidem ſunt et ſecundum naturam. Natura quidem enim ſunt quecunq; a quodam in ſeipſis principio continue mota accedunt ad aliquem finem Ab vno quoq; autem non idem vnicuiq; neq; contingens: ſemper tamen in eundem: niſi aliquid impediat.

T.cō.85 ¶ Quod autem eſt cuius cauſa fit: et quod propter hoc fiet vtiq; a fortuna: ſicut dicimus a fortuna venit extraneus: et balneatus abſceſſit: cum tanquam propter hoc veniens egerit: non propter hoc autem venit: et hoc ſecundum accidens. Fortuna autem eſt cauſarum que ſunt ſecundum accidens: quemadmodum et prius diximus. Sed cum hoc ſemper aut ſicut frequenter fiat non ſecundum accidens: neq; a fortuna eſt. In phyſicis autem ſemper ſic eſt: niſi aliquid impediat.

T.cō.86 ¶ Inconueniens aūt eſt nō opinari propter aliquid fieri: niſi videatur mouens deliberatum: et tamen ars quidem non deliberat. Et nāq; ſi eſſet in ligno nauis factiua: ſimiliter vtiq; natura feciſſet. Quare ſi in arte ineſt propter aliquid: et in natura ineſt. Manifeſtum eſt autem maxime: cum aliquis medicatus fuerit ipſe ſeipſum. huic quidem enim aſſimilatur natura. Quod quidem igitur cauſa ſit natura et ſic ſicut propter aliquod: manifeſtum eſt.

PHiloſophus textu commenti ſeptuageſimi declarat de numero cauſaruʒ vt ſupra dictum eſt ꝙ ſtat in quaternario et ꝙ pertinet philoſopho determinare de omnibus generibus cauſarum: et ꝙ pertinet philoſopho omnes cauſas reducere in quattuor genera cauſarum ſcilicet efficientem: finem: materiam: et formam. Dicit deinde. Ueniunt autem tres in vnam: vt ꝙ eadem ſit efficiens cauſa: finalis: et formalis. Nam forma eſt finis generationis licet non rei generate: et eſt forma et eſt efficiens reſpectu alterius effectus: nunꝙ tamē poſſunt coincidere alique cauſe cum cauſa materiali: quia materia non poteſt eſſe efficiens: nec forma: nec finis eſſet tamen dubitatio tenendo cū medicis ꝙ ſemen virile concurrit actiue ad formacioneʒ embrionis: et ſimul paſſiue: videtur idem eſſe cauſam efficientem et materialem ſcilicet tale ſemen. Dicēdum tamen breuiter ꝙ ſemen habet duas partes. Unam groſſam corpulentam. Alteram ſubtilem ſpirituoſam. Prima pars ſe habet tanquam materia. Secunda vero pars ſe habet tanquam forma: et appellatur virtus informatiua: et ex illa parte groſſa corpulenta fiunt membra ſpermatica nobiliora: licet ex ſemine femine fiunt membra ſpermatica viliora vtpote nerui cartilagines. Mēbra autem carniformia fiunt ex ſanguine menſtruali quo ad partem puriorem eius ad replēdas rimoſitates corporis humani.



¶ Dicit ergo phs hec v̄ba. Ueniūt autem tres in vnam multotiens. Quia aliquando finis generationis non eſt idem ſpecie cum generante vt in equiuocis: ſed quoddamodo gerit ſimilitudinē generantis: ideo dixit. Multotiens veniunt tres in vnam: quia non ſemper omnis finis eſt forma: quod quidem enim quid eſt ideſt forma ⁊ quod cuius cauſa vna eſt; ideſt cauſa finalis: qō v̄o vnde motus principium; ſpecie eadem his: ideſt forma genita eſt eiuſdem ſpeciei cum generante. Homo enim hominem generat. Statim vero textu commēti ſeptuageſimi primi proponit de quibus intendit philoſophus naturalis determinare et de quibus non dicit tenetur philoſophus conſiderare quecunq; mota mouent: q: mouens non motum non amplius eſt phiſice conſiderationis. Sunt enim quedam mouentia immota incorruptibilia de quibus methaphiſicus: quedam vero mouentia incorruptibilia mota vt celi de quibus aſtrologus qui eſt magis naturalis quam mathematicus: quedā vero ſunt mobilia corruptibilia de quibus philoſophus iam vero incipit declarare quomodo philoſophus reducit ſuas probationes in omnia genera cauſarum: quia propter quid ignoranti redditur cauſa in materiam reducenti: et quod quid eſt ideſt formam et primum mouens: declarat quomodo philoſophus tractet omnia genera cauſarum. Dicit enim ꝙ de generatione tractaturus primo conſiderant: quid poſt aliquid fiat: et hoc eſt forma per quam genitum eſt id quod eſt et quid primum fecit: ideſt primum efficiens: aut quid ſubſtinuit: ideſt recipit et eſt materia: et non ſolum eſt conſiderare a philoſopho primum mouens et primum ſubiectum circa generationem: ſed etiam ea que ſunt conſequēter. Dicit deinde ꝙ quedam ſunt mouentia que non habent in ſe principium motus et ſunt immobilia et non ſunt de conſideratiōe philoſophi. Alia vero ſunt immobilia et ſunt de conſideratione philoſophi.

¶ Poſtea phs tex. cōmenti ſeptuageſimi quarti oſtendit ꝙ naturalis conſiderat finem. dicens ꝙ cum forma ſit finis etiam forma pertinet cōſiderationi philoſophi et ex conſequenti finis quare cum natura agat ꝑꝑ finē conueniens eſt et finem agnoſcere. Et poſtea dicit ꝙ philoſophus naturalis docet demōſtrare et reddere propter quod penitus ideſt ſecundum quodlibet genus cauſe vt quia hoc preceſſit ſiue illud materia ſiue mouens neceſſe eſt effectum aliquem ſequi vt ſi aliquod generatum eſt ex contrarijs neceſſe eſt illud corrumpi: et ſi ſol appropinquet ad polum ſeptemptrionalem neceſſe eſt dies fieri longiores et frigus diminui et calorem augeri apud eos qui habitant in ſeptemtrionalibus. Sed tamen conſiderandum eſt quod non ſemper ex precedenti materia vel mouente neceſſe eſt aliquid ſubſequi. Sed quandoq; ſubſequitur aliquid ſimpliciter ideſt vt ſemper vt in his que dicta ſunt. Quandoq; autem vt frequenter: vt ex ſemine humano et mouente in generatione: vt frequentius ſequitur generatum habere duos oculos: quod tamen aliquando deficit: et ſimiliter ex hoc ꝙ materia ſic ē diſpoſita in corpore humano accidit generari febrē propter putrefactionem vt frequentius: quandoq; tamen impeditur.

¶ Notandum eſt igitur: vt bene dicit Egidius Romanus ꝙ ſi effectus proueniant ex

neceſſitate tanquam ex propoſitionibꝰ ideſt premiſ-
ſis concluſio recte poſſumus demonſtrare per prio-
res cauſas: vt ſi arguatis ad exiſtentiã ſolis in ſignis
ſeptẽtrionalibꝰ ſequi maiorītatẽ dierũ in clymatibus
ſeptemtrionalibus et ad mãz diſponi pl̃uralitates con
trarias ſequi corruptibilitatem. Si tamen effectus
conſequantur vt frequenter non eſt arguendum ex
cauſis prioribus: vt ſi ad acceſſum ſolis ad nos ſe-
quitur pululatio arborum: non ſequitur de neceſſi-
tate ſol acceſſit ad nos: ergo arbores pululant: quia
ſtat quod fiat impedimentum: quare dicit ꝙ tunc ar
guendum eſt ex poſterioribus ſcilicet per formam
et finem vt ſi arguatur hic generatur homo: ergo p̄
fuit ſemen humanum. Uel ſi arguatur generaliter
pululant om̄es arbores: ergo ſol acceſſit ad nos. Po
ſtea dicit quomodo fiat demonſtratio per cauſas po
ſteriores ſcilicet cauſam et finem dicẽs ꝙ quid erat
eſſe ideſt forma: erat hoc: ideſt erat talis: ideo ſuple
neceſſe eſt talia eſſe neceſſaria precedentia: et quia
dignius eſt eſſe ſic ſecundum finem: ideo neceſſe eſt
talia eſſe que ſunt ad finem. Dicit preterea ꝙ dignꝰ
ſemper eſt arguendum non ſimpliciter: ſed ſecundũ
naturam vniuſcuiuſqꝫ rei dat enim natura niſi impe
diatur in agendo cuilibet rei perfectiones non me-
liores ſimpliciter: ſed vt requirit eius natura. Qua
re infertur ꝙ cum argumẽtamur ex cauſis priorībꝰ
ſolum arguimus in effectibus neceſſarijs. Sed cum
arguitur ex cauſis poſterioribus ſiue ſint ſemper ſi-
ue frequenter poſitis poſterioribus neceſſe eſt poni
priora. Deinde philoſophꝰ declarat ꝙ natura agat
propter finem: et poſtea dicit ſe declaraturum ſi ne-
ceſſitas prouenit ex materia vel ex fine: et dicit ꝙ in
cauſam materialem inducunt omnes antiqui omne
fieri. Nam dicunt ꝙ aliquid eſt calidum quia huiuſ-
modi a ptum natum eſt eſſe: ideſt quia habet mate-
riam paratam vt ſit calida. Poſtea dicit ꝙ iſti philo
ſophi antiqui ſi aliam cauſam dixerunt rerum natu-
ralium quam neceſſitatem materie: nõ tamen habẽt
vnde gaudeãt gloriãtes: quia cauſis poſitis ab eis. ſ.
intellectũ quẽ poſuit anaxagoras: et amicicia et lite
quas poſuit Empedocles non ſunt niſi in generalibꝰ
quibuſdam: ſicut in conſtitutione mundi. In particu
laribus autem effectibus huiuſmodi cauſas preter-
miſerunt. Poſtea vero philoſophus oſtendit funda-
mentum rationis illius opinionis dicens ꝙ videtur
ea que aguntur non agi propter finem. Nam pluit
non vt augmentet frumentũ: ſed quia accidit aquã
ſurſum congelari et congelatam deſcendere: ergo
videtꝙ accidãt oĩa ex neceſſitate materie et nõ ex ne
ceſſitate finis. Silr̃ nihil ꝓhibet dẽtes ex neceſſitate
materie euenire accutos aptos ad molendum: ſed
poſteriores latos aptos ad molendum ſed hoc nõ fit
propter finẽ ſed ita caſu euenit: et dicit ꝙ quecunqꝫ
orta a caſu ac ſi affectu eſſent propter finem illa ſal-
uantur et permanent quecũqꝫ vero non ſic ſcilicet fa
cta ſunt perdita ſcilicet ſunt nec permanent quẽad
modum empedocles dixit bouigenas viri proras q̃
ſunt monſtra quedam facta aliter a caſu quam ſi ꝓp
ter finem fierent ideoqꝫ non ſaluantur nec perma-
nent: et hec dicit textu commenti ſeptuageſimi ſex
ti. Deinde vero in illa parte tex. ſed impoſſibile eſt
ponit philoſophus quinqꝫ rationes quibus impro-
bat opinionem dicencium naturam nihil agere ꝓp-
Rõ.i. ter finem ſed caſu: Quarum prima talis eſt. Om-
nia que fiunt naturaliter: aut fiunt ſicut ſemper: aut

ſicut frequenter: ſed nihil eorũ que fiunt a fortuna
vel per ſe vano ideſt a caſu fit ſemper: vel vt frequen
ter. Non enim dicimꝰ ꝙ a fortuna vel a caſu fit quod
multotiens pluat hieme: ſed diceremus eſſe a caſu
ſi forte multum plueret ſub cane ideſt in diebus ca-
nicularibus: et ſimiliter non dicimus ꝙ fit a caſu ꝙ
in diebus canicularibus ſit cauma: ſed ſi hoc eſſet
in hyeme dicunt ꝙ ſit a caſu: ex his duobus ſic ar-
gumentatur: Omnia que fiunt aut fiunt a caſu aut
propter finem. Que enim accidunt preter intentio
nem finis dicuntur accidere caſualiter. Sed impoſ
ſibile eſt ea que fiunt ſemper vel frequenter accide-
re a caſu: ergo ea que fiunt ſemper vel frequenter fi-
unt ꝓp aliqͥd: ſꝫ oĩa q̃ fiũt ſm nãz fiũt vel ſemꝑ vel fre
quenter ſicut et ipſi ꝯfitebant: ergo oĩa q̃ fiunt a na-
tura fiunt propter aliquid. ¶ Ponit ſecundam ra- Rõ.2.
tionem dicens ꝙ in quibuſcunqꝫ eſt aliquis finis ibi
priora: et que ſequuntur ſic apta nata ſunt agi: ſi na
turaliter agantur: ſed ea que fiunt naturaliter ſic a-
guntur quod inducuntur ad finẽ: ergo ſic apta ſunt
agi vt ſint propter finem et manifeſtat per exemplũ
quomodo ex prioribus venitur ad poſteriora in ar-
te et in natura: vnde dicit ꝙ ſi artificialia fierent ex
natura ſic intenderentur fieri vt ab arte: et natura-
lia ſi fierent artificialiter ſic intenderent: vt fiunt ab
arte: et ars agit ꝓp finem ſ̃ et natura. ¶ Poſtea vero Rõ.3.
philoſophus ponit tertiam rationem textu commen
ti ſeptuageſimi noni dicens ꝙ ars alia perficit que
natura non poteſt perficere vt domum: alia vera imi
tatur: vt patet in ſanitate que fit ab arte et a natura
vbi ars imitatur naturam vt patꝫ in ſanitate ex quo
infert ꝙ ſi ars agit propter finem ſimiliter et natu-
ra: quia ars eſt imitatrix nature. Nam tam in natu-
ra quam in arte ordinantur priora ad poſteriora.
Poſteriora autem ſicut tanquam finis. ¶ Poſtea vo Rõ.4.
philoſophus ponit quartam rationem textu commẽ
ti quinquageſimi dicẽs ꝙ poteſt ſumi ratio in his q̃
manifeſtius propter aliquid operari videntur vt in
animalibus que nec operantur per artem nec per
inquiſitionem nec per deliberationem et tamen ma
nifeſtum eſt ꝙ propter aliquid operantur propter
quod videtur ꝙ aranee et formice operantur ex na
tura quia ſemper eodem modo operantur et ſi ha-
berent intellectum vel artem qua operentur diuer-
ſo modo operarentur hec autẽ propter finem. Nam
irũdo agit nidum vt nutriat pullos ſuos: et aranea
telam vt colligat predam et plante folia gratia fruc
tuum et radices nõ ſurſum ſed deorſum gratia vege
tandi manifeſtum ꝙ cauſa huiuſmodi eſt in his que
natura fiunt et ſunt ideſt ꝙ in natura inuenitur actio
propter finem. ¶ Quinta ratio ponitur textu com- Rõ.5.
menti quinquageſimi primi cum natura dupliciter
dicatur ſcilicet de forma et materia et forma ẽ finis
generationis et finis eſt propter quem agitur ali-
quid: ergo cum natura agat propter formam natu-
ra agit propter finem. Poſtea vero textu commenti
quinquageſimi ſecundi: declarat quomodo natura
agat propter finẽ remouendo contraria philoſopho
rum antiquorum: primum autem per quod mouebã
tur illi antiqui ad dicendum ꝙ natura non agit ꝓp-
ter finem erat quia videbamus multa fieri monſtra
quequidem monſtra: non intenduntur fieri ergo nõ
agit natura propter finem: ſed contra hos replicat
ſic ſicut a in arte ſic ẽ in nã ſed ars agit ꝓpter finẽ nõ
obſtãte ꝙ aliqñ ꝯtingat in natura mõſtrũ et peccatũ

quia illud eſt per corruptionem principiorum imo
non dicitur in ordinatio a fine niſi reſpectu aliciuꝰ
ordinantis et diſponentis ad finem immo in natura
non eſſet in ordinatio ſi natura non intenderet ordi
nem: natura ergo intendit ordinem a quo ſi fiat re-
ceſſus eſt in ordinatio: ergo potius illa ratio conclu
dit ꝓpoſitũ q̃ oppoſitũ. Illa inquã q̃ ꝓpter pecatũ in
nã dicebatur ꝙ natura non agit propter finẽ: ponit
T.c.85. ſcðam rõnẽ textu cõmenti. 85: dicẽs vbicũqꝫ ſunt de
terminata principia et dtermĩnatꝰ ordo ꝓcedẽdi ibi
oportet eſſe determinatum finẽ propter quem alia
fiant ſed ita eſt in animalibus, vbi propter priꝰ eſſe
ſemen et deinde eſſe organizationem et poſtea indu
rationem et tandem animal. Poſtea dicit tertiã ra-
tionem ꝙ licet natura in plantis agat propter aliqͥd
ſicut in animalibus: tamen non eſt ita articulatum:
ideſt diſtinctum in plantis tamen ſi fiunt hec mõſtra
propter naturam non agere propter finem multo
magis debent accidere in plantis. Utrum igitur fi-
ant in animalibꝰ bonigene ideſt medietate homines
et ex medietate boues ſic in plantis vitigine olini ꝓ
ra: ideſt media parte oliue: et ex media parte vites
quod non contingit in arboribus: et deberet contin
T.c.84. gere: ſicut in animalibus. Poſtea vero textu com-
menti octuageſimi quarti dicit quartam rationem
que talis eſt ſicut animalia generantur a natura: ſic
ſemina: ſed animalia nõ agunt propter finem: ergo
nec ſemina et ita a quocũqꝫ quodcũqꝫ ſemen produ
cere et concludit omnino autem vult excludere ſe-
cundum ꝙ ea que naturaliter accidunt fiunt ex prio
ribus principijs ſcilicet eficienti et materia ergo nõ
ex fine deſtruit ſic dicens: ideſt dicens. Omnia eue-
nire ex neceſſitate materie deſtruit que ſunt natura
et ſecundum naturam. Nam ea ſunt a natura q̃cũqꝫ
a quodam principio intrinſeco mota continuo acci-
dunt ad aliquem finem non in quodcũqꝫ contingẽs
ſed a determinato principio in determinatum finẽ: et
ea que ſunt natura ſemper in eundem: niſi aliquid in
pediat. Contingit autem aliquid quãdoqꝫ agere ali
quid preter intentionem et illud eſt a caſu vel fortu
na. Nam fortuna eſt cauſa per accidens in contingẽ
tibus raro. Nam natura ſemper eſt vnum finem ha-
bens quem conſequitur niſi impediatur. Poſt ea ve-
T.c.86. ro textu commẽti octuageſimi ſexti: excludit tertiũ
ex quo aliquis opinari poteſt ꝙ natura non agat ꝓp
ter aliquid. Uidebitur enim quibuſdam ꝙ natura
non agat propter aliquid q2 non deliberat: ſed phi-
loſophus dicicit: ꝙ incõueniens eſt hoc opinari quia
manifeſtum eſt ꝙ ars agit propter aliquid: et tamen
manifeſtum eſt ꝙ ars non deliberat, nec artifex deli
berat in quantum habet artem: ſed in quantum defi
cit a certitudine artis: vnde artes certiſſime nõ deli
berant: ſicut ſcriptor non deliberat quomodo debe-
at formare literas: et illi etiam artifices qui delibe-
rant poſtquam inuenerunt certum principium artis
in exequendo non deliberant. Unde citharedus ſi
in tangenda qualibet corda deliberaret imperitiſſi
mus videretur: ex quo patet quod nõ deliberare cõ
tingit alicui agenti: non quia non aget propter finẽ
ſed quia habet determinata media per que agat: ꝓ
pter hoc non deliberat in nullo enim alio natura ab
arte videtur differre: niſi quia natura eſt principiũ
intrinſecum: et ars eſt principium extrinſecum. Si
enim ars factiua nauis eſſet intrinſeca ligno: facta
fuiſſet nauis a natura: ſicut modo fit ab arte: et hoc
maxime manifeſtum eſt in arte: que eſt in eo quod



mouetur: licet per accidẽs ſicut õ medico qui medi
catur ſeipſum: Huic arti enim maxime aſſimilatur
natura: vnde patet ꝙ natura nihil eſt aliud quam ra
tio cuiuſdam artis ſcilicet diuine indita rebus: qua
ipſe res mouentur ad finem determinatum: ſicut ar
tifex factor nauis poſſet lignis tribuere quod ex ſe
ipſis mouerentur ad nauis formam inducendã. Ul-
timo autem epilogando dicit manifeſtum eſſe ꝙ na
tura ſit cauſa: et ꝙ agat propter aliquid. Dubitaret Dubitatur vtrum natura agat propter finem.
forte aliquas vtrum natura agat propter finem. Di
cendum ꝙ tota cauſa quare natura non videtur age
re propter finem: videtur oriri ex eo, ꝙ natura cog-
nitione caret. Hoc autem non obſtante triplici via
oſtendere poſſumus naturam agere propter finem.
Prima via ſumitur ex ordine nature ad intelligen- Prĩa via.
tias: ſecunda ex ordine intentionis ad cognitionem
tertia ex ordine motus ad motorem immobilem.
Prima via ſic patet. Nam vt in de generatione oſtẽ-
dimus non oportet ꝙ quicquid intendit aliquid vel
agit propter finem: ꝙ hoc agat per cognitionem
que eſt in ipſo: ſufficit autem ꝙ agat id per cognitio
nem que eſt in alio in quantum dirigitur ab habẽte
cognitionem. Nullus enim negaret ꝙ voluntas non
intenderet vel ꝙ voluntas non ſic ageret propter fi
nem. Et tamen voluntas non cognoſcit: ſed a cognoſ
cente dirigitur: quia dirigitur ab intellectu: ita ꝙ
opus voluntatis eſt quaſi opus intellectus: in quan
tum ab intellectu dirigit: ſic etiam licet natura non
cognoſcat: tamen quia dirigitur a cognoſcẽte vt ab
intelligentia: et opus nature eſt quodammodo opꝰ
intelligentie: dici poteſt ꝙ natura intendat: et ꝙ
agat propter finem in quantum intelligẽtia mouẽs
naturam propter finem agit ex ordine ergo nature
ad intelligentias poſſumus dicere naturam agere
propter finem. Secunda via ad oſtendendum hoc Scða via.
idem ſumitur ex ordine intẽtionis: vel ex ordine ac-
tionis intente ad ipſam cognitionem. Niſi enim pre
cederet cognitio: vel ordine vel tempore nihil intẽ
deretur cognitio ergo aliquo modo precedit ſed ta
men poſtquam agens adeptum eſt formam vel ha-
bitum inclinantem per modum nature non oportet
quod agendo actionem debitam vel intentam ꝙ de
ea cogitet vel advertat: niſi enim quis ex preceden
te premeditacione citharizare adiſceret nunquam
citharizare ſciret: ſed poſtquam adeptus eſt plene
artem et habitum citharizandi multotiens debite et
ordinate citharizat: et tamen nihil de actu illo cogi
tat: non ergo ſemper cogitacio et intentio conco-
mitatur actionem intẽtam et ordinatam: cum ergo
forma naturalis non minus inclinet in modum natu
re quã habitus et ars: nõ oportet ꝙ natura cogitet
vel deliberet ad hoc ꝙ agat actionem intentam et
ordinatam et propter finem: ſed ſufficit ꝙ forma per
quam agit ſit per intelligentias et per cognitionem
inducta: ſicut vt dicebatur non oportet ꝙ agens ac-
tiõem artis cogitet vel deliberet cum agit propter
finem: ſed ſufficit artem vel habitum illum eſſe per
meditationem vel per cognitionem inductam. Ter- Tertia via.
tia via ſumitur ex ordine motus naturalis ad moto
rẽ immobilem. Cum enim omnis talis motus per ſe et
directe reducatur in motorem immobilem quia mo
uere immobiliter eſt mouere ſub ratione finis: et ſi-
cut deſideratum et amatum: quia nihil mouetur a fi
ne: niſi finem intendat et agat propter finem: ex quo
tota natura mouetur a fine et a motore immobili to
ta nã intendit participare diuinũ bonum: et intẽdit

finem quem preſtauit ſibi motor immobilis deus bene
Dubium ſecundū. dictus in ſecula. ¶Dubitatur ſecundo circa illum
textum ſed impoſibile eſt vtrum omnes effectus na
turales ſint a caſu vel propter finem: et videtur quod nō.
Nam quedam ſunt ex neceſſitate materie cuiuſmo-
di eſt corruptio animalis quequidem non fit caſuali-
ter nec etiam propter finem quia corruptio omnibus
contingit de per accidens: et productio de per ſe.
Dicendū ad hoc quod duplici via poſſumus declara-
re hoc eſſe verum quod omne quod fit: fit propter finem
vel a caſu. Primo ſic: quia ſi nihil eſſet intentum ab
agente et nil fieret propter finem: nil per compara-
tionem ad cauſam eſſet frequenter, vel ſemper. Nā
ex hoc aliquid per comparationem ad cauſam ē fre
quenter vel ſemper: quia eſt a cauſa intentum, vel
quia eſt inſeparabiliter annexum ei quod a cauſa in
tenditur: ſed ſi nihil per comparationem ad cauſam
eēt frequenter: vel ſemper: nihil fieret; vel quicquid
fieret eſſet per comparationem ad cauſam in pauti-
oribus et raro: et quia omne tale eſt cauſale, vel for-
tuitum: quicquid eſſet, eſſet a caſu, vel a p ſe vano.
Diuiſio ergo philoſophi dicentis. Omne quod eſt aut
propter finem, vel a caſu vera et recta eſt ſi conſide-
retur opinio antiquorum contra quam procedat ſecun
do via ad declarandum hoc idem ſic haberi poteſt;
quia vt ex ſuperioribus aliqualiter patet intentorū
quedam ſunt intenta principaliter: quedā interpre
tatiue; quedam autem nullo modo niſi ſolum per ac-
cidens per ſe: et directe intenditur quicquid eſt quod
ſibi conſtituit aliquis tanquam finem. Interpreta-
tiue autem intenditur quod vt ſemper: vel vt frequē
ter annexum eſt tali fieri vt ſi intemperatus volens
delectationē fornicationis nolit autem turpitudinē
eius; tamen; quia huiuſmodi turpitudo; ſemper anne
xa eſt illi delectationi ridiculum eſt dicere quod ſe ve-
lit delectationē illam et tamen nullo modo velit tur
pitudinem ſibi annexam: vel id quod vt ſemper, vel
frequenter ſequitur ad illum actum: vt plane videtur
velle philoſophus in libro ethicorum: quia ergo ſi non
eſſet actio propter finem nihil eſſet intentum princi-
paliter vel interpretatiue ſiue ex conſequenti nihil p
comparationem ad cauſam eſſet vt frequenter vel vt
ſemper: quia omne tale vel eſt intentum principali-
ter, vel interpretatiue: et ex conſequenti. Hoc er-
go poſito vel nihil fieret vel quicquid fieret per cō-
parationem ad cauſam eſſet raro vel caſuale: et nec
eſſet intentum principaliter, vel ex conſequenti ſiue
interpretatiue. Si ergo nil eſſet propter finē vt pa-
tet per iam dicta: vel nihil fieret: vel quicquid eſſet
Dubium tertium. cauſale eſſet. ¶Dubitatur tertio vtrum ſint aliqua
animalia que agunt ſine aliqua deliberatione et q̄ ca
reāt phantaſia et videtur quod non: quia philoſophus ſe
cundo de anima dicit: nullum eē animal quin habe-
at phantaſiam. In oppoſitum eſt philoſophus dicens
multa eſſe animalia que carent deliberatione inqui
ſitura et arte. Pro ſolutione queſtionis nota quod in bru
tis animalibus tres ſunt gradus cognitionis: quedā
enim ſunt que licet ſenſum habeant non tamen habēt
memoriam que ex ſenſu fit: memoria enim ſequitur
phantaſiam que ē motus factus a ſenſu ſecundum actum: vt
habetur in tertio de anima: in quibuſdam vero ani
malibus ex ſenſu non fit memoria: et huiuſmodi ſunt
animalia imperfecta que ſunt immobilia ſecundum
locum vt conchylia. Cum enim animalibus cogni-
tio ſenſitiua ſit prouiſiua ad vite neceſſitatem et pro
pria operationem animalia illa memoria habere de

bēt que mouentur ad aliquod diſtans motu proceſſi
uo. Niſi enim apud ea remaneret per memoriam in
tentio preconcepta ex qua ad motum inducunt mo-
tum continuare non poſſent quo ad vſque finem inten-
tum conſequerentur. Animalibus vero immobilibus
ſufficit ad proprias operationes preſentis ſenſibilis ac-
ceptio cum ad diſtans nō moueātur: et ideo ſola ima
ginatione confuſa habent aliquem motum indeter
minatum vt dicitur tertio de anima: ex hoc autem
quod quedam animalia memoria habent et quedā non
habent: ſequitur quod quedam ſunt prudentia: et quedā
non. Cum enim prudentia ex preteritorum memoria de
futuris prouideat: vnde ſecundum Tulium in ſecun
do rethorice partes eius ponunt memoria intelligē
tia et prouidentia; in illis animalibus prudentia eē
nō poteſt que memoria carent. Illa vero animalia q̄
memoriā habent aliquid prudentie habere poſſunt:
dicitur autem prudentia aliter in brutis animalibus:
et aliter in hominibus ineſſe: in hominibus quidem eſt
prudentia ſecundum quod ex rōnē deliberāt quid eos oporteat
agere. Unde dicitur ſexto ethicorum quod prudentia eſt
recta ratio agibilium. Judicium autem de rebus agē
dis non ex rationis deliberatione ſed ex quodam na
ture inſtinctu: prudentia ī alijs animalibus dicitur.
Unde prudētia in alijs animalibus eſt naturalis ex
timatio de conuenientibus proſequendis et fugiendis
nociuis: ſicut agnus ſequitur matrem et fugit lupum
Inter ea vero que memoriā habent: quedam habēt
auditum: et quedam non: quecunque autem auditum
nō habent vt apes vel ſi quod aliud huiuſmodi ani-
mal eſt: licet prudentiam habere poſſint: non tamen
ſunt diſciplinabilia: vt ſcilicet per alterius inſtructio-
nem poſſint aſſueſcere ad aliquid faciendum vel vitā
dū. Huiuſmodi enim inſtructio precipue recipitur per
auditum vnde dicitur in libro de ſenſu et ſenſato quod
auditus eſt ſenſus diſcipline: quod autem dicitur apes
auditum non habere: non repugnat ei quod videntur ex
quibuſdam ſonis exterreri. Nam ſicut ſonus vehe-
mēs occidit animal: et ſcindit lignum vt in tonitruo
patet: non propter ſonum ſed propter cōmotionem
aeris vehementer in quo eſt ſonus ita animalia que
auditu carent: iudicium de ſonis non habendo poſ-
ſunt per ſonos aereos exterreri. Illa vero animalia
que memoriam et auditum habent: et diſciplinabi-
De tribus gradibus cognitionis aīaliū lia et prudentia eſſe poſſunt. Patet igitur tres eſſe
gradus cognitionis in animalibus. Primus eſt eo-
rum que nec auditum nec memoriam habent: vnde
nec diſciplinabilia non ſunt nec prudentia. Secun-
dus eſt eorum que habent memoriam: ſed non audi
tum. Tertius eſt eorum que vtrumque habent: et ſunt
prudentia et diſciplinabilia. Quartus autem mo-
dus eſſe non poteſt: vt ſit ſcilicet aliquod animal quod
habeat auditum et non habeat memoriam. Sen
ſus enim qui per extrinſecum medium ſuum ſenſibi
le aprehendunt: inter quos eſt auditus: non ſunt niſi
in animalibus que mouentur motu progreſſiuo qui-
Queſtio vtrū finis ſit cauſa. bus memoria deeſſe non pōt vt dictum eſt. ¶Queri
tur circa precedentia vtrum finis ſit cauſa et argui-
tur quod non quia ſepe finis non eſt: ergo non eſt cauſa.
Tenet conſequentia: et antecedens patet. In oppo
ſitum arguitur auctoritate Ariſtotelis dicentis in
hoc ſecundo quod finis eſt cauſa cauſarum. Pro decla-
ratione huius queſtionis notandum quod finis quidam
eſt quo quidā eſt gratia cuius: vt innuit Cōmentator
ſcōo celi vbi dicit quod q̄dā ē finis dictus primaria itētio
ne: et q̄dā ſcōaria. Exēplificat: ſicut itelligētie mouēt

corpora celeſtia propter duplicem finem: Quorum
vnus eſt finis vltimatus: et principaliſſimus: proptē
quem primaria intentiōe mouēt, ſcilicet primum principi
um vt deus. Alter ē finis, propter q̄m mouēt ſecūdaria
ria intētiōe: et hec ſunt iſta inferiora: vnde ſicut do-
mificator agit propter domum: ſic intelligentie mo
uent orbes propter iſta inferiora: ſicut domificator
non ſolum agit propter domū: ſed propter domū vt
defendat nos ab imbribus: et coruſcationibus: ſic et in
telligentie mouēt orbes, propter iſta īferiora dirigen
do vltimate actionē eorum in primū principiū tanquam in
Conclo. i. finē pricipaliter intentū. Prīa cōclo quod finis dictus a ſe
cundaria intentiōe, proprie loquendo: nō eſt cauſa ipſius a
gentis: hoc probatur: quia ſic ſequitur quod iſta inferio
ra eſſent cauſe intelligentiarum: ſed hoc non eſt cō-
cedendum: quia iſta inferiora non ſunt priora: ſed
poſteriora ſuperioribus. Modo ſi eſſent cauſe intel
ligentiarum deberent eſſe priora eis: quia cauſa de
Cōclo. 2. bet eē prior illo cuius eſt cauſa. Secunda concluſio
eſt quod quadam denominatiōe extrinſeca per modum
cuiuſdam attributionis: nos ſolemus dicere quod fi-
nis dictus ſecundaria intentione eſt cauſa recte: ſi-
cut ſolemus dicere quod vrina eſt ſana: quia eſt anima-
lis habentis in ſe ſanitatem et ſic finis dictus ſecun-
daria intentione: dicitur cauſa quia eſt illud ad quod
producendum finis ſuperior et vltimatus determi-
nat ſibi agens ad taliter vel taliter agendum. Ter
Conclo. 3. tia concluſio eſt quod finis dictus primaria intentione:
omnium eſt prima cauſa: hoc patet quia illa quod-
libet agens dirigitur et ſecum concurrit in eius ac
tione, vel ad eius effectus productionem: ſed quia vul
gus non percipit talem directionem vel talem mo-
tionem cuiuſlibet agentis per ipſum principium nō
dicit principium eſſe finem omnium ſed magis illud
ad cuius productionem dirigitur actio ipſius agen
tis: et de iſto fine principali eſt verum quod eſt cauſa-
cauſarum et quod eſt nobilius cauſato et quod pre
cedit cauſam et multe alie conditiones: et per pre-
dicta patet ad rationes.

Quod autem ex neceſſitate eſt:
T. c. 87. vtrum ex ſuppoſitione exiſtit: aut ſimpli-
citer. ¶Nunc quidam enim opinan-
tur quod ē ex neceſſitate ī generatiōe eē
quēadmodū vtique ſi aliquis murū eſſe ex
neceſſitate exiſtimet: quoniā grauia
quidē deorſum ferri apta nata ſunt: leuia autem ſup emi
nent. Unde lapides quidem deorſum in fundamen-
tum: terra autem ſurſum propter leuitatem. Super
T. c. 88. enim autem ligna leuiſſima enim ſunt. ¶Sed ta-
men non ſine his quidem factum eſt: non tamē prop
ter hoc; niſi ſicut propter materiam: ſed cauſa abſ-
condendi ipſa: et ſaluandi. Similiter autē et in alijs
omnibus: in quibus propter aliquid eſt non ſine qui
dem habentibus neceſſariam materiam ſunt. Non
tamen propter hoc: ſed aut ſicut materia ſunt: ſed
propter aliquid ē vt propter quid ſerra huiuſmodi. Qua
tenus hoc ſit: et propter hoc: ſed tamen id quod eſt
cuius cauſa impoſſibile eſt fieri niſi ferrea ſit. Neceſ
ſe igitur ferream eſſe: ſi ſerra erit et opus ipſius. Ex
ſuppoſitione autem quod neceſſarium eſt: ſed non vt fi-
nis. In materia enim neceſſarium eſt quod autem eſt cu
T. c. 89. ius cauſa, in ratione eſt. ¶Eſt autem et in doctrinis
neceſſarium: et in his que ſecundum naturam ſiunt
quodam modo ſimiliter: quoniam enim rectus hic
eſt neceſſe eſt triāgulum duobus rectis equales ha



bere: ſed non ſi hoc eſt: illud eſt ſed ſi hoc non eſt; nec
ille rectus eſt. In his autem: que ſiunt propter hoc
econtrario eſt. Si finis enim erit: aut eſt quod ē an-
te finem: erit aut eſt; ſi vero non; ſicut ibi cum non ſit
concluſio: principium non erit: et hic finis et quod cu
ius cauſa. Principium enim et hoc non actionis: ſed
ratiocinationis. Ibi autem ratiocinacionis: actus
enim nō ſunt. ¶Quare ſi erit domus; hec neceſſe fie T. c. 90.
ri: aut exiſtere: aut eſſe: aut omnino materiam: que
propter hoc: vt lateres et lapides eſſe ſi domus; non
tamē propter hoc eſt finis ſed aut ſicut materie ſunt
nec erit propter hoc omnino tamen ſi nō ſint: nō erit
nec domus, neque ſerra: hec quidem niſi ſint lapides
illa vero niſi ferrum ſit. Nec enim ibi principia ſunt
niſi triangulum duobus rectis. Manifeſtum igitur
eſt quod eſt neceſſarium in phiſicis quod ſicut mate
ria dicitur motus qui ipſius. Et vter que phiſico dicen T. cō. 91.
te ſunt cauſe: magis autem que cuius cauſa. Cauſa
enim hec materia eſt: ſed nō hec finis. ¶Et finis qui
cuius cauſa et principium a diffinitione: et ratione
eſt: ſicut in his que ſecundum artem quoniam ſi do-
mus talis eſt; oportet hec fieri ex neceſſitate: et eſſe;
et quoniam hoc eſt ſanitas; hec oportet fieri; et eſſe
ex neceſſitate: ſic et ſi homo hoc eſt hoc: ſi autem hoc T. c. 92.
et hoc. ¶Fortaſſis autem et in ratione eſt neceſſa-
rium. Determinati enim opus ſerrandi: quoniam di
uiſio huiuſmodi: hoc autem nō erit niſi ferrum. Sūt
enim in diffinitione quedam partes: vt materia.

Queritur hic ī preſentiarū vtrū
in rebus naturalibus ſit neceſſarium ſimpli-
citer ideſt abſolute: aut neceſſarium ex con-
dicione ſiue ex ſuppoſitione. Pro cuius declaratiōe
noto quod neceſſitas q̄ prouenit a cauſa materiali effi-
cienti vel formali eſt neceſſitas abſolute vt neceſſi-
tas: qua arguitur eſſe alterationem noctis et diei prop-
ter motum ſolis et neceſſitas: qua arguitur animal
eſſe corruptibile: quia eſt materiale et: neceſſitas
prouēniens ex cauſa formali: eſt etiam neceſſitas ab
ſoluta: ſed neceſſitas ex fine, eſt neceſſitas conditiōa
ta, vt ſi dicatur ſi hoc debet fieri ō neceſſitate debet
fieri hoc: et hoc dicit commento octuageſimo ſepti-
mo. Poſtea vero dicit fuiſſe opinionem quorundam
philoſophorum: quod tota neceſſitas pēdet ex materia
vt ſi debet fieri domus debent poni lapides deorſum
in fundamento: terra autem ſurſum propter leuita
tem et ligna magis adhuc ſurſum propter maiorem
leuitatem. ¶Poſtea Philoſophus textu commen-
ti octuageſimi octaui. Dicit quod licet videatur incon-
ueniens: quod in rebus naturalibus omnis diſpoſitio ve-
niat ex neceſſitate materie tamen aliquo modo preſ
tat aptitudo materie cum neceſſitate finis, vt domus
principaliter fit propter defenſionem hominum a cau-
mate et pluuia tamen preſtat aliquid quod materialia
ſic vel ſic diſponantur ſecundum exigentiam finis et
ponit exemplum in ſerra. Eſt enim ſerra huiuſmodi
ideſt talis diſpoſitionis vel forme propter finem ta-
men vt iſte finis conſequatur debet materia ferrea
eſſe: ergo in rebus naturalibus eſt neceſſarium ex
ſuppoſitione ſicut in artificialibus: ſed non ita quod
id quod ē neceſſarium ſit ſicut finis quia id quod ne
ceſſarium eſt ponitur ex parte materie ſed ex parte
finis: ponitur ratio neceſſitatis. Non enim dicimus
quod neceſſarium ſit eſſe talem finē quia materia eſt ta-
lis ſed potius econuerſo; quia finis et forma talis fu
tura ē neceſſe ē materiā eē talē et ſic neceſſitas ponitur

ad materiã ſʒ rõ neceſſitatis ad finẽ. Deide philo.
tex.com..89.dicit et aſſimilat neceſſitatem que eſt
in generatione rerum naturalium neceſſitati que ẽ
in ſcientijs demonſtratiuis et primo quantum ad or
dinẽ neceſſitatis. Dicitur ergo primo ꝙ aliquo mõ
inuenitur neceſſarium in ſcientijs demonſtratiuis ſi
mile his q̃ generantur ſecundum naturam nanqꝫ in
uenitur in ſcientijs demonſtratiuis neceſſarium a
priori ſicut ſi dicamus ꝙ propter diffinitiõem recti
anguli neceſſe eſt triãgulum habere tres angulos
equales duobus rectis: et ex illo priori quod aſſumi
tur vt principium prouenit ex neceſſitate concluſio:
non tamen econtrario. Si concluſio eſt vera princi-
pium eſt verum qꝛ aliquando ex falſis propoſitioni-
bus poteſt ſyllogizari cõcluſio vera: ſed tamẽ ſi con-
cluſio non eſt vera ſimiliter neqꝫ principiũ eſt verũ:
quia falſum nunq̃ ſyllogizatur niſi ex falſo, ſed in his
que fiunt propter aliquid ſiue natura ſiue arte con-
trario ſe habet quia ſi finis erit aut eſt: neceſſe ẽ me-
dia preceſſiſſe: ſed tamẽ ſi medium non eſt nec finis
erit ſicut in demonſtratiuis ſi non ſit concluſio non
erit principiũ: ergo ſicut finis in agibilibus: ita prin
cipium in demonſtratiuis. Nam et finis principium
eſt non quidem actionis ſed rõcinationis quia a fi
ne incipimꝰ ratiocinari de his que ſunt ad finẽ. In
demonſtratiuis aũt attenditur principium ratioci-
nationis: licet aliqua ſit diuerſitas: qꝛ finis ẽ vltimũ
in actione quod in demonſtratione non eſt: ſic igitur
cõcludit ꝙ ſi debeat fieri domus neceſſe eſt pre exiſ-
tere materiam que ꝑpter finem eſt ſicut lateres ꝛ la
pides nõ ꝙ finis ordinetur in materiam: ſed ꝙ finis
non erit ſi materia non ſit ſicut domus non erit ſi non
ſint lapides et ſerra non erit ſi non fuerit ferrum ſic
et in ſcientijs demonſtratiuis principia non ſunt ſi
concluſio non ſit manifeſtum: igitur eſt ꝙ in rebus
naturalibus debet ſe habere per modũ materie: et
ratio huiꝰ neceſſitatis eſt ex fine: propter finem eñi
neceſſarium eſt eſſe materiam talem et naturalis de
bet aſſignare vtranqꝫ cauſam ſcilicet materialem ꝛ
finalem ſed magis finalem qꝛ ad illã ordinat̃ mate
rialis: non eñi finis eſt talis qꝛ materia eſt talis ſed
econuerſo. Poſtea vero philoſophus aſſimilat neceſ
ſitatem generationis his neceſſitatibus que ſunt in
ſcientijs demonſtratiuis et dicit ꝙ eſt manifeſtum ꝙ
in ſcientijs demonſtratiuis principium demonſtra-
tionis eſt diffinitio et ſimiliter finis qui eſt principiũ
et ratio neceſſitatis in his que ſunt ſecundum natu-
ram eſt quodam principium ſumptum a ratione et
diffinitione. Nã ſi edificator accipit ſuam edificatio
nem illud facit ſumẽdo pro principio diffinitionem
domus ad hoc ꝙ bene edificet. Pro quo notat doc-
tor ſanctus ꝙ contingit quandoqꝫ triplicem eſſe dif
finitionem; quarum vna eſt demonſtrationis princi-
pium vt hec tonitruũ eſt extinctio ignis in nube q̃-
dam vero demonſtratiõis concluſio: vt hec tonitruũ
eſt continuus ſonus in nubibus; quedã vero cõplec-
titur vtrunqꝫ: vt hec tonitrum eſt continuus ſonus in
nubibus propter extinctionem ignis in nube: ꝛ hec
comprehendit in ſe totã demõſtrationem: abſqꝫ de-
monſtrationis ordine. Unde in primo poſteriorum
dicit̃ ꝙ diffinitio ẽ dmõſtratio ſola poſitiõe differẽs:
qꝛ igit̃ in his que fiunt propter finem finis ſe habet
vt principiũ in demonſtratiuis et ea que ſunt ad fi-
nem ſicut concluſio; etiam in diffinitione rerum natu
ralium inuenitur id quod eſt neceſſarium propter fi
nẽ. Si eñi aliquis velit diffinire opus ſerre; quoniã
eſt talis diuiſio q̃quidem nõ erit niſi habeat dentes
qui non erunt apti ad diuidendũ niſi ſint ferrei: opor
tebit in diffinitione ſerre ponere ferrum. Nihil eñi
prohibet in diffinitione poni quaſdem partes mate
rie nõ quidem partes indiuiduales vt has carnes:
et hec oſſa: ſed partes communes: vt carnes et oſſa
ꝛ hoc neceſſarium eſt in diffinitione omnium rerum
naturalium: ſicut ergo diffinitio q̃ colligit in ſe prin
cipium demonſtrationis et concluſionis: eſt tota de
monſtratio: ita diffinitio colligens finem et formam
et materiam comprehendit totum proceſſum gene
rationis naturalis. Dubitat̃ vtrũ neceſſitas in ope- Utrũ neceſſitas ꝓueniat ex fine.
rationibus naturalibus proueniat ex fine vel ex ma
teria: et arguit̃ ꝙ non proueniat ex fine qꝛ videmus
multas operationes naturales fieri ex materia vt pa-
ter qꝛ pluit non propter crementum herbarum ſed
propter vaporem ingroſſatum atqꝫ factum grauem
ergo prouenit neceſſitas ex materia: quia ſi proue-
niret ex fine nunquã pluuia deſtrueret ſegetes nec
fierent monſtra. In oppoſitum eſt philoſophus aſſe
uerans ꝙ neceſſitas prouenit ex fine qđ perſuade-
tur quia ſi natura non ageret propter finem nil fie-
ret a caſu quod eſt falſum: et ſequella patet; quia ſi
nunquam natura intendit finem: ſequit̃ ꝙ nihil fit ꝑ-
ter intentionem: aut omne quod fit: fit a caſu: quod ẽ
cõtra experientiã vt pꝫ tã in aĩatis q̃ ĩ inaĩatis. Itẽ
probatur quia occulus ſituatur in capite vt ſit ſpecu
lator corporis humani vt Auicenna fen prima tertij
tractatu primo capitulo primo. Notabis ſecundo ꝙ Nota.2.
neceſſarium capitur tribꝰ modis. Primo modo ſim
pliciter vt deum eẽ. Alio modo ex ſuppoſitione vt ſi
aliquis debet viuere debet habere alimentum. Ter
tio modo pro vtili vt ſi aliquis debet viuere debet Pĩa cl'o
habere veſtes. His habitis pono cõcluſiões. Prima
ꝙ omnes operationes fiunt propter materiam; ſed
principaliter propter finem: quia materia eſt talis
propter finem eſſe talem vt ſerra eſt dentata prop-
ter finẽ ꝛ ꝑſupponit̃ eẽ ſerra vt ſit dura ad ſcindẽdũ
Secundo ſuadetur ſicut in demonſtratione premiſ
ſis ſe habent ad concluſionem ſic ſe habet finis reſ-
pectu eorum que ſunt ad finem: ſed neceſſitas pre-
miſſarum probat neceſſitatem concluſionis: ergo fi-
nis intentus ponit neceſſitatem ad conſecutionẽ eo-
rum que ſunt ad finem. Item diſpoſitiões rerum na
turalium fiunt ſecundum exigentiam finis vt patet
quia ſi fierent ſecundum exigentiam materie debe-
rent omnia oſſa eſſe infra et omnes ſpiritus ſupe-
rius quod eſt falſum quare ſequitur omne agẽs age
re propter finem quem intendit tanquam cognitum
a ſe vel ab intelligentia non errante. Ex quo ſequi-
tur ꝙ cum dicitur omne agens agere propter finem
intelligitur de diſpoſitionibus et operationibus cõ
uenientibus non autem corruptiuis ſicut ſunt mors
et ſenectus que fiũt ex neceſſitate materie. Ideo di
cendum ad argumentum ante oppoſitum quod pro
babat fieri omnia ex neceſſitate materie quia plu-
uia non cadit propter augmentandum ſegetes.
Dicendum ad hoc ꝙ duplex eſt finis: quidam eſt ẽm
intẽdit agens particulare et ꝺ hoc fateor ꝙ pluuia
non intendit augmentare ſegetes: ſecus autem de fi
ne quem intendit agens vniuerſale propter ordi-
nem vniuerſi. Nam celum intendit pluuiam propter
augmentandas ſegetes.

¶ Explicit ſecundus phiſicorum.



## ¶ Liber tertius de phiſico auditu.

QUoniam autem natu-
Tex.cõ.1 tura eſt principium motus: et
mutationis ſcientia autem no-
bis de natura eſt: oportet non
ignorare quid ſit motus. Nece
ſſariũ eſt eñi eſt ignorato ipſo ꝛ
ignorari naturam. ¶ Determi
nantibus aũt de motu tentan-
dum eſt eodem aggredi modo:
et de his que cõſiter ſunt. Uidetur aũt motus eſſe cõ
tinuorum: ſed infinitum apparet primo in continuo
Unde et diffinientibus continuum contingit prius
indigere multotiens rõne infiniti: et cum in infinitũ
T.cõ.2. diuiſibile continuum ſit. ¶ Adhuc aũt ſine loco et va
cuo et tempe impoſſibile eſt eſſe motũ. ¶ Manifeſ-
T.cõ.3. tũ igitur eſt ꝙ et ꝑpter hec et ꝑpter id quod omni-
um ſunt cõmunia et vniuerſaliter omnibus intendẽ
dum pre argumentantibꝰ de vno quoqꝫ iſtorꝫ. Poſ-
terior autem de ꝓprijs ſpeculatio ea que de cõmuni
bus eſt. ¶ Primum autem ſicut diximus de motu.
¶ Eſt quidẽ igit̃ aliquid quod endelechia tñ eſt ali
ud aũt tñ potentia. Et eorũ que ſunt actu; hoc qui-
dem hoc aliquid; aliud vero quantũ; aliud vero qua
le; vel aliquod aliorũ entis predicamentorum. Sed
eius quod ad aliquid: aliud quidem ſcđm ſuperabũ
dantiã et defectũ dicitur: aliud aũt ſecũdũ actiuũ ꝛ
paſſiuũ: et omnino motiuũ et mobile: motiuũ eñi mo-
tiuũ mobilis eſt: et mobile a motiuo ẽ mobile. ¶ Nõ
T.cõ.4. eſt autem motus preter res ad quas eſt motꝰ. Mu-
tatur eñi ſemper id quod mutat: aut ſecundum ſub
ſtãtiã: aut ſecundum quantitatẽ: aut ſecũdũ qualita
tem: aut ſecundum locũ. Cõmune autem in his nullũ
eſt accipere: ſicut diximus, quod neqꝫ hoc, neqꝫ quã
tũ: neqꝫ quale ſit, neqꝫ aliorum p̃dicamentorum nul
lũ. Quare neqꝫ motus, neqꝫ mutatio nulliꝰ erit: ex-
tra ea q̃ dicta ſunt: cũ nihil ſit extra p̃dicta. ¶ Unũ
T.cõ.5. quodqꝫ aũt dupliciter ineſt omnibus vt hoc. Aliud
quidem enim forma ipſius; aliud vero priuatio: et ſe
cundum qualitatem. Hoc quidem enim albũ: iſtud
autem nigrũ: et ſecundũ quantitatem: aliud quidẽ
perfectum: aliud vero imperfectum. Similiter aũt
et ſecundum loci mutationem. Hoc quidem ſurſum
iſtud vero deorſum: aut aliud quidem graue: aliud
vero leue. Quare motus et mutationis tot ſunt ſpe
T.cõ.6. cies: quot et entis. ¶ Diuiſio autẽ ſm vnunquodqꝫ
genꝰ: hoc quidẽ eſſe endelechia: aliud aũt potentia.
potentia exiſtentis endelechia: ſecundum quod hu
ius eſt motus eſt. ¶ Ut alterabilis quidem in quan-
tum eſt alterabile: alteratio eſt. Augmentabilis aũt
et oppoſiti: nullum enim cõmune nomẽ vtriſqꝫ: aug-
mentũ et decrementum. Generabilis aũt et corrup
tibilis generatio et corruptio: loco mutabilis loci
T.cõ.7. mutatio. ¶ Qđ aũt hoc ſit motus ab hinc manifeſtũ
eſt. Cum eñi edificabile in quantũ huiuſmodi ipſum
dicimus eſſe actu edificatur et: eſt hoc edificatio.
Similiter aũt et doctrinatio et volutatio; et medi-
catio: et ſaltatio: et adoleſcentia et ſenectꝰ. ¶ Qñ
T.cõ.8. aũt quedam eadem ſunt et potentia et actu quãuis
non ſimul: aut non ſecũdũ idem: ſed vt calidum qui-
dẽ potẽtia: frigidũ aũt endelechia multa iam agũt
et patiunt̃ adinuicem. Omne enim erit ſimul acti-
uũ et paſſiuũ. Ergo et mouens phiſice mobile erit.
Omne eñi huius mouet: cũ mouet̃ et ipſum. Uidet̃
quidem igit̃ quibuſdã omne moueri mouens. Sed
de his quidẽ ex alijs erit manifeſtũ que mõ ſe habe-
ant. ¶ Eſt eñi quidã mouentium et ĩmobile: ſed po- T.cõ.9.
tentia exiſtentis cũ endelechia ens agat aut ipſum
aut aliud in quantũ mobile motus eſt. Dico autem
hoc in quantum ſic. Eſt eñi es potentia ſtatua: ſed tñ
nõ eris endelechia: et in quantũ es eſt motus eſt. Nõ
eñi idem eſt eri eẽ: et potentia alicui mobili. Quñ ſi
idem eſſe ſimpliciter et ſm rationẽ eẽt vtiqꝫ es in q̃n
tum es eſt endelechia motus. Non eſt aũt idẽ queãd
modũ dictũ eſt. ¶ Manifeſtũ aũt eſt et in cõtrarijs T.cõ.10.
poſſe quidẽ eñi ſanari: et poſſe laborare alterum eſt.
Et nãqꝫ ſi laborare quidẽ et ſanari idem eẽt: ſubiec-
tum autem et ſanabile et infirmũ ſiue humiditas ſiue
ſanguis vnũ et idẽ eſt. Quñ aũt non eſt idẽ: queãdmo
dũ neqꝫ color idẽ et viſibile. Poſſibilis in quantum
poſſibile endelechia manifeſtũ eſt ꝙ ſit motus.

ARiſtoteles in iſto tertio phiſi Dubiũ.1.
corũ intendit declarare quid ſit motus: qm̃
in diffinitiõe nature ponebat̃ motus: ideoqꝫ
neceſſaria eſt cognitio motus ad cognitionẽ nature
Nam ignorato motu neceſſe eſt ignorare naturam;
circa quod dubitari ſolet quomodo ignorato motu
neceſſe eſt ignorare naturam, cum naturam eſſe ſit
per ſe notum nõ aũt motum eſſe. Dicendum ad hoc
ꝙ ad cognitionem nature diffinitiuam et exactã ne
ceſſe eſt cognoſcere motum: ſed tamen ad diffinitio
nem nature ſufficit cognouiſſe motum quantũ ad ſi Dubiũ.2.
eſt. Secundo dubitant aliqui propter quid añ prin
cipiũ materiale non fuit neceſſaria diffinitio motus
exacte; bene tamen ante primum principium effecti
uum neceſſaria eſt cognitio motus. Dicendũ ad hoc
ꝙ principium materiale potuit declarari ſine exac-
ta diffinitione motus: ſed ſufficit cognitio; quia eſt
ſed ad cognitionem primi motoris requiritur exac
ta cognitio motus. Nam Ariſt. 8. phiſi. probauit pri
mũ motorẽ eẽ per eternitatẽ motꝰ: eternitas aũt mo
tus ꝓbatur per eternitatem mobilis: querẽdo vtrũ
mobile inceperit eſſe aut ſit eternũ: ſi incipit eſſe: et
non niſi per motũ: nec fuit motꝰ abſqꝫ mobili: igitur
ante mobile ſignatũ fuit mobile: ſi mobile eſt eternũ
aut igitur ſemper mouebat̃: et habet̃ intentũ: aut in
cipit moueri: ſic ꝙ nũquã ante motꝰ fuit: ſi incipit mo
ueri: igit̃ aliqua fuit cauſa quare non prius moueba
tur: que neceſſario auferebatur añ principium mo-
tus: ſed non potuit illa cauſa auferri niſi per motum
igitur añ iſtũ motũ fuit motus. Dubitat̃ vtrũ ignora Dubiũ.3.
to motu ſit neceſſe ignorare naturam: et videt̃ ꝙ nõ:
qꝛ ſtat ignorare eclipſim cognita interpoſitiõe terre
inter ſolem ꝛ lunam: ſimiliter naturam eſſe eſt per ſe
notum: ergo ſcit̃ quocunqꝫ alio ignorato. Dicendum
ꝙ ignorato motu quo ad ſi eſt ignoratur natura etiã
quo ad ſi eſt: ꝛ ignorato motu quo ad quid eſt igno-
ratur natura quo ad quid eſt: non tñ ignorato motu
quo ad quid eſt ignoratur natura quo ad ſi eſt: vel
quia eſt: ſed propoſitio Ariſtotelis eſt vera: quia ly
ignoro propter negationem incluſam diſtribuit ca-
ſum ſequentẽ et ſignificat ignorato motu ideſt nulla
notitia habita de motu neceſſe eſt ignorare naturã
ideſt ſi nulla notitia cognoſcitur motꝰ: nulla noticia
cognoſcetur natura: ex quo ſequitur ꝙ in ſecũdo nõ
cognoſcebatur quiditatiue natura: quia non cogno
ſcitur quid eſt motus: quia nondum cognitum eſt
quid eſt motus: igitur nondum cognitum eſt quid
eſt natura. ¶ Ad primam rationem reſponde-
tur ꝙ quando cauſa includit relationem cum cau-

ſato opoꝛtet ꝙ cognita cauſa cognoſcatur cauſatum
ſed quando non includit talem rationem in ſuo ge-
nere cauſandi oīo opus eſt ꝙ cognita cauſa cognoſ-
catur cauſatum. Exemplum pꝛimi eſt de natura reſ-
pectu motus: et patre reſpectu filij. Exemplum ſecū
di eſt de interpoſitione terre inter ſolem et lunā reſ
pectu eclipſis. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ licet natu
ram eſſe ſit manifeſtum per ſe: tamē ad ſui notitiam
requirit cognoſcere motum eſſe. Poſtea philoſophꝰ
intendit declarare ꝙ tractandum eſt ꝺ infinito ⁊ cō-
tinuo que motui accidunt. Eſt enim motus in gene-
re continuoꝛum: et continuū in infinitū eſt diuiſibile
ergo tractandum eſt de continuo et infinito tanquā
de conſequentibꝰ vel deinceps ijs que vocanꝫ grec-
ce epheſes ſiue conſeq̄ntia. Et addidit philoſophus
ꝙ cōtinuū eſt quod eſt diuiſibile in infinitū: non ſem-
per: ſed vt Auerrois inquit aut quia non conceditur
ab omnibus: quia non ab illis qui continuum cōſti-
tuūt ex in diuiſibilibꝰ. Similiter dixit multotiēs: qꝛ
cōtinuum habet aliam diffinitionem in pꝛedicamen
tis continuū eſt cuius partes copulanꝫ ad vnum ter-
minum communem: quamvis poſſemus addere aliā
diffinitionem continui. 5. metaphiſice. A poſterioꝛi
continuū eſt cuius motus eſt vnus: quam intellige: vt
dixi pꝛimo pphiſicoꝝ de motu ſimplici recto non cō-
pꝛehendenti diuerſas ſpecies motus. Poſtea dicit
philo. tex. cō. 2. ea parte. Ad huc aūt dicit ꝙ ad natu
ralē expectat conſiderare ꝺ loco vacuo et tempe: qꝺ
pꝛobat: quia ad naturalem expectat conſiderare de
his que conſequuntur motū ſecūdū veritatē vel exiſti
matione: ſed ita ſunt locus vacuū ⁊ tempꝰ: ergo per-
tinet philoſopho determinare de his dixi ſecundum
exiſtimationē qm̄ vacuū requirebaꝫ ad motū ſecūdū
exiſtimationē antiquoꝝ. Item ad naturalem perti-
net cōſiderare paſſiones cōmunes omnibus rebus
naturalibus: ſed locus vacuum et tempꝰ ſunt paſſio
nes cōmunes omnibus rebꝰ naturalibus: ergo ptinet
philoſopho de illis declarare. Nam in hoc libꝛo phi
ſicoꝝ ſpeculanda ſunt omnia: poſt vero inueſtigan-
da ſunt particularia: qꝛ ille eſt oꝛdo doctrine. Dein-
de vero tex. cō. 3. philoſo. pꝛemittit quaſdā diuiſiōes
faciētes ad declaratione diffinitionis motꝰ: ⁊ ſuper
iſto tex. dicit de mente Auerrois et themiſtij ꝙ Ariſ
to. pꝛemittit aliquas ſuppoſitiones (Moꝛe mathe-
Suppō 1. matico) ¶ Pꝛia ſuppoſitio. Omne ens aut eſt actu:
aut poteſtate: ex quo vult habere ꝙ motus eſt aliqꝺ
Suppō 2 iſtoꝛum aut mediū inter iſta. Secunda ſuppoſitio ē
quod ens diuidiꝫ in decem pꝛedicamenta: et vult ha
bere motū eſſe in quattuoꝛ pꝛedicamentis ſcilicet
Suppō 3 ſubſtantia: quātitate: qualitate: et vbi. ¶ Tertia ſup
poſitio ē ꝙ tria ſunt genera relationū: q̄dā referunꝫ
pmodū exceſſus et deffectus: quedā per modum ac
non eē vacuum niſi vbi nullum corpus ſenſibile eſt
ꝓpter hoc ꝙ oē opinant̄ eſſe corpꝰ ſenſibile vnde cū
aer ſit corpus modicū ſenſibile opinantur ꝙ vbi eſt
aer ſit vacuū oportebat igitur oſtendere non ſolum
ꝙ aer ſit aliq̄d: ſed ꝙ non ſit aliqd̄ ſpaciū ſine corpore
ſenſibili. Dicit preterea ꝙ dupliciter aliq̄ ponebant
vacuum vno mō ſicut ſeparatum a corporibꝰ vt ſi di
ceremus ſpaciu3 qd̄ eſt infra extremitates alicuius
domus eſſe vacuū. Alio modo capitur vacuū ꝓ illo
ꝙ facit corpora non eē cōtinua.

¶ Poſtea philoſophus textu. cōm.
53. declarat rationes ponentium eſſe vacuum ⁊ vna
eſt motus localis quem dicunt non poſſe fieri niſi va-



cuum ponatur. Nam aliter ſequeret̄ plenū poſſe re-
cipere aliq̄d: quod eſt falſum: q2 daretur penetratio
corporum de predicamento ſubſtātie ⁊ ita ſequitur
ꝙ infinita corpora poſſent eſſe penetratiue ⁊ ita par
uiſſimū accipere maximū: iterum ꝓbant ꝙ vacuum
ſit dabile: q2 vt videmus in eodem dolio vbi de vino
capit̄ certa menſura ſimul cū vtribus capi eandem
ꝙ non eſt niſi corporibꝰ coeuntibꝰ in quodam dēſato
corpore in ea que ſunt vacua. Preterea videt̄ et au-
gmentum omnibꝰ fieri ꝑ vacuū. Nam alimentū nō
pōt penetrare ꝑ membrū q̄ recipit̄ in quaſdā vacui
tates. ¶ Iterum ꝓbant hoc ide3 ꝑ teſtimoniū de va-
ſe pleno cineribꝰ: qd̄ tantū capit de aqua ſicut ſi non
eſſent ibi cineres q̄ recipit in quaſdam vacuitates
illa aqua. Iterū dicit ꝙ pythagorici affirmāt eē va-
cuum et ingredi ipſum in celo ex infinito ſpū tanq̄
reſpiranti et ſeparare ea q̄ non ſunt continua.

¶ Dubitat̄ circa preſentem. tex. vtꝝ
ſit dabile vacuū ⁊ arguit̄ ꝙ ſic a vacuo ſit attractio q̄
vacuū eſt dabile: ꝯña tenet: q2 qd̄ non ē non pōt eſſe
cauſa alicuius: et aūs ꝓbat̄ ꝑ ventoſam que attrahit
ſanguinem ⁊ carnem ⁊ alia plura: ⁊ ſimiliter ꝑ attra
ctionem quotidianā qua videmꝰ ꝙ ſi candela ꝓ me-
dietate ſit intra aquā ita ꝙ flāma maneat exteriꝰ et
intromiſſo vrinali donec os eiꝰ attingat aquā aſcē-
dit aqua donec interimat candelam qd̄ eſt: quia va-
cuum attrahit.

¶ Secundo arguo: ſupponendo ꝙ
dentur due tabule planiſſime quaꝝ vna cadit ſuper
alia3 ſecūdū oēs partes equaliter et eleuet̄ vna tabu
la ab alia ſecūdū oēs partes eq̄liter: tunc aut ſeq̄tur
dari vacuū intra mediū tabulaꝝ: aut aerē ſubito in-
trare vſq; ad mediū: qd̄ ē incōueniēs qm̄ ē corpꝰ qd̄
non pōt mutari in inſtāti cū ſit illi in motu reſiſtētia.

¶ Tertio arguit̄ adhuc ē dabile va-
cuū igitur ꝯña eſt nota et ꝓbat̄ aūs de rarefactione
et cōdenſatione et augmentatione et motu locali: q̄
oīa non poſſunt ſaluari niſi ꝑ vacuū. Probatur quia
quomō poterit ſaluari ꝙ fiat rarefactio niſi per hoc
ꝙ queda3 ꝑtes q̄ erāt in quibuſdā cauernoſitatibus
egrediuntur ab eis: ⁊ relinquunt illas vacuas: et eo
dem modo condenſatio fit per ſub introitū illarum
partium in illas vacuitates: ergo dabile eſt vacuum
Simile argumentum eſt de augmentatione que fit
in etate adoleſcētie et eſt per hoc ꝙ omnia membra
extenduntur magis quam antea per trinam diame-
metrum: que quidem extēſio fit per intus ſuſceptio-
nem alimenti: que quide3 interior ſuſceptio fieri nō
valet niſi aut membrū diuidendo: aut in vacuitates
membri nutrimento ſe colligenti: ergo dabile eſt va
cuum.

¶ Quartū patet de motu locali. Nā
dum aliquid mouetur per aerem vel hoc ē: q2 intrat
in pleno vel quia intrat in vacuo. Si ſecundū habeo
intentum. Si primum vel hoc eſt q2 intrat in pleno
et ſic duo corpora ſunt penetratiue quod eſt falſum:
aut cedit ipſum met plenū: et ſic ſequit̄ ꝙ non poſſet
moueri vnus lapis quin latera celi rumperent̄: ꝯñs
eſt falſum: ⁊ ſequella ꝓbatur. Nam ſi aer cedit ſequi
tur ꝙ illi aeri qui mouetur retrocedendo cedit aliꝰ
et poſtea alius donec totus aer cedat et aeri ceden
ti cedit ignis ſi ſic cum igni cedenti non cedit celu3
ergo vel rumpit̄ vel penetratio dimenſionū quod eſt
impoſſibile. In oppoſitum eſt philoſophus.



¶ In hac materia iuxta argumento
rum difficultates: alique dubitationes ſunt mouen-
Dubiū.1 de. Prima dubitatio vtrum a vacuo poſſit fieri attra
Dubiū.2. ctio. Secunda dubitatio eſt ſi detur corpꝰ perfecte
Dubiū.3. planū. Tertia dubitatio eſt de rarefactione et cōdē
Dubiū.4 ſatione quō fiat ſine vacuo. Quarta dubitatio eſt de
augmentatione ⁊ motu locali quō iſta fieri valeant ſi
ne vacui admiſſione.

Nota.1. ¶ Ad primā igitur difficultatem no
to vt bene dicit Auicena doctrina. 6. de virtutibus,
ꝙ a tribꝰ fit attractio, calido, vacuo, ⁊ ꝓprietate: pri
or q̄dem attractio apparet in flama lampadis que ꝑ
lichinū attrahit oleū donec oleū in lichino inflamet̄
et fiat flama. Attractio vero a vacuo manifeſte patet
in ventoſa: modus aūt attrahendi in ventoſa eſt hic:
ꝙ quū ventoſa ponitur ſuper membrū cū quadā flāma
interius: illa flāma habet duplicem motū: vnus eſt
quo conuertitur ad materiam propriam: aliꝰ ē quo
continue attrahit aerem ne tā cito materia in qua
eſt cōſumat̄: ita vt ꝓpter illud pereat flama qd̄ ſcrip
ſi ſatis late in queſtione noſtra d̄ antipariſtaſi ad cal
cem ꝓportionū adiecta. Cum igit̄ aliq̄ flama eſt ī car
cerata: ita vt liberū motū attractionis aeris non ha
beat protinꝰ ille ignis flāma ſuā materiam diſſipat ⁊
diſſoluit ita vt antequam preparetur materia pro ſe
quenti flāma prior flāma diſſoluatur et euaneſcat: vñ
de ſequit̄ ignē illu3 rariorē exiſtentem aere conuer
ti in aerem denſiorem occupantem minorem locū et
quia condenſatio fit ſucceſſiue aſcendit ſanguis qui
repleat illā vacuitatem eſt iſte et modꝰ attrahendi
ventoſe propter vacuū: alia eſt attractio que fit a ꝓ-
prietate cuius modi attractio eſt illa q̄ fit a magne-
te ad ad attrahendū ferrū et illa qua adamas pellit
ferrū et q̄ ſmaragdus frangit oculos bufonis aſpici
entis illū: ⁊ qua lingua ſcorpionis poſita ī mēſa mag
natum ſuper ſalem habet ſudare cum trahitur ali-
quod venenū: et proprietas qua Iacintus tollit in-
ſultus libidinoſos et ſic de reliquis.

Nota.2. ¶ Notandum tamen quomodo in-
telligat̄ ꝙ a vacuo fiat attractio in rigore enī ſermo
nis illa ꝓpoſitio eſt falſa. Nam vacuū nihil eſt: ergo
vacuū non poteſt attrahere ideo Conciliator differē
tia. 51. dicit ꝙ a vacuo fit attractio non tanq̄ a cauſa
finali id eſt fit attractio ꝓpter euitandum vacuū: q̄d
ſit tamen illud quod attrahit quando vacuū euitat̄
nō eſt pauce difficultatis. Nam quidā aiunt ꝙ illud
quod tunc attrahit eſt celū ne ſequatur in vniuerſo
aliqua inordinatio. Aliꝗ vero dicunt ꝙ illud quod at
trahit eſt illud quod attraxit corpus a loco per cu-
ius ablationem fecit vacu3. Cuius opinionis ē vgo
ſenenſis. Aliꝗ vero dicūt ꝙ hec attractio fit. Nā cogi
tāt tā intimū eē corpori vt aſcēdat ꝑꝑ euitandū vacu
um: ſicut vt deſcendat ſuapte nā: imo aliqui dicunt ꝙ
intimiꝰ eſt graui aſcendere ad euitandū vacuū: quā
deſcendere ad habendū ſuum locū naturale qd̄ ē q2
ille aſcēſus fit ad ꝯſeruādū ſe qd̄ eſt intimiꝰ q̄ ſtatue
re ſe in loco naturali: quia euitare vacuū tollit neceſ-
ſitatem corruptionis ineuitabilem ſ3 ponere ſe in lo
naturali facit ad perfectius exiſtendū non tñ ad ſim
pliciter exiſtendum.

Nota.3 ¶ Noto tertio. circa iſtam partem
ꝙ omnis attractio ſicut ad cauſam efficientē reduci
tur ad illam que eſt calido: Nam ſi capiamus attra-
ctionem que fit; proprietate occulta illa fit a calido



quia proprietas occulta non agit niſi cum calore vt
videre eſt de karabe qd̄ nō attrahit paleleas niſi fri
catum: et de ventoſis que non attrahunt niſi per ignē
ergo omnis attractio ſi quo ad cauſam efficiente re
ducitur ad illam que eſt a calido: ſimiliter illa que
eſt a vacuo reducitur ad illam que eſt a calido. Nam
calidū attragendo vnam ſubſtantiam facit vacuum.

¶ Iam vero accedamus ad illud ſe- An duo
cundū argumentū de tabulis perfecte planis. Auer corpa du-
rois ſecundo de aīa voluit dicere impoſſibile eē duo ra poſſint
corpora dura immediate ſe tangere quam propoſi- imediate
tionem multi philoſophi volunt moderari ꝙ ſit intel ſe tāgere
ligenda de corporibus mixtis ⁊ non elementis bene
enī pñt eē imediata elemēta ⁊ dicūt intelligendū de
ſolidis: quia plumbum liquatum et aurum liquatum
bene pñt eē imediata, ſed vt dicit Auguſtinꝰ nimphꝰ
ſecundo de anima com. 113. ſuper vacue tot conditio
nes addiderūt. Nā cū dicit duo corpora dura: ibi in
telligitur mixta. Nam duricies eſt qualitas ſecūda
vt habetur metheo. 4. que non poteſt in mixtis repe
riri. Itē quidā addunt ꝙ debent eē dura diſcōtinua
Nam dicunt due medietates continui bene ſe tāgūt
immediate ſine aliquo medio: ſ3 hec omnia compre
henſa ſunt cū dicit̄ impoſſibile eſt duo corpora dura
ſe tangere tactus enī ſolꝰ eſt proprie dictꝰ inter res
diſcontinuas mouet̄ Auerrois ad hanc ꝓpōnē ꝑ illā
rōnē cōe3 ꝙ ſequeret̄ aut dari vacuū aut penetratio
nem dimenſionū: ſi duo corpora dura ſe tangerēt im
mediate patet de duabus tabulis quadratis quarū
vna ſuperponatur alteri imediate et volo ꝙ vna ab
altera ſeparet̄ eque cito quo ad omnes ſuas partes
quod cū fiat ingrediatur aer ab extremo illarum ta
bularū vſq; ad mediū in iſtāti et ita daret̄ motus lo
calis in ſtantaneus quod eſt falſum: aut ſi ille aer mo
ueat̄ ſucceſſiue ſequit̄ in medio tabularum dari va-
cuū ꝓpter que inconuenientia euitanda dicit Auer
rois inter illas tabulas quantū vis leuigatas ſemꝑ
exiſtere mediū.

¶ Sed contra hanc opinionē eēnt
aliq̄ inſtantie. Pria ſequeret̄ ꝙ quantūuis magnum
graue ſubſtinere ꝯtumuis paruū leue: ⁊ ſeq̄lla p3 de
modico aere exiſtenti inter illa corpora dura. Secū
do ſequeret̄ ꝙ in entibus naturalibꝰ non eēt d̄termi
natio quo ad paruitatem. Nam quocunq; aere da-
to exiſtenti inter illa corpora dura minor poſſet eſſe
quia poſſunt magis leuigari ⁊ fieri imediatiora: et
aer medians eēt minoris quātitatis ꝓpter q̄ incōue
nientia vr̄ mihi rectiꝰ dicendū ꝙ duo mixta bñ poſ-
ſunt eē imediata: et ad inconuenientia q̄ affert Auer
rois. dico ſicut bene dicit Tho. de garbo in trac. 5.
ſue ſumme in. q. de ſono ꝙ quia eleuatio eſt motus et
fit per vltimum non eē: ſequitur ꝙ q̄madmodū ime-
diate poſt hoc fiet eleuatio: ita immediate poſt hoc
fiet aliq̄s motus aeris et imediate poſt hoc erit ali-
quis aer vſq; ad mediū: nec ſeq̄tur propterea ꝙ ali-
quis motus localis ſit inſtantaneus.

¶ Circa tertiam dubitatiōem anno
to ꝙ rarefactio fit per maiorem elongationem ꝑtiū:
et condenſatio ꝑ maiorē appropinquationē partium
tū intellige mediatarum: que quidem elongatio et
appropinquatio non requirit aliquod vacuū. ¶ Ali
am ſolutionē dat Marſiliꝰ prīo de gene. q. 15. quan
do dicit profundā neſciens ad ſit ſufficiens. Pro cu
ius intelligentia premittit̄ in materia includi mul-

tas partes materie eque extenſas vna dũtaxat quan
titate et per rarefactionẽ vna illarũ partiũ egredit
limites alterius in qua noua quantitas inducit ꝑexi
ſtente remanente in alia parte materie cui prius in-
herebat: quis vtraq; pars erat eadem quãtitate ex
tenſa: et vt hoc intelligatur ſint. a. et. b. due ptes ma-
terie aque pedalis eque extẽſe et. a. preciſe inſit quã
Difficilis opinio Marſilij de augmẽtatione. titas qȝ ſufficit ad extenſionem. b. poſt quã ẽ ſimul cũ
a. ſicut ad extenſionẽ albedinis ſufficit quãtitas ſub-
iecti et aqua illa rareſiat et ponat. b. extra: produce
tur in. b. vt extenſio eius ſaluet alia quantitas et ma
nebit in. a. preexiſtens ſicut prius erat et ſic, non mi-
grabit et condenſatione quantitas vni pti inherens
corrũpetur: et pars illa erit extenſa q̃titate alteriꝰ
partis. Hec ſolutio eſt tam ꝓfunda ꝙ vix aliquis va
let de ea haurire intelligẽtiã: ſubtilis tamẽ ẽ admo
dum et imaginatio illarum partiũ materie eiuſdem
extenſionis poteſt intelligi ex dictis in p̃io de rari-
tate et denſitate et de multitudine et paucitate ma-
terie. ſed illa ſolutio imaginat ꝙ q̃ñcũq; aliquod pe
dale ad duplum rareſit manet vna ps materie eque
extenſa ſicut prius ſed alia pars egredit illam ⁊ po-
nit ſe omni modo extra eandem qȝ tamen non eſt ve
rum quando totum ſecundũ quamlibet partem ſui
rareſit. Proportionabiliter dicatur de condenſatio
ne quando totum ſecundum quodlibet ſui condenſa
tur ⁊ ſic oportet ſtare in prima ſolutione vel dare mi
grationem. Item ꝙ vni parti potius quam alij inhe
reat quantitas non videtur ratio ſignanda ⁊ pari fa
cilitate diceretur ꝙ forma ſubſtãtialis eſt dumtaxat
in vna parte materie et non in alia et ſic habebis ma
teriam ſine forma.

Solutio argũti de augmẽtatioẽ. ¶ Ad illud de augmentatione noto
ꝙ eſt duplex augmentatio quedam large dicta ⁊ eſt
idem ꝙ rarefactio: alio modo capitur augmentatio
proprie dicta et eſt conuerſio alimenti ſecũdũ quod
eſt potẽtia animatũ in corpus actu animatum in ma
iores partes quam ſunt deperdite ſecundũ trinã dia
metruȝ. Pro cuius declaratione noto ꝙ cũ caliditas
naturalis ſemper agat in membra in ipſis facit reſo
lutionem que eſt membri deperditio pro parte: ⁊ ſic
in membris facit foramina que in adoleſcentia re-
plentur nutrimento tanto quantum deperditum eſt
⁊ cũ hoc calor dilatat mẽbra paululũ q̃n reſoluat ali
quid et plus intrat de nutrimento quã de ſubſtantia
perditum eſt et ſic fit augmentatio non per penetra
tionem corporũ aut vacuum ſed per generationem
foraminum et introitu alimenti in ea foramina.

Solutio argũti de motu locali. ¶ Ad illud de motu locali dicẽdum
quidem eſt ꝙ dum aliquid mouetur per aerem: aer
cedit tranſeunti et condenſatur aer: non tamen illa
condenſatio fit per penetrationem partium: ſed per
ſolum cedere partiũ: ita ꝙ dum condẽſatur aliquod
totum bipedale ad ſubduplum quelibet pars condẽ
ſatur ad ſubduplũ et ſic cedunt ſibi inuicem partes
ita tamen fit hec ceſſio vt proportionabiliter ſicut eſt
vnaqueq; partiũ ita retrahatur magis vel minus et
per hoc non itur in infinitũ in hiſce retractiõibꝰ: nec
ſequitur totũ aerẽ moueri et ignẽ elementarẽ et ce
los rumpi vt patet conſideranti hec a nobis dicta.

¶ Sequitur textus.



D quale autem ſe hẽat opȝ
accipere quid ſignificet nomen. ¶ Vi
detur autem vacuũ locus eſſe: in quo
nihil ẽ. Huius autem cauſa eſt: q2 om-
ne quod eſt corpus opinant eſſe. Om
ne autem corpus in loco eſt: vacuũ au
tem in quo nullũ corpus eſt. Quare ſic vbi non ẽ cor
pus nihil eſt hic. Corpus autem iterũ oẽ opinunt eſſe
tangibile huiuſmodi aũt eſt quod habȝ grauitatem
aut leuitatem. Accidit igitur ex ſillogiſmo hoc eſſe
vacuũ: in quo nullũ eſt graue: aut leue: hec quidẽ igi
tur ex ſillogiſmo ſicut prius diximus accidũt. ¶ Sȝ
inconueniens eſt: ſi punctum vacuũ ſit. Oportet eñ
locũ eſſe in quo loco corporis ſit ſpacium tangibilis.
¶ Sic igitur videtur dici vacuũ vno quidem modo T.cõ.58
nõ plenũ ſenſibili corpore ſm tactum. Senſibile aũt
ſecundũ tactum eſt grauitatẽ habens aut leuitatem.
Unde ſi dubitabit aliq̃s q̃d vtiq; dicat ſi habeat hoc
ſpaciũ colorem: aut ſonũ: vtrũ vacuũ an non. Aut ma
nifeſtum eſt ſiquidem accipiat corpus qȝ tãgitur va
cuũ eſſe: ſi vero non: minime. ¶ Alio autẽ modo ĩ quo
non eſt hoc aliq̃d neq; ſubſtantia aliqua corpea. Un T.cõ.59
de quidã dicunt vacuũ eẽ corporis materiã q̃quidẽ
et locũ dicentes idem hoc non bene: materia q̃dem
enim non ſeparabilis eſt a rebus. Vacuũ aũt querũt
ſicut ſeparabile. ¶ Quoniam aũt d̃ loco determina T.c.60.
tum eſt et vacuũ locũ neceſſe eſt eſſe ſi eſt priuatũ cor
pore. Locus aũt quomodo eſt et q̃uo non eſt dictum
eſt: manifeſtũ eſt q̃ñ ſic q̃dẽ vacuũ non eſt: neq; ſepa-
tum: neq; inſeparabile. Vacuũ eñ non corpus: ſed
corporis ſpacium volunt eẽ. ¶ Unde et vacuũ videt T.cõ.61
aliquid eſſe: quia et locus. Et propter hoc acceptum
eſt. Prouenit enim motus qui eſt ſecũdũ locum: ⁊ lo
cũ dicentibus eſſe aliquid preter corpora incidẽtia
et in his q̃quidẽ dicunt ꝙ vacuũ eſt. Cauſam aũt mo-
tus opinant eſſe vacuũ ſic: ſicut in quo mouetur: hoc
autem erit quare locũ quidẽ dicunt eſſe. ¶ Neq; vna T.c.62
autem neceſitas eſt ſi motus eſt eẽ vacuũ. Omnino q̃
dem igitur omnis motiõis nequaq̃: vnde et meliſum
latuit: alterari nãq; contingit plenũ. Sed neq; ſecũ
dũ locũ motum: ſimilr̃ eñ ſubingredi adinuicẽ cõtin
git: ſi nullũ ſpaciũ ſeparabile ſit preter corpora mo-
ta: et hoc manifeſtũ eſt etiã in continuoꝝ reuolutioni
bus: ſicut in his que ſunt humidorũ. Contingit aũt dẽ T.cõ.63
ſari non in vacuũ: ſed propter id qȝ ea que inſunt ela
buntur: vt aqua colliſa aerẽ q̃ ineſt. Et augmentari
non ſolũ ingrediente aliquo: ſed et alteratione: vt ſi
ex aqua fiat aer. Omnino autem ⁊ que eſt de augmẽ
to rõ: et in cinerẽ diffuſe aque: ipſa ſe ipſam impedit
Aut eñ non augetur quodlibȝ: aut non corpore: aut
contingit duo corpora in eodẽ eẽ. Dubitatiorẽ igit
volunt cõmunẽ ſoluere: ſȝ non demonſtrãt vacuũ q̃uo
eſt aut omne eſſe corpꝰ neceſſe eſt vacuum: ſi penitus
augetur et augetur per vacuum. Eadem autem et
in cinere ratio eſt. ¶ Quod quidem igitur ⁊ ex qui T.c.64
bus demonſtrant vacuum ſoluere facile ſit: manife-
ſtum eſt.

¶ Commentarium.

IN hac parte philoſophus decla
rat opinionem illam quã credit verã circa ma
teriam de vacuo: ⁊ dicit ſe velle declarare q̃d
ſit vacuũ et ſtatim oſtendit ꝙ vacuũ nihil aliud eſt q̃
locus ſine locato. Opinãtur eñ dicit homines ꝙ om
ne corpus habet qualitates tangibiles et habet gra
uitatẽ vel leuitatem; quare dicunt ꝙ vbi non eſt cor-



pus graue vel leue non eſt corpus: quare dicũt ꝙ va
cuum eſt illud in quo non eſt corpus graue vel leue:
ſed Ariſtoteles dicit ꝙ iſta diffinitio: vacuum eſt il-
lud in quo non eſt corpus tangibile non eſt bona: ſed
melior daretur ſi diceretur: vacuum eſt locus non
repletus corpore aptꝰ tamen natus repleri alioquĩ
punctum eſſet vacuum cum nõ ſit corpore repletum.
¶ Poſtea philoſophus remouet quandam dubita-
tiõem que eſt vtrum ſi eſſet aliquod ſpacium habẽs
colorem aut ſonum eſſet vacuũ: ad quod dicitur ꝙ ſi
in illo loco poſſit ingredi aliquod corpus tangibile
ſicut ſubſtantia vacuum eſt: ſi vero non minime: et q2
vbi ſunt accidentia poteſt ingredi ſubſtantia: vacu-
um erit ibi.

¶ Poſtea vero textu cõmẽti quinq̃
geſimi noni. Ponit aliam ſignificationem vacui ſe-
cundum vſum platonicorum et dicit ꝙ alio modo di
citur eſſe vacuũ in quo non eſt aliqua ſubſtantia cor-
porea nec hoc aliquid: ſed quaſi materia: quod Ariſ
toteles dicit eſſe falſum. Nam materia non eſt ſepa-
rabilis. ¶ Poſtea vero philoſophus textu cõmenti
ſexageſimi dicit. Cum iam declaratum ſit quid ſit lo
cus dicendo, ꝙ non eſt aliquod ſpacium: ſed termi
nus continentis. Manifeſtum eſt: ꝙ nec vacuũ ẽ ſpa-
cium ſeparatum a corporibus: nec intrinſecum cor-
poribus ſicut ponebat democritus: et hoc ideo q2 po
nentes vacuũ quocunq; iſtorum modorum volunt ꝙ
vacuũ non ſit corpus: ſed ſpacium corporis: vnde et
vacuũ dicit philoſophus videtur aliquid eſſe quia eſt
locus. ¶ Poſtea vero philoſophus dicit cauſam qua-
re poſuerunt vacuum eandem cum illa propter quã
poſuerunt locũ: ponit eñ locus propter motum: quia
videmus ꝙ aliqua res modo eſt in vno loco ⁊ loco nõ
mutato ſuccedit aliquid in eodem loco ergo locus
eſt aliquid preter corpora locata; dicebant ergo hij
ꝙ negato vacuo non poterat eſſe locus.

¶ Iam Ariſtoteles textu commen-
ti ſexageſimi ſecundi: declarat ꝙ nulla eſt neceſſitas
ſi motus eſt eẽ vacuũ: quia poteſt plenum alterari er
go ſolus motus localis excludi videtur ſi vacuũ non
ponatur et hoc latuit Meliſſum dũ credit: remoto
vacuo omnem ſpeciem motus auferri: ſecundo exclu
dit eam rationem per hoc ꝙ motus localis non tollit
ſi vacuum non ſit: dato eñ ꝙ nullum ſpacium ſit ſepa
rabile preter corpora que mouentur poteſt motꝰ lo
calis eſſe per hoc ꝙ corpora ſub intrent ſeinuicem ꝑ
modum inſpiſſationis: ⁊ ſic aliquid ĩ pleno mouetur
et nõ in vacuo: ⁊ hoc apparet manifeſte in reuolutio
nibus corporũ humidorũ vbi contingit fieri quaſdã
circulatiões circa locum percuſſionis quouſq; pars
aque depulſe commoueat aliam et ſub intret illam: vn
de quia modica pars aque ſub intrat ĩ maiorẽ aquã
circulaciones predicte a paruo in maius procedũt
quouſq; totaliter deficient.

¶ Poſtea vero philoſophus textu
commenti ſexageſimi tertij excludit rationes ponen
tium vacuum eſſe in corporibus propter condẽſatio
nem. Non eſt cogitandum: ꝙ quando fit condenſatio
quedam corpora ſub intrent alia: ſed potius ſe colli-
gunt et elidunt alias partes vaporales vel ſubtiles q̃
bus excluſis alie ſub intrant: et illud d̃ augmentatio
ne diſſoluit dicens ꝙ non eſt neceſſe ad augmentatio
nem fiat corporis ſub intratio. Nam et videmus ꝙ
cum ex aqua fit aer ibi fit augmentatio eſt enim aer



maior aqua.

¶ Poſtea vero philoſophus textu
commenti ſexageſimi quarti dicit, ꝙ illa ratio de ci
nere ſeipſam deſtruit ideſt non concludit. Nam ſi ca
pit tantum de aqua ſicut vacuum illud non eſt, quia
realiter ibi tantum ſit de aqua. Nam ibi exhalauit
aqua ⁊ condenſatus eſt cinis. ¶ Et illud de augmen
to ꝙ nequeat fieri niſi per vacuum non conuincit quia
in veritate cum totum corpus augeatur: ſequitur to
tum eſſe vacuum quod certe ẽ falſum: aut non totum
augeri aut non corpore augeri: aut contingit duo
corpora eſſe in eodem.

¶ Textus.

QUoniam aũt nõ ẽ vacuum
ſic diuiſum: ſicut quidã dicunt dicemꝰ
iterum: ſi eniȝ vniuſcuiuſq; loci muta
tio aliqua ſimplicium corporum natu
ra eſt: vt ignis quidem ſurſum: terre
autem deorſum, et ad medium mani-
feſtum eſt ꝙ non vacuum erit cauſa loci mutationis.
Cuius igitur cauſa erit vacuum: videtur autem cau
ſa eſſe motus ſecundum locum. Huius autem cauſa
nõ eſt. ¶ Amplius ſi eſt vacuum aliquid velut locus T.cõ.65
priuatꝰ corpore: cum ſit vacuum quo mouebitur po-
ſitum in ipſo corpus. Non enim iam in omne. Eadem
autem ratio et ad locum eſſe aliquid opinantes ſe
paratum in quem fertur quod fertur. Quomodo
enim mouebitur poſitum aut manebit: et de ſurſum
et deorſum et de vacuo cõuenit eadem ratio merito.
Vacuum enim locum faciunt eum: dicentes. Et quo-
modo iam inerit: aut in loco aut in vacuo. Non enim
accidit cum totum poſitum ſit ſicut in ſeparato loco
et ſufferente corpore. Pars enim niſi ſeorſum pona-
tur, non erit in loco. ſed in toto. Amplius ſi non eſt lo
cus vacuum non erit. ¶ Accidit autem dicentibꝰ eẽ T.cũ.66
vacuum tanq̃ neceſſarium ſiquidem erit motus: con
trarium magis eſſe ſi aliquis in tendat non continge
re moueri nihil: ſi ſit vacuum. Sicut enim propter ſi
mile dicentes terram quieſcere. ſiqui et in vacuo ne
ceſſe eſt quieſcere. Non enim eſt quo magis et mi-
nus mouebitur: ſecundum enim quod vacuum eſt nõ
habet differentiam. ¶ Deinde quoniam omnis mo- T.cõ.67
tus aut violentus aut ſecundũ naturam eſt. Neceſſe
eſt autem: ſiquidem ſit violentus eſſe et eum qui ſecũ
dum naturam. Violentus quidem enim eſt extra na
turam: qui autem extra naturam poſterior eſt eo: q̃
eſt ſecundum naturam. Quare ſi non ſecundũ natu-
ram eſt vnicuiq; phiſicorum corporum motus; neq;
aliorum erit motuum: nec vnus. at vero motus natu-
ra quo modo erit in vacuo: cum neq; vna ſit differen
tia ſecundum vacuum et infinitum: ſecundũ quidem
enim ꝙ infinitum eſt: nihil erit ſurſum nec deorſum:
nec medium: ſecũdum autem ꝙ vacuum eſt nihil dif
ferens ſurſum a deorſum. Sicut enim nullius neq;
vna eſt differẽtia ſicut et non entis. Vacuum autem
cum nõ ſit aliquid priuacio videtur eſſe. Natura au-
tem loci mutatio differẽs eſt. Quare erunt que ſunt
natura differentia. Si igitur non eſt natura: nuſquã
et nulla loci mutatio aut ſi hoc eſt non eſt vacuum.
¶ Amplius nunc quidem proiecta mouẽtur proiec T.cõ.68
tore non tangẽte: aut propter antipariſtaſim: ſicut q̃
dam dicunt: aut ex eo quod pellit pulſus aer velocio
re motu quam latio pulſi: ſecundum quam fertur in
proprium locum. In vacuo autem nihil horum con-
tingit eſſe; neq; erit fieri; ſed aut ſicut quod vehitur

¶ Amplius nullꝰ habebit dicere ꝓpter quid qđ mo-
ue tur ſtabit alicubi: quid enim magis hic quam ibi.
Quare aut quieſcet: aut infinitum neceſſe eſt ferri:
niſi aliquod impedierit maius. ¶ Amplius autem
nunc quidem in vacuum ob id quod cedit ferri vide-
tur. In vacuo autem vbiqꝫ ſimiliter eſt huiuſmodi.
Quare vbiqꝫ fertur.

## Commentarium.

IAm poſitis opinionibus aliorū
de vacuo ⁊ quid ſignificetur nomine vacui hic
incipit inquirere veritatem: ⁊ primo oſtendit
vacuū non eſſe ſeparatum: ſecundo oſtendit vacuum
non eſſe inditum corporibus. Circa primū pōit ſex
Rō. 1. rationes. Quarum prima eſt ſi oportet et ponere va-
cuum maxime eſſet propter motum localem: ſed mo-
Rō. 2. tus localis non fit propter vacuū ſed propter naturā
grauis aut leuis: ergo non fit propter vacuū. Ponit
ſecundā rationem dicens ſi ponatur vacuum: ſequit̃
ꝙ non dabitur cauſa motus localis: quia omnis motꝰ
localis ē ad aliquam determinatam differētiam poſi-
tionis: ſed in vacuo non eſt aliqua determinata diffe-
rentia poſitionis ergo in vacuo non eſt aliquis motꝰ
Rō. 3. localis. Tertia ratio potius ſi vacuū eſſet non eēt mo-
tus: quia q̄madmodū terra dicitur quieſcere: q2 non
eſt potior ratio ꝙ ad vnam partem quam ad aliam
moueatur ſic etiam ꝙ eſt in vacuo non mouebit̃ nec
quieſcet: quia non eſt potior ratio ꝙ in vna differen-
tia poſitionis quam in alia: et hec ratio habetur tex-
Rō. 4. tu commenti ſexageſimi ſexti. Quarta ratio ponit̃
textu commenti ſexageſimi ſeptimi vbi dicit omnis
motus naturalis preſupponitur ad violentum: quia
violentus eſt quedam declinatio a naturali: ergo ſi
tolitur propter vacuum motus naturalis etiam vio-
lentus: ꝙ autem tollatur motus naturalis probatur:
quia omnis motus naturalis eſt in aliquam differen-
Rō. 5 tiam poſitionis qualis non reperitur in vacuo. Quin-
ta ratio habetur textu commenti ſexageſimi octaui
⁊ eſt: ꝙ tollit̃ motus proiectorum: quia motus proiec-
torum ſolum eſſet propter retropulſionem aeris ve-
Rō. 6. lociter moti pellentis continue pulſum: ſed ſi eſt va-
cuum tollitur talis antipariſtaſis. Sexta ratio ponit̃
textu commenti ſexageſimi noni vbi dicitur ꝙ ſi mo-
tus eſt in vacuo non eſt potior ratio ꝙ mobile quieſ-
cat in vna parte quam in alia et ſic vel mouebitur in
infinitum vel nunquam mouebitur: ſed videtur aliq̄-
bus cauſa propter quā mobile moueatur in vacuo:
quia ſcilicet vacuum maxime cedit tangenti

## ¶ Textus.

T.cō.71. AMpliꝰ autem et ex his ma-
nifeſtum ē quod dicitur videmus enī
idem et graue et leue copus velo-
cius ferri propter duas cauſas: aut
in differēdo quid: vt per aquam: aut
per terram. aut p aerē aut in deferen-
do quod fert̃ ſi alia ſunt eadē propter excellentiam
grauitatis: aut leuitatis. Hoc igitur per quod fer-
tur cauſa quia impedit maxime quidem quod con-
tra fertur: poſtea autem et manēs. Magis autem
quod non facile diuiditur huiuſmodi autem greſſiꝰ
eſt. Id igitur ī quo eſt. a. mouebitur per. b. quod au-
tem in quo eſt. c. tempus per ipſum autem. d. cum ſit
ſubtilius: ſed equalis longitudo eſt ipſius. b. que eſt
ipſius. d. ſecundum analogiam impedientis corpo-
ris: ſit enim. b. quidē aqua. d. vero aer. Quanto igit̃
ſubtiliꝰ aer aqua et in corporalius: tanto citius. a. p
d. mouebitur quam per. b. Habet igitur eādem ra-
tionē: qua quidem diſtat aer ab aqua: velocitas ad
velocitatem. Quare ſi dupliciter ſubtile eſt in dupli-
ci tempore quod eſt ipſum. b. tranſiuit quam. d. Et
erit in quo eſt. c. tēpus duplex eo in quo eſt. e. Et ſem-
per iam quantumcunqꝫ ſit in corporalius et minus
impeditum et bene diuiſibilius per quod fertur: ci-
tius mouebitur. Vacuum autem nullam habet ratio-
nem qua excellatur ſub pleno: ſicut neqꝫ nihil ad nu-
merum. Si enim quattuor tria excellunt vno: pluri-
bus autem vno. et adhuc vnum pluribus q̄ duobus.
Nihil autem non amplius habent rationem qua ex-
cellant. Neceſſe ē enim diuidi excellens in excellen-
tiam: et in id quod excellitur. Quare et quattuor ī
quantumcunqꝫ excellunt et nihil. Vnde neqꝫ linea
punctum excellit: niſi componatur ex punctis. Si-
militer autem vacuum ad plenum nullam poſſibile ē
habere rationem. ¶ Ergo neqꝫ ad motum. Sed ſi T.c.72.
per ſubtiliſſimum in tanto taliqꝫ fertur per vacuum
omnem exuperat rationem. Sit enim. z. vacuum:
equale autem magnitudine his que ſunt. b. et. d. a.
ergo ſi tranſibit et mouebitur per: z. in quedam qui-
dem tempore quod eſt. i. Sed in minori q̄ in quo eſt
c. et hanc habebit rationem vacuum ad plenum. Sꝫ
in tanto tempore quantum eſt in quo eſt. i. ipſius. d.
a. tranſibit ſubtilius. Tranſibit autem ſi ſit aliquid
ſuptilitate differens ab aere in quo eſt. z. ſm̄ hanc ꝓ-
portionem quam tempus habet in quo eſt. e. ad tēpꝰ
in quo eſt. i. Si enim in tanto ſubtilius eſt corpus in
quo eſt. z. ipſo. d. quantum exuperat. e. ipſum. i. tran-
ſibunt econtrario velocitate in tanto quantuꝫ. i. ipſū
z. quod eſt in quo eſt. a. ſi feratur. Si igitur nullum
ſit corpus in quo eſt. z. adhuc velotius pertranſibit
quoniam et ſicut prius: ſed erat in quo eſt. i. Quare
in equali tempore tranſibit quod eſt plenum et va-
cuum. Sed impoſſibile eſt. ¶ Manifeſtum eſt igit̃ T.cō.73.
ꝙ ſi fuerit aliquod tempus in quo per vacuum quod-
libet fertur: accidet hoc impoſſibile. In equali enī
accipietur: et quod plenum eſt tranſire aliquod ⁊ va-
cuum. Erit enim aliquod analogum cordus alteruꝫ
ad alterum: vt tempus ad tempus. Sed ſicut in ca-
pitulo eſt dicere: palam accidentis cauſa eſt: quia
motus quidem ad motum omnis proportio eſt: in tē-
pore enim eſt. Temporis autem omnis eſt ad tempꝰ
finitis vtriſqꝫ. Vacui autem ad plenum non eſt. Se-
cundum quidem igitur ꝙ differunt per que ferun-
tur: hec contingunt. Secundum autem horum que T.c.74.
feruntur excellentiam hec ſunt. Videmus enim ma-
iorem inclinationem habētia aut grauitatis aut leui-
tatis: ſi alia ſimiliter ſe habent figuris: citius lata p
equale ſpacium finitum: et ſecundum rationem quā
habent magnitudines adinuicem. Quare et per va-
cuum. Sed impoſſibile eſt: propter quam enim cau-
ſam fertur velocius. In plenis quidem enim ex ne-
ceſſitate. Velocius enim diuidit ex fortitudine ma-
ius. Aut enim figura diuidit aut inclinatione quam
habet quod fertur aut proiectum. Eque velocia er-
go omnia erunt. Sed impoſſibile eſt. ¶ Quod qui- T.cō.75.
dem igitur ſi vacuum ſit: accidat contrarium. q̄ pro-
pter quod probant eſſe vacuum: manifeſtū ex dictis
eſt. Hi quidem igitur opinantur vacuum eſſe. Si
quidem erit ſecundum locum motus: diſcretum ſe-
cundum ſe. Hoc autem idem eſt ei quod eſt dicere
locum eſſe aliquod ſeparatum. Sed hoc quod ſit im-
poſſibile eſſe: dictum eſt prius.



OStendit Ariſtoteles in preſen-
tiarum textu commenti ſeptuageſimi primi
vacuum non eſſe ex parte velocitatis et tar-
ditatis in motu: dicens ꝙ aliquod graue velociꝰ fer-
tur propter duas cauſas: aut propter differentiam
medij per quod fertur: aut propter mobile eſſe ma-
gis graue: aut magis leue: videmus enim quotidia-
na experientia: ꝙ aliquod mobile velocius fertur q2
medium eſt rarius: aut tardius fertur quia medium
eſt denſiꝰ aut quia corpus qđ fert̃ eſt grauiꝰ aut leuiꝰ.

¶ Poſtea vero philoſophus: pre-
mittit vnam propoſitionem in qua dicitur: ꝙ propor-
tio motus ad motum in velocitate eſt tanquam ꝓpor-
tio medij ad medium in raritate et denſitate ita ꝙ
ſuppoſito ꝙ mobile ſit idem erit proportio motꝰ ad
motum ſicut medij ad medium: quare infert quod
quemadmodū ſe habꝫ ſpacium ad ſpacium: ſic ſe hꝫ
motꝰ ad motū et q2 vacui ad plenū nulla eſt ꝓportio
idō ſequit̃ ꝙ motus cauſati per vacuū ad motum cau-
ſatum per plenum nulla ſit proportio: ex quo infero
ꝙ poſito vacuo omnis motus impeditur. Iterū Ariſ-
toteles probat ꝙ vacui ad plenum nulla ſit propor-
tio: quia quando inter aliqua eſt aliqua proportio il-
lud eſt quia vnum excedit aliud per aliquam partē
que ſit pars excedentis: ſed notum eſt ꝙ vacuum nul-
las habet partes ergo vnum non excedit aliud per
partem excedentis: et ex conſequenti vacuū ſine ali-
qua proportione excedit plenum: quare ſequitur ꝙ
non eſt proportio inter motum qui fit per plenum: et
inter motum qui fit per vacuum. Poſtquam autem
iſtam concluſionem philoſophus deduxit oſtēſine eā-
dem deducit ad impoſſibile hoc modo: ſequitur ſi p
vacuum fieret motus ꝙ motus factus per plenū eſſet
equalis velocitatis cum motu facto per vacuum: ſe-
quella probatur ſit caſus ꝙ ſit aliquis motus factus
per plenum decupedale: et alius motus factus per
vacuum decupedale primus in vna hora: ſecundus
in dimidia hora poteſt dari medium in duplo ſubtili-
us primo per quod quidem mouebitur graue in du-
plo velotius: et ex hoc habetur ꝙ moueatur in illo
medio in dimidia hora ſicut in vacuo: et ſic tam ve-
lociter mouebitur per plenum ſicut per vacuum:
quod eſt impoſſibile.

¶ Poſtea vero philoſophus ſuma-
tim colligit ea que dixit: ꝙ motus ad motum eſt pro-
portio ſicut temporis ad tempus: vnde quelibet duo
tempora ſi ſint finita habent proportionem ad inui-
cem: ſed vacui ad plenum non eſt proportio: vt pro-
batum eſt.

¶ Poſtea dicit ꝙ predicta inconue-
nientia accidunt ſi ſumantur velocitates ſecundum
diuerſitatem mediorum.

¶ Poſtea vero oſtēdit philoſophꝰ
non eſſe vaccuum ſeparatum ex velocitate et tardi-
tate motus ſecundum ꝙ ſumitur ex parte mobilis:
dicens quod mobilia ſuppoſita reſiſtentia inuariata
mouentur velocius vel tardius ex hoc ꝙ mobile eſt
maius vel minus: vel habens figuram acutam faci-
le penetrantem: vel obtuſam non facile penetrantem
ſed ſi vacuū eſſet mobile maius non moueretur velo-
cius quam mobile minus: nec habens figuram acu-
tam velocius quam habens figuram obtuſam.

¶ Tandem philoſophus textu cō-
menti ſeptuageſimi quinti. Dicit ꝙ clare probatur
potius ex hoc ꝙ ponatur vacuum ſequi: quod non
eſt motus quam ꝙ eſt motus quia propter hoc ꝙ po-
natur vacuum ſequitur mobile non moueri ſucceſſi-
ue ſed in inſtanti: quare poſito vacuo clare tollitur
motus: ¶ Poſtea dit ꝙ locus eſt quodam ſpacium ſe-
paratum ſicut et vacuum: et hoc probat eſſe impoſ-
ſibile per ea que ſupra dicta ſunt.

## ¶ Textus.

Et per ſe autem conſideran- T.cō.76.
tibꝰ videbitur vtiqꝫ dictum vacuum
ſicut vere vacuum: ſicut enim in aqua
ſi ponat aliquis cubum: diſtabit tanta
aqua quantus eſt cubus ſic eſt etiam
in aere: ſed ſenſui immanifeſtum eſt.
Et ſemper igitur in omni corpore habenti tranſmu-
tationem: ad quod eſt aptum natum mutari: neceſſe
eſt niſi coeat tranſmutari aut deorſum ſemper: ſi de-
orſum eſt motus: ſicut eſt terre: aut ſurſum: ſicut ig-
nis: aut in vtraqꝫ aut quale aliquid ſit impoſitum. In
vacuo autem hoc quidem impoſſibile eſt: nullum enī
corpus eſt. Sed per vacuum equale ſpacium tranſi-
re videtur: quod quidem erat prius in vacuo tan-
quam ſi aqua non cederet ligneo cubo neqꝫ aer: ſed
omnia tranſirent per ipſum: at vero cubus habet tan-
tam magnitudinem quantam continet vacuum. Qđ
ſi calidum ē: aut frigidum: aut graue: aut leue: nihil
minus alterum ineſſe ab omnibus paſſionibus eſt: et
ſi non diuiſibile ſit ab illis. Dico autem corpus linei
cubi. Quod etiā ſi ſeparetur ab oībus alijs: et neqꝫ
graue: neqꝫ leue ſit: continebit equale vacuum: et in
eadem erit que eſt loci ⁊ vacui parte equale ſibi ipi.
Quid igitur diſtabit cubi corpus ab equali vacuo
et loco. Et ſi duo huiuſmodi ſunt propter quid non
quelibet in eodem erunt. Vnum quidem igitur hoc
inconueniens et impoſſibile eſt. ¶ Amplius autem T.cō.77.
manifeſtum eſt. quia hic cubus habet tranſmutatus
quod et omnia alia corpora habent. Quare ſi a loco
nihil differt quid oportet locum facere corporeus ex-
tra vnius cuiuſqꝫ corpus: ſi impoſſibile eſt corpus.
Nihil enim conferet: ſi alterum circa ipſum equale
ſpacium huiuſmodi ſit. ¶ Amplius oportet manifeſ- T.cō.78.
tum eſſe quale vacuum ſit in his que mouentur. Nūc
autem nuſquam infra mundum aer enim aliquid eſt
non videtur autem: neqꝫ aqua: ſi eſſent piſces ferrei.
Tactu enim eſt diſcretio illius quod tāgitur. Quod T.cō.79.
quidem igitur non ſeparatum ſit vacuum ex his ma-
nifeſtum eſt.

## ¶ Commentarium.

PRobat nunc philoſophus va-
cuum non eſſe aliquod ſpacium ſeparatum
hoc modo ſupponit ꝙ corpora ſibi inuicem
cedunt itaqꝫ vnum egreditur altero ſubintrante: vt
videre eſt in quadrato cubo: quod in aqua ſubintrās
tantaꝫ quantitatem facit egredi de aqua ſicut eſt ip-
ſemet quadratus cubus. quare ex hoc vult conuince-
re ꝙ duo corpora non ſe penetrare: ſed dicit philoſo-
phus ꝙ iſti confitebantur ꝙ tale ſpacium ſeparatum
ſe penetrat cum corporibus et ex hoc infert ꝙ om-
nia corpora poſſunt ſe penetrare quod eſt impoſſibi-
le. Nam dicit philoſophus ratio quare duo corpora
non poſſunt ſe penetrare eſt quia ſunt dimenſionata
non quia calida: non quia frigida vel grauia: ſed ta-
le ſpacium vacuum eſt dimenſionatum et ſe penetrat

cum alijs ergo omnia corpora poſſunt ſe penetrare quod eſt impoſſibile.

¶ Secunda ratio adducitur textu commenti ſeptuageſimi ſeptimi ꝙ non eſſet neceſſarius locus pro corporibus quia ſi eedem ſunt dimenſiones ſpacij ⁊ corporis locati: non indigebit profecto corpore cõtinẽti: ſed ipſum ſibi ſufficiet pro loco.

¶ Poſtea vero textu cõmẽti ſeptuageſimi octaui dicit philoſophus ꝙ vacuum in his q̃ ſunt infra mundum non reperitur: quia maxime in aere: ſed ibi non eſt vacuum: quia licet viſu plenum aere videatur vacuum non tactu: quia aer ſemper nos alterat: et dat comparationem de piſcibus: quia ſi piſces eſſent ferrei non diſtinguerentur ab aqua ꝑ viſum tactu tñ diſcernerent̃: ſic ẽ ĩ propoſito d̃ aere.

## ¶ Textus.

Sunt autem quidam q̃ per
rarũ et denſuꝫ opinantur manifeſtuꝫ
eſſe ꝙ ſit vacuum. Si quidem eniꝫ nõ
eſt rarꝫ et denſuꝫ: neqꝫ coire ⁊ calcari
poſſibile eſt. Si vero hoc: aut oĩno
motus non erit: aut mouetur totum:
ſicut dixit Xuthus: aut in equale ſemper eſt mutare
aquam ⁊ aerem. Dico autem ſic: vt ſi ex aqua cyathi
factus ſit aer: ſimul ex equali aere tantundem aquaꝫ
fieri: aut vacuum erit ex neceſſitate. Conculcari eñ
T.cō.80 vel extendi non contingit aliter. ¶ Si quidem igit̃
rarum dicunt multa vacua ſeparata habens, manifeſtuꝫ eſt ꝙ ſi neqꝫ vacuum contingit eſſe ſeparabile:
ſicut neqꝫ locum habenteꝫ aliquod vacuum ſui ipſiꝰ
T.cō.81. nec rarum ſic. ¶ Si autem non eſt ſeparabile: ſed
tamen ineſt aliquod vacuum: minus quidem impoſſibile. Contingit autem primum: ꝙ non omnis motus eſt cauſa vacuum: ſed qui ſurſum eſt. Rarum
enim leue, Unde ignem rarum eſſe dicunt. Poſtea
motus cauſa non ſic vacuum: ſicut ĩ quo eſt: ſed ſicut
vtres in eo quod feruntur ipſi: ſurſuꝫ ferũt cõtinuũ:
ſic vacuum fert ſurſum: et etiam qualiter poteſt motus eſſe vacui: etiam locus vacui. Uacui enim fit va-
T.cō.82. cuum: in quod fertur. Amplius quomodo aſſignant
in graui ferri deorſum. Et manifeſtum eſt: quoniam
quanto vtriqꝫ rarius: et magis vacuum ſit magis ſurſum fertur ⁊ ſit omnino vacuũ velociſſime vtriqꝫ fert̃
Fortaſſis autem hoc impoſſibile eſt moueri. Ratio autem eadem ſicut quia ĩ vacuo ſine motu omnia
T.cō.83. ſunt: ſic ⁊ vacuum quidem eſt quod eſt ſine motu. In
comparabiles enim ſunt velocitates. ¶ Quoniam autem vacuum quidem non dicimus eſſe: alia
vero vere dubitata. Aut motus non erit: niſi erit denſitas et raritas: aut turbatur celum: aut ſemper eq̃
lis aqua ex aere: et ex aqua erit et aer. Manifeſtuꝫ
eniꝫ quia plus aer ex aqua fit. Neceſſe igitur niſi ſit
aut depulſum quod habetur vltimum tumultuari facere: aut alibi alicubi eq̃liter mutare ex aere ĩ aquã:
vt omne corpus totius equale ſit: aut nihil moueri.
Semper enim tranſmutato hoc accidet: niſi circulariter circunſtet. Non ſemper autẽ in circulum loci
mutatio: ſed aliquando et in rectum eſt. Hi quidem
T.cō.84 igitur ꝓpter hoc vacuuꝫ aliquid dicunt eſſe. ¶ Nos
autem dicimus ex ſubiectis: quoniã eſt materia vna
contrariorum et calidi et frigidi et aliaruꝫ phyſicarum contrarietatum. Et ex eo quod potentia ẽ: actu
ens fit. Et non ſeparabilis quidem materia eſt eſſe:
aũt alterum eſt. Et vna quidem numero: ⁊ ſi contingat coloris: calidi et frigidi. Eſt igitur et corporis
materia et magni et parui eadem: manifeſtum ẽ aũt
hoc. Cum enim ex aqua aer fiat: eadem materia nõ
accipiens aliud aliquid facta eſt. Sed quod erat
potentia: actu facta eſt: et iterum aqua ex aere ſimiliter: aliquando quidem in magnitudinem ex paruitate: aliquando in paruitatẽ ex magnitudine. Similiter autem cum multus aer exiſtens in minori fit
molle: et ex minori maior potentia cũ ſit: fit materia
vtraqꝫ. Sicut enim ex frigido fit calidum: et ex calido frigidum: quia eadem eſt que erat potentia: ſic
ex calido magis calidum nullo facto in materia calido quod non eſſet calidum quando erat minus calidum. Sicut quidẽ nec maioris circuli circulatio ⁊
conuexitas: ſi fiat minoris circuli eadem cum ſit aut
alia: in nullo alio factus eſt ambitus: quod non eſſet
ambitus: ſed rectum. Non eniꝫ deficiendo minꝰ aut
maius eſt. Neqꝫ enim ſcintille accipere aliquã magnitudinem in qua non et caliditas et albedo ineſt
Sic igitur et prior calor poſteriori. Quare et magnitudo et paruitas ſenſibilis corporis non accipiente aliquid materia extenditur: ſed quia potentia
eſt materia vtriuſqꝫ. Itaqꝫ idem eſt denſum et raruꝫ
et vna materia ipſorum. ¶ Eſt autem denſum quidem graue: rarum autem leue. Amplius ſicut circu T.cō.85
li circulatio conducta in minus non aliud accipit cõ
cauum: ſed quod erat conductum eſt. Sic et ignis
ꝙlcum aliquis accipiat omne calidum eſt. ¶ Sic et
omne conductione et diſtenſione eiuſdem materie.
Duo enim ſunt ab vtroqꝫ denſo et raro. Graue enim
et durum denſa videntur eſſe: ⁊ contraria rara leue
et molle. Diſſonat autem graue et durum in plũbo ⁊
ferro. ¶ Ex dictis igitur manifeſtum ẽ: ꝙ nec diſcre T.cō.86
tum eſt vacuum: nec ſimpliciter: nec in raro: nec potentia niſi aliquis velit penitus vocare vacuum cauſam illus quod fertur. Sic autem qua grauis ẽ aut
leuis materia que huiuſmodi erit vacuum. Denſum
enim et rarum ſecundum hanc contrarietatem motus actiua ſunt. Secundum autem durum et molle
paſſionis et non paſſionis receptiua et nõ loci mutationis ſed alterationis magis et de vacuo quidem
quomodo eſt: et quomodo non eſt determinatum ſit
hoc modo.

Ariſtoteles in preſentiaꝝ ponit rationem aliquorum philoſophorum propter q̃m rarum et denſum nitebãtur ꝓbare vacuum eſſe dabile. Nam dicebant ꝙ rarefatio erat egreſſio corporum a quibuſdam vacuitatibus et cõdẽſatio erat ingreſſus corporum in quaſdam vacuitates: et ſi ita non eſt dicebant ꝙ ſi oporter cum aliq̃d cõdenſatur aliud moueri localiter. Sequitur facta cõdenſatione totum vniuerſum debere moueri localiter: aut ſequitur aquam dum cõuertitur in aerem in equalem quantitatem aeris conuerti: et ſimili mõ aerem in aqua: aut totum vniuerſum mutabitur, qđ eſt falſum et hanc dicit eſſe ſentẽtiã xuti philoſophi.

¶ Poſtea vero textu cõmenti octaui dicit ꝙ nec videtur vacuum imaginabile: ſicut ſpacium ſeparatum: nec ſicut foramina quedam vacua: Nam ſicut ſpatium ſeparatum iam reprobatum ẽ: et ſicut foramina eodem modo ꝓbabitur.

¶ Poſtea vero philoſophus textu commenti octuageſimi primi dicit ꝙ talis modus vacui eſt cauſa raritatis: et leuitatis quare huiuſmodi



vacuũ ſolum eſt cauſa motus ſurſum: ⁊ non motus deorſum: et poſtea dicit ꝙ motus cauſa non eſt vacuum ſicut in quo: ſed ſicut a quo: ⁊ ſic vacuum fert ſurſum quare ſequitur ꝙ illud vacuum mouetur: ⁊ ſic vacui erit aliud vacuum.

¶ Poſtea philoſophꝰ textu cõmenti 82. dicit ꝙ ſi raruꝫ et vacuũ ſunt cauſa motus ſurſuꝫ ſequitur ꝙ nihil deſcendet naturaliter deorſum. itẽ ſequitur ꝙ quanto erit magis vacuum tanto magis ſurſum ferret̃ et ita ſequit̃ ꝙ in omnino vacuo velociſſime ferret̃: ſꝫ hoc eſt falſum: q2 ꝑ vacuũ non ſit motus vt ſupra ꝓbatum eſt.

¶ Poſtea vero textu cõmẽti octuageſimi tertij dicit illam rationem quam illi dixerũt ꝙ tollitur motus generationis: et corruptionis: aut ſolum fit equalis in equale: aut turbatur celum niſi forſam diceret aliquis ꝙ ſolum intelligitur fieri motus circulariter vt ex. a. in. b. et ex. b. in. c et ex. c. in d. et iterum ex. d. in. a.

¶ Poſtea vero philoſophꝰ tex. cõ. 84. ſoluit premiſſam rationem prio premittens ꝙ vna eſt materia contrarioꝝ et ꝙ oẽ ꝙ fit in actu fit ex ente in potentia: et ꝙ nõ ſeparabilis eſt materia a contrarijs realiter: ſed ratione: et vnam numero.

¶ Poſtea dicit ꝙ eadem eſt materia magni et parui: rari ⁊ denſi: duri ⁊ molis et dicit ꝙ quemadmodum contingit ex frigido fieri calidũ et ex minus calido magis calidum quim fiat aliq̃d de nouo calidũ: ex maiori circulatione fit minor non quidem facta circulatione đ nouo: ſic in rarefactione non oportet aduenire vel ingredi: vel egredi materiam a foraminibꝰ: ſꝫ ſolum quadã ceſſione.

¶ Poſtea philoſophus dicit ꝙ cognoſcitur aliq̃ rarũ ⁊ dẽſum ꝑ effectus ſcilicet durum ⁊ mole ⁊ ſic de alijs. ¶ Tandem dicit ꝙ diſſonat graue et durum in plumbo et ferro. Nam plumbuꝫ eſt grauiꝰ ferrũ aũt durius quod euenit: q2 ꝙuis in plumbo ſit plus de ptibꝰ terreſtribꝰ: tñ in ferro humidum aqueũ eſt magis cõſumptum q̃ in plumbo: gratia cuiꝰ plumbũ eſt molliꝰ. ¶ Poſtea vero philoſophꝰ textu. cõ. 86. dicit epilogando ea que dicta ſunt ꝙ non ẽ vacuũ ſpacium ſeparatum ſimpliciter: nec exiſtens in raro ꝑ foramina vacua: et ſic nullo mõ ẽ vacuũ niſi aliq̃s vellit penitꝰ vocare vacuũ materiaꝫ q̃ quodam mõ eſt cauſa grauitatis et leuitatis: et ſic ẽ cauſa motus. ¶ Dicit preterea ꝙ denſum et rarum ſunt cauſa motus ſm contrarietatem grauis ⁊ leuis ſꝫ ſꝫ contrarietatẽ duri et molis ſunt cauſa paſſibile et impaſſibile: ſꝫ hoc nõ pertinet ad loci mutationẽ: ſed magis ad alterationem: et ſic concludit determinatũ eſſe de vacuo quomodo ſit et quomodo nõ ſit

¶ Dubitat̃ circa iſtuꝫ textũ et alios
An nobile ĩ vacuo deſcẽdat inĩ ſtãti an ſucceſſiue. precedentes vtrum mobile poſitum in vacuo deſcendat in inſtanti: vel ſucceſſiue et arguitur: ꝙ in inſtanti auctoritate Ariſ. ĩ textu: ꝙ aũt ſucceſſiue arguit̃ q2 ſequeret̃ tale mobile deſcendens ꝑ vacuũ eſſe infinite actiuitatis qđ eſt falſum: et ſequella probatur: ſi deſcenderet in vna hora eſſet alicuiꝰ actiuitatis: ⁊ ſi in dimidia hora eſſet in duplo maioris actiuitatis: et ſi in quarta hore eẽt ĩ quadruplo maioris actiuitatis ergo ſi in inſtanti erit infinite actiuitatis. ¶ Pro ſolutione preſentis queſtionis noto ꝙ iſta queſtio debet intelligi de graui ſimplici non mixto ex gradibꝰ leuitatis et grauitatis. Nam tale graue mixtũ etiã ꝑ vacuũ deſcenderet ſucceſſiue: ꝓpterea q2 hꝫ aliquos gradus intrinſecos ſibi reſiſtentes vt ſi ſit aliqđ graue habens tres gradus grauitatis: ⁊ duos leuitatis tale graue deſcendit ſucceſſiue, ꝓpterea ꝙ grauitati reſiſtit leuitas, qđ ergo tantum debet intelligi de graui ſimplici.

¶ Secundo notandum eſt, ꝙ ĩ hac materia ſunt due opiniones. Prima eſt opinio auenpache doctoris ſubtilis et Buridani tenẽtium ꝙ graue poſitum in vacuo deſcẽdit ſucceſſiue cuiꝰ cauſam dant: q2 hꝫ reſiſtentiam intrinſecam quam ipſi appellant limitationẽ virtutis: et hec opinio eſt bñ ſubſtẽtabilis lꝫ habeat cõtra ſe fortia motiua. Primo ſequeret̃ ꝙ luminoſum illuminaret ſucceſſiue, quod ẽ falſum: ſed hoc argumentum paruꝫ vrget ꝯcederet eñ ſequellã libenter predictꝰ Auẽpache: et ad ideꝫ concederet ꝙ intellectꝰ et volũtas agunt ſuos actus ſucceſſiue: et non in inſtanti: eſt etiam contra iſtos auctoritas Ariſ. ꝓbantis: ꝙ graue poſitum in vacuo deſcendit ĩ inſtanti, dicendum ꝙ Ariſ. illud nõ dicit aſſertiue: ſed faciendo argumentum ad hominem dicẽs ſi tota ſucceſſio ꝓueniret ex reſiſtentia medij vt quidã falſo credebant, ſeq̃tur ꝙ graue poſitũ in vacuo deſcenderet ĩ inſtãti qđ eſt falſum. Iteꝝ cõtra iſtos poſſet argui: ſequit̃ ꝙ aliqđ graue ita velociter deſcenderet ꝑ plenum ſicut ꝑ vacuũ qđ eſt falſum: et ſeq̃lla ꝓbatur: ſit caſus ꝙ deſcendat aliqđ graue per vacuũ decupedale ĩ vna hora: et deſcendat idẽ graue ꝑ aliqđ mediuꝫ in quattuor horis dabile ẽ mediũ ĩ quadruplo ſubtiliꝰ q̃ illud: ergo ꝑ illud deſcendet in vna hora ſicut per vacuũ. Opinio Auempache Buridani Doctoris ſubtilis.

¶ Pro ſolutione huius argumenti notandum, ꝙ duplex eſt reſiſtentia: quedam ẽ reſiſtẽtia eſſentialis: et alia eſt reſiſtentia accidentalis: reſiſtentia eſſentialis idem eſt ꝙ limitatio virtutis: ſꝫ reſiſtentia accidentalis idem eſt ꝙ raritas vel denſitas medij. Dico ergo ꝙ ꝙuis ex pte reſiſtentie accidentalis ſolius arguendo deberet velotius deſcendere in duplo ꝑ medium in duplo minꝰ reſiſtens non tñ ex parte totiꝰ reſiſtentie intrinſece: et extrinſece et iđ poſſemꝰ etiam dare duplicẽ velocitatẽ. Quedã eſt velocitas eſſentialis alia eſt accidentalis: de velocitate eſſentiali non velociꝰ deſcendit ꝑ mediũ in duplo minus reſiſtens: ſꝫ de velocitate accidẽtali mobile excedit in duplo velotius: ſꝫ ꝓ hoc intelligendo datur vna bona analogia de gratia que cõfertur in baptiſmate: tenent eñ ſacri doctores ꝙ cuilꝫ adulto q̃ recte baptizatur abſqꝫ fictione et obice maior cõfertur gratia q̃ alicui paruulo: q2 vltra illam que baptizatis vi operis operati datur. Confertur alia ꝓpter deuotionem adulti: ſꝫ paruulo dumtaxat por et quacũqꝫ remiſſione vel diminutione data in deuotione adulti totalis gratia q̃ ei cõfert̃ excedit gratiaꝫ paruuloꝝ. Et ſi arguatur: ſit gratia q̃ confertur paruulo intenſa vt vnum et gratia q̃ confertur ſorti adulto intenſa vt duo ſtat dari adultum q̃ ſubduplã preciſe deuotionem habebit: ergo illi gratia vt vnũ preciſe collata erit: et ꝑ ꝯñs non minor q̃ paruulo. ¶ Dicendum eſt ꝙ propter ſubduplam deuotionem habetur ſubdupla gratia ad illaꝫ quam importat ꝓpter deuotionem et propter ſubquadruplam ſubquadrupla ⁊c. et ſic daretur gratia vt vnum cũ dimidio vni alteri aũt gratia vt vnum cũ vna quarta: ſed ſemper intenſior q̃ vt vnum: et ita in ꝓpoſito ſi debe-

at.a. graue moueri tarditate naturali vt vnum ꝑ vacuum ꝑ quodcunq; medium moueť: mouebiť tardiꝰ ita ꝙ dato vno ꝑ quod mouetur tarditate vt duo aliud ſubduple reſiſtentie mouebiť vt vnum cũ dimidio ⁊c. ꝓut dictum ē; et ſic velocitas vel tarditas motus accidentalis ex reſiſtentia medij procedens bene attendiť inq̄t auēpache penes ꝓportionē nature potentie motiue ad reſiſtentiam: ſʒ velocitas vel tarditas alia minime.

**¶ Ex hac opinione ſequiť cauſa q̄re** celum mouetur ab intelligentia ſucceſſiue euenit cũ hoc propter limitationem virtutis intelligentie ¶ Sequiť ſecundo ꝙ q̄uis dato maiori graui addatur limitatio limitationi: tñ non fit maior limitatio imo minor bona eſt analogia de remiſſione in q̄ addita remiſſione remiſſioni non fit maior remiſſio imo minor. Sequitur preterea ꝙ limitacio hec virtutis non preſtat impedimentum. ſʒ ſucceſſionem: et ꝑ hoc multa diſolues argumenta contra auenpoche.

que circulariter mouetur ꝙ ſimul quieſceret et mo-
uetur tu dices ꝙ mouetur: et non mouetur q̄ꝛ ſemp ē
in eodē loco dicit ad hoc phs ꝙ non ſemp eſt in eodeꝫ
loco quo ad ptē: nec ſemp eſt in eodem loco quo ad
totum ſm rationem ſecus aūt ſm ſubſtantiam nam
ſemper eſt alia et alia circulatio cauſata ab alio: et
alio punto: et ita non ſemp eſt in eodem loco ſꝫ ſe to-
tum nec ſm ptem.

T.c.86. OStenſis autem his dicimꝰ
ꝙ impartibile non cōtingit moueri
niſi ſm accidens: vt in corpore moto
aut magnitudine ī q̄: ſicut vtiq̄ꝫ erit
quod in naui mouetur a nauis motu:
aut pars totius motu. Impartibile
autem dico: qḋ eſt ſecundum quantitatem indiuiſibi
le. Et nanq̄ꝫ partiū motus alij ſunt ſm ꝙ partium et
ſm ꝙ totius motus. Videbit aūt in ſphera aliq̄s ma
xime drīam. Non eñ eadē erit velocitas eoꝝ q̄ iuxta
centrū ſunt ⁊ que extra et que totiꝰ: ſicut nō vniꝰ ex
iſtente motu. Sicut igitur dicebam ſic: quidem conti-
ngit moueri impartibile: ſicut in naui ſedens naue
T.cō.87 ante: per ſe aūt non contingit. ¶ Mutetur eñ ex.a
b.in.b.c.ſiue ex magnitudine in magnitudinē: ſiue
ex ſpecie in ſpeciem: ſiue ſecundum contradictionē.
Tempus aūt ſit in quo primo mutatur.e.d. Ergo
neceſſe eſt ipſum ſecundum ꝙ mutatur tempus: aut
in.a.b.eſſe aut in.b.c.aut aliquid quidem huius in
hoc: aliud vero in altero. Oē eñ quod mutatur: ſic
ſe habebuit. In vtroq̄ꝫ quidem igitur nō erit aliq̄d
ipſius: partibile eñ vtiq̄ꝫ eēt. At vero neq̄ꝫ in.b.c.
mutatū eñ erit conceſſum eſt aūt mutari. Relinq̄tur
igitur ipſum in.a.b.eſſe ſm ꝙ mutatur tempꝰ: q̇eſce-
re ergo. In eodem eñ eſſe per tempus quoddā qui-
T.c.88. eſcere eſt. ¶ Quare non contingit impartibile mo-
ueri neq̄ꝫ omnino mutari. Solum eñ ſic eſſet ipſius
motus: ſi tempus eſſet ex ipſis nunc. Semper enim ī
ipſo nunc eſt motum eſſe et mutatur. Quare moueri
quidē nequaquaꝫ eſt: motū aūt eſſe ſemper. Hoc aūt
ꝙ impoſſibile ſit: oſtenſum eſt: Neq̄ꝫ eñ ex ipſis nunc
tempus: neq̄ꝫ linea ex ipſis punctis: neq̄ꝫ motus ex
momentis eſt. Nihil eñ aliud facit hoc dicens: aut
motum ex indiuiſibilibus: ſicut ſi tps ex ipſis nūc: aut
T.cō.89 magnitudinē ex punctis. ¶ Amplius aūt ex his ma-
nifeſtum: ꝙ neq̄ꝫ punctum: neq̄ꝫ aliud indiuiſibile nu
llum contingit moueri. Oē eñ quod mouetur: im-
poſſibile eſt prius maius moueri ipſius q̄ aut equale
aut minus. Si igitur hoc manifeſtū; q̄ꝛ et punctum
minus aut equale mouebitur primū. Quū aūt indiui
ſibile eſt: impoſſibile eſt minus moueri prius. Equale
ergo ipſi. Quare erit linea ex punctis; ſemper enim
per equalē motum omnē lineam punctū menſurabit
Si aūt hoc impoſſibile eſt: et moueri indiuiſibile im
T.cō.90 poſſibile eſt. ¶ Amplius aūt ſi oē ī tempore mouetur
in ipſo nunc nihil: oē aūt tempus diuiſibile: erit vtiq̄ꝫ
aliquod tempus minus quolibet coꝝ que mouētur:
in quo mouetur: quantū ipſum motum eſt: hoc q̇dem
enim erit tps in quo mouetur propter id ꝙ mouetur
omne in tpore. Tempus aūt omne diuiſibile oſtenſuꝫ
eſt prius. Si igitur punctū mouetur: erit aliquod tps
minus in quo ipſum motum eſt: ſꝫ impoſſibile eſt. In
minore eñ neceſſe minus moueri. Quare erit diui-
ſibile indiuiſibile in minꝰ: ſicut et tps in tpore. Sol-
uendo eñ mouebitur impartibile ⁊ indiuiſibile: ſi erit
in ipſo nūc poſſibile moueri atomo. Eiuſdem eñ rati
onis eſt in ipſo nunc moueri; et indiuiduum aliquid
moueri

POſtea vero phs tex.cō.lxxxvj
dicit ꝙ impartibile non mouetur niſi de per
accidens vt pūctū in corpore mouetur de per
accidens ad motū totiꝰ de per ſe: tn̄ nunq̄ indiuiſibi
le mouetur: et dat analogiā de partibꝰ ſphere q̄ de per
accidens vno motu regulari mouentur ad motū toti
us: ſed de per ſe in potentia quedā mouētur velociꝰ
quedā vero tardiꝰ: Nam velociꝰ mouentur q̄ appropin
quant ad circūferentiā: et tardiꝰ mouentur q̄ remouē
tur a circūferentia. ¶ Probat aūt phs tribus ꝙ im-
partibile debeat moueri: quia ſi mouetur moueatur
ex.a.b.in.b.c. Peritur cū mouetur aut ē in vtroq̄ꝫ t̄mīo
a quo et ad quē: et hoc non pōt eſſe; aut eſt partim ī
vno et partim in alio: et hoc non pōt eſſe: q̄ꝛ eſt impti
bile: aut eſt in t̄mīo a quo ⁊ ſic non mouetur: aut in t̄mīo ad
quē et ſic iā mutatū eſt, et non mouetur. ſi eñ tps cōpo-
neretur ex nunc et motꝰ ex momentis bene ꝓbaretur ꝙ
impartibile poſſet moueri: ſed q̄ꝛ illud eſt falſum eti
am falſa ē opinio. Preterea ꝙ indiuiſibile neq̄at mo
ueri ꝓbatur: q̄ꝛ oē qḋ mouetur primo pertranſit ſpacium
equale ſibi quā maius ſe vt videre eſt in motu locali
ſed pūctū per ſe mouetur: ⁊ pmo pertrāſit in linea ſpa
ciū equale ſibi quā maiꝰ ſe, et ſic in linea pertrāſiret
punctū: et ita punctū eſſet pars linee et linea cōſtare
tur ex indiuiſibilibꝰ. ¶ Tertia rō tex.cō.90.ē ſi ali-
quid mouetur ſuppoſita equali velocitate quanto mi-
nus eſt tanto velociꝰ certū ſignū trāſit: ergo punctū
ſi mouetur: velociꝰ tranſit omī alio: et ſic tempus in quo
tranſit punctus erit indiuiſibile in minꝰ quo minori
aliud velocius tranſeat aut mouebitur punctū in nunc
Nā quocūq̄ꝫ motu eſt imaginari velociꝰ qḋ in mino-
ri tempore tranſitur.

MVtatio aūt nō eſt, nec vna T.cō.91
infinita. Oīs eñ erat ex quodā in q̇d
dam: et que eſt in contradictione et
in cōtrarijs. Quare eorum que ſunt
ſecundū cōtradictionem affirmatio
et negatio terminus eſt vt generatio
nis quidem eē corruptionis aūt non eē. Eorum aūt
que ſunt in contrarijs contraria: hec eñ vltia ſunt
mutationis: quare et alterationis omnis. Ex contra
rijs eñ quibuſdā ē alteratio. Similiter aūt augmē-
ti et decrementi. Augmenti quidem t̄mīs eſt: qui ē ſe
cūdū ꝓpriam naturam perfecte magnitudinis. De
crementi qui eſt ab hac remotio. ¶ Loci aūt mutatio
ſic quidem non erit finita. Non eñ oīs in contrarijs T.cō.92

at. ¶ Sed qm̄ īpoſſibile eſt occiſum eē: eo ꝙ non cō tingit occidi. Multipliciter enim dr̄ impoſſibile: non cōtingit ſic impoſſibile occidi: neqȝ oīno impoſſe factum eſſe fieri neqȝ mutari: impoſſibile contingit vtiqȝ mutari: in quod impoſſibile eſt mutari. ¶ Si ergo qd̄ fert mutat̄ in aliquid: et poſſibile ē mutari: quare non erit infinitus motus. Neqȝ fert̄ in infinito impoſſe eſt enim tranſire ipm̄. Qd̄ quidē igit̄ ſic non ſit infinita mutatio: vt nō finiat̄ tr̄is: manifeſtum eſt. ¶ Sed ſi ſic cōtingit vt tp̄e ſit infinitꝰ idē exn̄s ⁊ vnꝰ conſiderandū eſt. Non vno quidē enī facto nihil forte ꝓhibet: vt ſi poſt loci mutationem alteratio ſit ⁊ poſt alteratione augmentū ⁊ iteꝝ generatio. Sic.n. ſemper quidē erit in tp̄e motꝰ: ſed non vnus: ꝓpter id ꝙ non eſt vnus ex oībꝰ: vt aūt fiat vnus: non cōtingit infinitum eſſe tp̄e preter vnū: hic aūt eſt circulatio.

¶ In iſto tex. cō. xc. phs probat nulla mutatio eſt infinita contra Heraclitū dicēs ꝙ oēs mutationes ſiue ſint de cōtrario in ꝯtrariū ſiue de cōtradictorio in cōtradictoriū hn̄t tr̄os prefixos vt generatio in eſſe: et ſic de reliquis: ergo iſte non procedūt in infinitū. ¶ Poſtea vero tex. cō. 92. dicit ꝙ in motibus localibꝰ ſi eēnt naturales eēt bona rō precedens ꝙ hn̄t tr̄os prefixos ſurſum ⁊ deorſum: ſed in motibus violentis vel voluntarijs q̄ terminant̄ ad arbitrium ē multo aliud. Dicit tn̄ in illis hanc rōnē qd̄ eſt impoſſe eſſe deciſuȝ impoſſe eſt decidi, non ſolū capiendo impoſſe ꝓ difficili ſed ꝓ illo qd̄ non pōt eē: ſed ſic eſt qd̄ ſi aliqd̄ moueat̄ ad infinituȝ id non pōt pertranſiri, ergo nec conſequi: ergo nec mouebit̄. ¶ Tandē concludit ſextū phyſicoꝝ tex. cō. 94. ꝙ in ſolo vno motu cōtingit ꝙ cū ſit vnꝰ numero ſit cōtinuus ⁊ perpetuus. ſ. in circulari: in reliqs vo ſi perpetuant̄. i. ſub diuerſitate ſpecifica vt poſt ḡnatione corruptio: ⁊ poſt vnā corruptionē alia ⁊ poſtea augmentatio: ſed nō vnus numero.

Dubiū. i. ¶ Dubitatur vtrū continuū componatur ex indiuiſibilibꝰ. Circa iſtam ꝯclōnē due opiniones ſunt. Prima eſt opinio q̄ tenet, ꝙ continuum cōſtatur ex in diuiſibilibꝰ finitis alia eſt opinio que, tenet ꝙ continuū cōſtatur ex indiuiſibilibꝰ infinitis Tam vna ꝙ alia eſt falſa cuiꝰ quidem falſitatē ꝓbo: primo prioris: q2 ſi continuū conſtat̄ ex ī diuiſibilibꝰ finitis ſequit̄ ꝙ diameter eēt equalis coſte ꝯn̄s eſt falſuȝ ergo illud ex quo ſeqt̄ur ſequella ꝓbat̄ ſit ita: ꝙ in diametro eſſent ſex indiuiſibilia et in coſta erūt totidem vt pȝ ducendo lineas ab vna coſta in aliā q̄ tranſeant ꝑ mediuȝ diametri toti puncta ſignabunt in diametro ſicut in coſta ḡ diameter ē equalis coſte ¶ Secunda rō ſequit̄: ꝙ baſis eſſet equalis linee laterali medie que vadit inter conū et baſim ſequella patet: q2 toti indiuiſibilia quot ſignant̄ in baſi ſignātur in illa linea media nanqȝ ſi quinqȝ indiuiſibilia ſint in baſi ab illis quinqȝ pn̄t tradi quinqȝ linee ad conū que ſignent quinqȝ punta in linea media ḡ vna linea eſt equalis alteri. ¶ Tertia rō ſequitur: ꝙ circulus maior eſſet equalis minori ſibi concentrico qd̄ eſt falſum ſequella ꝓbat̄: q2 a centro ducendo lineas per circulū maiorem et minorem toti indiuiſibilia ſignabunt in maiori ſicut in minori. ¶ Quarta ratio ſequeretur: ꝙ eſſet dare circulū minimū vt pote illū qui conſtaret ex tribꝰ īdiuiſibilibꝰ. ¶ Quinta ratio ſequeret̄ ꝙ eēt aliquis motus quo non poſſet dari in duplo tardior ꝯn̄s eſt falſum: et ſequella ꝓbat̄: quia motus ille qui fieret ꝑ ſpatiū trium indiuiſibiliū eēt motus quo nō poſſȝ dari ī duplo tardior: q2 maxime eſſet quo tranſiremus in equali tp̄e indiuiſibile cū dimidio. ¶ Sexta ratio ſi cōtinuū cōponeret̄ ex indiuiſibilibꝰ finitis ſequitur: ꝙ eēt aliqd̄ continuū non habens medietatē vt pȝ de continuo cōſtato ex tribꝰ punctis qd̄ non hȝ medietatē: nam maxime eēt eius medietas vnū cum dimidio: ſȝ puncti non eſt dare dimidium igitur.

¶ Nunc vero contra alteram poſitionem que tenet, ꝙ continuū conſtat̄ ex indiuiſibilibꝰ infinitis arguitur: ſequit̄ vnam rem nō poſſe eē maioris actiuitatis q̄ alia ꝯn̄s eſt falſum et ſequella ꝓbatur: ſicut vna hȝ infinita īdiuiſibilia ſic et alia: et ita ſeqt̄: aut eē equalis actiuitatis: aut vnū quodqȝ illorū eē infinite actiuitatis. ¶ Secunda ratio ſequit̄ nil poſſe rarefieri: q2 ſi rareſit ſub maiori quantitate continet tn̄ de materia: ſȝ nō videtur quomodo īfinita puncta poſſent maiorē quantitatē occupare in vno q̄ in alio ꝓpter hec argumenta relinquit̄ illa opinio tanq̄ falſa.

Dubiū. 2. ¶ Dubitatur ſecūdo vtrum aliquod ſpacium finitū poſſit ꝑtranſiri in tp̄e īfinito ⁊ Ariſto. claret dicit in littera ꝙ nō: ſȝ in contrariū eſt ilud qd̄ ſcripſimꝰ in materia de maximo et minimo vbi dictū eſt ꝙ ſi detur vnū ſpatiū vni formiter difformiter reſiſtens a non gradu vſqȝ ad quattuor ⁊ ſit vna potētia motiua vt quattuor illa potētia motiua nō valȝ tale mediū ꝑtranſire eo qd̄ reqrit̄ tn̄ tp̄s ad trāſitū prie partis ſicut: ſecunde et ad tranſitū ſecunde ſicut. 5. ſed hoc argūentū nō ē ꝯtra Ariſt. q2 Ariſt. Diceret tale ſpatiū non poſſe tranſiri niſi amobili: ꝙ ſi ſic ibi ſunt ptes tam minime q̄ mobile illas tranabit ꝑ ſolā ſuam preſentiā et ita tale mobile nō occupabit infinitum tp̄s in tranſitu duarū partium et ſic illud argumentum nō conuincit cōtra Ariſt. q̄uis ēt dici poſſȝ ꝙ Ariſt. intelligit de ſpatio qd̄ ſit, vniformis reſiſtētie et nō vniformiter difformis.

Dubiū. 3. ¶ Dubitat̄ tertio circa illam partez vbi ter. dicit: ꝙ oē mobile eſt diuiſibile videtur enim falſum. Nā angelus eſt mobilis. Ad hoc dicet Ariſt. negando imo et aliqui ſicut armachanꝰ dicunt ꝙ angelus mere paſſiue ſe hȝ ad motum: iterū argueret aliquis aīa noſtra mouetur ſaltē de ꝑ accn̄s: q2 mouetur ad motū totiꝰ et aīa noſtra eſt indiuiſibilis: ergo indiuiſibile pōt moueri. Ad hoc reſpondeo, ꝙ indiuiſibile bn̄ conceſſit phs, ꝙ mouetur de ꝑ accn̄s: ſȝ nō de per ſe pōt etiā dici, ꝙ aſſumit̄ dubiū vtrū aīa noſtra ſit indiuiſibilis vel nō. ¶ Iterū quereret aliquis vtrū cū Ariſt. dicit: oē mobile diuiſibile intelligatur de oī mobili qd̄ eſt in oī ſpe motus. Nam Ariſt. facit iſtam rationē oē mobile ꝑtim eſt in termino aquo et partim eſt in termino ad quē ergo oē mobile eſt diuiſibile et ſuadet maiorem: q2 oē mobile acquirit in tempore ſuam diſpoſitionē ex quo videt̄, ꝙ non conueniat mobili quantum ad generationem ḡ tale mobile cū mutetur in nō tempore nō videtur ꝙ ꝑtim ſit in termino aquo et ꝑtim ſit in tr̄o ad quē. ¶ In hac materia maxime varie ſunt opiniones vt recitat cōmentator in iſto. cō. 32. Prima eſt opinio Alexādri aphrodiſij dicentis ꝙ ſolū intelligit. Ariſt. ō mobili quod mutat̄ in tp̄e et non in non tp̄e: ſed iſtam declarationē repellit cōmentator dicens ꝙ alexander repugnat Ariſtoteli cū dicat Ariſt. negare oēs tranſmutationes in nō tp̄e. Naȝ Ariſt. cōcedit illuminationē in non tp̄e fieri atqȝ intellectionē et ſenſualē ī nō tp̄e fieri item generatio ſit in nō tp̄e. Secunda ē expoſitio temiſtij dicentis: ꝙ aliqua ē tranſmutatio ī tp̄e et aliqua in nō tp̄e non tn̄ ariſt. loqt̄ de oī tranſmutatione nec de oī tranſmutabili: ſȝ tn̄ de tranſmutatione et tranſmutabili in tp̄e qm̄ tranſmutatio facta in tempore eſt manifeſta et facta in nō tp̄e: latet ſenſuȝ Ariſt. aūt loquitur de tranſmutatione manifeſta et de tranſmutabili qd̄ non latet ſenſum. ¶ Sed cōtra iſtā reſponſionē arguit cōmentator: p̄io iſta demoſtratio nō eſt vniuerſalis. Tum. 2. q2 ariſt. nō ꝓbaret iſtam propoſitionē oē quod tranſmutatur eſt diuiſibile: q2 ſi ſola illa que tranſmutatur in tp̄e ꝓbauit diuiſibilia illa trāſmutat̄ in non tp̄e ſequit̄ eē ī diuiſibilia Secūdo arguit Cōmen. ſequit̄ ꝙ ariſt. demōſtratio nō ē ꝑ cauſam: q2 aliqd̄ eſt diuiſibile et tn̄ nō trāſmutatur ī tp̄e et tu/das ꝑ cauſa diuiſibilitatis, ꝙ trāſmutatur in tp̄e. ¶ Tertia fuit expoſitio auempache dicentis: ꝙ duplex eſt diuiſibilitas. ſ. quantitatiua et de ꝑ accn̄s inter ꝯtraria. Quātitatiua ē illa qua hȝ partem extra partem: ſed alia eſt diuiſibilitas per accidentia ꝯtra et eſt illa qua aliquid ſubijcitur accidentibꝰ ꝯtrarijs ſimul exiſtentibꝰ et: dicit ꝙ ō pria nō loquit̄ ariſto. hic: ſȝ poſterius vbi ꝓbabit indiuiſibile nō poſſe moueri. De ſecunda vero loquit̄ hic: quia hec diuiſibilitas eſt ꝓpria tranſmutationi ī tp̄e et non illa que eſt in nō tp̄e: q2 nihil mouetur trāſmutatione ſubita inter ꝯtraria. Quarta expoſitio ē cōmentatoris ponentis: ꝙ ariſt. hic intelligit ꝑ trāſmutabile illud qd̄ tranſmutatur ſm̄ tria predicamenta in tp̄e oē tale eſt diuiſibile diuiſione quantitatiua et non de in diuiſibilitate intenſiua ſm̄ accidentia contraria ſicut dixit auempache: et falſe dixit burleus quando dixit: oē mobile ꝑtim eſt in tr̄o aquo et partim eſt in tr̄o ad quem intelligi debere de partibus ſubiecti. Nā in cōgelatione aque ab intrinſeco illud eſt falſum: q2 tota ſimul congelatur ſir̄ illud eſt falſuȝ in motu locali. Nā ſicut totū eſt ī tr̄o aquo ſic et pars quelibȝ ḡ illa ꝓpoſitio phi dȝ intelligi in ſano ſenſu ſcilicet loquendo de partibꝰ quātitatiuis et qualitatiuis tr̄oꝝ motꝰ: q2 cū inter terminū aquo ⁊ terminū ad quem ſit diſtantia quantitatiua vel q̄litatiua opȝ terminuȝ aquo deperdi ſuceſſiue et tr̄ū ad quem acquiri ſucceſſiue obidqȝ in medio ꝑti de vno ⁊ alio habere: ſȝ diceres quomō phs ex hoc cōcludit diuiſibilitatem quantitatiuā mobilis. ¶ Rn̄. ꝙ cauſa eſt quia loquimur de tranſmutabili in tp̄e et ſi mouetur: ſm̄ quantitatē vel vbi claret eē diuiſibile: ſi vero loquamur de qualitate ſi moue̅t ad qualitatē diuiſibilē de per accidens vt eſt q̄litas extenſa claret eē diuiſibile: et ſi ad qualitatē diuiſibilē de per ſe et graduali ſic etiaȝ ſi acquiritur in tp̄e eſt diuiſibilis de ꝑ accn̄s q2 hec diuiſibilitas intenſiua non poſſet eē nec acq̄ri in albedine ſi eēt in punto. Uult ergo cōmentator ꝙ duplex eſt mutatio quedam ꝑ ſe aliqua ꝑ accn̄s. Uocat mutationeȝ ꝑ ſe qm̄ ſit in tp̄e ꝑ accn̄s vero que ſit in non tempore et que non eſt tranſmutatio niſi pro quanto eſt finis motus qualis dicitur eſſe generatio Tenet ergo commentator ꝙ phs loquitur de tranſmutatione per ſe que eſt in tp̄e et non per accidens que eſt in non tp̄e loquitur tn̄ phs de omni tranſmutabili tam in tp̄e q̄ in non tempore: q2 ēt tranſmutabile in non tempore tranſmutatur in tēpore vel quo ad motum localem preuiū ſicut eſt in illuminatione: vel quo ad motum alterationis preuium vt eſt in generatione. ¶ Ex predictis infert cōmentator quattuor corolaria quoꝝ primum eſt iſtud lȝ in tranſmutatione per ſe oē qd̄ mutatur ſit ꝑtim in tr̄o aquo et partim in tr̄o ad quem: non tn̄ in tranſmutatione ꝑ accidens pȝ: q2 tranſmutatio per ſe eſt in tp̄e ⁊ tranſmutatio per accn̄s eſt in non tp̄e: ⁊ dicit cōmentator ꝙ illud eſt intelligendū de tr̄is prīs ſicut dicit phus exēplificando in coloribꝰ. ¶ Secūdū corm̄ lȝ ī quolȝ motum inueniatur mediū ſm̄ magis et minꝰ: non tn̄ in quolȝ motu inuenitur mediū ſm̄ formam. Duplex eſt mediū ſm̄ cōmentatorē vlȝ ſm̄ formā: et ſm̄ magis et minus. Mediū ſm̄ formā eſt differens ſpecifice ab extremis: vt rubedo: paledo: vel fuſcedo q̄ dicuntur media inter albedinē et nigredinē: et differunt ſpecie a quolȝ illoꝝ: medium aūt ſm̄ magis ⁊ minꝰ nō differt ſpecie a quolȝ extremoꝝ vt gradus vt duo caliditatis ē mediū inter frigiditatē ſumām et caliditatem ſumām: non differt tn̄ ſpecifice niſi a frigiditate ſumma: q2 ē eiuſdē ſpeciei cū caliditate ſumma: ſȝ differt ab illa ſm̄ magis et minꝰ cū caliditas ſumma ſit magis intenſa: et caliditatas vt duo minus intenſa. Dicit ergo Cōmentator: nō ē neceſſariū in omni motu eſſe mediū ſm̄ formā: ſed ē neceſſariū mediū ſm̄ magis et minus cū non ſit neceſſariū ſi aliquid alterat̄ a nigro in album qd̄ trāſeat ꝑ aliquē colorē mediū: ſed ſufficit ꝙ tranſeat per gradꝰ albedinis qui ſunt eiuſdē ſpēi nō differētes inuicē niſi ſm̄ magis et minus. ¶ Tertiū corm̄. Licet in quolibet motu inueniat̄ primū ſm̄ ſpēm, nō tn̄ primū ſm̄ nūeꝝ iſtud corolariū eſt notū inductiue in oī motu: ⁊ p̄io in motu locali. Si. n. aliquid moue̅t a concauo lune ad mediū mundi dat̄ primū ſm̄ ſpēm: vel elementuȝ ignis: ſed non dat̄ primū ſm̄ numerū: q2 nō dat̄ pria pars ignis pertranſita: ſi ēt aliquid moue̅t ad quātitatē dat̄ primū ſm̄ ſpēm: vcȝ quantitas: ſed nō primū ſm̄ numeꝝ: q2 non datur prima quantitas acquiſita. Quacūqȝ enī data cū ſit diuiſibilis extenſiue priꝰ acquirebat̄ medietas quā totū: etiā in motu alterationis ſi aliquid moue̅t ab albo in nigrū nō acquirēdo aliquē colorē mediū dat̄ primū ſm̄ ſpēm vȝ nigredo ſed nō primū ſm̄ numerū: q2 cū q̄libet nigredo ſit diuiſibilis intenſiue in infinitū quacūqȝ nigredine acq̄ſita dant̄ infinite: quaꝝ q̄lȝ priꝰ acquirit̄ et hȝ acq̄ſitū eē vbi aut alteratio fiat ab albo in nigrū per fuſcū primū in illo motu ſm̄ ſpēm eſt fuſcedo. Non aūt datur aliqd̄ ꝑmū ſm̄ numerū ex quo q̄lȝ qualitas ad quaȝ ē motꝰ ē diuiſibilis ī īfinitū. ¶ Quartū corm̄. ī trāſmutatiōe facta in nō tp̄e ſicut dat̄ ꝑmū ſm̄ ſpēm. Ita primū ſm̄ numerū pȝ: qm̄ in ḡnatione ignis ex aq̄ datur primū ſm̄ ſpeciē vȝ ignis: et primū ſicut minimū nāle ignis qd̄ generat̄ ſm̄ ſe totū non ꝑ ptē aſt ptē. Unde dicit ſic Cōmentator. Primū aūt in ḡnatione et corruptiōe eſt minima pars q̄ pōt inueniri de generato Minimū enī de omni generato eſt determinate q̄ntitatis. Uerbi gratia: minima pars ignis ē determinata. ſ. minima q̄ pōt eſſe ignis.

¶ Explicit ſextꝰ liber phyſicoꝝ.

## ¶ Incit ~~ſextꝰ~~ ſeptimꝰ li. phyſicorū ſtagirite.

Omne aūt qd̄ mouetur neceſſe eſt ab aliquo moueri Si quidem igit̄ in ſeipſo non habet principiū motus manifeſtū qd̄ ab altero moue̅t: aliud enī erit mouēs. Si aūt in ſeipſo: accipiatur. a. b. qd̄ moueat̄ ſecundū ſe: ſȝ

non eo ꝙ coꝝ q̄ huius aliquid mouet̃: primū quidem igit̃ opinari .a.b. a ſeipſo moueri ꝓpter id qḋ totū mouet̃ ⁊ a nullo exteriorū: ſi ãt eſt: ſicut ſi quis ipſo .d.e. mouēte e.ʒ. ⁊ ſeipſo moto opinet̃ .d.e.ʒ.a. ſeipſo moueri ꝓpter idq̄ nō videt̃ vtrū ab vtro moueat̃: et vtrū .d.e. ab .e.ʒ. aut

T.cō.2. e.ʒ.a.d.e. ¶Amplius quod a ſeipſo mouet̃ nullo mō pauſabit cū mouet̃: in ſtando aliquid alterꝰ qḋ mouetur: neceſſe eſt ergo ſi aliquid pauſat qḋ mouet̃ in ſtādo aliqḋ alterū: hoc ab altero moueri. Hoc aũt manifeſto facto neceſſe eſt oē quod mouet̃ cū diuiſibile ſit moueri ab aliquo. Qm̄ em̄ acceptū eſt .a.b. qḋ mouetur: diuiſibile erit. Diuidat̃ igit̃ in .c. Neceſſe igit̃ b.c. q̄eſcente quieſcere: et .a.b. Si em̄ non accipiat̃ moueri .b.c. igit̃ quieſcēte mouebit̃ vtiq̄ .a.c. Nō ergo mouet̃ per ſe .a.b. ſed conceſſum eſt per ſeipm̄ moueri primū. Manifeſtū igit̃ ꝙ b.c. quieſcente quieſcet: et .a.b. et tunc pauſabit qḋ mouet̃. Sʒ ſi aliquid in quieſcendo aliud eſtat et pauſat moueri: hoc ab altero mouet̃. Manifeſtum eſt igit̃ oē quod mouetur ab aliquo mouet̃ ⁊ nō a ſe diuiſibile .n. ē oē qḋ mouet̃ et parte quieſcente q̄eſcet totum.

## Philoſophus in iſto tex.cō. primi

Philoſophus in iſto tex.cō. primi ꝓbat ꝙ omne quod mouet̃ ab alio moueri neceſſe eſt: et hoc ita ſuadet prīo de aliq̄bus eſt manifeſtū vt illis que mouent̃ violenter ſʒ dubiū eſt de illis que mouent̃ a ſe per ſe prīo ideſt non rōne ptis quequidē vident̃ non moueri ab alio: et dicit phs ꝙ in rebꝰ aīatis que vident̃ moueri a ſe cōtingit aliquā partē eē per ſe mouētē et aliq̄m per ſe motā. aīa q̄ em̄ eſt per ſe mouens et corpꝰ eſt per ſe motū et in illis vna pars mouet̃ ab alia q̄uis non diſcernatur q̄ pars ſit mouens: et que pars ſit mota tñ vnum mouet̃ ab alio: ergo oē qḋ mouet̃ ab alio moueri neceſſe eſt. ¶Poſtea vō phs tex.cō.2. ꝓbat ꝙ nil mouetur a ſeipſo per ſe prīo hoc argumento nihil mouet̃ a ſeipſo per ſe prīo qḋ quieſcit ad quietē alterꝰ: ſʒ oē qḋ mouet̃ quieſcit ad q̄etē alterꝰ: ergo nihil qḋ mouet̃ mouet̃ a ſeipſo per ſe prīo ꝯña eſt in ceſare: añs ē verū: q2 ſua contradictoria eſt falſa aliqḋ q̄eſcit ad quietē alterius eſt tñ mouet̃ a ſeipſo per ſe prīo ⁊ minor ꝓbat̃: q2 oē quod mouet̃ eſt diuiſibile et ſi eſt diuiſibile hēt ptes ⁊ vna ſua parte immota totū de neceſſitate quieſceret: ergo non mouet̃ a ſeipſo per ſe prīo: ſed contra hanc demonſtrationē Ariſt. recitat Doc.ſanc. aliquas obiectiōes. Prima eſt Galeni dicentis ꝙ iſta rō Ariſt. non valet: dicens ꝙ ſi vna pars moueat̃ et reliqua quieſcat totū non per ſe mouetur hoc em̄ eſt falſum: q2 ea que mouent̃ ſm̄ partē per ſe mouent̃. Dicit. Doc.ſanc. ad hoc ꝙ Ariſt. capit in iſta parte ly per ſe ei qḋ opponit̃ per accñs ⁊ ſʒ partē et iō concluſit ꝙ ſi quieſcit ad quietē ſue partis non mouet̃ per ſe prīo: ſʒ dicit Doc.ſanc. Magis vrget obiectio Aui. qui obĳcit contra hanc rōne eliciēs illā ꝓcedere ex ſuppoſitiōe impoſſibilis. Arguit .n. Ariſt. ſic tu dicis ꝙ aliquid mouet̃ per ſe prīo: ergo ipm̄ et omnes ſue partes mouent̃ ꝙ ſi ſic repugnat quod poſtea dicis ꝙ pars quieſcat huic obiectioni poſſet aliq̄s reſpondere dicēs quodlibet ſit impoſſibile quieſcere ſm̄ partē ſm̄ determinatā naturā in quātū eſt corpꝰ talis ſpēi vt celū vel ignis non eſt tñ impoſſibile ſi rō cōis corporis conſideret̃: q2 corpꝰ in quantū corpꝰ nō ꝓhibet̃ q̄eſcere vel moueri ſʒ hanc reſponſionē excludit Aui. q2 idē diceret̃ de toto corpe et ſic ſuper vacue ſumit̃ in ꝓbatione diuiſio mobilis et q̄es ptialis Poſtea dicit doctor ſanctus ꝙ afert ſecundā rōnem



Aui. qua dicit ꝙ illa ꝓpō eſt impoſſibilis in qua predicatū repugnat ſubiecto rōne differentie ſpecifice q̄uis non repugnet rōne generis: vt hec eſt impoſſibilis, ho eſt irrōnalis q̄uis non repugnet aīali ꝙ ſit irrationale: ſic igitur ſimplr̃ impoſſibile eſt ꝙ pars corporis mouentis ſeipſum quieſcat: q2 hoc eſt contra rationē talis corporis. lʒ non ſit contra rōnē cōem corpis. Dimiſſa igitur hac reſponſione dicit Auerrois ꝙ aliqua conditionalis pōt eſſe vera cuius añs ſit impoſſibile ⁊ ꝯñs vt ſi homo eſt aſinꝰ ē aīal irrationale ſic: ergo dicit ꝙ iſta copulatiua eſt impoſſibilis totū mouet̃ per ſe prīo ⁊ tñ pars quieſcit, et iſta conditionalis eſt vera ſi pars quieſcit totū non mouet̃ per ſe prīo dicit tñ ꝙ ex hac conditionali verā Ariſt. ꝓpoſitū demonſtrat et dicit Auer. ꝙ illa demonſtratio non eſt ꝓpter quid: ſʒ q2 eſt .i. doc.ſanc. dicit ꝙ iſta ſolutio q̄ntū ad illud qḋ ait d̄ veritate ꝯditionalis bñ loquit̃ nō aũt quantum ad illud quod dicit ꝙ eſt demōſtratio q2 iō notat qḋ aliquid mouere ſeipſum nihil aliud ē quā eē cauſam ſui motus ꝙ aũt eſt ſibi cauſa alicuiꝰ opʒ ꝙ prīo ei cōueniat q2 ꝙ eſt primū in quolʒ genere ē cauſa eorū que ſunt pars. Oſtendit aũt phs in .6. ꝙ in motu nō inuenit̃ primū: nec ex parte tpis nec ex parte magnitudinis nec ex parte mobilis ꝓpter horū diuiſibilitatē: nō g̊ pōt iueniri primū cuiꝰ motꝰ nō depēdeat ab aliquo priori motꝰ em̄ totiꝰ depēdet a motibus ptiū ⁊ diuidit̃ in eos vt in textu ꝓbatū ē: ſic ergo oſtēdit ariſtoteles cauſam q̄re nullū mobile mouet ſeipm̄: q2 nō pōt eſſe primū mobile cuius motus non dependeat a partibꝰ ſicut ſi oſtenderē ꝙ nullū diuiſibile pōt eſſe primū ens q2 eē cuiuſlʒ diuiſibilis dependet a partibus vt ſic hec conditionalis ſit vera ſi pars non mouet̃ totū non mouet̃ ſicut hec eſt vera ſi pars non eſt totum nō eſt.

## Quoniam aũt oē qḋ mouetur

Quoniam aũt oē qḋ mouetur: ab aliquo mouet̃: neceſſe ē ⁊ qḋ mouet̃ oē ī loco moueri ab altero. Et mouens igitur ab altero qm̄ et ipm̄ mouetur: et iterū hoc ab altero. Non aũt in infinitū abibit: ſʒ ſtabit alicubi: ⁊ erit T.cō.3. aliqḋ quod primo cauſa erit motus. Si em̄ non eſt: T.cō.4 ſʒ in infinitū ꝓcedet: ſit .a. quidē qḋ ab ipſo .b. moueat̃ b. vero ac ipſo .c. c. aũt ab ipſo .d. et hoc igit̃ modo in finitū aſcendat. Qm̄ ergo ſimul mouens et ipſum qḋ mouet̃ manifeſtum eſt quoniam ſimul mouetur et .a. et .b. quoniam aũt omne quod mouetur: ab alio mouetur: neceſſe eſt .a. et .b. Cum em̄ mouetur .b. mouebitur .a. et cū mouet̃ .a. et ipſum .c. et cū .c. ipſum .d. erit igitur ſimul motus qui eſt: a. et .b. et reliquorū vniuſcuiuſq̄. Et accipere igitur vnūquodq̄ iſtorum poterimus et nanq̄ ſi vnūquodq̄ ab vnoquoq̄ mouetur nihil minus vnus numero vniuſcuiuſq̄ motꝰ et non infiniti in vltimis. ¶Qm̄ quidē qḋ mouetur oē T.cō.5. ex quodā in quidā mouetur: aut em̄ numero accidit eundem eē motū aut genere aut ſpecie. Nūero q̄dē igitur dico eundem motū: qui ex eodem in idē nūero: et in tempore eodem fit: vt ex hoc albo quod eſt vnum numero in hoc nigrū ſecūdū hoc tempus qḋ eſt vnum numero. Si enim ſecundum aliud non adhuc vnus erit numero ſed ſpecie. Genere aũt motus vnus eſt: qui in eodem predicamento ſubſtantie vel alterꝰ generis eſt. Specie aũt qui ex eadem ſpē in idem ſpecie: vt ex albo in nigrū: aut ex bono ī malū. Hec aũt dicta ſunt et in prioribus. Accipiur igit̃ q̄ eſt motꝰ ipſiꝰ .a. ⁊ ſit in quo ē .c. ⁊ qui eſt ipſius .b. ſit in



quo .ʒ. et qui eſt .c.d. in quo .i.t. Et tempus in quo moueatur .a. ſit .r. Determinato aũt motu ipſius .a. determinatum erit et tempus et non infinitum quod eſt .r Sed in eodem tempore motum eſt .a.b. et reliquoꝝ vnumquodq̄. Accidit ergo motū que eſt .e.ʒ.i.t. cū ſit infinitus in tempore finito moueri. quod eſt .r. In quo em̄ .a. motū eſt: et que ſunt ipſius conſeq̄nter omnia mota ſunt infinita. Quare in eodē mouetur. Et namq̄ aut equalis motus erit qui eſt ipſius .a. ipſi q. b. aut maior. Differt aũt nihil: penitus enim infinitū motum infinito tempore accidit moueri Hoc aũt impoſſibile eſt. ¶Sic quidem igitur videtur demonſtrari: quod eſt a principio: non tamen demonſtratur propter hoc ꝙ nullū inconueniens accidit. Contingit em̄ infinito tempore infinitū motū eē: non eundē aũt: ſed alterū et alterū multis et infinitis motis: qḋ quidem accidit et in his que nunc. ¶Sed ſi quod mouetur primo ſecundum locum ⁊ corporalem motum neceſſe eſt tangi: aut continuum eē mouēti ſicut videtur hoc in omnibꝰ contingere: erit em̄ ex omnibus vnū ipſum totū aut continuū: hoc igitur contingens accipiatur: et ſit magnitudo quidē: aut continuū in quo ſunt .a.b.c.d. Huiꝰ autem motꝰ eſt .e.ʒ.i.t Differt aũt nihil magnitudinē finitā aut īfinitā eſſe: ſimiliter enim infinito tempore quod eſt .k. mouebit̃ aut finita aut infinita. Horū aũt ſecundū vtrūq̄ impoſſibile eſt. ¶Manifeſtū igit̃ q2 ſtabit aliquando: et non infinitum abibit: quod ſemper ab altero: ſed erit aliquid quod primuʒ mouebitur. Nihil aũt differat conceſſo quodam hoc hoc demonſtrari. Contingenti em̄ ꝯceſſo nullū inconueniēs poterit accidere.

## Poſtea vero philoſophus textu

Poſtea vero philoſophus textu cō.3. vult ꝓbare ꝙ ſit dabilis primus motor imobilis hoc modo. Si omne ꝙ mouetur ab alio moueri neceſſe eſt petam de illo alio: vel illō mouetur vel non: ſi non datur primum mouens immobile: ſi mouetur ergo ab alio mouetur: erit ergo ꝓceſſus in infinitum. ¶Poſtea vero philoſophus tex.cō. 4. dicit ꝙ ſi hoc non concedat̃ ꝙ ſit aliqua cauſa prima motꝰ: ſequit̃ ꝙ cū omne quod mouet̃ ab alio moueatur: ſeq̄nt̃ ꝙ procedat̃ in infinitū a mouentibus et motis et oſtendit eē īpoſſibile: q2 ſi .a. moueat̃ .a.b et .b.a.c et .c.a.d. opʒ qḋlʒ illoruʒ moueri et ſinglr̃a a ſingulis nihilominus motus cuiuſlibʒ eſt vnus nūero et oēs motus ſunt infiniti numero: non tñ quilibʒ eſt infinitus in vltimis .i. per priuationē vltimorū: ſʒ q̄lʒ eſt finitus ī ſe: q2 mouetur inter duos t̃īos .ſ. ex quodā in quidā verum eſt tamen ꝙ ſm̄ diuerſitatē t̃ioꝝ ita motus eſt vnus numero genere: aut ſpē idem numero vocat qñ procedit ex eodē t̃īo a quo in vnum t̃īm ad quē et in vno tpe et eiuſdem mobilis: ſʒ ſpecie motꝰ eſt vnꝰ qui tendit ad t̃īos ad quos eiuſdē ſpēi: genere vero eſt vnꝰ qui eſt in eodē p̄dicamento vel ſubiecti: vel cuiuſcū̄q̄ alterius generis. His igitur duobꝰ ſuppoſitis ꝙ ſimul mouet̃ et mouens ⁊ motū et quod pōt accipi motus vniuſcuiuſq̄ mobiliū ſit finitus et vnus tunc accipit oīa illa mobilia et ſil̃ mouent̃ oīa: et ſequit̃ aliquē motū infinitū eē in tēpore finito quod eſt cōtra ea que aſſerta ſunt in ſexto. ¶Poſtea vero phs tex.cō.7. obĳcit cōtra iſtā rōnē dicit ꝙ nō efficaciter concludit: q2 pōt dici ꝙ ille motus non eſt infinitꝰ: ſʒ eſt motꝰ infiniti in plurali: ⁊ ita non eſt inconueniens fieri infinitos motꝰ in tpe finito ſed contra hoc phs arguit ſupponendo vnū: qḋ mouens et motū debent eē īmediata et ſe tangere q̄re



ſi oīa illa infinita continuarent̃ facerent magnitudinē infinitā: et illa mouerent̃ ī tpe finito: ergo motus infinitus fit in tpe finito: nec valet dicere ꝙ illa non poſſunt continuari: q2 verū eſt hoc ſm̄ rōnem ſpēi ſecus aũt ſm̄ rationē generis.

## Primum aũt mouens nō ſicut

Primum aũt mouens nō ſicut cuius cauſa: ſʒ vnde eſt principiū motꝰ eſt ſil̃ cū eo quod mouet̃. Simul aũt dico: q2 nihil ipſorū mediū ē: hoc em̄ cōe in omni quod mouet̃ et mouēte eſt. ¶Qm̄ aũt tres ſunt motꝰ: qui T.cō.10. ſecundū locū: et qui ſecundū qualitatē: ⁊ q̄ ſecūdum quantitatē: neceſſe eſt et ea que mouentur tria eſſe. Quiqdem igit̃ ſm̄ locū loci mutatio: qui vero ſm̄ q̄litatem: alteratio: qui vero ſm̄ quantitatē: augmentū vel decrementū. Primū quidē igitur de loci mutatione dicamus. Hic enim primus motum eſt. Oē igit̃ quod fertur: aut ipſum a ſeipſo mouet̃: aut ab altero. Si quidē igit̃ a ſeipſo: manifeſtū ꝙ in ipo mouente exiſtente ſil̃ mouens: et qḋ mouet̃ erit: et nullū illius mediū. Quod aũt ab alio mouet̃: quadrifarie mouet̃. Qui em̄ ſunt ab altero motꝰ q̄tuor ſunt pulſio: tractio: vectio: v̈tigo. Et nāq̄ oēs alios ī hos reduci accidit. Pulſionis quidem igit̃ alia impulſio alia expulſio. Impulſio quidē eſt: cū mouēs ei quod mouet̃ non deficit: ex pulſio cū expellens deficit. Vectio aũt in tribꝰ erit motibus: Quod quidē vehitur non ſecundū ſe mouet̃: ſed ſm̄ accñs. In eo em̄ qḋ eſt in eo quod mouet̃: aut ſuper id quod mouet̃: mouet̃ ipſum. Vehens aũt mouet̃: aut pulſum aut tractum: aut vertigine ductū. Manifeſtū igit̃ qm̄ vectio in tribꝰ motibus erit. Tractio aũt eſt: cū ēt ad ipſum vl̃ ad alterū velocior ſit motus trahentis nō ſeparatus ab eo qui trahit̃. Et nāq̄ ad ipſum eſt tractio et ad alterū et reliqui tractus idem ſpē in hos reducūtur vt inſpiratio: expiratio: et ſpuitio: et quicū̄q̄ corporū emiſſiui aut receptiui ſunt: et ſpatheſis: et circulis. Aliud eſt quidē ipoꝝ cōgregatio: aliud diſgregatio. Et oīs igit̃ motꝰ qui eſt ſm̄ locū: aggregatio: et diſgregatio eſt. Vertigo aũt cōponitur quidem ex tractu ⁊ pulſione. Hoc quidē pellit mouens: illud T.cō.11. aũt trahit. ¶Manifeſtū igitur eſt ꝙ ſiquidē ſil̃ pellens et trahens cū eo quod pellitur et trahitur nullū mediū eius qḋ mouet̃ et mouētis eſt. Hoc aũt manifeſtū ex dictis. Pulſio quidem aut a ſeipſo: aut ab alio ad aliud motus eſt. Tractus aũt ab alio ad ipm̄ ad aliud eſt: ad huc aũt ſynoſis et dioſis. Proiectio aũt qñ velocior motus fiat: ꝙ qui ſecundū naturā lati fortiori facta pulſione: hoc facto tādiu accidit ferri: quouſq̄ fortior ſit motus eius quod fert. Manifeſtum igitur qm̄ quod mouetur et mouens ſil̃ ſunt: ⁊ nullū mediū eſt ipſorum.

## In preſentiarum phs probat ꝙ

In preſentiarum phs probat ꝙ mouens et motū debeāt eē ſimul ⁊ hoc de motu locali et prīo dicit ꝙ hic nō apellat mouēs ꝙ mouet ꝑ modū finis ſʒ ꝙ mouet ꝑ modū efficiētis: q2 p̄mū mouēs bñ pōt eē ſeꝑatū a mobili. ¶Probat aũt phs tex.cō.10. ꝙ in oībꝰ tribꝰ motibꝰ ſm̄ q̄ntitatem: qualitatē et vbi debeat eē in mediatio mouentis ad mobile: ⁊ probat in motu locali: ſi enim mouetur a ſeipſo clare eſt imediatio: ſi vero ab alio q̄drifariam eſt pulſione: tractione: vectione: vertigine: ſed certe in pulſionē mouens mouet mobile non deficiens ideſt non ſeparatū ab eo quare mouens et motū ſunt ſimul in expulſiōe expeliens in principio eſt im-

mediatum cum mobili: ſꝫ nō in ꝓceſſu: deuectione
vero manifeſtat dicens ꝙ vectio fundatur in tribus:
aliis motibus q; eſt motꝰ de per accidens: vt moue-
tur aliquis vectione cum eſt in eo vt in naui: aut cū
eſt ſuper eo vt in equo: et ſic opꝫ ꝙ primū vehens mo
uetur de per ſe pulſu: vel tractu: vel vertigine: et ita
vectio reducit̄ ad alios tres. Preterea phs manifeſ
tat differentiā tractꝰ a pulſione q̄ñ pelens ſe hēt vt
tr̄s a quo trahens vt tr̄s ad quē contingit aūt trahe
re vel ad ſe vel ad aliū et aliq̄ñ trahit ꝑ modū finis
iuxta illō poete trahit ſua quē q; voluptas et hoc mō
trahit locꝰ nālis ſuū locatū: aliq̄ñ aliqd trahit aliud
per q̄litatē: vt magnes ferrū qō pꝫ ex tribus: q; ma-
gnes nō trahit ferū ex q̄cūq; diſtantia: ſꝫ ex ꝓpīquo
Secūdo q; ſi ferrū vngat̄ aleis non trahit̄ a magne
te: q; īpedit̄ virtꝰ alteratiua magnetis ꝓpter alea.
Tertio: q; ad hoc qō magnes atrahat ferrū ꝑſertim
ſi magnes ē paruꝰ opꝫ ferrū liniri cū magnete. Ter
tio mō capit̄ tractio q̄ñ aliqd mouet ad ſeipm̄ motu
locali tm̄. dicit preterea qō cōtigit ꝙ trahit̄ ferri ad
locū ad quē trahit̄: ſꝫ velociꝰ atrahēte q̄ a ſeipō. pre
terea notat ꝙ oīs motꝰ localis reducat̄ ad pulſionē,
vel tractionē. Nā inſpiratio ē attractio aeris ⁊ expi
ratio eſt expulſio aeris et dicit ꝙ ſpatheſis eſt pulſio
et cercīſis eſt attractio quare alia litera que hꝫ ſpe
culatio vr̄ eē vitio ſcriptoris: q; ꝓ expiratiōe poſuit
ſpeculatione eſt aūt cercis in greco quodā inſtrumē
tū quo vtunt̄ textores qō ad ſe trahūt texendo: qō la
tine dr̄ radiꝰ vn̄ et alia litera hꝫ radiatio. preterea di-
cit phs ꝙ congregatio eſt attractio: et diſgregatio
eſt pulſio. Poſtea dicit qō vertigo cōponit̄ ex pulſo
et tactu. ¶ Poſt. vo phs tex. cō. 11. dicit qō manifeſ-
tū eſt oēs hos motꝰ ab alio reduci ad pulſum et tra-
ctū in quibꝰ claret ꝙ mouēs ⁊ motū ſunt ſil̄r de pulſu
claret q; eſt motus: aut a ſeipſo: aut ab alio ad aliud
et pelens et pulſum ſunt ſil̄r ſaltē in principio. tractꝰ
aūt ab alio ad ipm̄ vel ad aliud eſt ergo ſunt ſil̄r trās
et tractū ſimile ē in ſinoſi qō eſt congregatio et dios:
ideſt diſgregatio: et ſic pꝫ ꝙ non poſſet aliqd cōgre
gare vel diſgregare niſi adeſſet his q̄ cōgregant̄ et
diſgregantur. ¶ Poſtea vero phs: dicit ſolutionē
cuiuſdā obiectionis qua dr̄ ꝙ videt̄ textꝰ dixiſſe ſu-
pra ꝙ pelens aliq̄ñ deficit. i. non īmediatum pulſo di
cendū ꝙ in iactibꝰ hoc videt̄ eē tn̄ non conuincit: q;
de facto ibi ſemꝑ mouet̄ aliquis aer deferēs maiori
impetu lapidē q̄ lapis natꝰ ſit reniti quare ſemꝑ mo
uens eſt īmediatū moto.

Aut vero neq; alterati neq;
alterātꝫ nullū mediū. Hoc āt manife
ſtū ex inductione. In oībꝰ. n. ſil̄r eē ac
cidit alterās vltimū: ⁊ primū qō alte
rat̄. Quale. n. alterat̄ i eo qō ſenſibile
eſt. Sēſibilia āt ſunt q̄bꝰ differūt cor
pora ad ſe inuicē: vt grauitas ⁊ leuitas duricies mo
licies: ſonꝰ nō ſonꝰ: albedo nigredo: dulcedo amari
tudo: humiditas ſiccitas: dēſitas raritas: et hoꝝ me-
dia. Sil̄r āt et alia q̄ ſub ſenſu ſunt: quoꝝ ē ⁊ calor ⁊
frigꝰ: ⁊ lenitas ⁊ aſperitas: Hec. n. ſunt paſſiōes ſub
iecte q̄litatis. His. n. differunt ſenſibilia corpoꝝ. aut
ſm̄ aliqō hoꝝ maiꝰ ⁊ minꝰ: ⁊ in patiēdo aliqd hoꝝ. ca
lefacta: n. aut frigefacta. aut dulcefacta. aut amari-
cata. aut ſm̄ aliqd aliud predictoꝝ. Sil̄r ⁊ aīata cor
porū. ⁊ inaīata. ⁊ aīatoꝝ q̄cūq; partiū ſunt inaīate: et
ipi ſenſus alterant̄: patiunt̄. n. Actio. n. ipoꝝ motꝰ eſt
T. cō. 12. ꝑ corpꝰ patiēte ſenſu aliqd. Scōm q̄cūq; quidē igit̄
inaīata alterant̄: et aīata ſm̄ oīa hec alterant̄. Scōꝫ



aūt q̄cūq; aīata alterant̄: nō ſm̄ hoc alterant̄ inaīata
Scōm. n. ſenſus non alterant̄. Et latet cū alterantur
inaīata. Nihil āt ꝓhibet ⁊ aīata latere cū alterātur
cū nō ſm̄ ſenſus accidit qō alterationis ipis: ſi qdem
igit̄ ſenſibiles paſſiones: oīs autē ꝑ hec alteratio. Ex
hoc ergo manifeſtū ē: ꝙ paſſio ⁊ patiēs ſimul: ⁊ horuꝫ
nullū mediū eſt. Huic quidē igit̄ aer ē ꝓtinuꝰ. Aeri
aūt cōtinuat̄ corpꝰ. Et ſupficies quidē terminat̄ ad
lumē. Lumē aūt ad viſum: ſil̄r et auditꝰ ⁊ odoratꝰ: et
mouēs ipa primū. Eodē aūt mō ſimul ⁊ guſtꝰ ⁊ ſapor
eſt: ¶ Sil̄r aūt ⁊ inaīatis ⁊ in inſenſibilibꝰ: Et qō au
get̄ ⁊ augēs: Appoſitio enī qdā ē augmētū: Quare T. cō. 13.
ſimul ſunt: ⁊ qō auget̄ ⁊ augēs: ⁊ decrementū: Decre
menti enī cauſa ē ablatio q̄dā. Manifeſtū igit̄ ꝙ mo
uentis vltimi ⁊ moti primi nullū eſt medium.

Declarat phs quō in motu alte-
rationis alterans ⁊ alteratuꝫ ſunt ſimul hoc
mō: q; ita experientia videt̄ ꝙ alterans vlti
mū ⁊ primū qō alterat̄ ſunt īmediata. Sed diceres
cōtra, hoc eſt falſum: q; piſcis ſtupefacit manꝰ piſca
toris et non rete: ⁊ ſol calefacit hec inferiora ⁊ nō ce
los intermedios. Dicēdū ꝙ ſemper hec agūt in in-
termedia aliquos effectꝰ, vt ſol in mediis celis lumē:
⁊ piſcis in rete aliquā malā qualitatē: ſꝫ ſtupefactio
nē non facit in reti q; nō eſt capax eius ſed in manu.
¶ Scōo illud ꝓbat rōne phs ſi aliqua alteratio eēt
vbi alterans ⁊ alteratū nō eſſent ſimul, maxie eēt illa
qua fit ſenſatio qualitatis ſenſibilis: ſꝫ illa fit alterati
⁊ alterabili ſil̄r exn̄tibꝰ: q̄ ꝙ ita fiat ꝓbat: q; color īmu
tat aerē ⁊ aer oculū: et intelligit ſupficies terminat̄
ad lumē. i. aerē illuminatū: ⁊ hoc lumen. i. aer illumi
natꝰ ad viſum ſe hꝫ īmediate. Idē exēplificat in ſapo
re q ſe hꝫ īmediate ad guſtū: ⁊ claret in oībꝰ qualita
tibꝰ ſenſibilibus ꝑ tactū ꝙ ſe hn̄t īmediate ad tactū:
q; ſentit tactꝰ et guſtꝰ ꝑ mediū itraneū. Dicit āt tex.
cō. 12. ꝙ iſte qualitates ſenſibiles ſunt de tertia ſpē
qualitatis ⁊ vocant̄ paſſibiles qualitates: q; paſſiōis
in ſenſibus ſunt effectrices. His aūt qualitatibꝰ dn̄r
corpora ſenſibilia inter ſe, vt calida a frigidis humē
tia a ſiccis, grauia a leuibꝰ, aſpera a duris. Et dicit
ꝙ ꝑ quaſcūq; qualitates ſenſibiles alterat̄ aliqō aīa-
tū ꝑ eaſdē alterat̄ inaīatū q̄uis non ſentiat, ſꝫ aīatum
pōt ꝑ aliquid alterari intētional̄r ꝑ qō nō alteret̄ in
animatum, vt per notitias.

Quoniam aūt q̄ alterant̄: al
terant̄ oīa a ſenſibilibꝰ: ⁊ ſoluꝫ hoꝝ al T. cō. 14
teratio ē q̄cūq; ſm̄ ſe dn̄r pati ab his:
ex his cōſiderabimꝰ. ¶ Alioꝝ. n. ma-
xime vtiq; quis exiſtimabit ī figuris
et formis et hītudinibꝰ: et hoꝝ remo T. cō. 15.
tionibꝰ: et acceptionibꝰ: videt̄ enī eē ꝙ alteratiōis.
Nō eſt aūt neq; in his: ſed fiunt hec: cū q̄dā alterant̄
Denſata enī aut rarefacta: aut cū fiat calida: aut fri-
gida materia: alteratio aūt non eſt. Ex quo quidē. n.
eſt forma ſtatue: non dicimꝰ formā: neq; ex quo figu
ra pyramidis ē: aut lecti: ſꝫ denoīatiōe ſunt hoc q̄dē
encū: illud vero cereū: aliud aūt ligneuꝫ. Qō aūt al
terat̄ es dicimꝰ. Es q̄dē enī humidū eē dicimꝰ: aut for-
te: aut calidū. Et non ſolū ſic: ſꝫ humidū ⁊ calidū es
equoce dicētes paſſionis materiā. Qm̄ igit̄ ex quo
quidē forma ⁊ figura: ⁊ qō factū ē equoce nō dn̄r cū
figuris: q̄ ex illo ſunt: q̄ aūt alterant̄ cū paſſionibꝰ eq
uoce dn̄r: manifeſtū ꝙ in ſolū ſenſibilibꝰ alteratio eſt.
¶ Ampliꝰ ⁊ al̄r dicere inconueniens eſt. Dicere enī
hominē alteratū eſſe, aut domū accipientē finē ridi- T. cō. 16



culū eſt: ſi ꝑfectionē domꝰ tectionē: aut laterationeꝫ
dicimꝰ alterationē eē: domo aūt laterata aut coopta
T. cō. 17. alterari domū. ¶ Manifeſtū aūt ē: q; qō ē alteratio
nis nō eſt in his q̄ fiunt. Neq; enī in habitibꝰ: habitꝰ
enim virtutes et malicie ſunt. Virtus aūt oīs ⁊ mali
cia ad aliquid ſunt: ſicut ſanitas quidem calidorum
et frigidorum menſuratio q̄dā ē: aut coꝝ q̄ ſunt īfra
et ad continens. Sil̄r āt ⁊ pulchritudo ⁊ macies ad
aliquid ſunt Diſpoſitiones enī q̄dā ꝑfecti ad optimū
ſunt. Dico āt ꝑfecti: qō ſanat et diſpoſitū eſt circa na
turam. Qm̄ ergo virtutes et malicie ſunt ad aliqd.
Hec aūt neq; gn̄ationes ſunt: neq; generationes ip
ſoꝝ: neq; alteratio oīno: manifeſtū eſt ꝙ non eſt oīno
quod eſt alterationis circa habitus.

Quum declarat phs ꝙ ſuppoſue
rat. ſ. ꝙ nō ē alteratio niſi ſm̄ has qualitates
ſenſibiles dicens ꝙ nō ē alteratio circa figu
ras ⁊ formas niſi in quātū conſequit̄ alterationē ſen
ſibiliū qualitatū. Nec eſt alteratio circa primā ſpēm
qualitatis niſi in quantū cōſequit̄ qualitates ſenſibi
les, vt circa ſanitatē non eſt alteratio niſi vt cōſequit̄
qualitatū primaꝝ alterationē. Per habitudinem in
telligit habitus ꝑ remotiones deperditiones ⁊ ꝑ ac
ceptiones acquiſitiones. ¶ Declarat phs ꝙ in q̄lita
tibꝰ quarte ſpeciē nō ſit motꝰ alterationis: q; in illis
non dicunt̄ ſubiectū de illis ī recto ſꝫ denominatiue
vt nō dicimꝰ triangulꝰ eſt es ſꝫ eneus ſed in q̄litatibus
tertie ſpeciei dicimꝰ es eē calꝰ: et calꝰ eē es qō q̄deꝫ
in aliis nō dicimꝰ q̄ circa q̄litates quarte ſpeciei nō
eſt motꝰ alterationis. ¶ Etiā dicit phs tex. cō. 16. ꝙ
acceptio finis et ꝑfectionis nō eſt alteratio ſꝫ cū iſte
figure acq̄runt̄ acquirit̄ ꝑfectio ergo nō eſt altera-
tio ⁊ dat exēplū ꝙ domꝰ nō alterat̄ cū ei mittit̄ tectū
Et declarat quomō figure maxime declarāt eſſenti-
as reꝝ q; ſequunt̄ quantitates q̄ maxime ſunt īmēte
ſubſtātie ergo iſte figure ſunt ꝑfectiones in q̄bus nō
eſt ꝑ ſe motꝰ. ¶ Poſtea ꝓbat phs ꝙ in pria ſpecie q̄-
litatis nō eſt ꝑ ſe motus: q; tales vt ſanitas dicūt ali-
quā relationē ad quā nō eſt ꝑſe motꝰ dicit ꝙ ſanitas
eſt cōmenſuratio calidoꝝ et frigidoꝝ ī ordine ad in-
fra ideſt humores et ad cōtinens ideſt hominē eſt. n.
aliquid ſanitas ad hominē et nō ad leonē: ſimil̄r aūt
macies ideſt eē expeditū ad motum et pulchritudo
ſunt ad aliqd et in q̄ntū talia nō eſt ad ipſa ꝑſe motꝰ
ſunt enī hec diſpōnes perfecti ſcilicet in natura ad
optimū ideſt finē q̄ eſt operatio.

Neq; itaq; circa aīe vtutes
T. cō. 18. et malitias. Virtꝰ. n. q̄daꝫ ꝑfectio eſt
vnūq̄dq; . n. tūc maxie ꝑfectū ē: cū at
tingit proprie virtuti: ⁊ tunc ē maxie
ſm̄ nām: vt circulꝰ tūc maxie ſm̄ nām
ē cū maxie circulꝰ ſit. Malitia āt cor
T. cō. 19. ruptio horum et remotio eſt ¶ Fit q̄dē igit̄ cū quo-
dā alterat̄: et acceptio virtutis: et remotio malitie:
alteratio tn̄ hoꝝ neutrū ē. Qō aūt alteret̄ aliqd ma
nifeſtū eſt. Virtꝰ q̄dē enī: aut impaſſibilitas q̄dā eſt
aut paſſibile eſt ſic. Malitia aūt paſſibilis: aut con-
traria paſſio vtuti eſt. Et totā moralē virtutē in vo-
luptatibꝰ et triſtitiis accidit eē: aut enī ſm̄ actū ꝙ vo
luptatis: aut ꝑ memoriā: aut ſpem. Si q̄dē igit̄ ſm̄
actū ſenſus eſt cā. Si vo ꝑ memoriā: aut ꝑ ſpem ab
ipſo eſt: aut enī inſunt q̄lia paſſi ſumꝰ reminiſcentibꝰ
T. cō. 20 voluptatis: aut q̄lia patiemur ſperantibꝰ. ¶ At vero
neq; ī itellectiua pte aīe ē altero. Sciēs enī ad aliqd
maxie dicitur hoc aūt manifeſtū. Secūdū enim nul-



lā potētiā motis. factū eſt qō ē ſciētie: ſꝫ cū extiterit
q̄dā. Ex ea enī q̄ eſt ſm̄ ꝑtē expientia accipimꝰ vni
uerſalē ſcientiā. Neq; igit̄ actꝰ gn̄atio eſt: niſi aliqs
reſpectionē et tactū gn̄ationes dicat. Imōi enī ac-
tꝰ. ¶ Que aūt ex principio acceptio ſcientie non eſt
gn̄atio neq; alteratio. In q̄etari enī et reſidere aīa
ſciens fit et prudēs. Sicut igit̄: neq; cū dormiēs ex
citet̄ aliqs aut ebriꝰ pauſet: aut infirmās ordinetur
factꝰ ſciens q̄uis priꝰ non poterat vti: et ſm̄ ſcientiā
agere: ſꝫ mutata perturbatione: et in ſtatū reuenien
te mente ineret potentia ad ſciētie ꝯgruitatē. Hoc
igit̄ aliqd fit ex principio in ſcientia exiſtētia. Tur
bationis enī q̄es q̄dā et reſidētia: neq; igit̄ infantes
poſſunt adiſcere: neq; iudicare ſenſibꝰ ſil̄r preſbyte
ris. Multa enī ꝑturbatio circa ipſos et motꝰ. Stat̄
aūt et pulſat̄ turbatio. aliq̄ndo quidē a nā: aliq̄ñ aūt
ab aliis. In vtriſq; aūt his alterari aliqd accidit: ſi-
cut cū ſurgat et fiat vigilans ad actū. Manifeſtum
igit̄ ꝙ huius ipm̄ alterationis in ſenſibilibꝰ eſt et in
ſenſibili parte aīe. In alio autem nullo niſi ſm̄ accn̄s

In hac lectione ſexta ꝓbat phs
ꝙ non eſt per ſe motus ad virtutes quia virtꝰ
eſt queddā ꝑfectio que acquirit̄ in inſtanti: ſꝫ
ad illā ꝑfectionē acq̄rēdaꝫ requiritur motꝰ. ſ. mode
ratio paſſionū dat cōparationē de circulo q̄ vt circu-
lus et perfectio acquiritur in inſtanti: ſed vt acqui-
rat hanc perfectionem requirunt ꝓrius motus ad
illam. Et eodem modo dicit ꝙ malitia eſt corruptio
virtutis et perfectionis que fit ī inſtanti ꝙ aūt ante
virtutem fiant tales motus probat ſiue teneamus ꝙ
virtus eſt moderatio paſſionum ſiue teneamus ꝙ vir
tutes ſunt queddam impaſſibilitates ante quas ac-
quiſitas requiritur motus. ¶ Adducit aliam ratio-
nem ꝙ acquiſitione virtutū fiat motus dicens virtu-
tem eſſe circa voluptates et triſtitias q̄ ex ſenſu cau
ſantur ſiue in preſenti ſiue per memoriam de preteri
to ſiue per ſpeciem de futuro: et hoc totum fit per ali
quam alterationem preuiam ergo ante acquiſitionē
virtutis hoc fit per alterationem preuiaꝫ. ¶ Poſtea
vero philoſophꝰ textu cōmenti. 20. probat ꝙ ad ſci-
entiam non ſit per ſe motus: quia ſtat ſcientiaꝫ acq̄ri
vbi intellectus non moueatur: ſed ſolum circa ſenſꝰ
fiat experientia. ¶ Quare infert productionem ſci
entie non generationem eſſe ſed actum conſequentē
aliquod principium productiuum. ¶ Adhuc ꝓbat
philoſophus ꝙ ſcientia non acquiratur per motum:
quia anima in quieſcendo fit ſapiens. Plures enim
per turbationes ſcientiam deſtruunt ⁊ ponit. Exem
plum in ebriatus; et infirmans et dormiens habētes
ſcientiam non vtuntur ea: quia non habent quietos
humores donec reſideant et pueri non poſſunt bene
cogitare ob augmentuꝫ. Quare recte dicebat mar
ſilius ficinus de triplici vita oportere litteratos eſſe
occioſos corpore negocioſos mente ibi dicit nō poſſe
iuuenes ita bn̄ cogitare vt preſbiteros. i. ſenes et di
cit ꝙ in intellectu fit mutatio non de ꝑ ſe: vt ī ſenſibꝰ
ſꝫ ſm̄ accn̄s: q; ꝓ hoc ſtatu depēdet itellectꝰ a ſenſu.

Dubitabit auteꝫ vtique ali- T. cō. 21.
quis: vtrum omnis motus omni cō-
parabilis ſit aut non. Si igitur oīs
cōparabilis eſt; et equaliter velox eſt
quod in equali tpe equale mouetur:
erit circularis aliquis equalis recto:
et maior etiam et minor. Amplius alteratio et loci
mutatio quedam equalis: cū in equali tempore ali-

qnid quidem alteretur aliud vero ducatur. Erit er-
go paſſio equalis longitudini. Sed impoſſibile eſt
Si ergo in equali tempore ſecũdum equale mouea-
tur: tunc equaliter velox eſt equalis aũt non eſt paſ-
ſio oĩs longitudini; quare: non erit alteratio loci
mutationi equalis neq̃ minor. Quare non oĩs cõpa
rabilis ❡ In circulo aũt et recto quomodo contin-
get; In conueniẽs quidem eñ eſt niſi ſit in circulo ſi
militer hoc aliquid moueri et hoc in recto: Sꝫ mox
neceſſe eſt aut velociꝰ aut tardius ſicut hoc deorſum
hoc aũt ſurſum. ❡ Amplius nihil differt in ratione ſi
aliquis dicat neceſſarium eẽ velocius mox aut tardi
us moueri. Erit aũt maior et minor circularis recto
quare et equalis. Si eñ in .a. tempore ipſum .b. trã
ſit: aliud autẽ ipſum .c. maius erit .b. ipſo .c. ſic eñ
velocius eſſe dictũ eſt. Ergo ſi ⁊ in minori equale ve
locius eſt. Quare erit aliqua pars ipſius .a. in quo
ipſius .b. circuli tranſibit: cũ ĩ toto .a. ipſum .c. At vo
ſi ſunt comparabilia accidit modo dictũ equale eſſe
rectum circulo: ſꝫ non cõparibilia ſunt neq̃ ğ motꝰ.
Sed quecũq̃ non equiuoca oĩa comparabilia ſunt
qualiter aũt ipſum non cõparabile: vtrum acutiꝰ ſtil
lus: aut vinũ: aut vltima. Quia eñ equiuoca non cõ
parantur. Sed vltima ei que iuxta vltimã cõpara-
bilis eſt qñ idẽ accidit acutũ in vtriſq̃: ergo nõ idẽ
velox: ⁊ hic: et ibi. Multo aũt adhuc minus ĩ altera
tione et loci mutatione. ❡ Aut primũ quidẽ hoc non
verum eſt: ꝙ ſi non ſint equiuoca comparabilia ſunt.
Multã enim idem ſignificat in aqua et in aere: et
non ſunt cõparabilia. Si aũt non duplũ quidẽ idem
Duo eñ ad vnũ: et non cõparabilia ſunt. Aut et ĩ his
eadem ratio. Et namq̃ multum equiuocũ. Sed quo
rundam ⁊ rationes equiuoce ſunt: vt ſi dicat aliquis
ꝙ multã eſt tantum: et adhuc: et ſi aliud aliquid tan-
tundem et equale equiuocũ eſſet Et vnũ aũt ſi cõtin
git ſtatim equiuocũ. ❡ Si aũt et hec et duo. Si eñ
vniuoca multũ et paucũ cur non comparabilia ipſa:
quorum predicatur duplũ. Qm̃ propter quid com-
parabilia alia quidem ſunt: alia vero non: ſi quidem
erat vna natura. Aut quia ſunt in alio prĩo ſuſceptio
Equus quidem igitur et canis comparabilia ſunt:
vtrũ albius. In quo enim prĩo idem eſt ſuperficies ⁊
magnitudo ſimiliter: aqua aũt et vox non ĩ alio nãq̃
ſubiecto ſunt. ❡ Aut manifeſtum ẽ ꝙ erit oĩa ſic vnũ
facere. In alio aũt vnum quodq̃ eſt dicere eẽ: ꝙ erit
idem equale et dulce et albũ: ſed ĩ alio. ❡ Amplius
ſuſceptiuũ cuiuſlibet accidentis non contingens eſt
Sed vnũ vnius eſt primũ. Sic ergo nõ ſolũ oportet
comparabilia non equiuoca eſſe: ſed non habere dif
ferentiã neq̃ quod: neq̃ in quo. Dico aũt ſicut color
habet diuiſionem: non ergo comparabile ſecundum
hoc: vt vtrũ coloratum magis ſit albũ ꝙ nigrũ. Nec
enim comparantur non ſcd̃m aliquem colorẽ; ſed in
quantum color: ſꝫ ſcd̃m albũ.

Declarat philoſophus textu cõ.
ri. quomodo nõ oĩs motus cuilꝫ motui eſt cõ
parabilis. Dicẽs videtur oẽs motus equali
tempore tranſeũtes equale ſpaciũ eſſe eque veloces
ſed ita eſt de circulari et recto: ergo erunt cõpara-
biles et eque veloces: ꝙ ſi ſic alteratio compararet
loci mutationi: et paſſio id eſt paſſibilis qualitas lon
gitudini deniq̃ obijcit pro vtraq̃ parte ꝙ ſint com-
parabiles motus rectus et circularis: ſed vere tenẽ
dum non eſſe cõparabiles nec vnus maior altero aut
equalis. ❡ Poſtea vero phs tex. cõ. 24. dicit q̃ ſunt
illa que ſunt comparabilia et dicit ꝙ illa que nõ ſunt
equiuoca vt acuta dicit vox acutus gladiꝰ; acutum
vinum ſed non vnũ acutiꝰ alio. ❡ Obijcit cõtra hoc
phs probando multa non eẽ cõparabilia quãuis nõ
equiuoca cũ non eſt eadem natura vt multũ eſt vni-
uocũ aeri et aque et nõ comparabilia ꝑꝑ non eandẽ
naturam vtriuſq̃ vocat aũt hic naturam ſubiectum
vt non: aqua et vox in magnitudine cõparabilia: q̃
cōponūt. Ampli⁹ aūt et pter hos aīam cam faciētes
mot⁹: ipm ſeipm enī mouens principiū eē dicunt. corū
que mouent. Mouebit aūt aīal et oē aīatū ſm eā q̄ ē
ſm locū cineſim. Et ꝓprie aūt moueri dicim⁹ ſolū qđ
mouet ſm locū motū. Si aūt quieſcat q̄dē in ſeipſo:
augmentet aūt: aut detrimentū patiat, aut alteret:
cōtingit quodāmō moueri. Simpliciter aūt moue
ri non dicim⁹. Qđ q̄dem igr̄ ſemp mot⁹ erat et erit
oī tēpe: ⁊ quod principiū perpetui mot⁹. Adhuc aūt
quis mot⁹ prim⁹: et q̄m motū perpetuū contingit eē
ſolū: et primuʒ mouens quod imobile ſit dictum eſt.

PRobat phs φ mot⁹ circularis
eſt ꝯtinu⁹ ⁊ prim⁹: qꝛ ille nō hʒ trōs determatos
ita φ aliquid ſit principiū et nō finis et aliqd
ſit finis et nō principiū: ſʒ q̄lʒ ps ē finis et principiū:
qꝛ oēs ptes vident imote pp equidiſtātiā a centro: ğ



mot⁹ circularis eſt ꝯtinu⁹ et prim⁹. Ponit ſcđaʒ rōnē
dicens φ eſt prim⁹: qꝛ eſt mēſura omniū aliorū, et mēſu
ra eſt prior menſurato, et qꝛ eſt regularis et q̄ ſic ſūt
regularia priora ſunt irregularib⁹. Poſtea phs tex.
cō. 11. ꝓbat, φ mot⁹ localis ſit prim⁹ teſtimonio alio
rū dicentiū φ primordia mot⁹ fuerūt diſgregatio et
congregatio: mens et intellect⁹: concordia et diſcor
dia vt dixit Anaxa. q̄ faciunt motū localē ſiľr et q̄ po
nunt motū pp vacuū ſicut democrit⁹ ⁊ qui faciunt ge
nerōnē et corruptionē per denſitatē et raritatē ⁊ qui
aīam dicunt eē cām mot⁹ localis et vocat cineſim mo
tum localē. Dicit pter ea phs φ ea que non mouētur
motu locali in ꝓprie dicuntur mouere. epilogat pre
terea que dixerat.

QUod āt hoc neceſſe ē ipti- T.cō.18
bile eē ⁊ nullā hr̄e magnitudinē nunc
dicam⁹ determantes ꝑmū đ priorib⁹ ipo
Horū āt vnū q̄dē ē: φ ipſe ē nullū finitū
mouere ſm īfinitū tps Tria. n. ſunt qđ
mouet, mouēs, i quo tertiū tps, hec āt
aut finita oīa: aut īfinita ſūt oīa, aut q̄dā, aut duo, aut
vnū. Sit igit a mouēs, qđ āt mouet b, tps infinitū in
quo, c, ipʒ d, igit moueat aliquā pte ipi⁹ b, q̄ ē i quo e,
non igit in eq̄li ipi c, in pluri enī mai⁹, quare nō ē īfi-
nitū tps qđ ē ipſi⁹ ʒ. Sic itaqʒ ipi d apponens auferā
ipm a et ipe c ipm b Tps āt nō auferā ſemp remouēs
eq̄le īfinitū. n. ē q̄re oē a totū b mouebit īfinito tpe ipi⁹
c. Nō ğ poſſe ē a finito moueri nihil ſm infinitū motū.
Qđ quidē igit nō ꝯtingit finitū i īfinito tpe mouere: T.cō.19
manifeſtū ē. ¶Qđ āt oīno i finita magnitudie nō ꝯti
git infinitā eſſe potētiā: ex his manifeſtū ē: ſit. n. plus
potētia ſemp eq̄le i minori faciēs tpe, vt calefaciēs:
aut dulcefaciēs: aut ꝓijciēs: ⁊ oīno mouēs. Neceſſe ğ
et a finito quidē īfinitā āt hñte potentiā pati aliquid
patiēs: ⁊ pluſq̄ ab alio. Pl⁹. n. ē īfinita potētia. At ꝟo
tps nō ꝯtingit eē nullū. Si. n. ē i quo a tps in quo īfini
ta vis calefacit: aut depellit: in quo āt a b finita q̄dā
ad hāc maiorē ſemp accipiēs finitā: veniā. Aliqñ ad
id qđ i a tpe motū erat. Ad finitū. n. ſp addēs excellā
oē determatū: et auferēs deficiēs ſiľr. In eq̄li ğ tpe mo-
uebit finita ipi īfinite. Hoc āt ē ipoſſe. ¶Nullū itaqʒ T.cō.80
finitū ꝯtingit infinitā potētiā hr̄e: neqʒ īfinitū īfinitā.
Et tñ ꝯtingit in minori magnitudine ampliorē potē
tiā eē. Sʒ adhuc magis in maiori plurima. Sit igit
i quo ē a b infinitū: ſʒ b c hʒ potētiā quādā q̄ aliquo
tpe mouet ipm d in tpe i quo ē e ʒ. Si igit ipi b c du-
plā accipio, i medio mouebit tpe ipi⁹ e ʒ. Sit. n. hec
ꝓportio. Quare in ʒ et t mouebit. ğ ſic accipiēs ſem
per a b quidē nequaq̄ trāſibo. Tpe āt dato ſemp mi
nus accipiā: infinita ğ potentia erit. Oēm enī finitā
potētiā excellit. Oīs āt finite potētie neceſſe ē finitū
eē: et tps. Si enī in quodā tāta: maior in minori qui-
dē determato āt mouebit tpe ſm ꝯuerſionē ꝓportionis.
Infinita enī oīs potentia ſicut multitudo ⁊ magnitu T.cō.81.
do excellēs oē finitū. ¶Eſt āt hoc demōſtrare et ſic
accipiens enī quādā potētiā eandē genere eiqʒ ē īfi
nita magnitudine exiſtentem: q̄ menſurabit eā q̄ eſt
in infinita magnitudine finitā potentiā. Qđ quideʒ
igit non ꝯtingit infinitā eſſe potentiā infinita magni
tudine: neqʒ finitā in infinita ex his palam eſt.

DEclarat phs q̄ñ ꝑmū mouēs i
mobile ſit ipartibile: ⁊ hoc ꝓbat hoc mō. Bene
ſequit: mouet p tps īfinitū, ğ ē ipartibile: aīs ē
notū ⁊ ꝯña ꝓbat: qꝛ ſi ē ptibile ſequit φ i minori tpe
mouet ps φ totū trāſeundo aliqđ ſignū vt ꝓbatū ē i. 6

tex.cō.51.ꝙ ſi ſic ſequiť ꝙ ps mouet in tpe finito ⁊ ea
dē rōne totū ī tpe finito, ꝙ ſi ſic ſequiť ꝙ illud mouēs
mouebit motu finito ⁊ nō īfinito. Itez ꝓbat phs illud
met, q2 ipoſſe eſt talē primū motorē eē infinitū magni
tudine: q2 tale nō ē dabile: ⁊ ſi ē finit⁹ magnitudīe ſe
quiť non poſſe eſſe īfinite virtutis qđ ita ꝓbat ꝓſuppo
nendo, ꝙ maior potētia mouet ī minori tpe ⁊ ꝓſuppo
nendo ſcđꝫ ꝙ oē qđ mouet mouet ī tpe: q̄re ex hoc ſe
quiť ꝙ illud mouēs infinite potētie mouet ī tpe, ⁊ ali
q̄ virt⁹ finita mouebit in tpe tāto ſicut illa vt pꝫ, q2 ſi
moueat in ſubduplo tpe augmētata potētia in duplo
mouebit in tāto tpe ſicut finita qđ ē ipoſſe. et ꝓpterea
infert phs tex.cō.80. ꝙ nullū finitū hꝫ īfinitā poten-
tiā nec infinitū finitā, et hoc ſcđm ꝓbat phs hoc, mō
ꝙ ſi in magnitudine īfinita ſit virt⁹ finita ſequiť, ꝙ da
ta magnitudine finita illa mouebit ī tpe determina
to et maior maiori adhuc, et adhuc maior in minori
ḡ tandē cū illa infinita magnitudo moueat ſemꝑ in
minori tpe q̄ q̄cūq3 certa data ſequiť ꝙ illa ē infinite
potētie: et idē ꝓbat phs ſi cōpareť ad magnitudinē
eiuſdem ſpeciei tex.cō.81.

T.c.82. DE his aūt q̄ feruntť, bene ſe
hꝫ dubitari quandā dubitationē. Pri
mū: ſi.n. oē qđ moueť moueť ab aliquo
q̄cūq3 nō ipa ſeipa mouēt quō moueńť
aliq̄ ꝯtinue nō tāgēte eo qđ mouet vt
ꝓiecta. Si aūt ſiľ mouet ⁊ aliud aliq̄d
q̄ mouet: vt aerē q̄ mot⁹ mouet. Siľr ipoſſe prio nō tā
gente neq3 mouēre moueri: ſꝫ ſiľ oīa moueri et q̄eſce
re: cū ꝑmū mouēs q̄eſcet: et ſi facit ſicut lapis: vt mo-
uere qđ mouet aliud. Neceſſe āt hoc quidē dicere ꝙ
primū mouens facit poſſe et mouere: aut aerē hmōi:
aut aquā, aut aliō aliq̄d tale: qđ aptū natū ē mouere
et moueri: ſꝫ nō ſiľ pauſat mouēs et qđ moueť. Sꝫ qđ
moueť q̄dē ſiľ: cū mouens q̄euit mouens: mouens aūt
adhuc ē: vñ moueť cū alio habitū: et ī hoc eadē rō eſt
pauſat aūt cū minor virt⁹ mouendi fit in habito. Tā
dē aūt quieſcit: cū nō āpli⁹ faciat qđ pri⁹ mouens: ſed
motū ſolū. Hec aūt neceſſe ē ſiľ pauſare: hoc q̄dē mo-
uēs. Hoc aūt motū: et totū motū. Hic q̄dē igiť ī ꝯtin
gētib⁹ aliq̄n q̄dē moueri: aliq̄n quidē q̄eſcere fit mo
tus: et non ꝯtinu⁹ ſꝫ videť. Aut enī ꝯñter entiū eſt aut
tangentiū: nō enī vnū mouēs ſꝫ habita ad inuicē ſūt.
Vñ et in aere et in aq̄ fit hmōi mot⁹: quē dicūt quidā
antiperiſthaſim eē. Impoſſe aūt aľr oppoſita ſoluere
niſi dicto mō: antiperiſtaſis aūt ſiľ oīa moueri facit et
mouere. Quare et quieſcūt. Nūc āt videť vnū aliq̄d
qđ cōtinue moueť a quocūq3: non enī ab eodem.

ARiſto. in pñtiaꝝ declarat vni-
tatē primi motoris ex hoc qđ neceſſe ē motū
eſſe vnū et ante hanc dubitationē ꝓponit de
ꝓiectis quō ꝯtinue moueńť poſt q̄ elapſa ſunt a mouē
te ⁊ mouēs nō tāgit ea. Videť enī dubiū maximū, q2
alia bene ꝯtinue moueńť ⁊ ſi nō appareat motor cō-
tinue mouēs ea: q2 ipa mouet ſeipa: et excludit ſtatiꝫ
ſoľonnē Platonis dicētis, ꝙ ꝯtinue moueńť ab aere
recto pellente lapidē. Eadē enī dubitatio eſt de aere
ſicut de lapide: ſꝫ dicit, vr̄ eē neceſſariū ꝙ dū primum
mouens mouet oīa moueańť: ⁊ dū primū mouens q̄eſ
cit. i. ceſſat a mouendo oīa quieſcant q̄uis ēt aliquid
motū a prio mouēte ſicut lapis faciat aliq̄d moueri ſi
cut id qđ prio mouit mouebat. Poſt vero phs ponit
ſuā ſoľonē dicēs, ꝙ primū mouēs. i. ꝓiciens dat ſcđo
mouere et moueri: ſꝫ nō ſiľ cauſat mouēs ⁊ qđ moueť
ſꝫ ꝯtigit ceſſare a moueri ⁊ tñ mouere: et hoc manife



ſtū eſt ad ſenſum: q2 mobile dū ē ī tr̄o mot⁹ ē ⁊ mouet
ſꝫ non moueť et ita dicit, ꝙ cōtingit ita eē de tertio
mouenti ⁊ ita ꝯcludit ex p̄miſſis, ꝙ iſte mot⁹ ꝓiectio
nis nō eſt ꝯtinu⁹ ex diuerſitate mouentiū q̄uis appa
reat cōtinu⁹ ex diuerſitate mobilis et hoc eſt: q2 diui
diť mouēs et hoc appellāt antipharisthaſim: nec pōt
aľr ſolui hoc, q2 ſi ponať cā illi⁹ mot⁹ antipariſthaſis
aeris ſequiť oīa ſiľ moueri: aut q̄eſcere: q̄ ſunt falſa.

QVoniā aūt in his q̄ ſunt ne T.cō.83.
ceſſe ē ſemper eē motū ꝯtinuū: hic āt
vn⁹ ē. Neceſſe aūt vnū magnitudinis
alicui⁹ eē. Nō, n. moueť impartibile: ⁊
vnus ab vno. Nō enī erit ꝯtinu⁹, ſꝫ ha
bitus alter alteri: ⁊ diuiſus. Mouēs
igiť vnū: aut motū mouet: aut īmobile exñs. Si q̄dē
igiť motū ꝯſequi oportebit et mutari ipm. Simľ aūt
moueri ab aliquo. Quare ſtabit et veniet in ipm mo
ueri ab īmobili. Hoc aūt non neceſſe eſt ſiľ mutare: ſꝫ
ſemꝑ poterit mouere: infatigabile enī ē ſic mouere.
Et regularis hic motus ē: aut ſol⁹: aut maxime. Non
n. hñt mutationē neq3 vnā mouēs. Opꝫ aūt neq3 qđ
moueť iuxta illō hr̄e mutationē: quaten⁹ ſiľis ſit mot⁹
Neceſſe ē aūt: aut in medio: aut in circulo eē. Hec T.c.84.
enī ꝑncipia ſunt: ſꝫ citi⁹ moueńť: ꝓxima mouēti. hmōi
aūt eſt toti⁹ mot⁹: ibi ḡ eſt mouēs. Hēt aūt dubita T.cō.85.
tionē ſi cōtingat aliq̄đ qđ moueť mouere ꝯtinue: ſed
non ſicut impellēs itez et itez ꝯñter eſſe ꝯtinue. Aut
n. ipm opꝫ ipellere. aut trahere: aut vtraq3: aut aliq̄d
aliud ꝯtingēs aliud ab alio (ſicut olim dictū ē) in his:
q̄ ꝓiciuńť. Si aūt cū diuiſibilis ſit aer: aut aq̄ mouet.
ſed ſicut ſemper mot⁹: vtrobiq3 aūt non poſſe ē motuꝫ
vnū eſſe: ſed habitū: ſol⁹ itaq3 cōtinu⁹ eſt: quē mouet
īmobile. Semꝑ enī ſiľr ſe hñs et ad id qđ moueť: ſiľr
ſe habebit ⁊ cōtinue. Determinatis aūt his mani- T.cō.86.
feſtū ē: q̄m ipoſſe ē primū mouens et īmobile hr̄e aliq̄
magnitudinē: ſi enī magnitudinē hꝫ: neceſſe eſt aut
finitā ipaꝫ eē: aut infinitā. Infinitā q̄dē igiť ꝙ nō con
tingit magnitudinē eē: oñſum ē pri⁹ ī phyſicis. Quod
aūt ipoſſe ē finitā hr̄e infinitā potētiā: et ꝙ ipoſſe ē a fi
nito moueri aliq̄d ſm infinitū tps: demōſtratū ē nūc.
Principiū aūt mouēs perpetuū mouet motū: et īfini
to tpe. Manifeſtū itaq3 ꝙ indiuiſibile ē ⁊ imptibile
et nullā hñs magnitudinē.

PRobat phs nunc, ꝙ prim⁹ mo-
tor ſit vnus: q2 ab eo emanat mot⁹ vn⁹: dicit
ꝑterea ꝙ mot⁹ vn⁹ nō dꝫ eē a motore moto:
q2 nō eēt vniformitas ſꝫ moueret ſm neceſſitatē mo-
uentis et moueret difformiter: iō deueniendū eſt ad
primū motorē īmobilē qui ſit īfatigabilis: et opꝫ hoc
vt ſit mot⁹ regularis: īmo opꝫ ꝙ mobile non hēat aliā
mutationē a motu locali: q2 ſi hēr et motū alterationis
non eſſet vniformis mot⁹. Poſtea vo dicit tex.cō.
84. ꝙ opꝫ motorē aut eē in medio: aut in circūferen
tia: q2 illa ſunt principia circuli: q2 circul⁹ eſt figura
plana a cui⁹ puncto medio ad circūferētiā oēs linee
ducte ſunt eq̄les: opꝫ ḡ ꝙ ſit in circunferētia: q2 ma-
xime velociť moueť. Poſtea dicit phs tex.cō.85.
ꝙ impoſſe ē impellēs cōtinue mouere: q2 eſſet ipellēdo
vel trahēdo vel vtroq3 mō ꝑ vnū mediū vel plura: et
q2 ſemꝑ eſt aliud et aliud mouens: ḡ ſol⁹ motor īmo-
bilis facit motū ꝯtinuū. Cōcludit tex.cō.86. Impoſſe
eſſe primū motorē eſſe corporeū, q2 neq3 magnitudi
ne īfinita vt dictū ē in tertio phyſi. nec finita q2 ē īfini
te virtutis: ḡ prim⁹ motor eſt indiuiſibilis.

Expliciunt octo libri phyſicoꝝ.



# TRACTATUS De Sphera Joannis de ſacro buſto cum cōmētariis Petri a Spinoſa artium magiſtri introductorium ad libros de Celo. Cōpoſitur⁹ enim eraꝫ eam vt partem libri de celo.

Textus.

TRactatum de Sphe
ra q̄tuor capitulis diſtingui-
mus. Dicturi prio compoſitio
nē ſphere. quid ſit ſphera. q̄d
eius centrum. quid axis ſphe
re. q̄d ſit pol⁹ mūdi. quot ſunt
ſphere: et que ſit forma mun-
di. In. 2°. de circulis ex quib⁹
ſphera materialis cōponiť et
illa ſuper celeſtis (q̄ per iſtā imaginať) cōponi ītelli
giť. In. 3°. de ortu ⁊ occaſu ſignoꝝ: de diuerſitate die
rum et noctiū q̄ fit habitātib⁹ in diuerſis locis: et de
diuiſione climatū. In. 4. de circulis ⁊ motib⁹ plane
tarum: et de cauſis eclipſium. Cōmentariū.

HJc tractatus compoſitus
eſt per Joannē de ſacro buſto theolo
gie doctorē Parrhiſiē. vir ſi vt videť
deuotū ⁊ ſctm: q̄ ꝑ hec naturalia ſat⁹
nos docuit ire in illa inuiſibilia dei: vt
docet apľs: vt pꝫ in fine hui⁹ tractat⁹
vbi loquiť d̄ illa mirabili eclipſi: q̄ contigit in paſſio
ne dñi: Et pꝫ. 2. ca. vbi loquens de motu celoꝝ, vbi lo
quens de motu ab oriente in occidens ⁊ econtra: pri
mum comparauit motui, rationali microcoſmi: ſcđꝫ
vero motui irrationali microcoſmi: ⁊ q2 ordo ē opti
mus ad diſciplinas ponit ordinē quē obſeruatur⁹ ē ī
hoc tractatu dicit in. j. c. declarabo: q̄d ſphera: quid
centrū ſpere: q̄d axis ſphere: q̄d ſit pol⁹ mūdi: quot
ſunt ſphere: ⁊ q̄ ſit forma mundi. In ſcđo caplo agiť
de circulis ex quib⁹ ſphera materialis cōponiť: ⁊ il
la ſuper celeſtis imaginať cōponi intelligiť. Et in. 3.
agiť de ortu et occaſu ſignoꝝ: et de diuerſitate dierū
et noctiū: que fit habitantib⁹ in diuerſis locis terre.
Et de diuiſione climatū. In q̄rto de e centricis ⁊ epi
ciclis planetarum: et de cauſis eclipſiū. De ſubiecto
tñ attributionis huius tractat⁹ eſt videndū: ſuꝑ quo
nota ꝙ quando in aliqua ſcientia poniť aliqua pars
principaliſſima ꝯtinēs oīa q̄ ſunt in illa ſcīa vľr: ſubꝫ
toti⁹ ſcientie attribuiť illi parti: et ſic ſubiectū attri
butionis totius aſtrologie eſt vniuerſum: et etiaꝫ eſt
ſubiectuꝫ iſti⁹ ſpere. Bona eſt analogia de ſubiecto
philoſophie: quod eſt ens mobile, et idē eſt ſubiectū
libri phiſicoꝝ: q2 liber phiſicoꝝ ē ps principaliſſima
totius philoſophie.

Diffinitio ſphere ab Euclide
vndecimo elementorum.

SPhera igiť ab Euclide
ſic deſcribiť. Sphera eſt tranſitus
circūferentie dimidij circuli quoti
ens fixa diametro quouſq3 ad ſuuꝫ
locū redeat circūduciť. i. ſphera eſt
tale rotūdū et ſolidū: qđ deſcribiť
ab arcu ſemicirculi circunducto. Cōmentariū.



CAuſalis eſt hec diffinitio:
itaq3 ſignificat ſphera cauſať ex tran
ſitu: et ītellige cū dicit auctor circūfe
rentie dimidij circuli: ideſt circunfe
rentie ⁊ dimidij circuli. Nā cū circū
ferentia ſit linea nō poteſt ſolo tranſi-
tu eius confici corpus. Unde notabis ꝙ circunferen
tia eſt ſola linea terminās circulū. Circulus vero eſt
ſuperficies aggregata ex area ⁊ circunferentia am
biente. Orbis aūt eſt corpus rotundū ſuperficie cō
caua et conuexa vallitū. Sphera vero eſt corpus oī
no ſolidū ſola ſuperficie conuexa terminatū. Nota
ꝙ dicitur circūferentie dimidij circuli q̄m maioris
portionis q̄ ſemicirculi fit figura lenticularis ⁊ ſi mi
noris quā ſemicirculi fit oualis figura: ⁊ per hūc trā
ſitū diffinit multa Euclides. i i. elemē. Nam dicit py-
ramidē rotūdā deſcribi eo tranſitu trianguli rectan
guli vno latere quieſcente ⁊ colūnā rotundā ex tran
ſitu quadrati. ſ. quadranguli vno latere quieſcenti.
Diciť in diffinitiōe fixa diametro ꝑ qđ nō intelligas
diametrū debere eſſe immotū: q2 vt habe⁹. 4. phiſi.
motis nobis moueńť ea q̄ ſunt in nobis: ſed intellige
ꝙ non egrediať a loco vbi eſt: alias faceret corpus
irregulare: Sphera aūt eſt corpus regulariſſimuꝫ
tribus dimenſionib⁹ conſtans. Aľr Ariſ. diffinit ſphe
ram. 7. meta. Sphera ē figura agona vel ſphera ē fi
gura rotūda a medio equalis. Textus.

SPhera aūt a Theodoſio ſic dſcri-
bitur. Sphera ē ſolidū quoddā vna ſuperficie
contentū in cuius medio eſt punctus a quo oēs linee
ducte ad circunferentiā ſunt equales. Et ille pūctus
dicitur centrū ſphere. Linea vero recta tranſiens ꝑ
centrū ſphere applicans extremitates ſuas ad circū
ferentiā ex vtraq3 parte dr̄ axis ſphere. Duo quideꝫ
pūcta axē terminātia dicuńť poli mūdi. Com.

INtellige per ſolidū corpus trina
dimenſione ꝑfectū ꝑ qđ excludiť circūferentia q̄
ſolū eſt longa et circul⁹ q̄ eſt longus et latus dūtaxat
dr̄ vna ſuperficie contentū ad differentiā orbis: q̄ ſu-
perficie concaua et cōuexa terminať. Intellige vna
ſuperficie tanq̄ tr̄o intrinſeco. Nā duob⁹ extrinſeci
tr̄is terminať. Nā terra ēſt ſphera: et terminať aere
quo ad vnā q̄rtā ſui diuiſam in q̄ttuor regiones Aſiā
Affricā: Europā: et Americā: ab Americo veſputio
inuentore: Et trib⁹ alijs quartis aqua q̄b⁹ ē coopta.
Hij tñ tr̄i ſunt extrinſeci, ſicut reſpectu linearū aer
eſt tr̄s extrinſecus. Dicit ꝑterea text⁹ ꝙ linea recta
tranſiens ꝑ centrū ſphere applicās extremitates ſu
as ad circūferentiā ex vtraq3 parte eſt axis ſphere.
Unde notandū: ꝙ axis eſt tr̄s magis ꝯnotatiu⁹ q̄ dia
meter: q2 ſupponit ꝓ diametro ꝯnotando ꝙ ſuꝑ ipaꝫ
fiat motus: et deinde ꝙ duo puncta axē terminantia
dicuńť poli mūdi. Ex quo ſequiť ſtellā polarē non eē
polū eo ꝙ moueť ⁊ diſtat a vero polo per quinq3 gra
dus: ſed cōſueuim⁹ illā appellare polū q2 magis ap
propinquat ad verū polum. Textus.

SPhera aūt dupľr diuidiť ſm ſub-
ſtantiam ⁊ ſm accñs. Scđm ſubam in ſpheras
nouē. ſ. ſpheram nonam q̄ prim⁹ motus: ſiue primum
mobile dr̄. Et in ſpherā ſtellaꝝ fixaꝝ q̄ firmamentuꝫ
nuncupatur. Et in. 7. ſpheras. 7. planetaꝝ quaꝝ q̄dā
ſunt maiores: q̄dā ſunt minores ſm ꝙ plus accedunt
vel recedūt a firmamēto. Unde inter illas ſphera ſa
turni maxima eſt. Sphera vero lune minima prout
in ſequenti figuratione continet. Com.

Diuiſio ſphere ſecūdū ſubſtātiam.

DEclarat diuiſionem ſm̄ ſubſtātiam et diuiſum talis diuiſionis eſt ſphera ꝑ machina celeſti et appellat̄ ſm̄ ſubſtantiam ideſt ſm̄ partes componentes ipſam machinā celeſtē: et ponit opinōnē Tholomei ꝙ ſunt .9. ſphere. Pro maiori tñ declaratione nota quoſdam putaſſe vnicū eſſe celum quorū falſa eſt opinio: quia videmꝰ planetas moueri diuerſis motibus qđ nō pōt eſſe in vno celo. Ariſt. 8. tm̄ poſuit celos Tholomeus 9. quorū opiniones deſtruxit, rex Alfonſus ponens decē celos mobiles ⁊ empireū quietū qđ eſt ſedes beatoꝝ rō regis alfonſi eſt. Corpori ſimplici cōpetit vnicꝰ motꝰ ſimplex naturalis ſed experimento .8. celū triplici motu moueri ſcilicet trepidacionis ab occidente in oriens et ab oriente in ocoidens: quorū triū vnꝰ debet eſſe dūtaxat ꝓprius et naturalis reliqui vero duo a ſuperioribus celis accommodati ſcilicet ſi motus trepidationis eſſet naturalis octaue ſphere. Motus ab occidente in oriens datꝰ eſt ei a .9. celo et motus ab oriente in occidens a .i. celo quod eſt decimū. ſpherā nonam vocat primū mobile et firmamentū vocat ſpherā ſtellarū fixarū qđ eſt octauū celū et dr̄ firmamētū quaſi deferens ſtellas fixas.

Utrū ſint noui celi.

Tolomeꝰ Rex Alfonſus. et

Quid ſtella.

Videndū eſt igitur in preſentiarū quid ſit ſtella. Ad quod dico ꝙ ſtella eſt denſior ps orbis vt hr̄ in libro de ſubā orbis ꝙ ſtella nō differt ab alijs ptibus niſi penes rarū et dēſum ita ꝙ reliq̄ ps celi eſt rarior: et vt dicunt aliq̄ nō pōt videri ſed ſtella eſt denſior et poteſt videri: ſtella aūt duplex eſt fixa et erratica: ſtella fixa non dr̄ quaſi ī celo figatur ſicut clauꝰ nec erratica qꝛ moueat̄ in celo ſicut piſcis in aqua. Oēs eñ ſtelle nomine ſtellarum cōprehendendo planetas in celo ſunt ſicut nodi in tabula et queadmodū nodi in tabula mouentur ad motum tabule: ita ſtelle mouent̄ ad motum celi. Stelle fixe omnes ſunt in .8. celo qđ vocat̄ firmamentū quaſi deferēs ſtellas fixas et ſunt .1022. cognite: et iſte vocantur fixe qꝛ inter ſe ſeruant eandē diſtantiā et propinquitatē: ita ꝙ ſi vna illarum apparet tibi ab alia fixa diſtare hodie decem pedibus ſemper apparebit tm̄ diſtare: et has fixas cognoſces quia ſunt ſcintillātes. Septem vero planete vocant̄ erratice qꝛ inter ſe nunꝙ̄ ſeruant eandem diſtantiā ordinē et ꝓpinquitatem et dicunt̄ planete a planos qđ erraticū eſt et ꝙ ita ſit pꝫ. Nam conſpicies ſolem lune quandoq̄ꝫ coniūgi quandoq̄ꝫ oppoſitū: et cognoſces eē planetas qꝛ non ſcintillāt.

Quid ſtella fixa et erratica.

De cā ſcintillatiōis.

Querenda eſt igit̄ cauſa quare planete non ſcintillant: ſtelle vo fixe ſic. Ad quod dicit Coronel ꝙ cauſa eſt qꝛ quando obiectum eſt in denſo et oculus in raro: apparet obiectū ꝓpinquius quā ſit quod poteris experiri ſi piſces ſub aqua latitantes videas a longe. Secundo ſupponitur ꝙ celi ſunt denſiores aere ſꝫ diaphaniores eodē ſicut criſtalꝰ eſt lapis bene denſus et tñ eſt diaphanus. Quo ſuppoſito dicit Coronel ꝙ cū locꝰ imaginis mouet̄, apparet res cuius ē imago moueri. Dico igit̄ ꝙ locus apparitionis ſtellarū quia ſunt in dēſo et oculꝰ noſter in raro erit ꝓpinquius ꝙ̄ ille ſtelle ſunt: et erit ille locꝰ ignis elementaris qui quidē locꝰ mouetur vt conſtat ex phia igit̄ et apparebit ſtellas hinc inde concuti quare ſcintellare vt patet de fulgore aliquo ſuper aquam irradiāte quequidem aqua moueatur. Sed in hanc opinionem huius doctoris arguit̄ ſic qꝛ tūc planete eadē ratiōe deberēt ſcintillare pꝫ qꝛ locus eorū eſt in remota puta in igne: ſed diceret doctor ad hoc ꝙ locus planetarū eſt in aere qui non mouetur: ſed contra ſequeretur ꝙ planete apparent nobis ꝓpinquiores quā ſtelle qđ ſi concedas, tutabis opinionem doctoris ſatis bene: ſed videt̄ eſſe contra experientiā. Ideo ſup hoc opinor dicendū eſſe conformiter ad cantuarienſem .3. parte perſpectiue. Ad cuius declaratione premitto hoc notabile, ꝙ triplex eſt ſcintillatio quedā eſt ꝓueniens ex parte obiecti alia eſt ꝓueniens ex parte potentie tm̄ tertia eſt ꝓueniens ex parte vtriuſq̄ꝫ ſimul. Prima eſt qñ lignū aliquod groſſum bñ diſpoſitum incipit inflāmari aut qñ carbones per flabellū inſuflantur cuius eſt bona cauſa: qꝛ ptes ſubtiliores ligni citiꝰ inflamantur groſſioribus circundantibus in qua diſcontinuatione egrediunt̄ ſubtiliores a groſſis: et daret̄ vacū in interioribus: niſi groſſiores circundantes impellerent magno impetu ſubtiles. Secundus modus ſcintillationis eſt q̄ eſt ex parte potētie eſt in tegulis domorum in tēpore magni caumatis et in ſcutis de auratis ſuper que ſol irradiat ⁊ fit per iſtum modū ꝙ obiectū nimis illuminatū vehemēter oculos illuminat vnde diſgregat ſpitꝰ oculi viſiuos qui cum ſuate natura ſunt ſplendidi. ad ſuperficiem oculi attracti reddūt oculos quaſi ſplendicantes quare ſequit̄ apparentia ſcintillationis obiecti qualis ſcintillacio apparere ſolet in hominibus poſt bonam potationem. Tertius modus ſcintillationis eſt de ſtellis ſcintillantibus et eſt ꝙ ſtelle apparent ſcintillare: non vero planete propoſitiones has cauſas copulatim: quarum vna deficiente non fieret illa apparitio ſcintillatiōis vna eſt ꝙ ille ſtelle ſtelle multo plus diſtāt a nobis quā planete. Ex quo ſequit̄ maior conatus et fatigatio oculi in videndo illas quaꝫ planetas, atq̄ꝫ velociꝰ mouent̄ ille ſtelle ꝙ̄ planete ex q̄ velocitate accidit ꝙ ante ꝙ̄ ſpēs deleat̄ de ſtella ī p̄ loco ſuccedit ſpēs d̄ ſtella ī ſcđo loco obidq̄ꝫ illa ſtella q̄ſi vbiq̄ꝫ apparēs vbiq̄ꝫ micat et ſplendicat: q̄re ſcintillare vr̄ nec vꝫ dicere ꝙ eēt ī plācta aū ꝙ̄ deleat̄ ſpēs de p̄o loco ſuccedit ſpēs de ſcđo loco qꝛ licet hoc verum eſt non ſolā hanc dico eē cauſam ſcintillationis. Nā ſi ſic gutta aque cadēs de canali apparet ſcintillare ſed cū iſta cauſa adiungit̄ longinq̄tas loci ſtellarum atq̄ꝫ velocitas motus rapidiſſia in eiſdē que cauſe omnes nō ſunt in planetis.

Modꝰ triplex ē ſcintillatio

De ordine celorum

De ordine tñ planetarū dicunt aſtrologi ꝙ ſic inuenerūt vt luna eſſet in p̄o: Mercuriuſq̄ꝫ i .2ᵒ. Venꝰ in terno: ſol vult lucē ſcere q̄rto mars nitit in .5. ſed Iupiter ordine ſexto Saturnꝰ celo ſepteno ſiſtit̄ alto: octauo celo tibi ſtellas eſſe recolo. Cognitus aūt eſt hic ordo ab aſtrologis ꝑ hoc ꝙ ille planeta eſt inferior q̄ impedit ne ſuperior videat̄ quando veniūnt ad coniunctionē: ſꝫ luna īpedit alios planetas ſupra ſe: et alij non īpediūt lunā ergo luna eſt inferior. De ſole tñ credit Ariſt. ꝙ eſſet in ſecundo celo tm̄ meliꝰ ponit̄ in quarto. Nam ſi eēt in ſcđo ꝓpter ꝓpinquitatē inflāmaret et ſi eēt ī ſeptimo celo ꝓpter diſtātiā oīa congelarent̄. Textꝰ.

Diuiſio ſphere ſecūdū accidens.

SPhera aūt ſm̄ accidens diuiditur in ſpherā rectam et obliquā. Illi eñ dicūtur habere ſpheram rectā qui manēt ſub eq̄noctiali: ſi aliq̄s ibi manere poſſit: et dicit̄ recta: quoniā neuter polorū magis altero illis eleuat̄, vel qñ illorū orizon interſecat eq̄noctialeꝫ et interſecatur ab eodem ad angulos rectos ſpherales. Illi vero dicunt̄ hēre ſpherā obliquā quicūq̄ꝫ habitāt citra eq̄noctialē vel vltra. Illis eñ ſupra orizontē alter polorū ſemper eleuatur. Alter vero ſemꝑ deprimit̄, vel qñ illorū orizon artificialis interſecat eq̄noctialē et interſecat̄ ab eodē ad angulos impꝫes et obliquos.

Commentarium.



AUctor in iſta parte diuidit ſpheram ſm̄ accidens ideſt in ordine ab habitantes in ſpheram rectā ⁊ obliquam dicens qui cognoſcuntur habere ſpherā rectā et obliquā dicēs ꝙ illi cognoſcunt̄ hēre ſpherā rectā quibꝰ contingit habitare ſub eq̄noctiali et dubitant̄ dicit ſi aliq̄s ibi manere poſſit ſm̄ ſignū eſt ad cognoſcendū illos qui habent ſpherā rectā qꝛ neuter polorū magis altero illis eleuat̄: Nā vidēt ambos polos ꝓpe orizōtē. Tertiū ſignū eſt ꝙ illis orizō rectꝰ interſecat equinoctialē ad angulos rectos et ſperales: et totidē ſignis declarat qui ſunt illi qui habent ſpherā obliquā primū ſignū eſt qꝛ habitant citra vel vltra eq̄noctialē. Secūdum ſignū eſt qꝛ vnꝰ poloꝝ ſemꝑ illis eleuat̄ et alter deprimit̄ queādmodū cōtingit nobis de polo artico quē in iſto quinto climate vbi nos ſumꝰ videmꝰ. Antarticū aūt non videmꝰ iuxta illud Vergilij primo geor. hic vertex (Demonſtrando polū articū) nobis ſemꝑ ſublimis at illū ſub pedibꝰ ſtix atra vident manes q̄ꝫ ꝓfundi. Tertiū ſignum eſt ꝙ orizon artificialis ideſt obliquꝰ interſecat equinoctialē ad angulos impares et obliquos ideſt in equales et non rectos quō ſunt illi anguli acutus et obtuſus quos facit orizon obliquꝰ cū equinoctiali. Hic notare lꝫ ꝙ orizon obliquꝰ vocat̄ artificialis qꝛ cū ſit vnꝰ orizō obliquꝰ inſeruit pro omnibꝰ regionibꝰ dempta eq̄noctiali: cuꝫ tamē vnꝰ orizon rectus ſoli vni regioni eq̄noctialis inſeruiat. Ex quo dicit̄ naturalis quaſi imitās nāe diuitias iuſta illud Ariſt. p̄o politicorū. natura nihil facit tale quale ſtatuarij gladiū dlphicū. Nā ī delphos ꝑꝑ penuriā ferri vno gladio ad plura vtebant̄ et inde ortū eſt adagiū gladius delphicus gladius pauperis. Natura vero opullentiſſima eſt ⁊ abūdantiſſima qđ monſtrat̄ quia in magis precioſis plꝰ abundat. Nā de ſpiritibꝰ eſt magis magnus numerꝰ iuxta illud Daniel. 7. Millia milliū aſſiſtebant ei ⁊ decies centena milliū miniſtrabāt ei. De corporibꝰ perfectiora ſunt celeſtia in quibꝰ eſt magnitudo exuberans. De animalibꝰ multo plura ſunt homines q̄ ſunt perfectiores alijs aīalibus.

## ¶ Super illa parte ſi aliquis ibi manere poſſit.

Clamnis Virgiliꝰ ⁊ Ouidius. et Ariſt. 2. methcororū credāt torridā zonā nō poſſe habitari ꝑꝑ magnū eſtum: et mouetur illa ratione qñ aliquid mouet̄ de extremo ad extremū motu circuitiuo redeunti ad principium pars aqua minꝰ remouet̄ eſt mediū ſꝫ ſol mouet̄ a tropico capricorni ad tropicū cancri: ⁊ a tropico cancri redit ad tropicū Capricorni ⁊ inter tales tropicos pars media eſt eq̄noctialis ergo ab illa ſol minꝰ remouet̄ quā ab alijs: igit̄ illa plꝰ exardeſcet. Contrariū tñ huius tenet Auicenna dicens eq̄noctialem eo ꝙ ſit temperata eē locū corporis tempati: idē tꝫ Tholomeꝰ 3. quadripartiti caplo. 3. idem Iſidorus tertio ethimologiaꝝ ponens paradiſum terreſtrē eē ad oriens ſub equinoctiali. ſꝫ nec his nec alijs credamus ſed expientie quā fecerunt naute Regis Fernandi quā recitat magiſter Ciruelo ſecundo ca. huiꝰ ſphere illo. §. pars vero zodiaci que maxie declinat ab equinoctiali vbi dicit regionē hanc aliquo modo eſſe calidā ⁊ minus temperatam ꝙ ſit ab initio quarti climatis vbi ē rhodꝰ inſula cui ſentētie videt̄ ānuere Albertꝰ de ſaxonia ſecundo de celo q̄ne finali ꝑ experientiam cuiuſdā ſpiritus immundi q̄m dū expelleret a corpore obſeſſo ꝑ etito ſigno nō redeundi ꝓmiſit ſe daturum omnes fructus maturos tēpore natalis domini portando ab equinoctiali. Facit eñ pro hoc qꝛ dies et noctes in hac regione ſemꝑ ſunt equales et quantū calefacit dies tm̄ infrigidat nox ⁊ ecōuerſo ſimiliter cū hec regio ſit media afflat̄ omnibus ventis extremis confluentibus ad mediū qui ſua contrarietate ſe temperant ⁊ regionē. Sed vt ſoluā rationem illā aīpoſitam ꝓmittimꝰ iſtā maximam cantuarienſis tertia parte ſue perſpectiue plus facit directio ꝙ̄ ꝓpinq̄tas: plus facit mora ꝙ̄ directio prie declaratio ſtat: qꝛ ſol ī ſtate magis diſtat a terra ꝙ̄ in hyeme ſed qꝛ ꝑ radios perpendiculares reſpicit terrā ī eſtate ⁊ in hyeme ꝑ obliquos plꝰ calefacit eſtate ꝙ̄ hyeme ſcđe partis declaratio eſt aque lacuſtres plꝰ calefiunt et ferent ꝙ̄ fluuiatiles: et in Iulio plus calefacit ſol ꝙ̄ ī Iunio et in hora .2. ꝙ̄ .12. et fulmē cōbuſto enſe relinq̄t vaginā illeſam et totū hoc accidit ex maiori mora. applicādo ad ꝓpoſitū ſol in trāſitu a Capricornio ad cācrū dſcribit .180. paralelos quorum maximꝰ eſt equinoctialis ⁊ qꝛ quēlibet circulū dꝫ ꝑtranſire in .24. horis et maximꝰ eſt equinoctialis iō illum pertranſit cum maxīa velocitate ideoq̄ꝫ parum moratur ſup habitantes ſub eq̄noctiali ⁊ parū exurit. Et facit etiā ad hoc qꝛ illa regio afficit̄ duodecim ventis equaliter non magis ab vno ꝙ̄ ab altero qui quidē venti ſe tēperāt et in illo temperamēto exiſtit aer tēperatꝰ: et ita illa regio eſt bñ habitabilis et auctoritates ille poetarū et alioꝝ innitūtur falſis fundamentis et contraueniūt experientie quare non ſunt recipiende. ¶ Textus.

de paradiſo terreſtri

maxima

Reſponſio ad autoritates

UNiuerſalis autem mundi machina in duo diuiditur in etherēā ſcꝫ et elemētarem regionem elementaris q̄dem alterationi continue peruiā exiſtens in quattuor diuiditur: ē enim terra tanꝙ̄ mundi centrū in medio omnium ſita: circa quā aqua: circa aquā aer: circa aer ignis illic purus et non turbidꝰ orbē lune attingens: vt ait Ariſt. in libro methcororuꝫ: ſic eñ ea diſpoſuit deus glorioſus et ſublimis: et hec quattuor elementa dicuntur que viciſſim a ſemetipſis alterant̄ corrumpūtur et regenerātur. ſunt aūt elementa corpa ſimplicia: que in partes diuerſarum formarum minime diuidi poſſunt ex quorū commixtione diuerſe generatorum ſpecies fiūt: quoꝝ triū q̄dlꝫ terrā orbiculariter vndiq̄ꝫ circundat: niſi quantū ſiccitas terre humori aque obſiſtit ad vitā animantiū tuendā. Omnia et preter terrā mobilia exiſtunt. que vt centrū mundi pōderoſitate ſui magnū extremorū motū vndiq̄ꝫ eq̄liter fugiens rotunde ſphere mediū poſſidet.

¶ Commentarium.

AUctor in iſta parte declarat diuiſionem totius machine vniuerſi: et tñ intellige diuiſionem hanc eſſe quo ad corpa ſimplicia que ſunt celi et elementa. Si tñ placeret facere diuiſionem de tota corporali machina poſſet fieri diuiſio hoc modo: corpus de predicamento ſubſtantie aut eſt vnum de quattuor elementis: aut vnuꝫ de vndecim celis: aut elementatū: elemētatū aūt diuiditur in viuentia: mineralia cū eorū concomitantijs. Dicit ergo ꝙ vniuerſalis mundi machina quo ad corpora ſimplicia diuiditur in etherēā: et elemētarem regionē: vocat Ariſt p̄o methcororū. ca. 2. ether. cor-

pus et ernū velociter mobile quomodo etiam ignis elementaris eſt ether ⁊ celuʒ. Poſtea vero deſcribit elementarem regionem dicens ꝙ alterationi conti‑nua peruia exiſtit ⁊ diuiditur in quattuoꝛ quemad modum enim illa regio celeſtis eſt inuia alterationi ita hec regio elementaris eſt peruia alterationi: cū enim agens et patiēs ſint appꝛoximata ſtatim ſequiť actio: vt habetur octauo phiſicoꝛū: ſed elementa ſunt contraria et ſemper ſunt pꝛoxima ergo inuicē agūt et reagunt et ſe mutuo coꝛrumpunt. Quomodo au‑tem ꝓbetur eſſe quattuoꝛ elemēta Ariſtoteles dedu‑cit ſecundo de generatione pꝛīo ſic ſunt quattuoꝛ pꝛi me qualitates: ergo ſunt quattuoꝛ elementa conſe‑quentia tenet: quia quemadmodū ſunt quattuoꝛ ele menta ad pꝛoducēda mixta: ſic ſunt quattuoꝛ pꝛime qualitates ad ꝓducendas qualitates ſecundas que ſunt complexiones: ſapoꝛes: coloꝛes: odoꝛes: ⁊ āntece dens patet qꝛ tantum ſunt iſte quattuoꝛ qualitates pꝛime ſcilicet caliditas: frigiditas humiditas: ſicci tas. Secundo pꝛobatur: iſte quattuoꝛ qualitates pꝛime ſolum habēt ſex cōbinationes quarū due ſunt impoſſibiles; ſcilicet caliditatis cum ſiccitate que conuenit igni: et caliditatis cum humiditate que cō uenit aeri frigiditates cū humiditate que conuenit aque: et frigiditatis cum ſiccitate que conuenit ter re: ergo tantū quattuoꝛ ſunt elementa cum tantū q̄t tuoꝛ ſunt cōbinationes poſſibiles elementoꝛū ſic tn̄ hec elemēta oꝛdinanť vt caliditas in ſumo ⁊ ſiccitas ſupꝛa mediū parum tamen diſtās a ſummo coꝛreſpō deat igni: ⁊ humiditas in ſummo coꝛreſpōdeat aeri cum caliditate citra ſumum parū tn̄ diſtās a ſummo et frigiditas in ſummo cum humiditate citra ſum‑mū parū tā diſtans a ſummo coꝛreſpondeat aque: et ſiccitas in ſummo cū frigiditate citra ſummū parū tamen diſtans a ſummo coꝛreſpondeat terre. ¶ Ter tia ratio eſt elementa oꝛdinantur ad mixta quia de‑terioꝛa oꝛdinantur ad melioꝛa ſed pꝛemixti foꝛma‑tione nec ſufficiunt duo qꝛ vel illa ſunt ſymbola vel diſſymbola: ſi pꝛimum vel vnum vincit aliud in vna q̄ litate et ſic aſſimilabitur alteri et fiet elementum et non mixtū, ſi vero ſunt duo elementa diſſymbola vel vnū vincit aliud in vna qualitate et vinciť ab alio in alia qualitate et ſic fiet elemētū mediū vt ſi aqua vin cit ignem in frigiditate et ignis vincit aquā in ſicci tate fit totū frigidū et ſiccū ⁊ ſic fit terra: ſi vero vnū illoꝛum elementoꝛum diſſymbolizanciū vincit aliud in ambabus qualitatibꝰ fit tale elementū ⁊ nō mixtū Si vero dicatis ꝙ tria elementa ſufficiunt ad faciē dū mixtum ſic arguo, duo illoꝛum ſunt ſymboliz āntia et aliud vertent in ſuam naturā: ergo non minus ꝙ quattuoꝛ requiruntur ad foꝛmandū mixtū ergo q̄t‑tuoꝛ ſunt elementa quoꝛū quodlibet patiatur a quo libet: et ſic fiet temperamentū vn̄ mixtū conficitur: terra non eſt in medio quantū ad centrū magnitudi nis ſed ſolū quantū ad centrū grauitatis terra nāqꝫ eſt diffoꝛmiter grauis: cuiꝰ vna pars grauioꝛ cōtine tur ſub aquis reliqua vero leuioꝛ eſt diſcoꝑata aq̄s q̄re nō pōt eē i medio quātū ad cētrū magnitudinis qꝛ medietas grauioꝛ pellit leuioꝛē ptē donec fiat eq̄ libꝛatio. Ex quo infertur ꝙ terra ſemꝑ moueť motu recto. Infertur ſecundo ꝙ hec eſt cā cur aqua nō cir cundat totam terram quia declinat ad partē īferio‑rem terre: ſemper eñ aqua currit ad partē decliuio rem et relinq̄t aliam partem diſcoopertā ſi tamē cē trum magnitudinis terre eſſet medium vniuerſi ſeq̄ retur ꝙ non eēt poꝛioꝛ rō ꝙ aqua curreret ad vnam

Quō pꝛo betur eſſe 4. elemē‑ta.

Pꝛima ꝓ batio

Secūda ꝓbatio

Tertia ꝓ batio.

maxima

maxima

corolarii

partem q̄ ad aliā et ſic eēt diluuiū vniuerſale. Dicit ergo textus: eſt eñ terra in medio omniū ſita intelli ge quo ad cētrū grauitatꝭ: circa quā aq̄: circa aquā aer: circa aerē ignis elementaris purꝰ et non turbi dꝰ ſaltem ea parte qua oꝛbi lune coniungiť: quia in ſui concauo per aerē turbať, poſtea addit ꝙ ſic diſpo ſuit deus glorioſus et ſublimis hec quattuoꝛ elemen ta vt ait Ariſt. in lib. metheoꝛoꝛū dicitur metheoꝛo‑rū ideſt rerū ſuſpenſarū in aere ſicut ſunt nubes: ful‑gura: ventꝰ: ⁊ reliqua ſuper quo lꝫ annotare quodlꝫ elemētum trinā ſibi regionē vendicat terra infimā centralē que eſt inferoꝛū: mediā que ē mineraliū: ſu‑pꝛemā oīum que eſt plantarū. Aqua infimā ſibi vendi cat pōticā terreſtrē: mediam purā ſuperioꝛem leuē et aereā ex aeris contactu. De aere clarū eſt: et dē ig‑ne pari modo imagineris, infimā turbulentā ex mix tiōe aeꝝ: mediam medio ſupꝛemā aūt puriſſimā. Di cit pꝛeterea tex. hec aūt elementa viciſſim a ſemetip ſis alteranť et coꝛrumpuntur ⁊ regenerantur quod intellige ſecundum partem qꝛ elementū ſecundum ſe totum non poteſt coꝛrumpi. Poſtea annotat diffi‑nitionem elementoꝛū acceptam ab Auicēna fen pꝛi ma pmi doctrina ſecūda in qua dicit ꝙ elemēta ſunt coꝛpoꝛa ſimplicia ⁊c.

quare dicit liber metheoroꝝ

¶ Pꝛo quo nota de mente Mar‑ſilij ſecundo de gene. qōne ſecunda ꝙ elementa non ſunt coꝛpoꝛa ſimplicia: quia nō ſunt compoſita ex ma teria et foꝛma: ſed quia determinant ſimpliciſſimū numerū qualitatū ſcilicet binarium: vnitas eñ non eſt numerꝰ, mixta vero oīa ſibi determinār quattuoꝛ qualitates. Elementū trifariā pōt capi pꝛimo mō ꝓ pꝛiſſime: quomō ſola materia pꝛīa eſt elemētum; dic ta elementa quaſi hylementum ab hyle qō ſignificat pꝛima materia qūo Ariſto. intelligit pꝛimo phi. ele‑mentum eſt quod eſt pꝛimum in compoſitione vltimū autem in reſolutione. Pꝛima eñ materia pꝛeeſt cui libet generationi et manet vltīa in coꝛruptione. Se cundo modo capitur elementū. Paulo largius et ſic extendit ſe ad materiā et foꝛmam quemodo phs diffinit elementū dicens elementum eſt ex quo fit ali quid cum inſit in diuiſibile ſpecie ī aliam ſpēm ideſt elemētum eſt materia vel foꝛma ex quo fit aliqd. i. cō poſitum naturale cum inſit ideſt cum materia et foꝛ ma ſint partes compoſiti naturalis in diuiſibile ſpe‑cie in aliā ſpeciem ideſt materia non diuidiť in par tes diuerſarū ſperū: ſicut necꝫ foꝛma. Tertio modo capitur elementū pꝛo altero iſtoꝛū quattuoꝛ: ignis aeris, aque: et terre: que Ariſtot. ſepe vocat vocata elementa. Intelligiť diffinitio que in partes diuer‑ſarū foꝛmarū minime diuidi poſſunt quod intellige de partibus quantitatiuis non aūt de partibus eēn‑tialibus. Poſtea dicit textꝰ: ex quoꝛum cōmixtione diuerſe ſpecies generatoꝛū fiunt. Nam ſecūdum ꝙ vnū elementū vel aliud dominatur ita fit aliud ⁊ ali ud mixtum. Poſtea dicit quoꝛū triū quodlibet ter‑ram oꝛbiculariter vndiqꝫ circundat niſi quantū ſic‑citas terre humoꝛi aque obſiſtit ad vitam animanti‑um tuendā, in quo vult ſignificare ꝙ ideo aqua non cooperit terrā quia ſiccitas terre reſiſtit aque ne cooperiat eam.

Quō ele menta ſūt coꝛpoꝛa ſimplicia.

elementum é triplex

¶ Dubitatur in pꝛeſentiarum cur cū aqua ſit in decuplo maioꝛ terra non cooperit terrā cum ſit grauioꝛ aqua et grauius circundatum a li‑quido maioꝛi coopit illud. Dicēdū ad hoc multipliť

Opinio. 1

maxima



pꝛout Paulus venetus in libꝛo de compoſitione mū di: ꝙ a parte ſeptemptrionali ſunt quedam ſtelle que habent virtutem eleuandi terram et faciendi ꝙ nō ſubmergať, ſed hec opinio ē falſa qꝛ vt habetur pꝛi mo de celo nullum violentum eſt perpetuū et terra ſic eſt violentata ergo aliquando ſubmergeť. ¶ Se cunda eſt opinio Pauli burgenſis dicentis ꝙ terra et aqua ſunt ecentrice ita ꝙ non habent idem cētrū ſed in medio amboꝛum elementoꝛum eſt centrū mū di: et ita non habet appetitum aqua cooperiendi terrā. ¶ Tertia eſt opinio que mihi placet dicens. li cet aqua ſit maioꝛ terra in decupla pꝛopoꝛtione non tamen cooperit terram: quia terra non eſt in medio mundi quo ad centrū magnitudinis: pꝛopter quod vna medietas terre eſt inferioꝛ alia: ad quā defluit aqua relinquēs alteram diſcoopertam. Vel dic ſi pla cet ꝙ ex terra et aqua efficitur vna ſphera cuius me dium ſit medium vniuerſi et per hoc non cooperiet terram. Vel dic tertio cū Joāne dullart pꝛīo metheo roꝛum et cuꝫ thimone eodem pꝛīo ꝙ aqua eſt minoꝛ terra. Pꝛopoꝛtionalitas vero geometrica per decu plam ꝓpoꝛtionem intelligatur de raritate et denſi‑tate non de magnitudine. ¶ Dicit textu. vlteriꝰ om nia etiam pꝛeter terram mobilia exiſtunt que vt cē trū mundi ponderoſitate ſui magnum extremoꝛum motum vndiqꝫ equaliter fugiens. Vult dicere cām pꝛopter quam ipſa terra exiſtat īmobilis et dat cau ſam qꝛ quemadmodū contingere ſolet in mundificā tibꝰ arma ꝙ cum foꝛtiter ferunt doliū ipſa arma ma nēt immota pꝛopter velocē motum extremoꝛū equa liter concucientium arma ad omnem partem qua‑re quantū arma ibant ad vnam partem tm̄ ab alia agitantur in aliam partem et ſic non limpidanť ar‑ma pꝛopter equalem motum extremoꝛū ſic contigit etiam in mulieribꝰ mundificātibus triticū quod ꝓp ter foꝛtē motū extremoꝛum duciť tota ſuperfluitas ad mediū ſic ait auctoꝛ ſphere ꝙ terra cq̄ velociter pulſa ab omnibus extremis celi ducitur et cogiť ad mediū: ſed iſta ratio auctoꝛis eſt rethoꝛica. Nam po tiꝰ terra mediū poſſidet qꝛ eſt ſumme grauis ⁊ ſum me grauis eſt poſſidere mediū. Nā cogitare ꝙ motꝰ celi hoc facere valeat in terra falſum eſt: qꝛ motꝰ ce li ſolum attingit ad ſuppꝛemam regionem aeris er‑go non vſqꝫ ad terraꝫ ḡ non eſt illa cauſa poſſidendi medium: circa illam tn̄ ꝑrem oīa ēt pꝛeter terrā mo‑bilia exiſtunt nota, ignem elementarem et aerē mo ueri circulariter ex motu comete elicitur q̄ tali mo‑do mouetur ab oꝛiente in occidens pꝛopter motum loci vbi eſt, vt ignis et aeris Aliacenſis credit terrā ſemper moueri motu recto: qꝛ pars grauioꝛ ſemꝑ pellit leuioꝛem: eo ꝙ actione ſolari ſemper pars diſ‑cooperta aquis leuioꝛ efficiatur. Alberto tn̄ de ſaxo nia pꝛimo de celo oppoſitum apparet, ꝙ terra non mouetur: qꝛ nō quelibet ſuperatio partis grauioꝛis ad leuioꝛem ſufficit leuioꝛem impellere: qꝛ reſiſtit etiam pulſui partis leuioꝛis aer et reliqua elemen‑ta.

Secūda Opinio

Opinio 3

## Textus.

Textus

Circa elementarem quidem re‑gionē etherea regio lucida a variatione om ni ſua immutabili eſſentia immunis exiſtens motu continuo circulariter incedit: et hec a philoſo‑phis quinta nuncupatur eſſentia cuiꝰ nouē ſunt ſphe re ſicut in pꝛoximo ꝑ tractatū eſt; ſcilicet lune: mer‑curij: veneris: ſolis: martis: iouis: ſaturni: ſtellarum fixarum: et celi vltimi: iſtarum autem quelibet ſupe‑rioꝛ inferioꝛem ſpherice circundat. Quaruꝫ quidē duo ſunt motus: Unus eſt enim celi vltimi ſuper du‑as axis extremitates: ſcilicet polū articuꝫ antarcti‑cum ab oꝛiente per occidentem in oꝛientem iterum rediens: quem equinoctialis circulus per medium diuidit: eſt etiam alius inferioꝛum ſpherarum motꝰ per obliquum huic oppoſitus ſuper axes ſuos diſtan tes a pꝛimis. 23. gradibus ⁊. 33. minutis. Sed pꝛimꝰ omnes alias ſpheras ſecum impetu ſuo rapit infra di em ⁊ noctem circa terram ſemel: illis tamen contra nitentibus: vt octaua ſphera in centum annis gradu vno. Hunc ſiquidem motum ſecundum diuidit per medium zodiacus: ſub quo quilibet planetaruꝫ ſphe ram habet pꝛopꝛiam in qua deferť motu pꝛopꝛio cō tra celi vltimi motum: et in diuerſis ſpacijs tempoꝛū ipſum metitur vt Saturnus in. 30. annis. Jupiter in 12. Mars in duobus: Sol in. 365. diebus et ſex ho‑ris fere. Uenus et Mercurius fere ſimiliter. Luna vero in. 27. diebus ⁊ octo hoꝛis.

## Commentarium.

In iſta parte auctoꝛ dicit, ꝙ cir‑ca elementarem regionem eſt etherea regio lucida quod intelligatur ſane. Nam lux ſem‑per eſt in coꝛpoꝛe opacco: vt patet de fumo incenſo qui eſt flamma et habet lucem: et cum eſſet fumus erat aliquātulum dyafanus: et cum inflammatus eſt eſt opacum: quia trans illam flammam nihil poſ‑ſumus videre: ſed lumen vt habetur ſecundo de ani ma eſt actus dyaphani ſecundum quod dyaphanum quare celum quo ad ſtellas eſt lucidū et quo ad par tem non ſtellatam eſt illuminatum. Capiatur ergo lu cida vt extendat ſe ad illuminatam. Dicitur a varia tione omni ſua immutabili eſſentia immunis exiſtēs intellige a variatione omni ſcilicet coꝛruptiua: quia mutationem habet perfectiuam ipſum celum cum il luminatur. Dicit ꝙ motu continuo circulariter ince dit: et hec a philoſophis quinta nuncupatur eſſentia ſcilicet ab elementis: quia celum nec ē graue nec le ue, nec frigidum: nec calidum. Nam ſi ſic eſſet omnia deſtueret pꝛopter ſui magnam vaſtitatem. Dicit au‑tem ꝙ hec regio etherea habet nouem ſpheras qua rum ponit duos motus: vnus eſt. n. celi vltimi ſuper duas axis extremitates. ſ. polum articum et antar‑cticum ab oꝛiente per occidentem ⁊ cetera. i. diſcur rit per viam equinoctialis: alter vero eſt ab occiden te in oꝛientem; diſcurrens per viam obliquam que eſt vbi eſt zodiaci ſuper alios polos diſtantes a pꝛi mis viginti tribus gradibus et triginta tribus mi‑nutis. Sed dicit ꝙ pꝛimus motus omnes alias ſphe ras impetu ſuo rapit faciendo omnes illas intra diē et noctem circa terram ſemel volui. Super quo no‑tabis ꝙ quemadmodum puer reuoluta coꝛda facit in troco quemdam impetum mouendi circulariter: ſic pꝛimum celum facit in celis inferioꝛibus quem‑dam impetum: quo mediante fert illos circulariter. Ex quo ſequitur ꝙ ille impetus non eſt naturalis ce‑lis inferioꝛibus: nec eſt violentus celis inferioꝛibus: non pꝛimum quia non poſſunt competere duo motus naturales eidem: nec eſt violentus: quia nullum vio‑lentum eſt perpetuum pꝛimo celi: ſed eſt neutralis nec etiam naturalis nec violentus; ſed indifferens

Cōmenta.

maxima

maxima

quinta eſſentia

dicit tamen illis contra nitentibus ut octaua ſphera in centum annis gradu uno: et Saturnꝰ in triginta ānis. Jupiter in duodecim. Mars in duobꝰ. Sol in.365.diebꝰ ꝛ ſex horis fere. Venus ꝛ Mercurius fere ſiliter. Luna vero in.27.diebus et octo horis.

¶ Super quo nota ꝙ in luna poſuūt aſtrologi triplicē menſem lunarē.ſ.peragrationis ꝛ apparitionis cōiunctionis. pagrationis mēſuratur.27.diebꝰ ꝛ.8.horis,ꝛ ē motꝰ lune ab vno gradu zodiaci donec ad eundem redeat. Secundus menſis eſt menſis apparitionis et ē.26.dierum,cum dimidio et mēſuratur a tempore in quo luna appar et poſt cōiūctionē donec luna diſpareat. Tertiꝰ menſis ē mēſis ꝯiunctionis et mēſuratur ab vna cōiunctione ſolis cū luna uſqꝫ ad iteratā cōiunctioneꝫ lune cū ſole et hic menſuratur tēpore.29.dierū cū dimidio: pōt tñ hic menſis fieri lōgior aut breuior: ſecūdum ꝙ luna eſt velox motu vel tarda motu.

¶ Sed contra hoc inſtatur auctoritate Ouidij in pmo metham. vbi dicit phebus qui ē ſol nec me qui cetera vincit īpetꝰ ꝯtrariꝰ tñ euchor orbi ergo celū ſolis nō rapitur a pmo motu dicendū ꝙ dupliciter nō vincitur ſol a pmo motu. Primꝰ qꝛ ſolꝰ ipſe mouetur regulariter ſup centrū ſui ecentrici cuꝫ reliquo oēs mouentur regulariter ſup centro equantis aut ſup centro zodiaci. Secūdꝰ intellectꝰ eſt ꝙ oēs alij planete ſunt retrogradi: ſtationarij vel directi ſolus ſol nō patitur tales paſſiones.

¶ Secūdo inſtatur per opinionē alpetragij dicentis ꝙ ſolū datur motꝰ ab orienti in occidenteꝫ redeundo in orientē ſꝫ nō integre facit iſtā reuolutionē niſi pmū mobile reliq vero deficiunt ab illa reuolutione integra per quaſdā retardatiōes ita ꝙ celū.8.in centū ānis deficit ab integra reuolutione ꝑ vnū gradū ꝛ ī triginta ſex milibꝰ ānoꝝ deficit ꝑ vnū in tegrā reuolutionē et in reliqs ſuo mō fiunt retardationes ꝛ ꝑ has retardationes ſaluabat motum ab occidente in oriens: ſꝫ quamuis hec opinio ſaluet duplicē illū motū ab oriente in occidēs et ab occidēte in oriēs tñ nō ſaluat multas alias paſſiones planetaꝝ qꝛ nō ſaluat retrogradationē,ſtationē et directionē nō ſaluat etiam ꝙ luna quandoqꝫ ſit velox motu quandoqꝫ ſit tarda motu et propterea hec opinio non eſt vera.

¶ Tertio dubitaret aliquis quomō iſti duo motꝰ ſimul ꝯtingere pñt in eodē ita ꝙ vnū et idem celū moueatur ab orienti in occidens et ab occidenti in oriens: ſunt eñi duo motꝰ cōtrarij: ergo non pñt eſſe ſimul. Pro ſolutione dubitationis noto ꝙ Ariſto. ait pmo de celo ꝙ motui circulari nil ē cōtrariū ꝛ ex cōſequenti illi duo motꝰ ab orienti in occidens et ab occidenti in oriens nō ſunt cōtrarij qꝛ ābo ſunt circulares. Tum etiā qꝛ nō fiunt ſup eiſdē polis nec ꝑ eandē viam. Nam ab oriēte in occidens fit ꝑ equinoctialem et ſup polis pmi mobilis et ab occidenti in oriens fit ꝑ zodiacū et ſup polis zodiaci: q diſtant a pmis viginti tribus gradibus: vt dixit textꝰ. ¶ Nota ꝙ ad motꝰ eē cōtrarios requiruntur.4.cōditiones vt habetur pmo de celo et quinto phiſicoꝝ. Primo ꝙ ſint de locis contrarijs ad loca cōtraria. Secundo ꝙ ſint ꝑ lineā breuiſſimā. Tertio ꝙ ſint ꝑ lineā eamdē vel equalentē. Quarto ꝙ vnꝰ ſit naturalis ꝛ aliꝰ ſit violentꝰ gratia pme cōditionis ſeqtur ꝙ ſi aliquid moueatur ab.a.uſqꝫ in.b.ꝑ lineā lateralē itaqꝫ punctū.a.et.b. ſint eque ſurſum: et aliud moueatur ꝑ eandē lineā lateralē a.b.in.a. illi motus nō ſunt cōtrarij qꝛ loca non ſunt cōtraria: locoꝝ enim cōtrarietas attēditur penes ſuperū et inferū: qualis ſuperioritas et inferioritas nō eſt in locis.a.et.b. Secunda cōditio eſt ꝙ ſit per lineā breuiſſimam quare motus factꝰ ꝑ arcū ab.a.in b.et ꝑ cordam a.b.in.a. nō ſunt cōtrarij. Tertia conditio eſt ꝙ ſint per eandē lineam vel equiualentem ꝙ dicitur quia motus contrarij nati ſunt ſe inuicem impedire per eandem lineam. Dicitur vel equiualenteꝫ: qꝛ ſi aliquid moueatur ꝑ ſemidiametrū mundi a polo artico in centrū et aliud a centro in polū antarcticum ſunt motus cōtrarij ꝙuis ſit vnꝰ motꝰ ꝑ lineā ꝑ quam nō ē aliꝰ eſt tñ equiualens cū ea. Quarta conditio eſt ꝙ vnꝰ ſit naturalis et alter violentus quare motꝰ ignis ſurſum et motus terre deorſum non ſunt cōtrarij: qꝛ ambo ſunt naturales. Cōtraria nāqꝫ vt habetur in poſtpredica. et pmo de celo nata ſunt fieri circa idē qualiter nō nati ſunt fieri ambo motꝰ naturales circa terrā et ignē. His conditionibꝰ habitis ſatis pꝫ motui circulari nihil eē cōtrariū qꝛ nō fit per lineā breuiſſimā. Iterū perſuadetur ꝙ motui circulari nihil ſit cōtrariū. Naꝫ ſi aliqui motꝰ eſſent cōtrarij maxime eſſent ab orienti in occidens ꝑ meridiē: vel ab orienti in occidens ꝑ angulū medie noctis: certe iſti apparent eſſe contrarij: ſꝫ iſti nō qꝛ poſſunt continuari: ergo nō ſunt cōtrarij. Naꝫ ſi ſpherā materialē fortiter volueris ab orienti in occidens ꝑ meridiē: ꝛ ante quam ille motꝰ finiretur acciperes ſpherā materialem ex alia parte videres eundē motū q erat ab orienti in occidens ꝑ meridiē eſſe ab oriente in occidēs ꝑ angulū medie noctis: ergo cōtinuantur ꝙ ſi cōtinuantur ergo ſunt eiuſdē ſpeciei tenet ꝯſequētia: qꝛ res diuerſaꝝ ſpecieꝝ neqūt cōtinuari: ꝙ ſi eiuſdē ſpeciei ergo nō ſūt cōtrarij qꝛ oēs motꝰ cōtrarij differunt ſpecie et hec eſt ꝓbatio Alberti ſaxo.q.5.j.de celo. ¶ Scdō illud met.volo ꝓbare ſupponamꝰ ꝙ tm̄ vnū vni opponitur que eſt phi primo de celo quod eſt intelligendum de contrarietate reali integra formarum accidentaliū vt caliditatis ad frigiditatem. Nam caliditatis aut frigiditatis ad tepiditatem non eſt contrarietas integra quo habito ſic arguo. Si motꝰ ab oriēte ī occidens eſſet contrarius motui ab occidente in oriens ꝑ zodiacum et etiam eſt contrarius motꝰ ab occidēte in oriens per equinoctialem: ergo plura vni ſunt contraria integra quod eſt falſum. maxima

Quod aūt celū voluatur ab oriente in occidenteꝫ ſignū eſt. Stelle que oriuntur in oriente: ſemꝑ eleuantur paulatim et ſucceſſiue quouſqꝫ in mediū celi veniāt: ꝛ ſunt ſemper in eadeꝫ ꝓpinqtate et remotione ad inuiceꝫ: et ita ſemꝑ ſe habentes tendunt in occaſuꝫ cōtinue et vniformiter. Eſt ꝛ aliud ſignum ſtelle q ſunt iuxta polū articū: q nobis nunqꝫ occidunt mouentur cōtinue ꝛ vniformiter circa polū de ſcribendo circulos ſuos: et ſemper ſunt in equali diſtantia ad inuicē ꝛ ꝓpinqtate. Unde ꝑ iſtos duos motꝰ cōtinuos ſtellaꝝ tam tendentium ad occaſuꝫ ꝙ nō pꝫ ꝙ firmamentū mouetur ab oriente in occidentē. ¶ Cōmentariū.

In hac parte tex. declarat quomodo celū voluitur ab oriente in occidentē tā ꝑ ſtellas q tendunt ī occaſuꝫ ꝙ etiā ꝑ ſtellas q nō tendunt ī occaſum: videmꝰ eñi ſtellas q tendunt in occaſuꝫ continue moueri paulatiꝫ et vniformiter donec veniāt in occaſuꝫ: vt pꝫ ſi aliquam ſtellā videris a ꝑmordio noctis ī oriente trāſactis ſex horis videbis in angulo meridiei: ꝛ tranſactis alijs ſex in angulo occidentis: ergo celū voluitur ab oriēte in occidēs per ſtellas tendētes in occaſum. Pōt etiā dici ꝙ iſte motꝰ cognoſcitur per ſtellas tendentes in occaſum q ſunt circa polos que mouentur continue circa polos ab oriente in occidens: ergo celum voluitur ab oriente in occidens. Celi ab oriēte in occidēs mouentur vniformiter quo ad tempus: qꝛ in oībꝰ partibꝰ temporꝝ equalibꝰ pertranſeunt celi.15.gradus: nō tñ mouentur celi vniformiter quo ad ſubiectum: qꝛ vna ps mouetur velociꝰ alia. Partes enim q appropinquāt equinoctiali mouentur velociꝰ quā ille q ad polos appropinquant. Quibus rationibus ꝓbatur celū moueri ab occidēte in oriens videtur in textu, addito a magiſtro Ciruelo ſuper iſto textu. Sed ꝙ inferiores ſphere moueantur ab occidente in orientē plura ſunt indicia. Si quis enim lunam de ſub radijs ſolis exeuntē veſperi inſpiciat: notet eiꝰ ab occidente diſtantiam: ſequentibꝰ diebus eadem hora ꝓpriorem eam videbit orienti. In ſole aūt hoc eſt ſignū ſi eo occaſum tenente ſtellā aliquam fixā in aliquanta ab occidente diſtantia notauerimus: poſt hebdomadas duas aut tres iterum ſole occiduo eandē ſtellam ſoli et occidenti videbimus ꝓpinquiorē. Sol igitur acceſſit ad ſtellā quod eſt orientē verſus moueri. Erraticaꝝ vero quinqꝫ ſtellarū motus ad orientē eis ad ſtellas fixas: quibus propinque in noctis ſerenitate apparent oclatis manifeſte deprehenduntur. In octaua aūt ſphera ꝓpter eiꝰ tarditatē motū hunc vniꝰ hoīs vita experiri non pōt. Locis tñ ſtellaꝝ in vita vnius ad eadem in vita alteriꝰ comparatis cognitus eſt. De nona aūt ſphera nulla oīno experientia: cum ſtellis careat; ſed ſola rōne cogente id habitū eſt. ¶ Textus.

Porbatō ꝙ celi mouētur ab occidēte in oriēs.

Quod aūt ſit celū rotūdū triplex eſt rō: ſimilitudo: commoditas: ꝛ neceſſitas. Similitudo enim qm̄ mundꝰ ſenſibilis factꝰ eſt ad ſimilitudinē mundi archetypi: in quo non eſt principiū nec finis. Unde ad huiꝰ ſimilitudinē mūdꝰ ſenſibilis habet formā rotundā: in qua nō eſt aſſignare principiū necqꝫ finē. Cōmoditas: qꝛ omniū corpoꝝ hyſoperimetroꝝ ſphera maxima ē: omniū etiam formaꝝ rotunda eſt capaciſſima: qm̄ igitur maximū et rotundū: ideo capaciſſimū: vnde cū mundus oīa contineat talis forma fuit illi vtilis ꝛ cōmoda. Neceſſitas qm̄ ſi mundus eſſet alterius forme quā rotunde: ſcꝫ. trilatere vel quadrilatere vel multilatere ſequerentur duo impoſſibilia.ſ.ꝙ aliquis locꝰ eſſet vacuꝰ: ꝛ corpꝰ ſine loco: quoꝝ vtrūqꝫ falſum eſt: ſicut pꝫ in angulis eleuatis ꝛ circūuolutis. Itē ſicut dicit Alphagranꝰ Si celū eſſet planū: aliqua pars celi eſſet nobis propinquior alia: illa.ſ.q eſſet ſupra caput noſtrū: igitur ſtella ibi exiſtens eſſet nobis ꝓpinquior ꝙ exiſtēs in ortu ꝛ occaſu. Sed q nobis ꝓpinquiora ſunt maiora videntur: ergo ſol vel alia ſtella exiſtens in medio celi maior videri deberet ꝙ exiſtens in ortu vel occaſu: cuiꝰ cōtrariū videmus contingere. Maior vero apparet ſol vel alia ſtella exiſtens in oriente vel occidēte ꝙ in medio celi. Sed cū rei veritas ita non ſit: huiꝰ apparentie cauſa eſt ꝙ in tpe hyemali vel pluuiali qdā vapores aſcendūt inter aſpectū noſtrū ꝛ ſolē: vel aliā ſtellam: ꝛ cū illi vapores ſint corpꝰ dyaphanum diſgregant radios nr̄os viſuales: ita ꝙ cōprehēdūt rem in ſua naturali ꝛ vera quantitate: ſicut pꝫ de denario ꝓiecto in ꝓfundo aque limpide q ꝓp ſicem diſgregationē radioꝝ apparet maioris quam ſue vere quantitatis. ¶ Commentarium.

Celum rotundū eſſe quo ad ſuperficiem cōcauam et cōuexam nō pōt ſuaderi: qꝛ nec ibi ſequiretur penetratio cum cedat ignis nec vacuum qm̄ tale vacuū repleret ignis de intermedijs aūt ſuperficiebꝰ recte ꝓbatur: et lꝫ poſſit ſaluari ſi celi mouerentur vno motu ab oriente in occidens ꝙ eſſet figure oualis. Tñ cū celi iferiores moueantur ab occidēte in oriens via obliqua neceſſario ſequeretur penetratio dimenſionū vel vacuū. ¶ Alfagranus in differentia ſcda ſubtilr ꝓbat celū fore rotūdū: qꝛ quanto magis ſtelle apꝛopinquāt polo artico tanto tardius mouentur ꝛ quāto magis apꝛopinquāt eqnoctiali tāto velociꝰ mouetur. Nec valet dicere ꝙ phus ſecundo de celo figuraꝫ ſphericā vocat minimā ergo nō ē capaciſſima. Dicendū ꝙ figura ſpherica ē minima ī occupacione loci: maxima tñ in capacitate: ſed iſta ratio alphagrani q ꝓbat ꝙ celū nō ē planū nulliꝰ ē valoris Naꝫ imaginatur: ꝙ ſtella moueatur ab oriente in occidentē ꝑ meridiē ſicut piſcis in aq et ſic bene ꝓbat: ſi moueretur ſtella ſicut piſcis ꝙ in oriente et ī occidēte debet ſtella apparere eſſe minor: qꝛ ē diſtantior: et in meridie apparere eē maior: qꝛ eſt ꝓpinqor. Sed hoc eſt falſumꝫ qꝛ ſi ſtella ſemꝑ ē in angulo illiꝰ quadrati: et nos in medio: ſemꝑ ē illa ſtella in eqli diſtantia a nobis. Dicit autor in textu cauſā quare ſol apparet in orienti maior: ꝛ in occidēte in meridie tamen minor cauſa ē: qꝛ apud orientē ſunt qdam vapores inter celuꝫ et oculos noſtros q diſgregant radios viſuales ita vt appareat res maior ꝙ ſit ī meridie oēs vapores ſunt abſorpti ita vt appareat res minor. ꝓpter hanc cauſaꝫ et huiꝰ rei tradit bonā analogiam de denario quē aliqs nō videns in aliqua certa diſtātia videt ſi infundatur aqua limpida eo ꝙ radij diſgregantur et franguntur in egreſſu ab aq et veniunt ad oculū videntis ad qm̄ añ venire nō poterant. Textus.

De qua parte celi poſſit ꝓbari figura ſpherica.

maxima

ꝙ ꝓbatio alphagrani ꝙ celuꝫ ſit planuꝫ nil valeat

Quod etiam terra ſit rotūda ſic patet, ſigna et ſtelle non equaliter oriuntur et occidūt oībꝰ hominibus vbiqꝫ exiſtentibꝰ.ſꝫ prius oriuntur ꝛ occidūt illis qui ſunt.l.verſus orientē: ꝛ ꝙ citiꝰ ꝛ tardiꝰ oriuntur ꝛ occidūt quibuſdā cauſa eſt tumor terre: ꝙ bene pꝫ per ea q fiūt in ſublimi. Una eniꝫ ꝛ eadē eclipſis lune numero (q apparet nobis in pma hora noctis) apparet orientalibus circa horā noctis tertiā. Unde cōſtat ꝙ priꝰ fuit illis nox ꝛ ſol priꝰ eis occidit quā nobis. ꝙ terra etiam habeat tumoroſitatem a ſeptētrione in auſtrū ꝛ ecōtra ſic pꝫ exiſtentibꝰ verſus ſeptētrionē quedā ſtelle ſunt ſempiterne aparitionis: ſ.q ꝓpinque accedūt ad polū articū: alie vero ſunt ſempiterne ocultationis ſicut ille q ſunt ꝓpinque polo antartico. Si igitur aliquis ꝓcederet a ſeptētrione verſus auſtrū in tm̄ poſſet ꝓcedere: ꝙ ſtelle q priꝰ erāt ei ſempiterne apparitionis: ei iam tenderent in occaſum: ꝛ quanto magis accederet ad auſtrū tāto plꝰ mouerentur in occaſum. Ille iterū idē hō tūc poſſꝫ videre ſtellas q priꝰ fuerāt ei ſempiterne occultationis ꝛ ecōuerſo contingeret alicui ꝓcedenti ab auſtro verſus ſeptemtrionem. Huiꝰ aūt rei cauſa eſt tumor terre. ¶ Itē ſi terra eēt plana ab orienti in occidentē: tā cito orirentur ſtelle occidentalibus quā orientalibꝰ qđ pꝫ eē falſum. ¶ Itē ſi terra eſſet plana a ſeptētrione in auſtrum ꝛ ecōtra: ſtelle q eſſent alicui ſempiterne apparitionis ſemꝑ apparerent ei quocunqꝫ ꝓcederet qđ falſum ē: ſed ꝙ plana ſit ꝑ nimia eiꝰ quātitate hominū viſui appet. Com.

IN iſta parte auctoꝛ ꝓbat ꝙ terra ſit rotunda: tā ab oriente in occidēs: ꝙ a ſeptētriōe in auſtro. Pꝛīo ab oriēte ī occidēs: qꝛ ſi eſſet plana ab oriente in occn̄s: ſtelle eq̄ cito orirent̃ orientalibꝰ et occidētalibꝰ qđ ē falſum: qꝛ vna ⁊ eadē eclipſis lune numero q̄ appet orientalibꝰ circa horā noctis tertiā: apparet occn̄talibꝰ circa horā noctis pꝛimam; qđ eſt: qꝛ pꝛiꝰ eſt ortus ſol orientalibꝰ ꝙ occn̄talibꝰ: et hoc eſt ꝓpter giboſitatē terre. Terra igitur eſt rotunda ab oriente in occn̄s: qđ aūt a ſeptētrione in auſtrū pꝫ de ſtellis q̄ ſunt ſempiterne apparitionis q̄quidē iter agentibꝰ a ſeptentrione in auſtrū occultant̃ eis; et vice verſa venientibꝰ ab auſtro ad ſeptentrionem occultantur ille que ſunt circa polū antarcticū: ergo terra a ſeptentrione in auſtrū eſt rotūda. Ariſto. hoc perſuadit: qꝛ vmbꝛa q̄m facit terra eſt rotunda. Nec ꝓpterea ſequit̃ ſolē tpe ortus apparere figure arcualis: quia ad hoc ꝙ aliquid appareat in modū arcꝰ req̄rit̃ ꝙ appꝛehendamꝰ vnā ptē ꝓpinquiorem alia qđ tn̄ ꝓpter diſtantiam ſolis neq̄mus cognoſcere. ¶ Textus

QUod aūt aqua habeat tumorem et accedat ad rotunditatē ſic pꝫ: ponat̃ ſignū in littore maris: et exeat nauis a portu: et in tn̄ elongetur ꝙ oculus exiſtens iuxta pedem mali non poſſit videre ſignum; ſtante vero naui oculꝰ eiꝰ exiſtentis in ſummitate mali bn̄ videbit ſignū illud: ſꝫ oculus exiſtentis iuxta pedē mali meliꝰ deberet videre ſignū ꝙ qui eſt in ſummitate: ſicut pꝫ ꝑ lineas ductas ab vtroq; in ſignū: et nulla alia huiꝰ rei cauſa eſt ꝙ tumoꝛ aque. Excludant̃ enī omnia alia īpedimēta ſicut nebule et vapoꝛes aſcendentes. Item cū aq̄ ſit coꝛpꝰ homogeneū totū cū partibꝰ eiuſdē erit rōnis: ſꝫ ptes aq̄ (ſicut in gutulis ⁊ roꝛibꝰ herbarū accidit) rotundam naturaliter appetunt foꝛmam: ergo et totum cuius ſunt partes. Cōmētarium.

AUctoꝛ in iſta parte declarat ꝙ aqua ſit rotunda duabus ꝓbationibꝰ. Pꝛima eſt de naui q̄ exit a portu et relicto ſigno in littoꝛe in tn̄ elongat̃ ꝙ exiſtens in pede mali non pōt videre ſignum: ſed ſi aſcēdat ad ſummitatē mali, videbit ſignū; qđ certe eſt: qꝛ nō īpedit̃ a gibboſitate terre quāuis maioꝛ eſt diſtantia a ſummitate mali ad illam turrim: quam a pede mali ad turrim: quia illa diſtantia a ſummitate mali eſt tanquam diameter reſpectu alterius que eſt a pedem mali. ¶ Secunda ratio ē in homogeneis eadem eſt ratio totius: et partis: ſed gutule herbarum foꝛmam accipiūt rotundam ergo et tota aqua eſt rotunda. Ariſto. ſecundo de celo fere rotūdam ꝓbabit aquam: ex hoc ꝙ ſi eſſet plana ſequitur eſſe rotundam. Nam ſi eſſet plana partes extreme eſſent altioꝛes media. Qđ facile quis videre pōt in ductu linearū extremaliū illius aque: et in ductu linee medie ad centrū: quarū pars media eſt inferioꝛ extremis ad quā veluti inferioꝛeꝫ extreme cōfluentes eleuant illā in medio cuius medij eleuatio eſt rotūditas: ex quo infertur ꝙ mobile motum ſpacio planiſſimo ptim aſcēdat: et ptim deſcēdat. Infertur ſecundo ſtagnū quantūuis planū fieri pꝛofundiꝰ in medio ꝙ ī extremis. Nota ꝙ ignis elemētaris quātum ad ſuperficiem conuexā eſt rotundꝰ: qꝛ hēt figurā ſui loci: ſed quantū ad ſuperficiē cōcauā eſt figure oualis, qm̄ ſub equinoctiali que eſt medium eius eſt groſſioꝛ ignis: ſub polis vero ē ſtrictioꝛ: aer vero elementaris quantū ad ſuperficiē conuexā eſt figure oualis quantū vo ad concauā medie regionis aeris eſt figure lenticularis: nā ſub equinoctiali q̄ eſt medium eius eſt ſtrictioꝛ ſub polis vero amplioꝛ: quantū tn̄ ad ſꝑficiem cōcauam infime regionis eſt rotundꝰ, ſicut terra et aqua ſunt rotūda quas ambit. ¶ Ex quibus oībus que iam dicta ſunt pōt tradi cauſa quare pꝛopter ꝯtinuā variationē ⁊ mobilitatē maris gades alexādri: que ſunt verſus oriētē: ſunt coo pte mari per triginta leucas: gades vo herculis q̄ ſunt verſus occn̄s diſtant a mari pluſq̄ diſtiterāt per triginta leucas. Infertur ſecūdo idē vas plꝰ capere ī cellario ꝙ in ſolari, qđ euenit quia aqua ī pte inferioꝛi redacta ad ſphericitatem dat locum vt in partibꝰ extremis plꝰ aque cōpꝛehēdat. Infertur tertio ꝙ puteꝰ aliquis, aut edificiū aliquod cuiꝰ pietes ſint foꝛmati ad ꝑpendiculū: quanto magis verſus inferius deſcendūt tanto magis appꝛopinquant pꝫ: qꝛ ſuper re rotunda linea perpēdicularis ad cētrū ꝓgredit̃.

¶ Textus.

QUod aūt terra ſit ī medio firmamenti ſita ſic pꝫ exiſtentibꝰ in ſuperficie terre. Stelle apparent eiuſdem quantitatis ſiue ſint in medio celi: ſiue iuxta occaſum: et hoc quia terra equaliter diſtat ab eis: ſi enim terra magis accederet ad firmamentū in vna parte quam in alia: aliq̄s exn̄s in alia parte ſuꝑficiei terre que magis accederet ad firmamentū: nō videret celi medietateꝫ ſed hoc eſt contra Tholomeū et oēs philoſophos dicētes ꝙ vbicūq; exiſtat homo ſex ſigna oꝛiūtur ei: et ſex occidunt et medietas celi ſemper apparet et medietas ~~vero~~ occultatur illud iteꝫ eſt ſignum ꝙ terra ſit tanq̄ centrum et punctus reſpectu firmamēti: qꝛ ſi terra eſſet alicuius q̄titatis reſpectu firmamenti: non contingeret medietatem celi videri. Itē ſi intelligatur ſuperficies plana ſuꝑ centrū terre diuidens eam in duo equalia: et ꝑ conſequens ipſum firmamētum: oculus igitur exn̄s in centro terre videret medietatem firmamenti: idēq; exn̄s in ſuperficie terre videret eandem medietatē: ex his colligitur ꝙ īſenſibilis eſt quantitas terre que eſt a ſuperficie ad centrū et per conſequens quātitas totiꝰ terre inſenſibilis eſt reſpectu firmamenti. Dicit etiā Alphagranus ꝙ minima ſtellarum fixarū viſu notabiliū maioꝛ ē tota terra: ſed ipſa ſtella reſpectu firmamenti eſt quaſi punctus: multo igit̃ foꝛtius terra cum ſit minoꝛ ea.

¶ Textus.

QUod autē terra in medio omnium immobilr̃ teneat̃: cum ſit ſumme grauis ſic perſuaderi videtur eſſe eius grauitas oē enim graue rēdit naturaliter ad centrum. Centrum quidem punctꝰ eſt in medio firmamenti terra igitur cum ſit ſumme grauis ad pūctum illum naturaliter tēdit. Itē quicquid a medio moue̾t verſus circūferētiam celi aſcendit: terra a medio mouetur ergo aſcendit quod ꝓ impoſſibile relinquit̃. Com̄.

PRobat impꝛeſentiarum auctoꝛ ꝙ terra ſit tanq̄ centrum reſpectu firmamenti quia ſecundū mentem Alphagrani vbicūq; ſit homo medietas celi apparet et medietas celi non apparet ſex ſigna apparent et ſex ſigna occultantur quod certe nō poſſet eſſe niſi terra eſſet in medio: nā ſi multum alte eleuaretur non videretur tota medietas celi: iſta pꝛopoſitio vbicūq; ſit homo medietas celi ſemper apparet et medietas celi occultatur: non eſt vera ſi oulus eſſet in fixus ſuperficiei terre. Nam tūc videbit partes celi que ſunt extreme in cōtactu linee contingentis terrā: et ita deficiet a viſione medietatis celi per illud quod eſt a centro terre ad ſuperficiem eius: et intelligat̃ ꝙ videt medietatē celi pluribꝰ viſionibꝰ et non vnica. Nā vnica viſione impoſſibile eſt videre quartā partem celi: quia viſurꝰ quartam partē celi vnica viſione debꝫ videre ſub angulo recto: ſed impoſſibile eſt viſionē cauſari ſub angulo recto: quia ſub angulo recto non poſſumꝰ videre: fit enim viſio ſub pyramide radioſa cuius angulꝰ ē acutus. Poſtea tex. dicit ꝙ terra eſt tanq̄ punctus reſpectu firmamenti qđ pꝛobat duabꝰ rōnibꝰ. Pꝛima per locū a maioꝛi ſic ſtella ē maioꝛ terra īmo minoꝛ ſtellaꝝ fixarū viſu notabilium eſt maioꝛ tota terra ſed ſtella reſpectu celi eſt tanq̄ punctus ergo a foꝛcioꝛi terra. Iſta pꝛopō minima ſtellaꝝ fixarum viſu notabiliū maioꝛ eſt tota terra: dicit̃ notāter viſu notabiliū ꝓpter ſtellas gallaxie vel circuli lactei: ē enī gallaxia multitudo ſtellarū paruarū: quarū vnaq̄q; per ſe videre non poteſt oēs tamē ſimul videri pn̄t ⁊ iſte circulus lacteꝰ pꝛotenſus a fine geminoꝛū per pꝛincipiū ſagitarij iterū rediens ad finē geminoꝛū iſtius circuli per ſe non poſſunt videri, oēs tn̄ ſil̃ pn̄t videri: et ideo tales ſtelle cenſentur minoꝛes terra. Secūda rō eſt medietas terre reſpectu celi eſt inſenſibilis quantitatis: ergo et tota terra tenet ꝯn̄a: quia medietas terre non obſtat quim videat̃ medietas celi: ergo inſenſibilis eſt quantitatis. ſed in veritate ſtando in rigoꝛe ſermonis non eſt verū ꝙ celi medietas videat̃: qꝛ dicendo duas lineas, vnā per centrū que applicet extremitates ſuas ad circūferētiam ex vtraq; parte: aliam vero rectā que ꝓcedat faciendo cū terra angulū contingētie in ſuperficie illa eſt per quā fit viſio: et non diuidit medietatē celi: imo minoꝛem ꝙ medietas celi ſuper illā quanta ē ſemidiameter terre: igit̃ ſequit̃ ꝙ ſtando in rigoꝛe: non videmus medietat̃ celi. Poſtea auctoꝛ pꝛobat ꝙ terra ſit imobilis hoc modo. terra eſt ſumme grauis et ſumme grauis eſt ire ad centrū et ſi eſt in centro nō dimouet̃ ab illo: qꝛ eſt in ſuo loco naturali: ḡ ipſa terra non mouetur: pꝛeterea ſi moueret̃ eēt recedendo a centro: ſꝫ non poſſet recedere a cētro niſi aſcendendo: ergo graue naturale aſcendet quod ē falſum. Sꝫ circa iſtud de immobilitate terre nota ꝙ terra non mouet̃ motu circulari: et celi quieſcūt vt quidā falſo opinant̃. Nā ꝓiectū concidens ſuper eaſdē partes a quibꝰ fuit emiſſum: manifeſtat terrā non moueri circulariter: motu tamē recto continue mouetur terra quod manifeſtat impulſus cōtinuus partium grauioꝛuꝫ pellentiū partes magis leues a ſole leuificatas continue. ¶ Textus.



## ¶ De quantitate abſoluta terre.

TOtus aūt terre ambitꝰ auctoꝛitate Ambꝛoſij Theodoſij macrobij: et eraſthotenis philoſophoꝛū ducenta et .52. millia ſtadia continere diffinit̃ vnicuiq; q̄dē .360. partium zodiaci .700 deputando ſtadia. ſum pto. n. aſtrolabio ī ſtellate noctis claritate ꝑ vtrūq; mediclinij foꝛamē polo perſpecto notetur graduū multitudo: in qua ſteterit mediclinium: deinde pꝛocedat coſmimetra directe contra ſeptemtrionē a meridie donec in alterius noctis claritate viſo vt pꝛiꝰ palo ſterit altius vno gradu mediclinium: poſt hoc menſus ſit huius itineris ſpaciū; et inuenietur ſeptingētoꝛū ſtadioꝛū: deinde datis vnicuiq; .360. graduū tot ſtadijs terreni oꝛbis ambitus inuētus erit: ex his autem iuxta circuli et diametri regulaꝝ terre diameter ſic iueniri poterit: aut fert vigeſimā ſecundā partem de circuitu terre: et remanentis tertia pars hoc ē octo millia: 181. ſtadia et ſemis et tertia vnius ſtadij erit terreni oꝛbis diameter ſiue ſpiſſitudo. ¶ Commentarium.

AUctoꝛ ī iſto tex. declarat quātꝰ ſit ābitꝰ terre dicēs d̄ mēte macribij theodoſij et aſtothenis phoꝝ eſſe .252000. ſtadiorū: quod inuentū ē: qꝛ vnicuiq; gradui celi correſpōdēt ī terra ſeptingēta ſtadia modo multiplicādo ſeptingenta ꝑ .360. gradus inueniunt̃ .252000. et eſt terreni oꝛbis ambitus inuentus erit. Quomodo aūt cognoſcit̃ ꝙ vnicuiq; gradui coꝛreſpōdant .700 ſtadia: ſic declarat̃: qꝛ viſo polo in ſtellate noctis claritate ꝑ vtrumq; midyclinij foꝛamen erit polus certe altitudinis et ſi agat̃ iter verſus ſeptemtryonem: ita vt cognoſcatur polus eſſe altioꝛ vno gradu: et neſciamur huius itineris ſpaciuꝫ inuenietur ſeptingentoꝛum ſtadioꝛum. Ut aūt iſta dignoſcas facile nota apud aſtrologos fuiſſe quaſdam menſuras celeſtes et quaſdam terreſtres: Celeſtes quidem ſunt duodecim ſigna in que celum diuidit̃ tanq̄ in .12. ꝑtes et quodlꝫ ſignū in .30. gradus: quilꝫ gradus in .60. minuta: quodlꝫ minutū in .602. et ſic vſq; ad .10. ī terra vero quattuoꝛ grana oꝛdeacea latitudinal̃r faciūt latitudinē digiti .4. digiti palmū .4. palmi ſpedem: peſ cum duabꝰ tertis cubitū: tres cubiti paſſum: vel quinq; pedes: Eſt enī paſſus ab vniꝰ pedis poſitione vſq; ad iteratam eiuſdem pedis poſitionē: et 125. paſſus vocantur ſtadium: ab ſtādo: qꝛ hercules ꝑ tot paſſus currebat ſine emiſſione anhelitus et in fine ſtare cogebat̃. 8. ſtadia faciunt milliare duo milliaria, in galia faciunt leucaꝫ ⁊ tria milliaria, ī germania vel in hiſpania. Ex his aūt pꝫ quanta ſit diameter totiꝰ terre ꝑ regulam circuli ⁊ diametri: diuidat̃ enī circunferentia in .22. ptes et. Auferas .22. partem et qđ remanet partiaris in tres ptes: ⁊ tertia pars erit diameter terre, hoc ē .8181. ſtadia et ſemis: ⁊ tertia vnius ſtadij et leuce ī terra erūt .10166 et milliaria .31500.

¶ Licet phs. 2. d̄ celo tenuerit trrā habere quadramiliades que ſunt quadraginta millia milliaꝝ: attamen veritas eſt quam ponit auctoꝛ, nan diuerſitas in menſuris atq; diuerſitas partium terre ꝑ quam fit menſuratio potuit eſſe cauſa ꝙ diuerſe magnitudines attribuantur terre. Poſſemꝰ tn̄ clarioꝛi modo quantitatem terre venari: ſi modo aſpiciemus duas regiones quarū vna ſit orientalioꝛ alia ꝑ quindecim gradus qui ſunt vna hora poſtea multiplicando ſpacium leucarū qđ eſt inter vnā regionem et aliam per .24. erit cognita tota magnitudo terre. Ex quo habes in terra .10. millia leucaꝝ ⁊ .166. Milliaria vero eſſe .31. millia et quinquaginta ¶ Nota quantitates planetarū celoꝛū et elementoꝝ: ſm̄ ꝙ ille quantitates bene epilogātur ab amadeo ſecundo de celo que .2. concluſione .5. arti .5. ſolis diameter ſe hēt ad diametrū terre in ꝓpoꝛtione quintupla ſequialtera: et eſt ſol maioꝛ terre .166 vicibꝰ et paulo amplius: terra vero eſt maioꝛ luna tricies nonies et paulo plus. Pꝛopter quod errauit Plinius li. 2. naturalis hyſtoꝛie. c. 10. dicēs ꝙ lunaē maioꝛ terra. Mercuriꝰ vero ē minoꝛ terra .21952.

vicibus. Ex quo inferas ꝙ mercurius ē minor luna. ¶ Mars vero continet terram ſemel et dimidium et tertiam ꝑtem terre: venus vero eſt minor terra in trigecuplo ſeptuplo. Jupiter cōtinet terrā nonagies quinquies, ſaturnus continet terraꝫ nonagies ſemel: ex quo infertur ꝙ iupiter eſt maior ſaturno in fers; preterea contra paulū venetū in metheo. ca. 2 ꝙ ſol eſt maior omnibꝰ aſtris ſtelle pme magnitudinis continent craſſitudinē terre centecies ſepties et ſtelle ſecunde magnitudinis continent terrā nonagies: ſtelle tertie magnitudinis continent terrā ſeptuagies: ſtella quarte magnitudinis continet terrā quinquagies quater: ſtella quinte magnitudinis cōtinet terram tricies quinqes: ſtella ſexte magnitudinis continet terrā decies octies. Ponit preterea tabula inter vallorū ꝑ milliaria a centro terre vſqꝫ ad concaua et conuexa celorū: concauū lune diſtat a cētro terre per. 10907. milliarios: conuexum lūe diſtat a centro terre. 280541. milliarios concauū mercurij eadem diſtantia diſtat a centro terre qua diſtat conuexū lune: conuexū mercurij diſtat a centro terre per. 542750. milliares: cōcauū veneris eadem diſtantia diſtat conuexū veneris diſtat a centro terre. ꝑ 3640000. milliares conuexū ſolis diſtat a centro terre per. 3965000. millitres conuexū martis diſtat a centro terre ꝑ. 28847000. milliares ꝯuexū iouis diſtat a cētro trre ꝑ. 46816250 milliares conuexum ſaturni diſtat a centro terre ꝑ 65357500. milliarios conuexum octaue ſphere diſtat a centro terre. 130715000. millires. ¶ Tabula ſpiſſitudinis orbiū a concauo ad conuexū. craſſitudo orbis lune ē. 99504 milliares. craſſitudo orbis mercurij ē. 334209. milliares. craſſitudo orbis veneris ē. 309750. milliares. craſſitudo orbis ſolis eſt. 3325000. milliares. craſſitudo orbis martis eſt 24882000. milliares craſſitudo orbis iupitris ē. 17909250. milliares. craſſitudo orbis ſaturni eſt. 18541250. milliares. craſſitudo octaue ſphere eſt. 65357500. milliares.

## ¶ Capitulū ſecūdū d̄ circulis ex quibus Sphera materialis componitur et illa ſuperceleſtis: que per iſtam imaginatur componi intelligitur.

TEX.

Horuꝫ aūt circulorū: quidā ſunt maiores: qdā minores vt ſenſui pꝫ. Maior eñi circulus in ſphera dicit q deſcriptus in ſuperficie ſphere ſuper eius centrū diuidit ſpherā in duo eqlia. Minor vero qui diſcriptꝰ in ſuperficie ſphere eā non diuidit in duo equalia ſed in portiones ineqles inter circulos vero maiores prio dicendū eſt de equinoctiali. Eſt igit eqnoctialis circulus quidē diuidens ſpherā in duo equalia ſm q̄libet ſui partē eqdiſtās ab vtroqꝫ polo. Et dicit equinoctialis qm̄ qn̄ ſol trāſit per illū: qd̄ eſt bis in anno in principio arietis ſcilicet et ī principio libre ē eqnoctiū ī vniuerſa terra. Uñ etiā apellat eqtor diei ⁊ noctis: q2 adeqt diem artificialem nocti: et dicitur cingulꝰ primi motꝰ. Uñ ſciendū eſt ꝙ primꝰ motꝰ dicit motꝰ primi mobilis: hoc eſt non ſphere ſiue celi vltimi qui eſt ab oriente per occidentē rediens iterū in orientem qui ēt dicit motꝰ rōnalis ad ſimilitudinem motꝰ rōnis qui eſt in microcoſmo ideſt in homine ſcilicet qn̄ ſit conſiderō a creatore per creaturas in creatorē ibi ſiſtendo. Secūdꝰ motꝰ firmamēti et planetaꝝ contrariꝰ huic eſt ab occidēte per oriētē iterū rediens in occidentē qui motꝰ dicit irrōnalis ſiue ſenſualis ad ſimilitudinem motꝰ microcoſmi: q2 eſt a corruptibilibꝰ ad creatorem iterū rediens ad corruptibilia. Dicit ergo cīgulus primi motus q2 cingit ſiue diuidit primū mobile ſcilicet ſpherā nonam in duo equalia equidiſtans a polis mundi. Unde notandū ꝙ polus mūdi qui nobis ſemper apparet: dr̄ polꝰ ſeptētriōalis: arcticꝰ vel borealis. Septemtrionalis dicitur a ſeptentrione: hoc eſt minori vrſa q̄ dicit a ſeptem et trion qd̄ eſt bos: q2 ſeptem ſtelle que ſunt in vrſa tarde mouentur ad modū bouis cū ſint propinque polo: vel dicunt ille ſeptē ſtelle ſeptētriones qſi ſeptētriones co ꝓterunt partes circa polum qd̄ dicitur ab arctos quod eſt maior vrſa. Eſt eñi iuxta maiorē vrſam. Borealis vero dicitur: q2 eſt in illa parte a qua venit boreas. ¶ Polꝰ vero oppoſitus dr̄ antarticus quaſi contra arcticū poſitꝰ dr̄ ⁊ meridionalis q2 ex parte meridici eſt dr̄ ēt auſtralis q2 eſt ī illa parte a qua venit auſter. Igit duo puncta in firmamento ſtabilia dicunt poli mundi: q2 ſphere axem terminant et ad illos voluit mundus quoꝝ vnus nobis ſemꝑ apparet reliquꝰ vero ſemper occultat: Uñ vir. i. j. geor. Hic vertex nobis ſemper ſublimis at illum ſub pedibꝰ ſtix atra vident maneſqꝫ profundi.

¶ Commentarium.

In iſta parte auctor declarat de circulis ex quibꝰ ſphera materialis componitur et illa ſuperceleſtis imaginari intelligitur. Et dicit textꝰ ꝙ quidā circuli in hac ſphera materiali ſunt maiores: et alij ſunt minores: maiores quidē circuli in ſphera ſunt qui deſcripti in ſuperficie ſphere ipſam diuidunt in duas partes equales: inter quas equinoctialis circulus eſt potiſſimꝰ ⁊ dicitur equator diei et noctis. q2 qn̄ ſol venit ad illum quod eſt bis in anno ſcilicet. xj. die Marcij et. 13. die Septēbris ſol eſt in eqnoctiali et eqtur dies nocti ī vniuerſo orbe q2 tā orizon rectꝰ ꝙ oblicꝰ diuidūt eqnoctialē in duas partes equales et iſte circulꝰ vocatur cingulus primi motꝰ: et dicit tex. ꝙ motꝰ ab oriēte in occñs comparatur motui michrochoſmi: quando a creatore deſcendit in contemplationem creature ⁊ iterum accidit contemplationem creatoris: et motꝰ ab occidente in oriens comparat motui irrationali microcoſmi: ab occidente in oriens redeundo in occñs: nā cū microcoſmꝰ irrōnabilit ſe habet aſcendit a contēplatione creature ad contēplationem creatoris: et iterū a creatore reuertit in cōtemplationē creature hic notare lꝫ ꝙ hō dr̄ microchoſmus ideſt mundus abreuiatus: et paruus reſpectu macrocoſmi: ideſt mundi magni: et vocatur hō microcoſmꝰ: vt ait Ari. 8. phiſi. q2 hō ē epilogꝰ ⁊ ſuma totius vniuerſi: q2 ſi corpalia queris in illo ſunt ſi ſpiritualia ēt ſunt in illo. Nā intellectū hꝫ vt ſpiritualia et voluntatem: ſi quattuor elementa q̄ris qttuor hꝫ humores: ſi deniqꝫ queris alterū ſolē aſpice cor. Nā ⁊ in microcoſmo ideſt in hoīe ē tanqꝫ ſol ſicut. n. ſol ſuis radijs omnia viuificat: ſic ⁊ cor ſuis ſpiritibus vitalibus omnia viuificat: et hoc dicit Gregoriꝰ in illo paſſu ſuper homelia. Ite et predicare euangeliū oī creature ideſt homini: q2 homo quodā modo eſt oīs creatura. Preterea dicit tex. ꝙ polus articus vocat polus. qui nobis ſemper apparet et eſt ſeptemtrionalis: articuꝰ vero vel borialis: dicit articus ab artos ꝙ eſt maior vrſa: q2 eſt ꝓpe vrſam



maiorem et eſt borealis: quia ē in parte vnde venit boreas: et eſt ſeptemtrionalis: quia eſt prope illam partem vbi ſunt ſeptem ſtelle que vocantur ſeptemtriones: quaſi ſeptem teriones, terūt enim illas partes que ſunt circa polū oppoſitꝰ vero polꝰ dr̄ antarcticꝰ: meridionalis vel auſtralis antarcticꝰ quaſi cōtra articū poſitꝰ: meridionalis: q2 eſt in parte meridici: auſtralis: q2 eſt in illa parte a q̄ venit auſter. Nota tamen ꝙ iſte polus dr̄ meridionalis et non alius: q2 ſemper meridies efficit inter zenith noſtrum et illum: et non inter zenith noſtrum et polum articum. Super iſto textu volo notare vnū. Quomodo cū ſol venit ad arietem eſt equinoctium in vniuerſa terra ⁊ eodem modo ad libram. Et dico ꝙ eſſe equales impoſſibile eſt triplici de cauſa. Primo: quia quando luminoſum eſt maius et opacū minꝰ luminoſum illuminat de opaco pluſqꝫ medietatē: ergo maior erit dies ꝙ nox. Secunda rō ſi ſol moueat in eccentrico et medietas maior declinet ad augem: minor vero ad oppoſitū augis neceſſarium ē ſaltem ad habitantes ſub equinoctiali ꝙ dies ſit maior nocte. Tertia ratio: quia ſi ſumatur. ij. dies naturalis marcij in ea arcus noctis eſt maior arcu diei: eo ꝙ arcui noctis copulatur aſcēſio cuiuſdam gradus quem interim ſol pertranſit motu proprio et ille debet aſcendere ad complenduꝫ diem naturalem: et tenet ſe ex parte noctis eqnoctium igitur concedit ad iſtum ſenſum: ꝙ tm̄ eſt tp̄s quo ſol mouetur a contactu cētri ſui in orizonte orientali vſqꝫ ad contactū centri ſolis in orizonte occidentali ſicut eſt tempus ab illo contactu in orizonte occidentali vſqꝫ ad alium contactū in orizonte orientali per inferius emiſpheriū et hoc dicit intelligi ꝙ nox ⁊ dies equant iſto mō nō punctualiter: ſed ꝙ parū ſe excedant: ꝙ aūt dies vulgares nunqꝫ nocti adeqntur abſqꝫ dubio clarum eſt. Nā ex mente campani. 10. elementorū Euclidis ꝓpōne. 58. etiā ſole exiſtente ſub orizonte. 18. gradibꝰ qd̄ eſt vna hora et eo plus ē dies ꝓpter qd̄ hꝫ dies duo crepuſcula dicta a crepero quod eſt dubium alterū matutinū: alterū veſpertinū: primū eſt anteqꝫ ſol oriatur quando dies eſt: ſecundū eſt quādo dies eſt poſtquam ſol occidit.

## ¶ De Zodiaco circulo.

Eſt alius circulus in ſphera qui interſecat equinoctialē et interſecatur ab eodem in duas partes eqles et vna eius medietas dclinat verſus ſeptemtrionē alia verſus auſtrū: et dicit iſte circulꝰ zodiacꝰ a zoe qd̄ ē vita: q2 ſm motū planetarū ſub illo eſt oīs vita in rebus inferioribꝰ. Uel dicitur a zodiō quod ē aīal: q2 cū diuidat in. 12. partes equales quelꝫ pars appellatur ſignū: et nomē hꝫ ſpeciale a nomine alicuiꝰ aīalis propter ꝓprietatē aliquam cōuenientem: tā ipſi ꝙ animali: vel ꝓpter diſpoſitionem ſtellarū fixarū in illis partibꝰ ad modū huiuſmodi animalium. Iſte vero circulus latine dicitur ſignifer: q2 fert ſigna: vel q2 diuidit in ea ab Ariſtotele vero in libro de gn̄atione et corruptione dicit circulus obliquꝰ vbi dicit ꝙ ſm acceſſum et receſſum ſolis in circulo obliquo fiūt gn̄ationes et corruptiones in rebꝰ inferioribꝰ. Noīa aūt ſignorū: ordinatio et numerus in his patent verſibꝰ. Sūt aries: thaurꝰ: gemini: cancer, leo, virgo. libraqꝫ ſcorpius architenens caper amphora piſces. Quodlꝫ aūt ſignū diuidit i. 30. gradꝰ. Uñ patet ꝙ ī toto zodiaco ſunt. 360. grāꝰ. Scd̄m aūt aſtronomos iterū quilibet gradꝰ diuidit in. 60. minuta qdlꝫ minutum in. 60. ſecūda quodlibet ſecundū in. 60. tertia et ſic deinceps vſqꝫ ad. x. et ſicut diuidit zodiacꝰ ab aſtronomo: ita ⁊ quilꝫ circulꝰ in ſphera ſiue maior ſiue minor in partes conſimiles. Cū omnis etiam circulꝰ in ſphera preter zodiacū intelligat ſicut linea vel circūferentia: ſolus zodiacus intelligit vt ſuperficies hn̄s in latitudine ſua. 12. gradꝰ d̄ cuiuſmodi gradibus iam locuti ſumꝰ vnde patet: ꝙ quidam mentiunt in aſtrologia dicentes ſigna eē quadrata: niſi abutentes nomine idē apellent quadratū et quadrangulū. Signū eñi habet. 30. gradus in longitudine. 12. vero in latitudine. Linea autem diuidens zodiacū in circuitu; ita ꝙ ex vna parte ſui relinquat ſex gradus et ex alia parte alios ſex. dicitur linea ecliptica quoniam quando ſol et luna ſunt line aliter ſub illa contingit eclipſis ſolis aut lune. Solis vt ſi fiat nouilunium et luna interponatur inter aſpectū noſtrum et corpus ſolare. Lune vt in plenilunio: qn̄ ſol lune opponit diametraliter; vñ eclipſis lune nihil aliud eſt ꝙ interpoſitio terre inter corpus ſolis et lune. Sol quidem ſemper decurrit ſub ecliptica omnes alij planete declinant vel verſus ſeptētrionem: vel verſus auſtrū: qñqꝫ aūt ſunt ſub ecliptica. Pars vero zodiaci que declinat ab eqnoctiali verſus ſeptemtrionē dicitur ſeptemtrionalis: vel borealis vel artica. Et illa ſex ſigna q̄ ſunt a ꝓncipio arietis vſqꝫ ad finē virginis dn̄r ſigna ſeptētriōalia vel borealia. Pars vero zodiaci que declinat ab equinoctiali verſus meridiē dicit meridionalis vel auſtralis vel antarctica et illa ſex ſigna q̄ ſunt a principio libre vſqꝫ in finem piſciū dicuntur meridionalia vel auſtralia. ¶ Cum aūt dicitur ꝙ in ariete eſt ſol vel in alio ſigno ſciendū ꝙ hec prepoſito inſumitur pro ſub ſecundū ꝙ nunc accipimus ſignū. In alia aūt ſignificatiōe dicitur ſignū pyramis quadrilatera cuius baſis ⁊ illa ſuperficies ꝙ apellamus ſignum vertes verocius eſt in centro terre. Et ſecundum hoc proprie loquēdo poſſumus dicere planetas eē in ſignis. ¶ Tertio modo dicitur ſignū vt intelligantur ſex circuli trāſeuntes ſuper polos zodiaci: et per principia. 12. ſignorū. Illi ſex circuli diuidunt totam ſuperficiem Sphere in partes. 12. latas in medio artiores vero iuxta polos zodiaci et quelꝫ pars talis dicitur ſignū et nomen habet a nomine illius ſigni: quod intercipitur inter ſuas duas lineas. ¶ Et ſecundum hāc acceptionem: ſtelle que ſunt iuxta polos dicūtur eſſe in ſignis. Intelligatur corpꝰ quodā; cuius baſis ſit ſignum ſecundū ꝙ nunc vltimo accepimus ſignū acumen vero eius ſit ſuper axem zodiaci tale igitur corpus in quarta ſignificatione dicitur ſignū ſecundum quam acceptionem totus mundus diuidit ī. 12. partes equales que dicuntur ſigna: ⁊ ſic quicquid eſt in mundo eſt in obliquo ſigno.

Cōmentarium.

Auctor in iſta parte agit de Zodiaco dicēs ꝙ zodiacꝰ dr̄ a zoe ꝙ eſt vita q2 oīs vita ſm ꝙ ē ī iſtis īferioribꝰ regit ꝓut ſol diſcurrit per zodiacū: ſi eñi ſol diſcurrit per arietē taurum et geminos fit tempus vernale ꝙ eſt Martiꝰ Aprilis Madiꝰ: et diſcurrit per cangrū leonem et virginē fit tp̄s eſtiuale qd̄ eſt iuniꝰ, iuliꝰ. et auguſtꝰ, ſi vero diſcurrit per librā, ſcorpiū, ſagitarium fit tp̄s autunale qd̄ eſt ſeptember, october, nouēber

ſi vero diſcurrit per capricorniū, aquariū: piſcis: fit tempꝰ hyemale: et eſt december, ianuarius, februariꝰ: ecce igit̄ quō ſm̄ ꝙ ſol mouet̄ ī circulo obliquo. i. zodiaco: ſic fiūt generationes et corruptiones. Nā iſta tpa cauſant in iſtis inferioribꝰ, ḡnationes et corruptiones. Nā vt dicit Galenꝰ pria aph. co. illiꝰ eſtate et autūno: ver ſimilat̄ tpi de repletione: autūnus vero tempori de corruptione. Cuiꝰ rō eſt: qꝛ in tēpore hyemali ſunt in corpore humano hūiditates groſſe cōglobate que tpe vernali liq̄fiunt: et replent corpꝰ et ī eſtate manet corpꝰ diſſolutū ex calore multo ſtatis: vñ tpe autūnali manēt hūores q̄ſi īcinerati et ī tpe eſt magna varietas: qꝛ de mane eſt magnū frigꝰ ꝓpter ſubtilitatē aeris: et in medio diei magnū cauma: et iterū de nocte refrigeratur: quare: cū mutationes temporū generent egritudines, iſta tporum mutatio facit hoc tps egritudinale vt Ariſt. prima ꝓbleu. ſicut dicit Ariſt. pria ꝓbleu. tempꝰ hyemale eſt ſaniſſimū: eſtiuale vero egerrimū: ergo bñ patꝫ quō dicatur zodiacus a zoe ꝙ eſt vita: et hoc dicit Ariſt. ſecundo de generatione cū dixit ꝓpter motū ſolis in circulo obliquo fiunt generationes et corruptiones: et iſte apellatur ſignifer quaſi ferens ſigna: ⁊ iſtū circulū peragit ſol motu ꝓprio in .365. diebus et .6. horis fere: et interizodū tranſit motu ꝓprio vnū gradū rapitur a primo mobili ab oriente in occidentē redeundo in oriens intra diē et noctem circa terrā ſemel. Annotat preterea tex. ꝙ in ſphera nullus circulus eſt longus et latꝰ niſi zodiacꝰ q̄ in lōgo hꝫ .360. gradꝰ ⁊ ī lato .12. et linea diuidēs iſtā latitudinē ī duas partes equales d ecliptica: eo ꝙ nunq̄ contingit eclipſis ſolis aut lune niſi quando ſol et luna diametraliter ſunt ſub illa lune quidē tpe oppoſitionis: ſolis aūt tpe nouilunij vel ꝯiunctionis quod q̄dē eſt: qꝛ luna ponitur inter aſpectū noſtrū et ſolem ⁊ non ſinit nos videre ſolem. Sol quidem ſemper decurrit ſub eclitica ceteri vero planete declinant ab ea vel verſus ſeptentrionem, vel verſus auſtrū. Notat deinde tex. ꝙ pars zodiaci que declinat ab equinoctiali verſus ſeptentrionem apellatur ſeptentrionalis: artica vel borealis: et eſt aries: taurꝰ: gemini: cācer leo, virgo: reliqua vero pars que declinat ab equinoctiali verſus polū antarcticū apellatur antarcti. auſtralis: vel medionalis: et apellatur, Libra Scorpius Sagitariꝰ Capricornius. Aquarius Piſcis. Annotat p̄terea ꝙ ſignū capit̄ quattuor modis. Primo modo pro quadam ſuperficie quadrangula que eſt longa .30. gradibus: et lata .12. gradibus: ⁊ tale eſt ſignum ita ꝙ in hac acceptione cum dicitur in ariete ē ſol intelligit̄ ſub ariete quia ſol eſt in quarto celo et ſignū in octauo. Secundo mō capitur ſignū per quadam pyramide quadrilatera cuius baſis eſt ſuperficies quam primo mō apellauimꝰ ſignum et vertex eſt ī cētro terre et iſto mō bene concedimꝰ ꝙ ſol eſt in ſigno vt illa prepoſitio. in. capiatur pro. ſub. Tertio modo capitur ſignū pro quadā ſuperficie inchoata a polo zodiaci que tranſit per principia et fines .12. ſignorū et eſt ſtricta in extremis et in medio ampla ad modum corticis vnius melonis in plures partes diuiſi. Quarto modo capitur ſignum pro quodam corpore imaginato vſq̄ ad axem zodiaci cuius terminus ſit ſignum tertio modo: et ſic quid quid eſt in mundo eſt in aliquo ſigno. ¶ Pro declaratione tamen iſtiꝰ materie de zodiaco, volo notare tria. primo cur illa ſigna ita vocitent̄. ſecundo in quot triplicitates partiantur: tertio q̄ ſunt fixa cōmunia et mobilia. ¶ Ad primū dico ꝙ ita vocitantur: qꝛ figurā gerunt ſimiliam animalium vel quia retinēt proprietas cōmunes animalibꝰ quarum gerunt figuram. Aries igitur primū ſignū idō ſic dictum eſt qꝛ vt gregū cuſtodes referunt aīal aries toto autūni et hyemis tēpore latere ſiniſtro ad calorem cordis et epatis conſeruandum dormiturꝰ accūbit ne. ſ. ab iminenti frigore calor naturalis extingatur: in vere aūt et eſtate ſuper latus dextrū recumbens ſe conuertit ne caloris intranei exceſſum patiatur. Sic etiam ſol autūno ⁊ hyeme ī ſignis auſtralibus que ſunt velut latus ſiniſtrū zodiaci cōmoratus: cum ad hoc ſignum peruenit ī principio veris, qđ eſt vt diximꝰ vndecīo die marcij ad aliud latus zodiaci dextrū que ſunt ſigna ſeptētrionalia vergit atq̄ reuoluit̄. ¶ Secundū ſignū dicit̄ taurꝰ eo ꝙ cum ſol ad ipſum peruenit quod ē fere .11. die aprilis labores boū et taurorū apparere incipiunt: tunc enim ſata pullulant vnde etiam mēſis ille aprilis dictus eſt quia tunc terra quaſi a plantis et terre naſcētibus aperitur. ¶ Tertium ſignum dicitur gemini ⁊ pingitur duplex homo: qꝛ cuꝫ ſol intrat hoc ſignū qđ eſt duodecima die madij tunc terre naſcentia germinari incipiunt et creſcere ſeſeq̄ per radices amplectuntur. propter quod iſti duo iuuenes amplectentes ſeſe pinguntur. ¶ Quartum ſignū dicitur cancer: qꝛ ſicut cancer eſt aīal retro gradū: ita ſol quando iſtud ſignum intrat: ꝙ fit tertia decima die Junij incipit recedere a nobis cū ante accederet ad nos: ⁊ ſic videtur retrocedere: vñ hoc ſignū dicitur tropicū: ideſt cōuerſiuū aut ſolſticiale vt infra videbitur ¶ Quintum ſignū dicit̄ leo: qꝛ ſicut hoc eſt aīal ardētiſſime nature et implicabilis ire ita ſole exiſtēte in illa parte celi (quā intrat quarta decima die Julij) vigent magni calores: ita vt ſol videatur furere tūc enim ſunt dies caniculares: eo ꝙ ſol prope ſtellā que dicitur arabice alhabor: latine vero canis minor illis diebus reperiatur: Non tamen omnes dies caniculares dicūtur eo ꝙ ſol prope illam ſtellaꝫ ſit ſed qꝛ vigent magni calores: et in talibꝰ diebus non eſt bonū farmacia aut flebotonia vti iuxta cōſiliū Hypocratis ſub cane ⁊ ante canē moleſte ſunt farmacie: ⁊ et item ſicut leo eſt animal ſepius febricitans dū ſol eſt in hoc ſigno multe febres in omnibus generātur per caloris exceſſum qui colerā adauget. ¶ Sextū ſignū dicitur virgo: qꝛ ſicut virgo femina ſterilis eſt ita terra redit̄ ſterilis: et nullū fructum iam producit: ſed producti maturant̄ qñ ſol hoc ſignū intrat. ſ. quarta decima die auguſti. ¶ Septimū ſignum dicitur libra: eo ꝙ cū ſol ad pricipiū eius peruenerit (qđ ſit decima tertia die ſeptembris) dies artificiales noctibus ſuis quaſi in ſtatera librati adeq̄nt̄. ¶ Octauū ſignū dicitur ſcorpius qꝛ ſicut illud animal alludit capite: ſed pūgit cū cauſa: ſic cū ſol intrat hoc ſignum ſcilicet quarta decima die octobris ſolis calor incipit debilitari et frigora pungunt. ¶ Nonū ſignū dicitur ſagittarius: et fingit̄ ī medietate anteriori: homo manu tenens arcū et ſagittam ī medietate vero poſteriori equus: qꝛ cū ſol hoc ſignū ingredit̄: ſcilicet tertia decima die nouembris: tunc ſagitte temporis ⁊ iacula ſcilicet pluuie: niues: et grandines ad nos emittuntur vel dicitur hoc ſignuꝫ ſagittariꝰ qꝛ in illa parte celi ſtelle arcum et ſagittam manifeſtiſſime indicant. ¶ Decimum ſignum dicitur capricornius vel caper: quia ſicut illud animal ad frōdes et arbores ſe ſe erigit atq̄ eleuat: ſic ſol in introitu huius ſigni ſcilicet duodecima die decēbris ad nos



incipit eleuari et accedere: cum tamen prius recederet vnde etiam hoc ſignum tropicum ſiue conuerſiuum dicitur ſimiliter et ſolſticiale. ¶ Undecimum ſignū dicitur aquarius: quia cum ſol illud intrat qđ eſt .11. die ianuarij pluuie ſuper terram multiplicant̄ propter quod ſignum iſtud homo vrnam aque effundens pingitur et ſtelle effuſionis aque volentibus aſpicere manifeſte apparent. ¶ Duodecimum ſignum dicitur piſces qꝛ ſole illud intrante ſcilicet decima die februarij omnia in aquis natare videntur.

Ad ſecundum dico ꝙ zodiacus diuiditur in quattuor triplicitates ſcilicet igneam: terream: aeream: et aqueam: et ſi tu vis videre que ſigna ſunt vniꝰ triplicitatis vel alterius pone in quattuor digitis manus: in primo ignis: in ſecundo terra: in tertio aer in quarto aqua et dinumera ſigna per digitos manus et que ciciderint in prīo ſunt ignea et q̄ in .2. terrea et ſic conſequenter. Ad tertiā dico ꝙ capias tres digitos et pone in eis mobile cōmune et fixū et que ciciderint in digito vbi eſt mobile ſunt mobilia et ſic de reliquis connumerando.

## ¶ De duobus coluris.

Sunt autem alij duo circuli maiores in ſphera qui dicuntur coluri: quorum officum eſt diſtinguere ſolſticia et equinoctia. Dicuntur aūt colurus a colon grece quod eſt membrum: et vros quod eſt bos ſilueſter quia quemadmodum cauda bonis ſilueſtris erecta que eſt eius membrum facit ſemicirculum et non ꝑfectum: ita colurus ſemper apparet: nobis imperfectus quoniam ſolum vna eiꝰ medietas apparet: alia vero nobis occultatur. Colurus igitur diſtinguens ſolſtitia tranſit per polos mundi: et per polos zodiaci et maximas ſolis declinationes hoc ē per primos gradus cancri et capicorni. Unde primus punctus cancri vbi colurus iſte interſecat zodiacum dicitur pūctus ſolſticij eſtiualis: quia quando ſol eſt in eo ē: ſolſticicum eſtiuale ⁊ non poteſt ſol magis accedere ad zenith capitis noſtri. Eſt autem zenith pūctus in firmamento directe ſuprapoſitus capitibus noſtris. Arcus vero coluri qui intercipitur inter punctum ſolſtitij eſtiualis et equinotialem: appellatur maxima ſolis declinatio et eſt ſecundum ptolomeum .23. gradum ⁊ .51. minutorum: ſecundum Almeoneꝫ vo .23. graduum .2.33. minutorum. Similiter primus punctus capicorni vbi idem colurus ex alia parte interceptus inter punctum illum et equinotialem dicitur maxima ſolis declinatio: et eſt equalis priori Alter quidem colurus tranſit per polos mundi: et per prima puncta arietis et libre vbi duo ſunt equinoctia vnde appellatur colurꝰ diſtinguens equinoctia. Iſti autem duo coluri interſecant ſeſe ſup polos mundi ad angulos rectos ſpherales: Signa quidem ſolſtitiorum et equinotiorum patent his verſibus. Hec duo ſolſticia faciunt: cancer capicornꝰ: ſꝫ noctes equant aries et libra diebus.

Colurus grece idem eſt ac latine curtum et dicitur curtuꝫ quoniam medietas eius apparet et alia medietas non apparet et iſte colurus ē duplex ſcilicet diſtinguēs ſolſticia et diſtingens equinoctia. Primꝰ eſt qui tranſit ꝑ cancrū et capricornium ſecundus eſt qui tranſit ꝑ arietem et libram; et primus vocatur diſtinguens ſolſtitia ſecundus vero diſtinguens equinoctia et arcꝰ interceptus inter cancrum et equinoctialem vel inter capicornium et equinocialem appellatur maxima ſolis declinatio: eo ꝙ ſol maxime recedit ab eq̄noctiali: et eſt .23. gradum quam quidem declinationem: ita inuenerunt aſtrologi: ꝙ acceperunt maximaꝫ diem totius anni in regione maxime ſeptentrionali vbi in meridie conſpexerunt quantum ſol eleuabatur ſuper orizonte et erit .65. gradibus iterū conſpexerunt quātum ſol eleuabatur in meridie minime diei et inuenerunt .17. gradibus. Poſtea viſa diſtantia que eſt inter decem et ſeptem eſt .65. que eſt .48. gradum illa eſt diſtantia totius torride zone a capricornio in cancrū qua diuiſa in duas medietates: medietas eſt .24. gradus: et hec eſt maxima ſolis declinatio. ¶ Notandum eſt auteꝫ cur dicatur ſolſtitiū. Pro quo nota ꝙ ſolſtitiū eſt maximus acceſſus ad zenit capitis: vel maximus receſſus a zenith capitis: et poteſt vocari ſolſtitiū: quia quoddāmodo ibi ſiſtit ſol: non ꝙ non moueatur: ſed quia inter oēs motus contrarios eſt dare quietem intermediā: et ſol a capricornio in cācrum mouetur continue aſcēdendo. Et a cancro in capricorniū continue deſcendendo: et hec eſt cauſa quare in puncto medio reputatur quieſcere ideſt tarde moueri.

## De meridiano et orizonte.

Sunt iterum duo alij circuli maiores in ſphera ſcilicet meridianus et orizon. Eſt autem meridianus circulus quidam tranſiens per polos mundi: et per zenith capitis noſtri et dicitur meridianus: quia vbicunq̄ ſit homo et in quocūq̄ tempore anni quando ſol motu firmamenti peruenit ad ſuum meridianum eſt illi meridies. Conſimili ratione dicitur circulus medie diei. Et eſt notandum ꝙ ciuitates quarū vna magis accedit ad orientem q̄ alia habent diuerſos meridianos. Arcus vero equinoctialis interceptus inter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatuꝫ. ¶ Si autem due ciuitates eundem habeant meridianum tunc equaliter diſtant ab oriente. Orizon vero eſt circulus diuidens inferius hemiſpherium a ſuperiori. ¶ Unde appellatur orizon. i. terminator viſus. Dicitur autem orizon circulus hemiſperij Eſt autem duplex orizon rectus et obliquus ſiue decliuis. Rectum orizonta et ſpheram rectam habēt illi quorum zenith eſt in equinotiali: quia illorū orizon eſt circulus tranſiens per polos mundi diuidēs equinotialem ad angulos rectos ſpherales. Unde dicitur orizon rectus et ſphera recta. Obliquū orizonta ſiue decliuem habent illi quibus polus mundi eleuatur ſupra orizontem quoniam illorum orizon interſecat equinotialem ad angulos impares et obliquos vnde dicitur orizon obliquus et ſphera obliq̄ ſiue decliuis: zenith autem capitis noſtri ſemper eſt polus orizontis. Unde ex his patet: ꝙ quanta eſt eleuatio poli mundi ſupra orizontem tanta eſt diſtantia zenith ab equinotiali: qđ ſic patet. Cū in qualibet die naturali vterq̄ colurus bis iungatur meridiano: ſiue idem ſit quod meridianus quicquid de vno probatur et de reliquo. Sumatur igit̄ quarta pars coluri diſtinguentis ſolſtitia q̄ ē ab equinotiali vſq̄ ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eiuſdē coluri que eſt a zenith vſq̄ ad orizonteꝫ cū zenith ſit polꝰ orizontis. Iſte due quarte cū ſint q̄rte eiuſdē

circuli iter ſe ſunt equales. Sed ſi ab equalibꝰ eq̃lia demant: vel idem commune reſidua erunt equalia: ſcilicet eleuatio poli mundi ſupra orizontẽ: et diſtantia zenith ab equinoctiali igit̃ propoſitũ.

## ¶ De duobus circulis minoribus.

Dicto de ſex circulis maioribus: dicendum eſt: de quattuor minoribus. Notandum igitur ꝙ ſol exiſtens in primo puncto cancri ſiue in puncto ſolſticij eſtiualis raptu firmamenti deſcribit quendam circulum qui vltimo deſcriptus eſt a ſole ex parte poli arctici vnde apellatur circulus ſolſticij eſtiualis: ratione ſuperius dicta vel tropicus eſtiualis a tropos quod eſt conuerſio: qr tunc ſol incipit ſe conuertere ad inferius hemiſpheriũ et recedere a nobis. Sol iterũ exiſtens in primo puncto capricorni ſiue ſolſticij hyemalis: raptu firmamenti deſcribit quendã circulũ q̃ vltimo deſcribitur a ſole ex parte poli antarctici: vñ apellatur circulꝰ ſolſticij hyemalis ſiue tropicꝰ hyemalis: qr tunc ſol cõuertitur ad nos. Cum aũt zodiacus declinet ab equinoctiali ⁊ polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igit̃ moueatur octaua ſphera et zodiacus qui eſt pars octaue ſphere mouebit̃ circa axem mundi: et polus zodiaci mouebitur circa polum mũdi. Iſte igitur circulꝰ quẽ deſcribit polus zodiaci circa polũ mundi arcticũ dicitur circulus arcticꝰ. Ille vero circulꝰ quẽ deſcribit alter polus zodiaci circa polũ mundi antarcticũ dicit̃ circulus antarcticus. Quanta eſt etiam maxima ſolis declinatio. ſ. ab equinoctiali tanta ẽ diſtantia poli mũdi ad polũ zodiaci quod ſic patet: ſumatur colurus diſtinguens ſolſticia qui tranſit per polos mundi: ⁊ per polos zodiaci. Cũ igr̃ omnes quarte vnꝰ et eiuſdem circuli inter ſe ſint eq̃les quarta huius coluri: q̃ eſt ab equinoctiali vſq; ad polũ mundi erit eq̃lis q̃rte eiuſdẽ coluri que eſt a p̃io pũcto cãcri vſq; ad polũ zodiaci: igit̃ ab illis eq̃libꝰ dempto comuni arcu q̃ ẽ a p̃io pũto cãcri vſq; ad polũ mũdi reſidua erũt eq̃lia. ſ. maxĩa ſolis declinatio et diſtantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum aũt circulus articus ſcdꝫ quãlibet ſui partem equidiſtet a polo mundi: patet ꝙ illa pars coluri que ẽ inter primum puntũ cancri ⁊ circulũ arcticum fere eſt dupla ad maximã ſolis d̃clinationem. ſiue ad arcum eiuſdem coluri qui intercipit̃ inter circulũ arcticum et polum mũdi arcticũ qui ẽt arcus equalis eſt maxime ſolis declinationi. Cum eñ colurꝰ iſte ſicut alij circuli in ſphera ſit. 360. graduũ quarta eius erit. 90. graduũ. Cum igit̃ maxima ſolis d̃clinatio ſcd̃m Ptolomeũ ſit. 23. graduũ et. 51. minutorum et totidem graduũ et arcus qui ẽ inter circulũ arcticũ et polum mundi arcticũ ſi iſta duo ſiͤ iuncta que fere faciunt. 48. gradus ſubtrahant̃ a. 90. reſidũ erunt. 42. gradus q̃tus eſt arcus coluri qui eſt inter p̃im punctum cancri et circulũ arcticum: et ſic patet ꝙ ille arcus fere duplus eſt ad maximã ſolis declinationẽ. Notandũq; equinoctiale cum quattuor circulis minoribus dicunt̃ quinq; paralelli quaſi equedistantes: non qr q̃ntũ p̃iꝰ diſtat a ſecundo tm̃ ſecundus diſtet a tertio qr hoc falſum ẽ ſicut iam paruit: ſed qr quilibet duo circuli ſiͤ iuncti ſm̃ quãlibet ſui partem eque diſtant ab inuicem: et dicuntur paralellꝰ equinoctialis paralellus ſolſticij eſtiualis: paralellꝰ ſolſticij hyemalis: paralellus arcticꝰ et paralellꝰ antarcticꝰ.



¶ Notandũ ẽt ꝙ quattuor paralelli minores ſcꝫ duo tropici: et paralellus arcticus et paralellꝰ antarcticus diſtingunt in celo quinq; zonas: ſiue regiones. Unde Virgi. in geor. Quinq; tenent celum zone: q̃rum vna coruſco. Semper ſole rubens et torrida ſemper ab igni. Diſtingunt̃ ẽt totidem plage i terra directe preditis zonis ſuppoſite. Vñ Ouidi. in p̃io metamor. Totidemq; plage tellure premunt̃. Quarum que media eſt nõ eſt habitabilis eſtu. Nix tegit alta duas totidẽ inter vtraſq; locauit. Tempericq; dedit mixta cũ frigore flamma. Illa igit̃ zona que ẽ inter duos tropicos dicit̃ inhabitabilis ꝑꝑ calorem ſolis diſcurrentis ſemꝑ inter tropicos. Similr̃ plaga terra illi directe ſuppoſita dicit̃ ĩhabitabilis ꝑꝑ calorẽ ſolis diſcurrentis ſuꝑ illã. Illa vero due zone que circumſcribũtur a circulo arctico ⁊ circulo ãtarctico circa polos mundi inhabitabiles ſunt ꝑꝑ nimiã frigiditatem: qr ſol ab eis maxime remouetur: ſimiliter intelligendũ ẽ de plagis terre illis directe ſuppoſitis. Ille aũt due zone quarũ vna eſt inter tropicũ eſtiualem et circulũ arcticum et reliqua que ẽ inter tropicũ hyemalem et circulũ antarcticũ habitabiles ſunt et tẽperata caliditate torride zone exiſtentis inter tropicos. et frigiditate zonarũ extremarum q̃ue ſunt circa polos mundi. Idẽ intellige d̃ plagis terre illis directe ſuppoſitis. Cõmentariũ.

In his textibus nihil eſt notãdũ niſi: ꝙ longitudo ciuitatũ ſumit̃ ꝑ diſtantiã ab occidẽte inſularũ fortunatarũ: et latitudo ciuitatũ ꝑ diſtantiam zenit ab equinoctiali. Secũdo notandũ de modo inueniendi lineã meridianã ſꝫ mentem Ioannis de monteregio in ſuo kalendario. Faciendo quendã circulũ in vna tabula plana: et in cẽtro eius eleuando quodam ſignũ quod nõ ſit maius q̃ ſemidiameter circuli ſpectando cũ diligentia qñ vmbra ante meridiana adequabitur circulo et notando ibi quodã ſignum: deinde expectãdo aliã vmbram pomeridianam que non deſcendat a circulo. Et ſignato ibi quodam ſigno iam extenſis lineis per centrum ducatur vna linea ab altitudine circuli tendens per medium illarum duarum illa ẽ linea meridiana. Et ſi diuideres medietatem circuli in duodecim partes effeciſti horologium diurnum.

## ¶ Capitulum tertium de ortu et occaſu ſignorum de diuerſitate dierum et noctium et de diuiſione climatum.

Textus.

Signorum autem ortus et occaſus dupliciter accipitur; quoniã quantum ad poetas: et quantum ad aſtronomos. Eſt igitur ortus et occaſus ſignorum quo ad poetas triplex: ſcilicet chosmicꝰ chronicꝰ et heliacꝰ. Chosmicus enim ortus: ſiue mundanus. Eſt quando ſignum vel ſtella ſupra orizontem ex parte orientis de die aſcẽdit. Et licet in qualibet die artificiali ſex ſigna ſic oriantur: tamen anthonomatice ſignum illd̃ dicitur chosmice oriri cuꝫ quo et in quo ſol mane oritur. Et hic ortus proprius ⁊ principalis et quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in georgicis habetur, vbi docetur ſatio fabarum et milij in vere ſole exiſtente in thauro ſic.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum.
Thaurus et aduerſo cedens canis occidit aſtro.



Occaſus vero coſmicꝰ eſt reſpectu oppoſitionis ſcilicet qñ ſol orit̃ cum aliquo ſigno cuius ſigni oppoſitum occidit coſmice. De hoc occaſu dicit̃ ĩ geor. vbi docet̃ ſatio frumenti in fine autumni ſole exiſtẽte in ſcorpione: qui cũ oriat̃ cũ ſole: thaurꝰ ſigni eius oppoſitũ, vbi ſunt pleiades (occidit) ſic. Ante tibi eoe athlantides abſcondantur. Debita quã ſulcis cõmitas ſemina. Cronicus ortꝰ ſiue temꝑalis eſt qñ ſignũ vel ſtella poſt ſolis occaſum ſupra orizontem ex parte orientis emergit cronice ſcꝫ de nocte: et dicit̃ temporalis: qr tp̃s mathematicorũ naſcit̃ cũ ſolis occaſu De hoc ortu hẽmꝰ in ouidio de pontho vbi conq̃rit̃ morã exilij ſui dicẽs. Quattuor autũnos pleyas orta facit. Significans per quattuor autũnos q̃ttuor annos tranſiſſe poſtq̃ miſſus erat in exiliũ. Sꝫ Virgilꝰ voluit in autũno pleyades occidere: ergo contrarij vident̃. Sꝫ rõ huiꝰ eſt ꝙ ſm̃ virgiliũ occidũt coſmice, ſm̃ ouidiũ naſcunt̃ chronice qd̃ bñ põt contingere eodẽ die. Sꝫ differenter tñ qr coſmicꝰ occaſus eſt reſpectu tp̃is matutini. Chronicus vero ortꝰ reſpectu veſpertini eſt. Chronicꝰ occaſus eſt reſpectu oppoſitionis. Vñ Lucanꝰ ſic inq̃t. Tunc nox theſſalicas vrgebat parua ſagittas. Eliacꝰ ortus ſiue ſolaris eſt quando ſignũ vel ſtella videri põt per elongationẽ ſolis ab illo qd̃ p̃iꝰ videri nõ poterat ſolis ꝓpinq̃tate. Exemplũ huiꝰ ponit ouidiꝰ in lib. de faſtis: ſic. Iã leuis obliq̃ ſubſedit aq̃rius vrna: Et Virgilꝰ in geor. Gnoſiaq; ardẽtis deſcendit ſtella corone. Que iuxta ſcorpionem exiſtens non videbat̃ dũ ſol erat in ſcorpiõe. Occaſus heliacꝰ eſt qñ. Sol ad ſignũ accedit: et illud ſua preſentia et luminoſitate videri non permittit huius exm̃ eſt in verſu p̃miſſo. ſ. thaurꝰ et a duerſo cedẽs canis occidit aſtro.

¶ Commentarium.

In preſentiarũ auctor declarat de ortu ⁊ occaſu ſignorũ quãtũ ad poetas, dicens ꝙ triplex eſt ortꝰ et occaſus coſmicus chronicꝰ: et elyacꝰ coſmicꝰ chronicꝰ eſt qñ ſignũ vel ſtella ſupra orizontẽ ex parte orientis de die aſcendit: et licet in qualꝫ die artificiali ſex ſigna ſic oriantur tñ ſolũ illud ſignũ dr̃ coſmice oriri antonomatice cũ quo et in quo ſol mane orit̃ et de hoc ortu itelligit̃ illd̃ qd̃ dr̃ a virgilio in georgicis candidus auratis appeꝛſit cum cornibus aurũ taurus et aduerſo cedens canis occidit aſtro ſignificat ꝙ qñ taurus candidꝰ ideſt maxime lucens appit annũ: qr eo tempore ẽ mẽſis aprilis cornibꝰ auratis ideſt ſtellis maxime lucidis in quo ſignificare vult ꝙ eo tẽpore taurus oriat̃ ortu coſmico: qr ſol ẽ in eo et eſt hec cõformit̃ ad fabulã poeticã ouidij in qua dicit̃. 2° meta. fabula vltima; vbi dr̃ ꝙ Iupiter captus amore Europe filie regis ſe in taurũ cãdidũ et pulcherrimũ transformabit qua via ~~poti~~ ſuo d̃ſiderio taurũ ĩ ſignũ celeſte tranſformauit. Dicit deinde verſiculꝰ ſequens: et aduerſo cedens canis occidit aſtro: nota ꝙ iſte canis de quo loquit̃ iſte textus eſt canis maior qui reperit̃ in geminis; alius eſt eñ minor reptus in leone; a quo dies caniculares ſumũt exordiũ: et dies caniculares ſecũdũ veritatẽ ſunt a decima die Iulij vſq; ad vigeſimũ mẽſis auguſti: vt Galenꝰ teſtat̃ ſcd̃o alimentorũ cap. i. et corrigas verſum ea parte qua dicit ad verſo. Nã dicer et rectiꝰ a d̃ſo co ꝙ ſol venit illi cani maiori quaſi a tergo cornua vero thauri vbi ſunt pleiades aurata vocant̃ ideſt ſplẽdida ꝓpter multitudinẽ ſtellarũ et iſti capi. de ortu



ſignorũ ſm̃ poetas maxĩe cõuenit illd̃ quod in theorica planetarũ dicit̃ planetas in ordine ad ſolem oriri tripharĩam ſcꝫ ortu matutino veſptino: ⁊ vtrouis mõ matutino ortu naſcunt̃ planete qui añ ſolẽ de mane oriunt̃: et vocant̃ luciferi matutini: et tales ſunt tres ſupiores. ſ. mars: iupiter ⁊ ſaturnꝰ. ſꝫ tres planete inferiores ſcilicet luna: venus: et mercuriꝰ: ſi ſint directe oriunt̃: oriũtur ortu veſpertino, et ſunt luciferi veſpertini. ſi vo ſint retrogradi oriunt̃ ortũ matutino, et ſunt luciferi matutini. Oppoſito mõ dicit̃ occaſus coſmicꝰ, et ẽ qñ ſignũ vel ſtella occidit d̃ die vt ſi ɔtĩgeret ſignũ tauri occidere de die. Et hoc mõ intelligit̃ illud Virgi. in geo. vbi dicit̃. Sole exiſtẽte in ſcorpione vbi taurꝰ ſignũ eius oppoſitũ occidit coſmice añ tibi eoe ad lantides abſcondant̃ dedita quam ſulcis cõmittas ſemina. In quo ſignificat ꝙ in ſigno tauri ſunt pleedes q̃ dicunt̃ conſtellatio pullina: et ille pleades imaginant̃ poete eſſe filie ad lantidis que ꝓpter beneficiũ ad lantis fuerũt trãſlati in celũ in ore tauri: et ille vocant̃ eoe ideſt orientales ſignificat ergo textus. Ante quam facias ſactionẽ frumẽti, vide ꝙ ad lantides. i. pleyades vbi occidãt coſmice ideſt de die cũ primũ ſignũ. ſ. ſcorpiꝰ orit̃ qd̃ eſt in octobre vbi taurus ſibi ſignum oppoſitũ occidit coſmice et pleades cũ eo. ¶ Aliꝰ eſt ortꝰ cronicus et idem ẽ cronicus ꝙ tp̃alis. i. nocturnꝰ: qr nox eſt tp̃s mathematicorũ. Nã tp̃s mathematicorũ oritur cũ ſolis occaſu, et hic ortꝰ eſt qñ ſignũ vel ſtella occidit de nocte. Et d̃ hoc ortu intelligit̃ illud Ouidij in libro de ponto ep̃la. 9. Quattuor autũnus pleas orta facit. In quo vult ſignificare quattuor ãnos trãſiuiſſe in mora exilij ſui. Sꝫ aliq̃s replicaret, q̃uo dixit pleades occideret in autumno virgiliꝰ: et iſte in codeꝫ autũno dicit oriri. Dicendũ ꝙ nõ eſt contradictio: qr ille occaſus intelligit̃ coſmicꝰ: et iſte ortꝰ ouidij intelligit̃ cronicꝰ. Alius eſt occaſus cronicꝰ; et eſt quando ſtella occidit de nocte: de quo intelligit̃ illud Lucani. Tũ noctes aliquas vrgebat ꝑuas ſagittas. In quo vult ſignificare ꝙ cõtigit quoddã bellũ inter romanos: et volẽs ſignificare ꝙ tale bellũ erat in menſe iunij, qñ ſol eſt in cancro, dixit tunc ideſt tp̃e illiꝰ belli nox parua; qr eo tp̃e nox erat ꝑua cũ eẽt tp̃s eſtatis: et cũ deberet oriri ſignũ cancri de die in prima hora vrgebat parua ſagita. i. ſignũ ſagitarij ad hoc vt caderet ſub orizonte de nocte ante ſignũ capricornij. Declarauit ergo lucanꝰ duo ſcilicet tp̃s qd̃ erat iſte vale et d̃clarauit tp̃s diei qd̃ erat in aurora vel ꝓpe illã. ¶ Tertiꝰ ortus eſt lyacus et ẽ quando ſtella exit de ſub radijs ſolaribꝰ ita vt appareat cũ ante delicteſcere et ſic intelligit̃ illud ouidij in libro de faſtis: iam leuis obliqua ſub ſedit aquarius vrna in quo vult dicere iam aquarius leue. i. cito aſcendens: quia aſcendit oblique ſubſedit: ideſt receſſit a radijs ſolaribus vrna obliqua: quia pingitur ꝙ vrna ore verſo ad inferius. Et ſic intelligitur illud Virgilij in georgic. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella corone. In quo vult dicere ꝙ ãteq̃ frugmẽtum ſeminet̃ debet ſol deſcẽdere a corona exiſtẽti in ſcorpione, qd̃ eſt inter october et nouẽber. Et dicit: ante quã ſemina cõmendes ſulcis, vide ꝙ ſtella corone gnoſi. i. cretẽſis decedat ideſt receſſerit a radijs ſolaribꝰ quod eſt inter october et nouẽber: hec aũt corona fuit ariadna q̃ derelicta a theſeo fuit a dijs transformata in celũ in coronã de occaſu coſmico ponit exm̃ tex. in verſu iam premiſſo a virgilio taurus et a verſo ⁊c.

## ¶ De oꝛtu et occaſu ſignoꝛũ ſecundum aſtrologos.

Sequitur de oꝛtu et occaſu ſignoꝛũ, put ſumunt aſtronomi et pꝛius in ſphera recta ſciendũ eſt ꝙ tã in ſphera recta quam obliqua aſcendit equinoctialis circulus ſemper vniformiter ſcilicet in tꝑibus equalibus eq̃les arcus aſcendunt. Motꝰ enĩ celi vniformis eſt et angulꝰ quẽ facit equinoctialis cũ oꝛizõte obliquo nõ diuerſificatur ĩ aliquibꝰ hoꝛis. Partes vero zodiaci non de neceſſitate habent eq̃les aſcenſiones ĩ vtraq̃ ſphera: qꝛ quanto aliqua zodiaci ps rectiꝰ oꝛit̃ tãto plꝰ tꝑis ponit̃ in ſuo oꝛtu cuiꝰ ſignũ ẽ: qꝛ ſex ſigna oꝛiunt̃ in lõga vel ĩ bꝛeui die artificiali. ſimilr̃ ⁊ ĩ nocte.

Notat textꝰ ꝙ tam in ſphera recta ꝙ̃ obliqua aſcendit equinoctialis circulus continue et vniformiter ita ꝙ in qualibꝫ hoꝛa aſcendũt. 15. gradꝰ eq̃noctialis: et angulꝰ quẽ facit eq̃noctialis cũ oꝛizonte oblico: non diuerſificatur ĩ aliq̃bꝰ hoꝛis: partes vero zodiaci non ď neceſſitate habent equales aſcenſiones ⁊ iõ zodiacꝰ circulus non vniformiter aſcendit in ſphera recta et obliqua quod ꝓbat̃: qꝛ in longa vel in bꝛeui die artificiali ſex ſigna aſcẽdũt duntaxat: ergo neceſſe eſt in longa die tardiꝰ aſcendere illas ſex partes: ⁊ in bꝛeui die citiꝰ aſcendere illas ſex partes: ergo zodiacꝰ non aſcendit vniformiter.

Notandum eſt igitur ꝙ oꝛtꝰ vel occaſus alicuius ſigni nihil aliud eſt ꝙ̃ illã ꝑtem eq̃noctialis oꝛiri que oꝛit̃ cum illo ſigno oꝛiente vel aſcẽdẽte ſupꝛa oꝛizontẽ vel illã partẽ eq̃noctialis occidere que occidit cũ aliquo ſigno occidente id eſt tendente ad occaſum ſub oꝛizonte. Signũ aũt recte oꝛiri dicit̃ cũ quo maioꝛ ps equinoctialis oꝛitur: oblique vero cũ minoꝛ. Similiter etiã intelligendũ eſt de occaſu. ¶ Et eſt ſciendũ: ꝙ in ſphera recta zodiaci quarte inchoate quattuoꝛ punctis: duobus ſcilicet ſolſticialibus et duobus equinoctialibꝰ adequant̃ ſuis aſcenſionibꝰ: id eſt quãtũ tꝑis ꝯſumit quarta zodiaci in ſuo oꝛtu in tãto tꝑe q̃rta eq̃noctialis illi conterminalis per oꝛit̃ ſꝫ tñ partes illarũ quartarũ variant̃ neq̃ hñt eq̃les aſcẽſiões ſicut iam patebit. Eſt enĩ regl'a. quilibet duo arcꝰ zodiaci eq̃les et equaliter diſtantes ab aliquo quattuoꝛ punctoꝛũ iã dictoꝛũ equales hñt aſcẽſiones: et ex hoc ſequit̃ ꝙ ſigna oppoſita equales hñt aſcenſiones ⁊ hoc eſt qḋ dicit Lucanꝰ loq̃ns de ꝓceſſu Catonis in libiã verſus eq̃noctialẽ. Nõ obliqua meant: nec tauro rectioꝛ exit. Scoꝛpiꝰ aut aries donat ſua tꝑa libꝛe: aut aſtrea iubet lẽtos deſcẽdere piſces. Par geminis chirõ et idẽ ꝙ charcinꝰ ardens humidꝰ egloceros nec plꝰ leo tollit̃ vrna. Hic dicit Lucanꝰ ꝙ exiſtentibꝰ ſub eq̃noctiali ſigna oppoſita equales hñt aſcenſiões et occaſum. Oppoſitio aũt ſignoꝛũ habetur ꝑ hũc verſum. Eſt. li. ari. ſcoꝛ. tau. ſa. gemi. capꝛi. can. a. le. piſ. vir. Eſt notãdũ ꝙ non valet talis argumentatio. Iſti duo arcꝰ ſunt eq̃les et ſil' incipiũt oꝛiri ⁊ ſemper maioꝛ ps oꝛit̃ de vno ꝙ̃ de reliquo: ergo ergo: ille arcus citius peroꝛitur cuius maioꝛ pars ſemper oꝛiebat̃. Inſtantia huiꝰ argumentatiõis manifeſta eſt in partibꝰ pꝛedictarũ q̃rtarũ. ſi enĩ ſumat̃ quarta ps zodiaci q̃ ẽ a pꝛincipio arietis vſq̃ ad finẽ geminoꝛũ: ſemꝑ maioꝛ ps oꝛit̃ de quarta zodiaci ꝙ̃ ď q̃rta equinoctialis ſibi conterminali ⁊ tñ ille due quarte ſimul per oꝛiunt̃. Idẽ intellige de quarta zodiaci q̃ eſt a pꝛincipio libꝛe vſq̃ in finẽ ſagitarij. Itẽ ſi ſumat̃ quarta zodiaci q̃ eſt a pꝛincipio cancri vſq̃ in finem virginis ſemper maioꝛ ps oꝛit̃ de q̃rta equinoctialis ꝙ̃ de quarta zodiaci illi conterminali et tñ ille due q̃rte ſil' per oꝛiunt̃. Idẽ intellige de q̃rta zodiaci q̃ eſt a pꝛĩo pũcto capꝛicoꝛni vſq̃ in finẽ piſciũ.

In hac parte tex. tria facit. Pꝛĩo declarat qḋ ſit oꝛtus vel occaſus alicuꝰ ſigni Secundo ponit duas regl'as cũ vno corrolario. Tertio ponit inſtantiam vnius argumẽtationis Circa pꝛimũ dico ꝙ oꝛtꝰ vel occaſus alicuius ſigni nihil aliud eſt ꝙ̃ illã partem eq̃noctialis oꝛiri vel occidere que oꝛit̃ cum tali ſigno oꝛienti vel occidẽti: vñ illud ſignũ dicit̃ oꝛiri recte cũ quo maioꝛ pars oꝛit̃ equinoctialis. et illud ſignũ dicit̃ oꝛiri obliq̃ cũ quo minoꝛ pars oꝛitur equinoctialis: ex quo ſequit̃ ꝙ ſignum oꝛiens recte maiꝰ tꝑs ponit in ſuo oꝛtu et oꝛiẽs obliq̃ minꝰ tempꝰ ponit in ſuo oꝛtu. ¶ Circa ſecundum notandum ꝙ in Sphera recta quarte zodiaci inchoate q̃ttuoꝛ pũctis duobꝰ ſolſticialibus ⁊ duobꝰ eq̃noctialibꝰ adequant̃ ſuis aſcẽſionibꝰ. i. tota quarta zodiaci tã cito aſcẽdit q̃nto q̃rta eq̃noctialis ſibi ꝯterminalis: ſecũda regula: quilibet duo arcꝰ equales et equaliter diſtantes ab aliquo quattuoꝛ pũctorum iã dictoꝛũ equales habent aſcenſiones: ⁊ ex hoc ſequit̃ ꝙ ſigna oppoſita cũ equi diſtent ab aliquo q̃ttuoꝛ punctoꝛũ equales hñt aſcenſiones: et hoc eſt qḋ dicit Lucanꝰ loq̃ns de ꝓceſſu catonis in libiã verſus eq̃noctialem non obl' qua meant nec tauro rectioꝛ exit ſcoꝛpius aut aries donat ſua tꝑa libꝛe ⁊c.

¶ Circa tertium dicit auctoꝛ ꝙ iſta conſequentia nihil valet iſti duo arcus ſimul incipiunt oꝛiri et ſemper maioꝛ pars oꝛitur de vno ꝙ̃ de alio et ſunt equales ergo ille arcꝰ citiꝰ oꝛietur cuiꝰ maioꝛ pars ſemper oꝛiebat̃ inſtantia ſatis pꝫ ĩ arcubꝰ ꝑdictarũ q̃rtaꝝ. ſ. zodiaci et equinoctialis: ⁊ poſſet dari bonꝰ intellectus huic ꝙ ſi intelligatur oꝛit̃ pꝛeſentialr̃ bona eſt conſequentia: et male dicit auctoꝛ: ſi tñ intelligat̃ iſta cõſequẽtia: iſti duo arcꝰ ſunt equales et ſimul incipiunt oꝛiri ergo ille arcus citiꝰ poꝛietur: cuius maioꝛ pars oꝛiebatur. Nihil valet ſi ly oꝛiebatur equi valeat iſti aggreto: erat oꝛta vt ly oꝛta ſumatur pꝛeteritiue cuiꝰ eſt analogia accomodatiſſima. Si duo iter agentes debeãt iter agere 16. leucarũ pꝛimꝰ pꝛima die ambulet. 8. leucas ſecũda die quattuoꝛ tertia die duas quarta vnã et quinta aliã: aliꝰ vero econuerſo peragat idem iter ſemper eſt plꝰ tranſitũ a pꝛimo ꝙ̃ a ſecundo: et tamẽ eq̃ cito ſuũ ſpaciũ ꝑagunt. Alia ſimilitudo eſt ſi ſumant̃ duo luminoſa equalia reſpectu duoꝛũ oppacoꝛũ eq̃lium ita ꝙ eſſent due virge recte et facere equales vmbꝛas ambo oppaca et ambo luminoſa et appꝛopinq̃rent illa luminoſa eque ⁊ equalr̃ ad oppaca donec ponant̃ ſuper illa perpendicularitr̃. ſed in tꝑe appꝛopinquationis vna illaꝝ virgularũ incurvetur clarũ eſt ꝙ ille vmbꝛe eque cito auferent̃ puta q̃ñ luminoſa ſuper oppaca ſteterint perpendicularit̃ ⁊ tñ ſemper de ambꝛa illa que fiebat ab ipſa virga flexa erat plꝰ de vmbꝛa ablatũ imo ſemper plꝰ auferebat̃ ¶ Eſt et alia ĩſtãtia in infinitis ſi hoꝛa futura diuiſa per partes pꝛopoꝛtionales minoꝛibus verſus finem





foꝛtes et plato pertranſeant talr̃ ꝙ in qualibet parte ꝓpoꝛtionali quando ſoꝛtes pertranſeat duas partes: plato pertranſeat vnam illaꝝ: et ſequitur ſoꝛtez ſemper velocius moueri platone in duplo ⁊ tñ eque cito pertranſeunt illa ſpacia, vt patet intelligẽti aliquid de materia calculationuꝫ.

In ſphera autem obliqua: ſiue decliue due medietates zodiaci adequantur ſuis aſcenſionibus. Medietates dico que ſumũntur a duobꝰ punctis equinoctialibꝰ: qꝛ medietas zodiaci que ẽ a pꝛĩcipio arietis vſq̃ ĩ finẽ virginis oꝛitur cũ medietate equinoctialis ſibi conterminali: ſilr̃ alia medietas zodiaci oꝛitur cũ reliqua medietate de equinoctiali. Partes aũt illaruꝫ medietatum variantur ſm ſuas aſenſiones: q̃ñ ĩ illa medietate zodiaci, que ẽ a pꝛincipio arietis; vſq̃ in fineꝫ virginis ſemꝑ maioꝛ pars oꝛitur de zodiaco ꝙ̃ ď equinoctiali: et tamẽ ille medietates ſimul poꝛiũt̃ Ecõuerſo cõtingit in reliq̃ medietate zodiaci que ẽ a pꝛincipio libꝛe vſq̃ ad finẽ piſciũ ſemꝑ enĩ maioꝛ pars oꝛit̃ de equinoctiali quã zodiaco et tñ ille medietas ſimul ꝑ oꝛiunt̃.

Unde hic patet inſtantia facta manifeſtioꝛ cõtra argumentationẽ ſuperiꝰ dictam. Arcꝰ enĩ qui ſucedunt arieti vſq̃ in finẽ virginis in ſphera obliqua minuunt aſcenſiones ſuas ſuꝑ aſcenſiones eoꝛũdẽ arcuũ in ſphera recta: qꝛ minus oꝛit̃ de equinoctiali. Et arcus qui ſuccedũt libꝛe vſq̃ ad finẽ piſciũ in ſphera obliqua augent aſcenſiones ſuas ſuꝑ aſcenſiones eoꝛundẽ arcuũ in ſphera recta quia plus oꝛit̃ de equinoctiali. Augent dico ſcḋm tantã quãtitatẽ ĩ quanta arcus ſuccedentes arieti minuũt. Ex his patet ꝙ duo arcꝰ eq̃les et oppoſiti in ſphera decliui habent aſcenſiones ſuas iunctas equales aſcenſionibꝰ eoꝛundẽ arcuũ in ſphera recta ſil' ſumptis: qꝛ quãta eſt diminutio ex vna parte tãta eſt additio ex altera Licet enĩ arcus inter ſe ſint equales: tamen quantuꝫ vnus minoꝛ eſt tãtũ recuperat alius: et ſic patet adequatio. Regula quidẽ eſt ĩ ſphera obliq̃ ꝙ quilibet duo arcus zodiaci equales et eq̃liter diſtãtes ab alterutro punctoꝛũ equinoctialiũ eq̃les hñt aſcẽſiones

In hac parte autoꝛ declarat tria Pꝛimum quomodo illa inſtantia ſuperius facta inſtatur manifeſtiꝰ in ſphera obliqua. Secundo declarat vnam regulam cũ vno coꝛolario ibi arcus ãt. Tertio ponit vnã aliã regulã q̃ tangit aſcẽſiones ſignoꝝ. Circa pꝛimũ notãdũ optime ꝙ medietates zodiaci adequãtur ſuis aſcẽſionibꝰ: loquimur de medietatibꝰ zodiaci que quidẽ inchoant̃ a pũctis equinoctialibus: ſed tñ partes illaꝝ medietatũ variantur: et in veritate maioꝛ pars ſemꝑ oꝛit̃. i. oꝛta ẽ in medietate ſeptẽtrionali de zodiaco: quã de equinoctiali intellige oꝛit̃. i. oꝛta eſt: et tñ ille medietates ſimul peroꝛiunt̃. In ſecundo puncto declarat ꝙ arcus ſuccedẽtes arieti vſq̃ in finẽ virginis minuũt aſcẽſiones ſuas. i. minoꝛes hñt ſuas aſcẽſiones ĩ ſphera obliqua quã in recta et cõtra vero cõtingit in aſcenſione ſignoꝝ a libꝛa vſq̃ ad piſces. Augẽt enim ſuas aſcenſiones ſuper aſcẽſiones eoꝛundẽ in ſphera recta. Dicit tamen coꝛolariũ ꝙ ſigna oppoſita in ſphera obliqua ſimul iũcta equales hñt aſcẽſiones in ſphera obliqua: ſicut ſimul iũcta in ſphera recta; quod ſic declaratur ſit exempli grã ꝙ aries habeat ĩ ſphera recta 28. gradus aſcenſionis et totidẽ habet libꝛa in ſphera recta in ſphera aũt obliqua verbi gratia ĩ medietate. 6. climatis aries aſcendit in. 16. gradibꝰ: vnde minuit ab aſcenſione ſua in ſphera recta. 12. gradus libꝛa vero in eadem latitudine oꝛitur cũ. 40. gradibꝰ. Unde auget ſuã aſcenſionẽ quantũ ſignum oppoſitum minuebat. Ex quo ſeq̃tur ꝙ q̃ñ vnũ ſignũ oppoſitũ minuit reſpectu ſphere recte tñ aliḋ auget. Sꝫ cõtra hoc arguit capiamus cancrũ nõ minuit ſuam aſcenſionẽ reſpectu ſphere recte ĩ ſphera obliqua vt pꝫ ex tabulis aſcenſionũ ſignoꝛũ et ex illo verſu manilij recta meant obliqua cadunt aſidere cancri donec finit̃ chirõ. Ad hoc argumẽtũ reſpõdet Capuanus: ꝙ minuere ſuas aſcenſiones ſigna ab ariete vſq̃ in finẽ virginis ſtat bifariam vno mõ copulatiꝫ id eſt oĩa ſimul: ſecũdo mõ copulatiue id eſt quodlꝫ ſeoꝛſuꝫ pꝛio mõ verus eſt auctoꝛ: non: ſecundũ modo. Sed cõtra replicat ciruelo ſeq̃tur: ꝙ titulus huiꝰ capitis eſt falſus. Nã auctoꝛ ꝓmiſit ſe declaraturũ de oꝛtu et occaſu ſignoꝛũ qḋ certe nõ ad ĩplet: qꝛ nõ loq̃tur quomodo quodlꝫ ſignũ oꝛiatur ſed ſolũ loquit̃ ď quartis et de medietatibꝰ iunctim. Ponit̃ ſecũda regula q̃lꝫ duo arcus zodiaci equales et equalr̃ diſtantes ab alterutro pũctoꝛum equinoctialiũ equales habẽt aſcẽſiones et intelligas eodẽ vt aries: et piſces: aq̃rius: et thaurus et cetera.

Et ſi multa ĩ opuſculo ſphere errata inter legendũ ĩpugnauimꝰ duoꝛũ tñ que hucuſq̃ latuere et vobis ita viſum eſt rationẽ litteris mandare libuit ait auctoꝛ ſphere tertio capite vbi de aſcenſione in obliquo finitoꝛe ſeu oꝛizõte determinat ꝙ in illa medietate zodiaci que ẽ a pꝛincipio arietis vſq̃ ad fineꝫ virginis ſemꝑ maioꝛ pars oꝛta eſt de zodiaco ꝙ̃ de equinoctiali et tñ ille medietates ſimul ꝑ oꝛiuntur qḋ falſum eẽ duobꝰ ſacris fundamentis ꝓbabimꝰ. Pꝛimum eſt ꝙ ſi ſumantur duo arcus zodiaci equales ⁊ eque diſtantes ab hyemali ſiue eſtiuali ſolſtitio habent aſcenſiones ſuas ĩ ſphera recta equales. Quod pꝫ ex. 2. libꝛo almageſti tholomei et regula quam ipſe ſphere auctoꝛ in aſcenſione ſignoꝝ in ſphera recta poſuit ſecundũ fundamentũ ꝙ ſi iterũ duo arcus equales et eque diſtantes a pꝛĩo puncto cancri in zodiaco ſumatur quanta ẽ diminutio aſcenſionis vnius in ſphera obliqua ſupra aſcẽſionem eiuſdem in recta ſphera tanta eſt additio in altero. Qḋ fundamentuꝫ pꝛobatur a Tholomeo in. 2. libꝛo diuinoꝝ: ⁊ a ioãne ď mõte regio ĩ. 2. epythomatum pꝛopoſitione. 20. et a geoꝛgio purbaco in ſecundo ſui bꝛeuiarij ꝓpoſitiõe. 19. hꝫ ergo ex pꝛĩo fundamento ſignũ arietis et virginis equales habere aſcẽſiones in finitoꝛe recto cũ vtrinq̃ equaliter diſtẽt ab eſtiuo ſolſtitio que aſcenſio eſt fere. 28. graduum cũ ſit. 27 et. 54. minutoꝛũ vt ex directoꝛio Ioannis de mõte regio patet. in aliqua vero ſphera obliqua vtpote cuius poli eleuatio ſit. 10. graduũ cũ ſignũ arietis oꝛiuntur viginti et ſex gradꝰ equatoꝛis vt eiſdẽ teſtibus patet cũ ſigno: ergo virginis oꝛientur triginta q̃ñ quanta eſt diminutio in ſigno arietis tanta debet eſſe additio in ſigno virginis cum vtrinq̃ equaliter diſtent a pꝛimo puncto cãcri: relinquitur ergo ꝙ oꝛiente pꝛimo gradu virginis tanta poꝛtio eſt oꝛta de zodiaco ꝙ̃ de equinoctiali et per conſeq̃ns patet ꝙ ĩ medietate illa zodiaci que eſt a pꝛincipio arie

tis vſqꝫ in finem virginis nõ ſemper maior portio ſit orta de zodiaco ꝙ̃ de equinoctiali.nec in altera medietate valet,ecõuerſo queadmodũ ait auctor ſphere vt facile ex dictis poterit probari. Secunda etiã regula auctoris ſphere in qua ponit ꝙ arcus qui ſuccedunt arieti vſqꝫ in finẽ virginis in ſphera obliqua minuũt aſcenſiones ſuas ſupra aſcenſiones eorũdem arcuũ in ſphera recta:q̃ minus oritur de equinoctiali itidem ẽ falſa cum virgo ſit de numero illorũ arcuũ et habeat maiorem aſcenſionem in ſphera obliq̃ quam in recta cum illic oriantur cum virgine triginta gradus equatoris: hic vero viginti et octo:idem oſtendit apertiſſime iſtrumentũ ſphere ſolide idẽqꝫ demonſtrat Tholomeus in ſecundo libro almagesti idem etiam experiri poteſt in directorio ioannis de monte regio:relinquitur ergo ꝙ non omnes arcus ſuccedentes arieti vſqꝫ ad fiuẽ virginis minuunt aſcenſiones ſuas in ſphera obliqua ſupra aſcẽſiones eorundem arcuũ in ſphera recta nec etiam omnes qui ſunt ab equinoctio autumnali vſqꝫ in finẽ piſciuꝫ eas augent quod eſt contra auctorẽ ſphere.

## Textus.

EXpredictis etiam patꝫ ꝙ dies naturales ſunt inequales. Eſt.n. dies naturalis reuolutio equinoctialis circa terrã ſemel cũ tãta zodiaci pre quãtã interim ſol pertranſit motu ꝓprio cõtra firmamentũ: ſed cũ aſcẽſiones illorũ arcuũ ſint inequales vt patet per predictatã in ſphera recta quã in obliqua et penes additamenta illarũ aſcenſionum conſiderentur dies naturales illi de neceſſitate erunt inequales. In ſphera recta propter vnicam cauſam ſcilicet propter obliquitatẽ zodiaci. In ſphera vero obliqua propter duas cauſas ſcilicet propter obliquitatẽ orizontis obliqui. Tertia ſolet aſſignari cauſa eccentricitas circuli ſolis. Notandũ etiam ꝙ ſol tendens a p̃io puncto capricorni per arietem vſqꝫ ad primuꝫ punctum cancri:raptu firmamenti deſcribit.182.paralelos q̃ etiam paraleli:⁊ ſi non omnino ſint circuli ſed ſphire cum tñ nõ ſit in hoc error ſenſibilis nec in hoc vis conſtituatur:ſi circuli appellantur de numero quorũ circulorum ſunt duo tropici et vnꝰ equinoctialis. Itẽ iam dictos circulos deſcribit ſol raptu firmamenti deſcendens a primo puncto cancri per librã vſqꝫ ad primum punctũ capricorni Et iſti circuli dierũ naturaliũ circuli appellanꝰ. Arcus aũt qui ſunt ſupra orizontem ſunt arcus dierum artificialium:qui ſunt infra orizontem ſunt arcus noctium. In ſphera igitur recta cum orizon ſphere recte tranſeat per polos mundi diuidit omnes circulos iſtos in partes equales. Unde tanti ſunt arcus dierũ quanti ſunt arcus noctium apud exiſtentes ſub equinoctiali. Unde pꝫ ꝙ exñtibus ſub equinoctiali ĩ quacũqꝫ parte firmamẽti ſit ſol eſt ſemper equinoctiũ In ſphera aũt decliui orizon obliquꝰ diuidit ſolum equinoctialẽ in duas partes equales:vnde quando ſol eſt in alterutro punctorũ equinoctialiũ tũc arcuꝰ diei equatur arcui noctis et eſt equinoctiũ in vniuerſa terra. Omnes vero alios circulos diuiuidit orizon obliquus in partes inequales:ita ꝙ in omnibꝰ circulis qui ſunt ab equinoctiali vſqꝫ ad tropicum cancri:et in ipſo tropico cancri maior eſt arcus diei ꝙ̃ noctis id eſt arcus ſuꝑ orizonte quam ſub orizonte.vñ in toto tempore quo ſol mouetur a principio arietis per cãcrũ vſqꝫ in finem



virginis maioranꝰ dies ſupra noctes ; et tanto plus quanto magis accedit ſol ad cancrũ et tanto minus quanto magis recedit. Ecõuerſo aũt ſe habet de diebus et noctibꝰ dũ eſt ſol in ſignis auſtralibꝰ. in omnibꝰ ãt aliis circulis quos ſol deſcribit iter equinoctialẽ et tropicũ capcornii maior ẽ circulꝰ ſub orizõte ⁊ minor ſupra.vnde arcus diei eſt minor ꝙ̃ arcꝰ noctis Et ſecundum proportionem arcuũ minorantur dies ſupra noctes et quanto circuli ſunt ꝓpinquiores tropico hyemali tanto magis minorantur dies:vñ videtur ſequi ſi ſumantur duo circuli eque diſtantes ab equinoctiali ex diuerſis partibus quantum eſt arcꝰ diei ĩ vno tantus eſt arcus noctis in reliquo. Ex hoc ſequi videtur ꝙ ſi duo dies naturales ſumantur in anno equaliter remoti ab alterutro equinoctiorum in oppoſitis partibus ꝙ̃ta eſt dies artificialis vnius tãta eſt nox alterus:⁊ econuerſo. Sed hoc eſt quatum ad vulgi ſenſibilitateꝫ in orizontis fixione. Ratio.n. per ademptionem ſolis cõtra firmamentum in obliquitate zodiaci verius diiudicat. Quato quidẽ polꝰ mundi magis eleuatur ſupra orizontem tanto maiores ſunt dies ſtatis quando ſol eſt in ſignis ſeptentrionalibꝰ:ſed econuerſo quando eſt in ſignis auſtralibus tanto eniꝫ magis minoranꝰ dies ſupra noctes.

## Commentarium.

IN preſentiaruꝫ auctor declarat ꝙ dies naturales ſunt inequales:quod quidẽ declarat ꝑ ſuppoſito quid eſt dies naturalis et reſpondet, ꝙ dies naturalis eſt reuolutio equinoctialis circa terram ſemel, cum tanta portione, quantam interim ſol pertranſit motu proprio : ita ꝙ cum ſol moueatur ab oriente in occidens redeundo in oriens,ſol ipſe motu proprio gradum zodiaci vbi erat mutauit,in qua mutatione factum eſt vt cum appropinquauerit ille gradus vbi fuit ſol oriente nondum illuceſcat:ſed opus eſt expectare ꝙ ille gradꝰ quem interim pertranſiuit ſol aſcendat. Gratia cuiꝰ cum ille gradus zodiaci inequaliter aſcendant quidam velocius et alii tardius neceſſe eſt vt dies naturales non ſint equales:quia additamenta illarum aſcenſionum ſunt inequalia. Secunda cauſa inequalitatis dierum eſt,ꝙ ſol mouetur aſcendẽdo ſuper orizontem obliquum qui cauſat diuerſos et inequales angulos. Gratia cuius ſequitur ꝙ citius aliquando aſcendat et aliquando tardius:ergo dies naturales ſunt inequales. Tertia cauſa eſt ex parte eccentricitatis circulꝰ vbi ſol verſatur:quia ſol mouetur regulariter in centro ſui eccentrici ꝗ mouebitur irregulariter ſuper quodlibet alio centro:⁊ ita mouebitur irregulariter ſuꝑ zodiaco:quia velocius in oppoſito augis quam in auge : Ex quo infert de Aliaco ꝙ in hyeme dies naturales ſunt maiores quam in eſtate. Sicut econuerſo dies artificiales ſunt maiores in eſtate quam in hyeme. Et ratio eſt : quia ſol motu proprio velocius mouetur in oppoſito augis : quare maior portio debet aſcendere ad finiendam diem hyemis quam eſtatis. Ulterius dicit auctor ꝙ ſol tendens a primo puncto capricornĩ per arietem vſqꝫ ad primum punctum cancri raptu firmamenti deſcribit.182.paralelos qui etiam paraleli(et ſi nõ omnino ſint circuli)ſed ſphire eo qd non coniungitur finis cum principio:ſed tamen diſtantia eſt parua : et ideo circuli appellantur. Quos eoſdem paralelos 182.deſcribit ſol a principio capricornii per libram vſqꝫ ad finem cancri. Et iſti circuli appellantur cir-



culi dierum naturalium. Arcus vero qui ſunt ſuper orizontem ſunt arcus dierum et qui ſunt ſub orizõte arcus noctium. Unde apud exiſtentes ſub equinoctiali tanti ſunt arcus dierum:quanti ſunt arcus noctium et ſemper dies et noctes equantur quoniam orizõ rectus diuidit omnes iſtos circulos in partes equales. Orizon tamen obliqus diuidit iſtos.182. paralelos in partes ĩequales preterꝙ̃ equinoctialẽ ideoqꝫ dies et noctes ſunt equales quando venit ſol ad principiuꝫ arietis vel libre in vniuerſa terra: ſꝫ quando aſcẽdit ab ariete verſus ſigna ſptẽtrionalia maiores ſunt arcus dierum quam noctium et econuerſo dum accedit ad ſigna meridionalia. Ex quo ſequitur ꝙ ſi duo dies naturales ſumantur in anno eq̃liter remoti ab alterutro equinoctiorum quanta eſt dies artificialis vnius tanta eſt nox alterius. Quod ideo eſt:quia tantus eſt arcus ſub orizõte ex vna parte quantus eſt arcus ſuper orizonte ex alia quod eſt per regulam theodoſii de ſpheris dicentis ꝙ ſi ſumãtur duo circuli equi diſtantes ſuper quos vnus tertius ſit inclinatus,ſicut orizon obliquꝰ ſuper duos tropicos arcus coalterni ſunt equales ex quo ſequitur ꝙ dies ſancti Barnabe eſt equalis nocti ſancte lucie Hoc tamen verum eſt in orizontis fixione quantum ad vulgi ſenſibilitatem ſecus autem quantum ad rei veritatem quod eſt per ademptionem ſolis contra firmamentum. Nam illic ſcilicet ex parte noctis ſe tenet ille arcus queꝫ iterum ſol adimit contra firmamentũ. Et ita nox prolixior ẽ die. Annotat preterea ꝙ quanto polus mũdi ẽ altior tanto dies eſtatis ſunt maiores quod ſatis patet ex ſphera materiali

NOtandum etiam ꝙ ſex ſigna que ſunt a principio cancri per libram vſqꝫ in finẽ ſagittarii habent aſcenſiões ſuas in ſphera obliqua ſimul iunctas maiores aſcenſionibꝰ ſex ſignorũ que ſunt a principio capricorni per arietẽ vſqꝫ ad finem geminorum. Unde illa ſex ſigna priꝰ dicta dñt recte oriri:iſta vero ſex oblique vnde virgili. Recta meant obliqua cadunt a ſidere cãcri. Donec finitur chiron ſed cetera ſigna. Naſcũtur prono:deſcendunt tramite recto. Et quando eſt nobis maxima dies in eſtate. ſ.ſole exiſtente in principio cancri tunc oriuntur de die ſex ſigna directe orientia:de nocte autem ſex oblique. Econuerſo quando:eſt nobis minimus dies in anno ſcilicet ſole exiſtente in principio capricorni tunc de die oriũtur ſex ſigna oblique orientia:de nocte vero ſex directe. quãdo autem ſol eſt in alterutro punctorũ equinoctialiũ tunc de die oriũtur tria ſigna directe orientia ⁊ tria oblique et de nocte ſimiliter Eſt enĩ regula quantumcũqꝫ breuis vel prolixa ſit dies vel nox ſex ſigna oriũtur de die et ſex de nocte:nec propter prolixitatem vel breuitatem diei vl' noctis plura vel pauciora ſigna oriuntur: Ex his colligitur ꝙ cum hora die naturalis ſit ſpaciũ temporis in quo medietas ſigni per oritur in qualibet die artificiali.ſimiliter ⁊ in nocte ſunt.12.hore naturales. In oĩbus aũt aliis circulis q̃ ſunt a latere equinoctialis vel ex parte auſtrali vel ſeptemtrionali minoranꝰ vel maioranꝰ dies vel noctes ſm̃ ꝙ plura vel pauciora de ſignis directe orientibus vel oblique de die vel de nocte oriuntur.

HIc auctor aſſignat aliam cauſam quare quidam dies ſunt maiores quidã vero minores et dicit ꝙ dies eſtatis, ideo ſunt



maiores:quia plura ſigna recte oriantur ⁊ dies hyemis ſunt minores q̃ plura ſigna recte oriantur et dies autumni ſunt mediocres ſimiliter et veris: quia aliqua ſigna oriãtur recte et aliqua obliqua: ita ꝙ ſi velis hoc perfecte calere conſpice que ſunt illa ſigna recte orientia que ſunt illa que ſunt obliqꝫ oriẽtia in ſphera obliqua: et illa declarantur per hos verſus q̃ ſunt manilii et non vergilii vt ait auctor:recta meãt obliqua cadũt a ſydere cancri donec finitur chirõ ſꝫ cetera ſigna naſcuntur prono deſcẽdunt tramite recto. Poſtea dclarat quid ſit hora naturalis et dicit ꝙ hora naturalis eſt tantum ſpacium quantum contingit morari in ſua aſcenſione medietatem vnius ſigni et quia iſte medietates aſcendunt inequaliter ideo iſte hore naturales ſunt inequales et vna maior altera et his horis naturalibus vtebantur antiqui philoſophi et etiam iudei quoniam ſepius in ſacra ſcriptura de iſtis horis fit mentio. Dicitur enĩ. Joa.ii.nonne duodecim ſunt hore diei quod nõ videretur verum in qualibet die niſi per has horas naturales computando. Cum enĩ iudea ſit in tertio climate dies eius artificialis non ſemper eſt.12.horarum equalium: artificialium ſed quandoqꝫ decẽ quandoqꝫ vero.14 horarũ. Item Mathei.20.ponitur parabola de patre familias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam et quoſdam miſit hora prima:alios hora ſecunda:alios horã ſexta:alios hora nona:⁊ alios circa vndecimam horam vbi per horã primã intelligiꝰ ortus ſolis:et hora tertia eſt per tres horas naturales poſt ortum ſolis:hora ſexta per ſex horas, et tunc eſt preciſe meridies ſcilicet in fine hore ſexte:ſimiliter hora nona diſtat per nouem horas naturales ab ortu ſolis et eſt tertia hora poſt meridiem:ſed hora vndecima poſt ortum ſolis dicitur per vnam horam naturalem ante occaſum ſolis quod patet ex hiis que dicuntur in fine parabole : quia ð hiis qui in.ii.hora venerunt dicitur hii vna ſola hora fecerunt de hiis etiam horis loquunꝰ euangeliſte ĩ paſſione dñi:q̃ Joanes dicit. Erat quaſi hora ſexta quãdo crucifixus eſt iheſus⁊ Matheus ait. Facte ſunt tenebre ſuper vniuerſam terram ab hora ſexta vſqꝫ ad horam nonam:hiis etiaꝫ horis vtitur romana eccleſia in officiis et horis eccleſiaſticis dicendis q̃ ſunt prima:tertia:ſexta:et nona:et cetere:et item decreta cõciliorum in diebus ieiuniorum hora nona dicũt cibum eſſe xpianis ſummendum:harum igiꝰ horarũ notitia viro eccleſiaſtico eſt neceſſaria.

## De diuerſitate dierum et noctiuꝫ que fit habitantibus in diuerſis locis terre.

## Textus.

NOtandum autem ꝙ illis quorũ zenith eſt in equinoctiali circulo ſol bis in anno tranſit per zenith capitis eorum ſcꝫ quando eſt in principio arietis vel in pñcipio libre ⁊ tũc ſunt illis duo alta ſolſtitia quoniam ſol directe tranſit ſuper capita eorum. Sunt iterum illis duo ima ſolſtitia quando ſol eſt in primis punctis cancri ⁊ capricorni ⁊ dicuntur ima:quia tunc ſol maxime remouetur a zenith capitis eorum.vnde ex predictis patet cum ſemper habeant equinoctium in anno quatuor habebunt ſolſtitia:duo alta et duo ima: Patet etiam ꝙ duas habent eſtates : ſole ſcilicet exiſtente in alterutro punctorum equinoctialiũ:vl' prope. Duas etiam habent hiemes ſcilicet ſole exiſtente in pri

mis punctis cancri et capricorni vel prope: et hoc ē ꝙ dicit Alphagranꝰ ꝙ eſtas et hyems. ſcilicet noſtre ſunt illis vniꝰ et eiuſdē cōplexiōis qm̄ duo tpa ꝗ ſunt nobis eſtas et hyems ſunt illis duo hyemes. Vñ ex his verſuꝫ lucani pꝫ expoſitio. Deprehēnſum eſt hūc eſſe locum quo circulus alti Solſtitij medium ſignorum percutit orbem. Ibi enim appellat Lucanus circulum alti ſolſtitij equinoctialem: in quo contingunt duo alta ſolſtitia ſub equinoctiali exiſtentibus. Orbem ſignorum appellat zodiacum: quem medium idest mediatum hoc eſt diuiſum in duo media equinoctialis percutit idest diuidit. Illis etiam in anno contingit habere quattuor vmbras. Cū em̄ ſol ſit in alterutro punctorum equinoctialium tunc in mane iacitur vmbra eorum verſus occidentem: in veſpere vero econuerſo. In meridie vero eſt illis vmbra ꝑpendicularis cum ſol ſit ſupra caput eorum. Cum autem ſol ē in ſignis ſeptētrionalibus tūc iacit vmbra eoꝝ verſus auſtrū. Qñ eſt in auſtralibus tūc iacitur verſus ſeptētrionem. ¶ Illis aūt oriunt̄ ⁊ occidunt ſtelle que ſunt iuxta polos ſicut et quibuſdā alijs habitantibus circa equinoctialē: vnde lucanꝰ ſic inqt.

Tunc furor extremos mouit romanꝰ horeſtas.
Carmenoſqꝫ duces quorum iam flexus in auſtrum.
Aether non totam mergi tamen aſpicit arcton.
Lucet et exigua velox ibi nocte bootes. Ergo mergitur et parum lucet. ¶ Itē Ouidiꝰ de eadē ſtella.
Tingitur oceano cuſtos erimanthidos vrſe.
Aequoreaſqꝫ ſuo ſidere turbat aquas.

¶ In ſitu aūt noſtro nunꝙ̄ occidunt iſte ſtelle. Unde virgilius. Hic vertex nobis ſemper ſublimis at illū
Sub pedibus ſtix atra vident maneſqꝫ profundi.
Et Lucanꝰ. Axis ī occiduꝰ gemina clariſſimꝰ arctō
¶ Item Virgilius in georgicis ſic inquit.
Arctos oceani metuentes equore mergi.

## ¶ Quorum zenith eſt inter equinoctialem et tropicum cancri.

Illis autem quoruꝫ zenith eſt inter equinoctialem et tropicum cancri cōtingit bis in anno ꝙ ſol trāſit per zenith capitis eorum qđ ſic patet. Intelligatur circulus paralellus equinoctiali tranſiens per zenith capitis eorum ille circulꝰ interſecabit zodiacū in duobus locis eque diſtantibus a principio cancri. Sol igitur exiſtens in illis duobus punctis tranſit per zenith capitis eoꝝ. Unde duas habent eſtates et duas hyemes, quattuor ſolſticia et quattuor vmbras ſicut exiſtentes ſub equinoctiali. Et in tali ſitu dicunt quidam Arabiam eſſe. Unde Lucanus loquens de arabibus venientibus Romam in auxiliū Pompeio dicit. Ignotum vobis arabes veniſtis in orbem. Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras. Quoniaꝫ in partibus ſuis quādoqꝫ erant illis vmbre dextre: qñqꝫ ſiniſtre, quando perpendiculares quandoqꝫ orientales, quandoqꝫ occidentales ſed quando venerant Romam citra tropicum cancri tunc ſemꝑ habebāt vmbras ſeptemtrionales.

## ¶ Quoꝝ zenith eſt in tropico cācri.

Illis ſiquidem quoꝝ zenith eſt in tropico cancri contingit ꝙ ſemel in anno tranſit ſol per zenith capitis eoꝝ. ſ. qñ eſt in pmͦ pūcto cācri: et tunc in vna hora diei vniꝰ totius anni ē il



lis vmbra perpendicularis. In tali ſitu dr̄ Syene ciuitas. Vñ Lucanꝰ, vmbras nuſquā flectēte Syene Hoc intellige in meridie vnius diei et per reliduū totius anni iacit̄ illis vmbra ſeptemtrionalis:

## ¶ Quorum zenith inter tropicum cancri et circulum arcticum.

Illis vero quorum zenith eſt inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticū contingit ꝙ ſol in ſempiternum non tranſit per zenith capitis eorum et illis ſemper iacitur vmbra verſus ſeptemtrionem. Talis eſt ſitus noſter. ¶ Notandum etiam ꝙ ethiopia vel aliqua pars eius eſt citra tropicū cancri. Vñ Lucanus. Aethiopūqꝫ ſolum qđ non premeretur ab vlla ſigniferi regione poliui poplite lapſo. Ultima curuati procederet vngula thauri. Dicunt enim quidam ꝙ ibi ſumit̄ ſignuꝫ equiuoce pro duodecima parte zodiaci: et ꝓ forma animalis qđ ſm̄ maiorem parteꝫ ſui eſt in ſigno quod denoīat Unde thaurus cum ſit in zodiaco ſm̄ maiorē ſui partem: tamen extendit pedem ſuū vltra tropicum cancri: et ita premit ethiopiam licet nulla pars zodiaci premat eam. ¶ Si enim pes thauri de quo loquitur auctor extenderetur verſus equinoctialem vt eſſet ī directo arietis vel alterius ſigni tūc premeretur ab ariete vel virgine: et alijs ſignis quod patet per circulum equinoctialem paralellum circunductuꝫ per zenith capitis ipoꝝ ethiopuꝫ et arietem et virgineꝫ vel alia ſigna: ſed cum rō phyſica huic contrarietur: non enim ita eſſent denigrati ſi in temperata naſcerentur habitabili. Dicendum ꝙ illa pars ethiopie ō qua loquitur Lucanus eſt ſub equinoctiali circulo: ⁊ ꝙ pes thauri de quo loquitur extēditur verſus equinoctialē. Sed diſtinguit̄ tunc in ſigna cardinalia ⁊ regiōes Nā ſigna cardinalia dr̄ duo ſigna ī qbꝰ ꝯtingūt ſolſticia ⁊ duo ī qbꝰ ꝯtingūt eqnoctia Regiones āt appellant̄ ſigna inſmedia. Et ſm̄ hoc pꝫ ꝙ cū ethiopia ſit ſub eqnoctiali non ꝑmit̄ ab aliqua regiōe ſꝫ a duobꝰ ſignis tantum cardinalibus. ſ. ariete et libra.

## ¶ Quoꝝ zenith ē in circulo arctico.

Illis aūt quoꝝ zenith ē in circulo artico cōtingit in quolꝫ die et tpe āni ꝙ zenith capitis coꝝ e iaceꝫ cū polo zodiaci: ⁊ tūc hn̄t zodiacū ſiue eclipticā ꝓ orizōte. Et hoc eſt qđ dicit Alphagranꝰ ꝙ ibi circulꝰ zodiaci flectit̄ ſupra circulū hemiſpherij. Sꝫ cū firmamentū ꝯtinuo moueat̄ circulꝰ orizontis interſecabit zodiacū in inſtāti: ⁊ cū ſint maximi circuli in ſphera interſecabūt ſe in ꝑtes eq̄les. Vñ ſtati medietas vna zodiaci emergit ſupra orizontē ⁊ reliq̄ deprimit̄ ſub orizōte ſubito. et hoc ē qđ dicit Alpha. ꝙ ibi occidūt repente ſex ſigna: ⁊ reliq̄ ſex oriunt̄ cū toto eqnoctiali. Cū āt ecliptica ſit orizō illoꝝ erit tropicꝰ cancri totus ſupra orizonta: et totꝰ tropicꝰ capricorni ſub orizōte: et ſic ſole exn̄te in primo puncto cācri erit illis vna dies. 24. horaꝝ et qſi inſtans ꝓ nocte: q2 in inſtāti ſol tranſit orizōta et ſtatim emergit ⁊ ille ꝯtactus eſt ꝓ nocte. Econuerſo cōtingit illis ſole exn̄te ī primo puncto capricorni, Eſt enim tunc illis vna nox. 24. horarum et quaſi inſtans pro die.

## ¶ Quorum zenith eſt inter circuluꝫ arcticum et polum mundi.

Illis aūt quoꝝ zenith eſt inter circuluꝫ arcticū et polū mūdi arcticū: ꝯtingit ꝙ orizō illoꝝ interſecat zodiacū in duobꝰ punctis eq̄ diſtātibus a principio cancri et in reuolutione firmamenti contingit ꝙ illa



portio zadiaci intercepta ſemꝑ relinquit̄ ſupra orizontē. Vñ pꝫ ꝙ quādiu ſol eſt in illa portione intercepta erit vnꝰ dies ꝯtinuꝰ ſine nocte, ergo ſi illa portio fuerit ad quātitatē ſigni vniꝰ: erit tibi dies continuꝰ vnius mēſis ſine nocte ad quātitatē duoꝝ ſignoꝝ erit duoꝝ menſiū ⁊ ita deinceps. Itē cōtingit eiſdē ꝙ portio zodiaci intercepta ab illis duobus punctis eq̄ diſtantibus a principio capricorni ſemꝑ relinquit̄ ſub orizonte: vñ cū ſol eſt in illa portibne intercepta erit vna nox ſine die breuis vel magna ſm̄ quantitatē intercepte portionis. Signa aūt reliqua q̄ eis oriunt̄ et occidunt prepoſtere oriuntur et occidunt. Oriūtur prepoſtere ſicut thaurꝰ ante orientē: et aries añ piſces: piſces ante aquariū. Et tn̄ ſigna his oppoſita oriunt̄ recto ordine et occidūt prepoſtere, vt ſcorpiꝰ ante librā, libra ante virginē: ⁊ tn̄ ſigna his oppoſita occidūt directe illa. ſ. q̄ oriebant̄ ꝑpoſtere vt thaurꝰ

## ¶ Quoꝝ zenith eſt in polo arctico.

Illis aūt quoꝝ zenith eſt in polo arctico contingit ꝙ illoꝝ orizon eſt idem ꝙ equinoctialis. Vñ cum equinoctialis interſecet zodiacū in duas ꝑtes equales. ſic ⁊ illorum orizon relinquit medietatem zodiaci ſupra, et reliquam infra: vnde cum ſol decurrat ꝑ illam medietatē q̄ eſt a principio arietis vſqꝫ in fineꝫ virginis vnus erit dies continuus ſine nocte: et cum ſol decurrit in illa medietate que ē a principio libre vſqꝫ in finem piſcium erit nox vna ſine die. Quare ⁊ vna medietas totius anni eſt vna dies artificialis: et alia medietas eſt vna nox: vnde totus annus eſt ibi vnus dies naturalis. Sꝫ cū ibi nunꝙ̄ magis. 23. gradibus ſol ſub orizonte deprimatur, viderurꝙ illis ſit dies continuus ſine nocte. Nam ⁊ dies nobis dicitur ante ſolis ortum ſupra orizontē. Hoc aūt eſt quantuꝫ ad vulgarem ſenſibilitatem. Non enim eſt dies artificialis: quantum ad phyſicam rationeꝫ: niſi ab ortu ſolis vſqꝫ ad occaſum eius ſub orizonte. Ad hoc iteꝝ ꝙ lux videtur ibi eſſe perpetua: quoniam dies eſt ante quam ſol eleuetur ſuper terraꝫ per. 18. gradus vt dicit Ptolomeus. Alij vero magiſtri dicunt. 30. ſcꝫ ꝑ quantitatē vnius ſigni: dicendū ꝙ aer eſt ibi nubiloſus et ſpiſſus. Radius. n. ſolaris ibi exn̄s debilis virtutis magis de vaporibus eleqat quam poſſit conſumere. Unde aerem non ſerenat: et non eſt dies.

## ¶ De diuiſione climatum.

Imaginetur aūt quidaꝫ circulus in ſuperficie terre directe ſuppoſitus equinoctiali. Intelligatur aliꝰ circulus in ſuperficie terre tranſiens per orientē et occidentē: et polos mūdi. Iſti duo circuli interſecant ſeſe in duobꝰ locis ad angulos rectos ſpherales et diuidunt totam terraꝫ in quattuor quartas: quarum vna eſt noſtra habitabilis, illa ſcilicet que intercipitur inter ſemicirculū ductum ab oriente in occidentem per polum articū Neqꝫ tamen illa quarta tota eſt habitabilis quoniaꝫ partes illius propinque equinoctiali inhabitabiles ſunt propter nimium calorem: Similiter partes eiꝰ ꝓpinq̄ polo artico inhabitabiles ſunt ꝑꝑ nimiā frigiditatē. Intelligat̄ ḡ vna linea eq̄ diſtās ab eqnoctiali diuidēs ꝑtes q̄rte inhabitabiles ꝑꝑ calorē a ꝑtibꝰ hītabilibꝰ q̄ ſunt ꝟſus ſeptētrionē. Intelligat̄ et alia linea eq̄ diſtās a polo artico diuidēs ꝑtes q̄rte ihītabiles q̄ ſunt verſus ſeptētrionē: ꝑꝑ frigꝰ: a ꝑtibꝰ hītabilibꝰ q̄ ſūt ꝟſus eqnoctialē Int̄ iſtas et duas lineas



extremas intelligant̄ ſex linee paralelle eqnoctiali: q̄ cū duabꝰ prioribus diuidūt partē totalē quarte habitabilē in ſeptē portiones q̄ dr̄ ſeptē climata.

Dicitur autem clima tantum ſpacium terre per quantum ſenſibiliter variatur horologium. Ideꝫ namqꝫ dies eſtiuus aliquātus qui eſt in vna regione: et ſenſibiliter eſt minor in regione propinquiori auſtro. Spacium igitur: tantum quantum incipit dies idem ſenſibiliter variari dicitur clima. Nec eſt idem horologium cum principio et fine huius ſpacij ob ſeruatum. Hore enim diei ſenſibiliter variantur: quare et. Horologiū. Medium igitur primi climatis eſt vbi maxima diei prolixitas eſt. 13. horarum: et eleuatio poli mundi ſupra circulum hemiſperij gradibus. 16. et dicitur clima diameroes eſt. Initium eius eſt vbi diei maioris prolixitas eſt. 12. horarum et dimidie et quarte vniꝰ hore: et eleuatur polus ſupra orizontem gradibus duodecim et dimidie et quarte vnius gradus: et extenditur eius latitudo vſqꝫ ad locum vbi longitudo prolixioris diei eſt. 13. horaruꝫ et quarte vnius. Et eleuatur polus ſupra orizontem gradibus. 20 et dimidio: quod ſpacium terre eſt. 440 miliaria. Mediū aūt ſecundi climatis eſt vbi maior dies eſt. 13. horaꝝ et dimidie et eleuatio poli ſupra orizōtem. 24. graduum: et quarte partis vnius gradus. Et dicit̄ clima diaſyenes. Latitudo vero eius eſt ex termino primi climatis vſqꝫ ad locum vbi ſit dies prolixior 13. horarum ⁊ dimidie et quarte partis vnius hore et eleuatur polus 23. gradibus et dimidio ⁊ ſpacium terre ē 400 miliariorum Mediū tertij climatis eſt vbi ſit longitudo prolixioris diei. 14. horarum: et eleuatio poli ſupra orizontm 30. graduū, et dimidij: et quarte vnius partis. Et dicitur clima diaalexardrios. Latitudo eius eſt ex termino ſecundi climatis vſqꝫ vbi prolixior dies eſt. 14. horarum et quarte vnius et altitudo poli. 33. graduū ⁊ duarum tertiarum: quod ſpaciū terre eſt, 350. miliariorum. Medium quarti climatis eſt vbi maioris diei prolixitas eſt quattuordecim horarum et dimidie: ⁊ axis altitudo. 36. graduum ⁊ duaꝝ quintarum. Et dr̄ diarhodos. Latitudo vero eiꝰ eſt ex termino tertij climatis vſqꝫ vbi prolixitas maioris diei eſt. 14. horarum et dimidie et q̄rte partis vnius eleuatio autem poli: 39. graduū quod ſpacium terre eſt: 300. miliariorū. Medium quinti climatis eſt vbi maior dies eſt. 15. horarū ⁊ eleuatio poli. 41. gradus et tertie vnius et dicitur clima diaromes. Latitudo vero eius eſt ex t̄rio quarti climatis vſqꝫ vbi prolixitas diei ſit. 15. horarū et quarte vniꝰ et eleuatio axis. 43. graduū et dimidij quod ſpaciū terre eſt. 255. miliariorum. Mediū ſexti climatis eſt vbi prolixior dies eſt. 15. horarum et dimidie et eleuatur polus ſupra orizontem. 45. gradibus et duabus quintis vnius. Et dicitur clima diaboriſtēes Latitudo vero ē ex termino quinti climatis vſqꝫ vbi longitudo diei prolixior eſt. 15. horarum dimidie et quarte vnius: et axis eleuatio. 47. graduum et quarte vniꝰ que diſtantia terre eſt. 200. et. 12. miliarioꝝ. Medium autem ſeptimi climatis eſt vbi maior prolixitas diei eſt. 16. horaꝝ et eleuatio poli ſupra orizōtem. 48. graduum et duarum tertiarum et dicitur clima diariphcos. Latitudo vero eiꝰ eſt ex t̄rio ſexti climatis vſqꝫ vbi maria dies eſt. 16. horaꝝ ⁊ quarte vniꝰ et eleuatur polus mundi ſupra orizontem. 50. gradibꝰ ⁊ dimidio qđ ſpaciū terre ē. 185. miliarioꝝ.

¶ Ultra autem huius ſeptimi clima
tis terminum licet plures ſin inſule et hominum ha-
bitationes: quicquid tamen ſit: quoniam praue ē ha-
bitationis ſubclimate nõ computatur. Omnis itaq̄
inter tr̄m initialem climatum et finalem eorundem
diuerſitas eſt trium horarum et dimidie: et ex eleua
tione poli ſupa orizontem. 38. graduum. Sic igitur
patet vniuſcuiuſq̄ climatis latitudo a principio ipſi⁹
verſus equinoctialem vſq̄ in finem eiuſdem verſus
polum arcticum: et ꝙ primi climatis latitudo ē ma-
ior latitudine ſecundi: et ſic deinceps. Lõgitudo aūt
climatis poteſt appellari linea ducta ab oriente ī oc
cidentem eque diſtans ab equinoctiali. Unde longi
tudo primi climatis eſt maior longitudine ſecundi:
et ſic deinceps qđ cõtingit ꝓpter anguſtiā ſphere.

¶ Cõmentarium.

Totus iſte textus eſt perfacilis,
ideo non indiget maiori declaratione quam
illa quam litera pre ſe fert et lector magis
exacte declarabit.

## ¶ Herrata huius operis.

Fol. j. col. 2. li. xxxv. vbi aerē dic axē.
Eodē fo. col. 3. li. 39. vbi dicit, huic. dic hinc.
Eodē fo. col. 4. li. j. vbi dicit ſancti. dic ſatis.
Eodē fo. co. eadē li. 26. vbi dicit ꝓpões. dic ꝓpter.
Fo. 5. col. 2. li. 47. vbi dicit non dic. nā.
Fo. eo. co. ea. li. 49. vbi ē attribuam⁹ dic. attribuant
Fo. eo. co. 4. li. 36. vbi dicit marci dic. martij.
Fo. 6. col. 2. li. 62. ~~vbi dicit~~ vbi dicit ꝛ diſcurrit dic.
et ſi diſcurrit.
Eo. fo. co. ea. li. 63. vbi dicit in junius dic. iunnius.
Fo. 8. co. j. li. 44. vbi dicit appertit dic. aperit.
Eo. fo. co. ea. li. 45. vbi dicit aſtrū dic. aſtro.
Eo. fo. co. ea. li 55. vbi dicit poti⁹ dic. potitus.
Eo. fo. co. ea. li. 15. vbi dicit edita dic. debita.
Eo. fo. co. ea. li. 17. vbi dicit pleedes dic. pleiades:
Eo. fo. co. 2. li. 58. vbi dicit tum dic. tunc.
Eo. fo. ea. co. li. ea. vbi dicit noctes aliq̄s, dic. noxthe-
ſalicas.
Eo. fo. co. ꝛ li. vbi dicit paruas dic. parua.
Eo. fo. co. ea. li. 41. vbi dicit iuoi: dic: iunij.
Eo. fo. co. ea. li. 47. iſtiuale: dic. eſtiuale.
Eo. fo. co. 3. li. 39. vbi dicit recta zodiaci: dic recta. 4
zodiaci.
Eo. fo. co. 4. li. 29. vbi dicit quanto: dic. quam cito.
Eo. fo. ꝛ col. li. 62. vbi dicit ābra: dic: vmbra,

## ¶ Capitulum quartum de circulis, et motibus planetarum: Et de cauſis eclypſium ſolis et lune.

Notandum ꝙ ſol habet vnū
cum circulum per quem mouetur in
ſuperficie linee eclyptice: et eſt eccen
tricus. Eccentricus quidem circulus
dicitur non omnis circulus, ſed ſolum
talis qui diuidens terraꝫ in duas par
tes equales non habens centrum ſuum cum centro
terre ſed extra. Punctus autem in eccentrico: qui
maxime accedit ad firmamentum appellatur aux:
quod interpretatur eleuatio. Punctus vero oppoſi-
tus qui maxime remotionis ē a firmamento dicitur



oppoſitum augis. Solis autem ab occidente in ori-
entem duo ſunt motus quorum vnus eſt ei proprius
in circulo ſuo eccentrico quo mouetur in omni die
ac nocte. 60. minutis fere. Alius vero tardior ē mo-
tus ſphere ipſius ſupra polos axis circuli ſignorum
et eſt equalis motui ſphere ſtellarum fixaruꝫ ſcilicet
in. 100. annis gradu vno. Ex his itaq̄ duobus moti-
bus colligitur curſus eius in circulo ſignoꝝ ab occi-
dente in orientem per quem abſcindit circulū ſigno
rum in. ccclxv. diebus: et quarta vnius diei fere pre-
ter rem modicam que nullius eſt ſenſibilitatis. Qui
libet autem planeta tres habet circulos preter ſoleꝫ
ſcilicet equantem deferentem et epyciclum: vt prece
dens figura docet. ¶ Equans quidem lune eſt circu
lus concentricus cum terra et eſt in ſuperficie ecli-
ptice. Eius vero deferens eſt circulus eccentricus:
nec eſt in ſuperficie eccliptice: ideo vna eius medie
tas declinat verſus ſeptentrionem: altera verſus au
ſtrum: et interſecat deferens equantem in duob⁹ lo-
cis. Et figura interſectionis appellatur draco: quo-
niam lata eſt in eſt medio et anguſtior verſus finem.
Interſectio igitur illa per quam mouetur luna ab
auſtro in aquilonem appellatur caput draconis. Re
liqua vero interſectio per quam mouetur a ſeptrio-
ne in auſtrū dicitur cauda draconis. ¶ Deferentes
quidem et equantes cuiuſlibet planete ſunt equales
Et ſciendum ꝙ tam deferens quam equans: ſaturni
Iouis: martis: veneris: et mercurij ſunt eccentrici
et extra ſuperficiem ecliptice: et tamen illi duo ſunt
in eadem ſuperficie. Quilibet etiam planeta preter
ſolem habet epyciclū. Et eſt epyciclus: circulus par-
uus per cuius circunferentiam defertur corpus pla
nete: et centrum epycicli: ſemper defertur in circun
ferentia deferentis. Si igitur due linee ducantur a
centro terre ita ꝙ includant epyciclum alicuius pla
nete: vna ex parte orientis: reliqua ex parte occidē-
tis punctus contactus ex parte orientis dicitur ſta-
tio prima punctus vero contactus ex parte occiden
tis dicitur ſtatio ſecunda. Et quando planeta eſt in
alterutra illarum ſtationum dicitur ſtationarius. Ar
cus vero epycicli ſuperior inter duas ſtationes inter
ceptus dicitur directio et quando planeta eſt in illo
tunc dicitur directus. Arcus vero epycicli inferior
inter duas ſtationes interceptus dicitur retrograda
tio et planeta ibi exn̄s dicitur retrograd⁹. Lune au-
tem non aſſignatur ſtatio: directio: vel retrograda-
tio. Unde non dicitur luna ſtationaria directa vel re
trograda propter velocitatē motus eius ī epyciclo.

Notandum ꝙ ſol habet vnuꝫ cir
culum eccentricum quia non habet pro cen-
tro centrum mundi: in cuius ſuperficie con-
tinue defertur, et nunquam deuiat ille excentricus
a ſuperficie ecliptice ſicut nec ſol. Eccentricus au-
tem dicitur non omnis circulus: ſed qui diuidens
terram in duas partes equales non habet pro cen-
tro centrum mundi: et in iſto eccentrico eſt reperi
re duo puncta: vnum maioris eleuationis: qui dicit
aux: altum maioris appropinquationis qui dr̄ oppoſi
tum augis. Notandū preterea ꝙ ſolis ab occidēte in
orientem duo ſunt motus vnus quidem ꝑ ipſum et
eccentricum quo vnoquoq̄ die percurrit. 60. mi-
nuta: alius eſt tardus quē accipit ab octaua ſphera
in centum annis gradu vno quo mouetur ſiꝫ et alte-
ro totum circulū ſignoꝝ percurrendo. 365. diebus
et. 6. horis fere: dicit preterea ꝙ quilibet planeta



tres habet circulos preter ſolem equantem: deferen
tem. et epiciclum: equās q̄dem lune eſt circulus con
centricus cuꝫ terra et eſt in ſuperficie ecliptice eius
vero deferens eſt circulus eccentricus nec eſt in ſuꝑ
ficie ecliptice vnde vna eius medietas declinat ver-
ſus ſeptentrionem altera verſus auſtrum et interſe-
cat deferens equātem in duobus locis et figura iter
ſectionis appellat̄ draco q̄m lata ē in medio et angu
ſtior verſus finem et illa inter ſectio ꝑ quaꝫ mouetur
luna ab auſtro in aquilonem appellat̄ caput dracōis
Deferentes quidem et equātes cuiuſlꝫ planete ſunt
equales et ſunt in eadem ſuperficie et omnes ſunt ex
tra ſuperficieꝫ ecliptice et tñ ille due ſunt in eadem
ſuperficie. ¶ Ulterius notandū ꝙ quilꝫ planeta pre
ter ſolem habet epiciclū. Eſt aūt epiciclus circulus
paruus in ipō deferente incluſus: et diuiditur ī tres
partes. ſ. arcum directionis: arcum retrogradatio-
nis: et ſtationarium. Nam arcus directionis eſt in
parte ſuperiori vbi epiciclus et planeta mouent̄ ſm
ſucceſſionem ſignorum. Sed arcus retrograda-
tionis eſt arcus vbi planeta mouetur contra ſucceſ-
ſionem ſignoruꝫ in medio quorum duorum arcuū eſt
alius paruulus vbi planeta dicitur ſtationari⁹: quia
videtur ibi planeta quaſi ſtare: id eſt non notabiliter
moueri nec ad vnam differentiam nec ad aliam. Di-
cit preterea ꝙ ſtatio prima eſt punctus contactus ex
parte orientis. Statio vero ſecunda punctus conta
ctus ex parte occidentis. Ultra notat ꝙ lune non cõ
uenit directio nec ſtatio nec retrogradatio: ꝛ ratio
eſt quoniam ſemper velocius mouetur luna motu de
per accidens ſm ſucceſſionem ſignorum quotidie ꝑ
motum eccentrici quam valeat motu epicicli eadem
moueri vel contra ſucceſſionem ſignorum vel confor
miter ad ſucceſſionem ſignorum: ꝙ in ceteris plane-
tis non eſt: quia aliquis planeta ſuperat motum ſui
eccentrici per motum epicicli, vt videre eſt in Sa-
turno, Iupitre, et Marte. Auerrois ſecundo de ce
lo commento quinto huiuſmodi ecentricos et epici-
clos negauit, ad quod multis rationibus motus eſt.
Primo, aliquod corpus ſimplex non haberet motum
ſimplicē, pꝫ de ecentrico qui nec mouetur per lineā
mundi diametralem, nec per lineam eque diſtantem
a centro mundi, ergo nõ mouetur motu ſimplici. Re
ſpondetur ꝙ mouetur motu ſimplici reſpectu totius
orbis, vel dicatur ꝙ mouetur motu ſimplici, quia mo
uetur per lineam quaſi eque diſtantem a centro mū-
di. Secunda ratio, ſequeretur ꝙ ecentricus moue-
retur motu mixto, patet, quia partiꝫ aſcendit ꝛ par
tim deſcendit. Reſpondetur negando illud, quia
ad aſcenſum et deſcēſum requiritur progreſſus per
lineam breuiſſimam. Tertio arguit. Sequeretur ꝙ
in celo daretur vacuum vel penetratio dimenſionum
Sequella patet. Nam quando pars groſſior orbis
deferentis augem inferioris venerit ad groſſam ſu
perioris, ſequitur penetratio dimenſionum et vacu-
um. ¶ Ad hoc reſpondetur ꝙ non ſequitur, quia
(vt dicit auctor) theorice mouentur orbes deferent
es augem motibus proportionalibus, ita vt ſemper
correſpondeat pars groſſior inferioris parti ſub-
tili ſuperioris. Quarta ratio eſt quam facit Capua-
nus ꝓſequēdo ſuper theorica celi ſolis ſequitur. Ait
ꝙ ſufficeret ſolus orbis inferior deferēs augem ecē-
trici patet quia ille ſufficit cum deferente ad ſaluan
dum omnes aparentias. ¶ Ad hoc reſpõdet Capua
nus ꝙ ad ſaluandum apparētias ſufficeret ponere il
lum circulum: ſed vt ponamus totam ſpheram concē



tricam ponendus eſt alius aſtrologi meliores ratio
nes habent pro ſe namq̄ quomodo ſaluabitur ecly.
lune hyemalem minoreꝫ eſſe eclypſi lune eſtiuali: niſi
quia ſol ipē diſtat magis a terra in eſtate quā in hye
me: ergo ponendus eſt ecentricus. Secunda ratio
que probat epiciclum fore dabilem eſt, quia vidim⁹
luna exiſtente in auge ſui ecentrici quādoq̄ magis
quandoq̄ minus eclypſari, quod euenit quia quem-
admodum ē in auge ſui ecētrici accidit ꝙ ſiꝫ eſt in au
ge ſui epicicli: quandoq̄ in oppoſito augis ſui epici
cli. Tertia ratio. Planete quandoq̄ ſunt retrogra-
quandoq̄ directi: quandoq̄ ſtationarij: Et hoc non
poteſt ſaluari niſi ponatur epiciclus: ergo ponendus
eſt epiciclus.

## ¶ De eclypſi ſolis.

Cum auteꝫ ſol ſit maior ter
ra neceſſitas eſt ꝙ medietas ſphere
re ad min⁹ a ſole ſemper illuminetur:
et vmbra terre extenſa in aere torna-
tilis minuatur in rotunditate donec d
ficiat in ſuperficie circuli ſignorum in
ſeparabilis a nadir ſolis. Eſt autem nadir ſolis pun-
ctus directe oppoſitus ſoli in firmamento. Unde cuꝫ
in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda dra-
conis ſub nadir ſolis: tunc terra interponetur ſoli et
lune. Unde cum luna lumen non habeat niſi a ſole in
rei veritate deficit a lumie. Et eſt eclypſis generalis
in omni terra ſi fuerit in capite vel cauda draconis
directe. Particularis vero eclypſis ſi fuerit ꝓpe vel
infra metas determinatas eclypſi. Et ſemper in ple-
nilunio vel circa contingit eclypſis. Unde cū in qua
libet oppoſitione hoc eſt in plenilunio non ſit luna in
capite vel cauda draconis nec ſuppoſita nadir ſolis:
non eſt neceſſe in quolibet plenilunio pati eclypſim.

## ¶ De ſolis eclypſi.

Cum autem fuerit luna in capite
vel cauda draconis vel prope metas ſupradi
ctas: et in coniunctione cum ſole: tunc corpus
lune interponetur inter aſpectuꝫ noſtrum et corpus
ſolare. Unde obumbrabit nobis claritatem ſolis: et
ita ſol patietur eclypſim: non quia deficiat lumine: ſꝫ
deficit nobis propter interpoſitioneꝫ lune inter aſpe
ctuꝫ noſtrum et ſolem. Ex his patet ꝙ non ſemper eſt
eclypſis ſolis in coniunctione ſiue in nouilunio.
¶ Notandum etiam ꝙ quando eſt eclypſis lune eſt
eclypſis in omni terra: ſed quādo eſt eclypſis ſolis ne
quaquam: immo in vno climate eſt eclypſis ſolis: ꝛ in
alio non: quod contingit propter diuerſitatem aſpe-
ctus in diuerſis climatibus. Unde Uirgilius elegan
tiſſime naturas vtriuſq̄ eclypſis ſub compendio teti
git dicens. Defectus lune varios ſoliſq̄ labores. Ex
predictis patet ꝙ cum eclypſis ſolis eſſet in paſſio-
ne domini et eadem paſſio eſſet in plenilunio: illa ec
clypſis ſolis non fuit naturalis: immo miraculoſa cõ-
traria nature: quia eclypſi ſolis in nouilunio vel cir-
ca debet contingere. Propter quod legitur Dyoni-
ſium ariopagitam in eadem paſſione dixiſſe. Aut de
us nature patitur: aut mundi machina diſſoluetur.

## ¶ Commentarium.

Nota ꝙ quando luminoſum eſt
mai⁹ et opacū eſt min⁹ luminoſum illuminat
de opaco pluſq̄ medietatem: et vmbra q̄ cau

ſaſ eſt piramidalis. Qñ vero luminoſum ē eq̄le opa-
co illuminat adequate medietatē: et vmbra q̄ cauſa
tur eſt chilindroides ſiue colunaris: qñ vero lumino-
ſum eſt min⁹ opaco illuminat min⁹ medietate: et vm
bra q̄ cauſaſ ē calatoydes vel pyramidis euerſe ſol:
igitur cauſat circa terrā vmbrā pyramidalē, q̄ ele-
uaſ vſq3 ad ſuperficiē cōcauā celi mercurij: ⁊ deſinit
illic. Notabis tñ pro maiori declaratione iſti⁹ mate-
rie: quare luna inter oēs planetus: et mundi ſtellas ē
hñs in medio ſui maculā qnandā. Ad qd̄ rñdeſ cum
Alberto magno ſecundo de celo quod cauſa ē q2 lu-
na habet partes eterogeneas quaſdā raras et quaſ
dā denſas et partes rare non detinent radios ſola-
res in ſe: ſed tranſfunduſ illi radij, ideo manet in me
dio ſui luna obūbrata vel opacata in extremis vero
luna eſt ſufficienter denſa ⁊ fortiter reflectit radios
ratione cuius ipſa luna eſt in ipſis partib⁹ denſis ma
xime reſplendens et lucida. Secundo notandū ē q̄-
re ſola luna inter oēs planetas mundi et ēt ſtellas eſt
recipiens varias figuras diuerſis tpōrib⁹: eſt. n. pri-
mo bicornis. Poſtea dicotomos. qñ ē ſemiplena. poſ-
tea amphitrios: qñ eſt magis qua ſemiplena. poſtea
panſelinos: quādo eſt tota plena quaꝝ figuraꝝ diuer
ſitas tota ꝓuenit q2 cū luna ſit planeta ethcrogenee
ſubſtantie: hñs quaſdā partes raras et quaſdā den-
ſas qñ vero luna parum diſtat a ſole (cum ſit giboſa)
illuminatur in extremis et non in gibo et ſic eſt bicor
nis: et quando luna ad huc magis diſtat a ſole illumi
naſ iā magis vſq3 ad mediū: et qñ pleniſſime diſtat a
ſole tota reſpicit ſol integre: et ſic tota apparet illu-
minata in reliq̄s vero ſtellis: q2 non reperiſ iſtaꝝ par
tiū etherogeneitas idō non eſt occaſio ad illuminādū
vnā parte ſtelle q̄n tota ſtella illumineſ: idō in ſola lu-
na ſunt iſte diuerſe figure. ¶ Dubitaret ꝑterea aliq̄s
in hac materia quid e in cauſa ꝙ luna cū ſit minor ſo
le poſſit occultare ſolē: qui maior eſt. Ad qd̄ rñdetur
ꝙ cū viſio fiat per pyramidē radioſam cui⁹ baſis eſt
obiectū con⁹ vero eſt in oculo quanto ocultans ma-
gis diſtat ab ocultabili et magis appropinquat ocu
lo tanto facili⁹ pōt ocultare: q2 ingrediſ per pirami
dis ſtrictiorē locū qñ v̄o magis occultās appropin-
quat occultabili: et magis diſtat ab oculo tanto diffi
cili⁹ occultaſ: et q2 luna eſt propinquior oculis noſ-
tris: et ingrediens per piramidē ꝓpe conū ipi⁹ ideo
poterit occultare ſolē q̄uis ſit maior ſol.

¶ Notandū vero ē preterea ꝙ ecly-
pſis lunaris differt multum ab eclypſi ſolari. Primo
quia lunaris fit in oppoſitione ſolaris vero in coniun
ctione. Secundo: q2 eclipſis lunaris fit per hoc ꝙ lu
na amittit vere lumen aliquod ſol tñ in eclipſi ſua nō
amittit aliq̄d luminis. Tertio differūt: q2 luna eclip
ſata: omnibus aſpicientib⁹ apparet ecclipſata, ſicut
eſt candela mortua q̄ omnib⁹ cā videntib⁹ apparet
mortua. Sol tñ cū eſt eclipſat⁹ a quibuſdā videtur a
quibuſdā non: eſt cū ſicut candela in cenſa anteq̄ ma
n⁹ aliqua eſt poſita. Quarto differūt q2 luna moueſ
ad eclipſandū. prīo per partē occidētalē poſtea per
orientalē. Nota tamen ꝙ oēs iſte eclipſes poſſunt itel
ligi cum mora: vel ſine mora ſm ꝙ planeta eclipſat⁹
per aliqd̄ tps in ſua eclipſi perſeuerat: vel non perſe-
uerat et quib⁹ oīb⁹ p3 ꝙ eclipſis dñi que contigit tē-
pore paſſionis cū fuerit eclipſis oibus vniuerſalis lu
na exiſtēte in oppoſitione et prīo eclipſata pars oriē
talis et durauit per multum tps fuit miraculoſa ⁊ oī-
no contra naturam.

## Capitulum Quartum.

SEd quia beatus Dyoniſi⁹
de hac eclypſi egregie locutus ē ⁊ nō
minus bene de duob⁹ illis diebus re-
gis Ezechie et Joſue. ¶ Dubitatur
q̄s dies fuerit maior an ille ioſue. io. c
an ille Eſay. 38. c. De Joſue dicitur.
Habita quadā magna victoria p̄ Joſue ⁊ filios iſra
el: in q̄ victoria miſit dñs lapides, grandines, et ma-
gnos lapides de celo aereo. i. de aere, qui lapides q̄
plurimos interfecerūt de inimicis legis dei. quos io
ſue cū tota gente ſua tunc interfecit. Tunc locut⁹ eſt
Joſue dño in die qua tradidit amorreū in cōſpectu
filioꝝ iſrael. Dixitq3 corā eis. Sol cōtra gabaon ne
mouearis: et luna contra vallem ahylon. Steterunt
q3 ſol et luna donec vlciſcereſ ſe gens de inimicis ſu
is. Item ibidē. Nonne ſcriptū eſt hoc in libro iuſtoꝝ.
Stetit itaq3 ſol in medio celi: ⁊ nō feſtinauit occum
bere ſpacio vni⁹ diei nō fuit ante et poſt tā lōga di-
es obediente dño voci hominis ⁊ pugnante ꝑ iſrael.
¶ Dicitur de Eſaya. Hoc eſt ſignum a dño ꝙ factur⁹
ſit dñs ſermonem quē locutus ſu3 tibi, vt aſcēdat vm
bra decē lineis: aut vt reuertaſ totidē gradibus. Et
dicit Ezechias. Facile ē vmbrā creſcere decē lineis
nec volo vt hoc fiat, ſed vt reuertaſ retrorſum decē
gradibus. Inuocauit itaq3 Eſaias ꝓpheta dñm ⁊ re
duxit vmbram per decē lineas quibus iam deſcēde-
rat in horologio Achaz eundo retrorſum decez gra
dibus. Et hec materia de reuerſione ſolis per decez
lineas habeſ Eſaie. 38. c. Quā materiā tractat bea
tus Dyoniſi⁹ et multi alij theologi indagātes quis il
loꝝ dierū duoꝝ artificialiū fuerit maior in tpe Joſue
dum ſol ſtetit imobilis, ⁊ oīa corpora celeſtia ſpacio
vnius diei artificialis. Erat quoq3 tūc in menſe iunij
quando dies artificialis verſus hieruſalem h3 14. ho
ras et ſpacio vnus diei artificialis q̄euit ſol ita ꝙ di-
es artificialis illa fuit 28. horarū dies vero artificia
lis tpe Ezechie regis in qua ſol fuit reuerſus decem
gradib⁹ erat duodecim horarum, tunc erat eq̄nocti
um autūnale: et ſol fuit reuerſus per decē lineas ab
occidente in orientem imperio creatoris et poſt de
oriente reuerſus ad occidentē per viā per quam ve-
nerat ita ꝙ dies illa artificialis fuit augmentata de
cem horis retrocedendo et decem horis deuenien-
do per viam per quā retroceſſeraſ ita ꝙ ſunt viginti
ita ꝙ dies illa artificialis habuit. 32. horas: et ita fuit
maior quā illa que fuit tempore Joſue: Nec obſtat
textus biblie qui dicit de tpe Joſue ꝙ nec tam mag
na dies ante nec poſt: ſicut illa fuit. Rñdet nāq3 bea
tus Dioniſi⁹ in quadā epl'a ad policarpū ꝙ liber Jo-
ſue fuit ſcript⁹ circa finem vite Joſue et ꝙ ly poſt in
obiectione facta ad oppoſitū refertur ad tps ſcrip-
ture libri Joſue et non refertur ad tempora ſimplici
ter futura et inter mortem Joſue ⁊ regis Ezechie flu
xerunt octingenti anni ſaluo pluri aliquibus annis.
Ita ꝙ dies artificialis de reuerſione ſolis fuit maior
quā de tpe ſtationis tpe Joſue. Iſta de textu biblie
et alia q̄ ſunt auctentica ſunt adducta ad ꝓpoſitum
contra opiniones et ſcripta aliquoꝝ antiquoꝝ philo
ſophoꝝ qui non habebant illuminationem ſufficien-
tem de philoſophia ⁊ de potentia ipſius prime cauſe
quia iſta ſic ſimpliciter ponendo, ſicut ipſi ponebant
derogabant potentie prīe cauſe ⁊ veritati vere phi
loſophie attribuendo intelligentijs celoꝝ virtutem
quam non habebant: ponendo etiā eas neceſſarias
dicendo eas eſſe in coꝝ toto celo et vſq3 ad centrum
terre. ¶ Laus Deo.

# PRIMUS LIBER DE CELO



LIBER DE CELO
Ariſtotelis ſtagirite cum Paraphra
ſi Jacobi Fabri, Et queſtionibus lu-
cidiſſimis Petri a Spinoſa, artium
magiſtri.

Venundantur Salmantice in edibus
Roderici de Caſtañeda. In ſarrace
norum vico.

/. Quantitas terre ambitꝰ totiꝰ terre autoritate Ambrosii / marco bii / theodosii / Eratostenis. philos phorum est /. 1252000. stadia / que sunt. 31500. milliaria Romana / que sunt. 18750. leuge de hispania / 125. passus dant stadium. 8. stadia milliare. 2. miliaria leucam faciunt /.

¶ Ad chariſſimos diſcipulos exhortatio magiſtri: et ſalutatio, vt ardentius in particularia philoſophie deſcendant.

Hactenus dilecti diſcipuli in Chriſto Jeſu vniuerſalia tranſegimus totius philoſophie: que ſunt octo libri de phyſica auſcultatione. Rem quippe difficillimam: colligite modo illius frugem. Nam in naturalibus nil exactuʒ habetur: niſi ad particularia deſcendamus. Syrtes trãſiuiſtis, iam adeſt portus ſalutis: incipiet liber de Celo: cuius ſubiectũ ſit ens mobile ad vbi: In quo vniuerſi mirabilem compoſitionem: ſyderũ mirabiles influentias: Elementorum loca ſitus et motus conſpiciemus: per que illius mundi archetypi (qui deus eſt) pelagus intelligere ſm modulum noſtre intelligentie valebimus. Utinã ex agnitiõe veritatis magis ac magis in opere virtutis accreſcamus. Per Jeſum Chriſtum dominuʒ noſtrum. Amen. Ualete.

Quia phraſis Ariſtotelis per eandem literam eſt difficillima: mihi viſum eſt paraphraſim Jacobi Fabri vobis dilectiſſimis diſcipulis ponere cum queſtionibus noſtris ſupra textuʒ apte applicatis: quo facilius: et profundius: et diſtinctius rem philoſophicam peragamus. Que curret a libris de celo vſqʒ ad parua naturalia,

Primus de Celo.



## ¶ Incipit liber de celo Ariſt. ſtagi. cũ paphraſi Jacobi fa. Et qõnibꝰ Petri a ſpi. ar. mři

### ¶ Caput primum.

De celo et mundo libri quattuor. Primꝰ ↄtinet duodecim capita. Primũ tres cõclõnes, quattuor diffinitiões poſt primã: et tres rões ad ſecũdã ¶ Prima cõclõ. Scientia de natura circa corpora, magnitudines, ꝛ horuʒ paſſiones ac motus principia maxime verſatur. ¶ Naʒ ſcia ð natura eoꝝ eſt q̃ ſm naturã dñr, ꝛ q̃ a natura cõſtant. Eoꝝ at̃ q̃ a natura cõſtãt: hec ſunt corpora et magnitudines eoꝝ paſſiones, et motus: hec vero corpora ꝛ magnitudines hñtia, et quibꝰ corpora et magnitudines inſunt: et hec poſtremo eoꝝ, quibꝰ corpora et magnitudines inſunt, principia ſunt. Non ab re igiť ſcia de natura, circa corpora, magnitudines, hoꝝ paſſiones, ac motus et principia maxime verſabiť, ſunt eñi ferme hec q̃ a natura conſtant oĩa. ¶ Quattuor diffiões. Pria Continuum eſt qð diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia. ¶ Secunda. Linea eſt q̃ ſm vnũ ſolum, vt longitudinem, diuiſibilis ē. ¶ Tertia. Superficies, q̃ ſm duo, longitudinẽ et latitudinẽ. ¶ Quarta. Corpus, qð oĩquaqʒ diuiſibile eſt. Eſt eñi diuiſibile ſm tria, longitudinẽ, latitudinẽ, et ꝓfundũ. Et preter hec tria, nulla relinquitur magnitudo, et magnitudinẽ ſecandi interuallũ. Fit itaqʒ recte, vt qꝛ corpꝰ ſm tria diuiſibile ſit, dictũ ſit corpus ſm oĩa ꝛ oĩquaqʒ eẽ diuiſibile. ¶ Secũda ↄclõ. Corpꝰ magnitudinũ pfecta exiſtit. Primo quidem, qꝛ Pythagorici oẽ, totũ, remqʒ perfectam oẽm, tribus determinatã, principio, medio, ꝛ fine eſſe volebant: et q̃ ſic determinata eſſet, eandem eẽ ꝛ perfectam: trinitatẽ q̃ oibꝰ in rebꝰ a natura eſſe conſpectam. Hinc quoqʒ fieri, vt tanq̃ naturã ſequẽtes, et legẽ ab ea edocti, deo ſacrificando, eo nũero atqʒ ternario vtamur. Et hinc item fieri, vt naturam inſequi volentes, in rerum appellationibꝰ duo appellemus ambo, de tribus aũt primum afferamꝰ oẽ. At corpꝰ, magnitudo tribꝰ detñata hunc in modũ eẽ vĩ. erit igiť pfecta. ¶ Scðõ. Totũ et pfectũ idẽ ſunt, neqʒ ſpẽi diſcrimẽ patiunť, ſʒ rõnis, modi q̃ diſcẽdi. At corpꝰ tota ẽ magnitudo ꝛ oĩs, ẽ. n. ſolũ corpꝰ magnitudo tribꝰ determinata, q̃ oẽs ſunt, ꝛ oĩquaqʒ, oĩfariãqʒ (vt dictum eſt) partibile. Planũ vero ſolũ duobꝰ determinatur, et linea vno, neqʒ oĩquaqʒ ſectionẽ recipiunt, et ſunt continue, ſed vt numerũ magnitudinũ interualloꝝ ſortiunť. Eſt igiť corpus magnitudinum perfecta. ¶ Tertio. Hec magnitudo perfecta ẽ, cui nihil deficit, ꝛ q̃ in aliã nullã tranſit. Sola aũt magnitudinũ corpus eſt hmõi. nã tres dimẽſiones hʒ: dimẽſiones aut plures tribꝰ non ſunt: neqʒ altera relinquitur vlla in quã tranſeat. Linea aũt trãſit in ſupficiẽ, ꝛ ſuperficies in corpus. tranſitus aũt ob defectũ eſt: igitur corpus magnitudinũ perfecta eſt. Et non mõ id, imo vero magnitudinũ preter ipm pfecta eſt nulla. Nã qð perfectũ eſt: vt deficiat ĩpoře eſt: ſʒ oĩno, oĩfariãqʒ eſt. ¶ Tertia. Uniuerſum, perfectũ eẽ neceſſe eſt. Nã vnũquodqʒ particulariũ corporũ perfectũ eſt oẽs eñi dimenſiones habet: que tactu determinata: vnũquodqʒ ad ꝓximũ, vniuerſum conſtituũt vnũ, cuius ea ipſa ſunt partes. Eſt igiť vniuerſum perfectũ, vtpote qð oĩum aliorũ cõplectať perfectiones, dictũ non ab re vniuerſum, q̃ oĩa in ipſo verſenť. qð q̃dẽ an finitũ ſit, an infinitũ, poſtea futura eſt diſcuſſio.

### ¶ Caput ſecundum.

Caput ſecundũ continet q̃ttuor ſuppoſitiones, vnã cõclõnem: et quinqʒ rationes. Quattuor ſuppoſitiões. ¶ Pria. Oĩa phyſica corpa ſm ſe ipſa ad loca mobilia eẽ. Nã habent in ſeipſis naturã, q̃ eſt motꝰ principiũ ¶ Secunda. Omnẽ motũ ſm locũ (quã lationẽ nuncupamꝰ) aut rectũ: aut circularẽ: aut mixtũ eẽ quorũ duo. rectꝰ et circularis, ſimplices ſunt. Nec ĩmerito quidẽ. nã ſecundũ ſimplices ſumunť magnitudines. Et rectũ eẽ, qui eſt a medio: aut ad mediũ. Qui vero eſt a medio: motũ rectũ ſurſum eẽ: et qui eſt ad mediũ, motũ rectũ deorſum. Et motũ circularẽ eũ eẽ dicimꝰ, qui eſt circa mediũ. ¶ Tertia. Omnẽ ſimplicẽ lationẽ eẽ, et rectã ſurſum: et rectã deorſum. et circularẽ circa mediũ. Sicut eñi corpꝰ perfectũ in tribꝰ conſiſtit, quẽadmodũ pauloante dictũ eſt: ita quoqʒ: et eius motꝰ in tribꝰ euadẽt conſummati. ¶ Quarta. Corporũ ſimpliciũ: vt ignis, aeris, aque, terre motꝰ eẽ ſimplices: et compoſitorũ mixtos: ea tñ accidit ſecundũ ſimplex p̃dominãs moueri. Sunt eñi ſimplicia corpora quorũ ſm locũ, natura mouendi ſolũ vnũ pꝛĩcipiũ eſt: compoſita vero quorũ ſunt plura. ¶ Cõcluſio. Preter q̃ttuor corpa ſimplicia que recto motu nã ferunť, ẽ aliud corpꝰ ſimplex qð ſuapte nã circulari motu agitať. ¶ Prĩo. Qꝛ oĩs motꝰ ſimplex: corpi debeť ſimplici. motꝰ at̃ circularis eſt motꝰ ſimplex. corpori igĩ debetur ſimplici: et non alicui q̃ttuor ſimpliciũ corporũ, que motu recto nã ferunť. nã ſimpliciũ corporũ vt ſm locũ nã ferant, ſolũ vnũ preſto eſt principiũ. ðbetur igiť alteri corpi ſimplici. Eſt igĩ preter q̃ttuor ſimplicia corpa que recto motu nã ferunť, aliud corpꝰ qð ſuapte nã circulo agať. ¶ Secundo. Cuiuſlibʒ corpis ſimplicis vnꝰ eſt ſm nãm motus: et tñ vnꝰ: et motꝰ qui ẽ p̃ter nãm, cõtrariꝰ eſt ei qui eſt ſm nãm: et tantũ vnꝰ vni contrariať: et manifeſtũ eſt motũ circularẽ eẽ. Tunc ſic. motꝰ aliq̃s ẽ circularis: eſt igĩ alicuiꝰ corpis ſimplicis. motus eñi ſimplex, ſimplici debeť corpori. At non ẽ alicuiꝰ q̃ttuor elementorũ, ignis, aeris, aque: aut terre. Nã aut ipſi ſm nãm cõueniret: hoc aũt non. Nã eorũ quodlʒ, alterũ hʒ ſm naturã motũ, ignis et aer motũ ſurſum ſm rectũ, aqua et terra motũ deorſum: et vniꝰ corpis ſimplicis vnꝰ eſt ſm nãm motꝰ: et tñ vnꝰ: neqʒ preter naturã. nã contrariꝰ eẽt ei q̃ illis ſm nãm cõuenit. At vero cuiuſlʒ eorũ motui ſm nãm cõtrariať rectꝰ: ꝛ alius a circulari: vt motui ignis et aeris ſurſum, eorundẽ motꝰ deorſum, et motui aque et terre deorſum. q̃ ſecundũ naturã ẽ motus aque: aut terre ſurſum. Nõ igitur motꝰ circularis contrariať motui ſm nãm alicuiꝰ quattuor elementorũ. nã tñ vnꝰ vni motui poſitꝰ eſt contrariꝰ. Conuenit igĩ corpi ſimplici alteri a q̃ttuor elementis. Et cum non conueniat eidem preter naturã. (nam contrariꝰ eſſet motui eiuſdẽ qui ẽ ſecũdum nãm, qui non niſi circularis eẽt) confectũ ẽ igiť vt eidẽ competat ſecũdũ nãm: et preter corpa ſimplicia motu recto lata: eẽ alterum ſimplex, quod ſuapte natura motu torqueatur circulari. ¶ Tertio. Cõſentaneũ eſſe videtur: motũ natura priorẽ: corporis eſſe natura prioris, motus aũt circularis recto nã prior eſt: fit eñi ſm circulum: rectus aũt ſm rectam: et circulus; vt q̃ ſit vbiqʒ vnus et cui addi non poſſit quicq̃

prior et perfectior recta dignoſcit. que nõ vbiqꝫ vna et cui(vt lubet)addicio fiat.perfectiora aũt,natura priora. Eſt igitur circularis motus, corporis prioris et perfectioris:quam qbꝰ nã cõpetat rectꝰ. Hoc autẽ eẽ oportet alterũ a quattuor elementis:que ſm rectã natura ferunt ignis et aer ſurſum aqua et terra deorſum. Neqꝫ quidẽ mixtorum erit. nã diximus ea moueri ſm predominans elemẽtum. Preter igr̃ quattuor corpa ſimplicia que recto motu nã feruntꝫ: eſt aliud corpus ſimplex qd̃ ſuapte nã circulari motu agitetur. Unde fit vt ſit qdã prior et diuinior corporea ſubſtantia ijs que nos circunſtãt ſubſtãtijs nũc ſurſum,nunc deorſum latis. ¶ Quarto. Omnis motꝰ ſimplex:aut eſt ſm nãm:aut preter naturã ꝛ qd̃ vni preter naturã conuenit:vt igni ferri deorſum:alteri ſm nãm conueniet:vt terre.que ſm nãm fert in imũ. At certũ ẽ motũ circularẽ ſm nãm nulli quattuor elementorũ conuenire. Si igit ipſis cõpeteret. hoc eẽt preter nãm.quare et alteri ſm nãm conueniret. Ponendũ igitur eſt preter ea corpꝰ alterũ ſimplex. cui circularis motꝰ ſm naturã cõpetat. ¶ Quinto. Motus circularis.vnꝰ continuꝰ:et perpetuus(vt in phyſicis oſtenſum eſt)habet. Conuenit igit alicui ſm naturã. Irrationabile pfecto ſtatim apparet motũ iugem ſemper continuũ et ſempiternũ: eſſe p̃ter nãm. namque preter naturam et violẽta,ſunt citiſſime corrupta conſpiciuntur. At vero quod ſemp̃ circunfert ignis eſſe non poteſt quod quam plurimis viſum eſt. Nam ignis circulatio preter naturam cõpeteret:cũ ei ſm naturam is competat:qui eſt a medio ſm rectã q̃re ſempiternꝰ eſſe nõ poſſet. Preter igit q̃ttuor corpora ſimplicia q̃ recto motu natura ferũtur eſt aliud corpus ſimplex quod ſuapte natura circulari motu agat.tanto nobiliorem naturam gerens q̃nto magis ſenſibilibꝰ ſemotũ ſeparatũqꝫ eſt;illis supereminens.

## ¶ Caput tertium.

TErtium caput continet duas concluſiones. vnum corolariũ ad primã:et quattuor rõnes ad ſecundã ¶ Prima concluſio. Corpus ſimplex quod circũ agi circũqꝫ ferri dictũ eſt neqꝫ graue neqꝫ leue eſt. Nã id graue dicimus:quod ad mediũ ferri natum eſt. ¶ Id leue. quod natũ eſt ferri a medio. Grauiſſimum:qd̃ oĩbus ſubſtat deorſum latis. Leuiſſimũ vero.qd̃ oĩbꝰ superfertur ſurſum latis. Et ſi quid ſurſuꝫ aut deorſum fertur vt leuitatẽ aut grauitatẽ:aut vtrancꝫ habeat neceſſe eſt. Tunc ita nectimꝰ argm̃:Omne graue, aut leue fertur ad mediũ:aut a medio. At corpꝰ qd̃ circũ agitur et circumfert:neqꝫ fert ad mediũ:neqꝫ a medio.nã aut id ſm naturam eſſet:aut preter naturam Non ſm naturam. Nam ei ſm naturam circumferri conuenit:et vnius corpis ſimplicis tm̃ vnꝰ ẽ ſm nãm motꝰ. Neqꝫ etiã p̃ter nãm:q̃r ſi deorſum p̃ter nãꝫ ferret:cum motus preter naturam motui ſecundũ naturam contrariet:et motui deorſum contrarius ſit motus qui euolat in ſublime:ei conueniret ſecundũ naturam in ſublime ferri:quod modo monſtratum ẽ eẽ non poſſe. Et ita ſi ſurſum preter naturã ferretur : ei conueniret ſecundum naturam deorſum:ferri non ẽ igit tale corpus aut leue;aut graue. ¶ Corolarium. Unde fit vt ne vna quidem eius partiũ grauis ſit:aut leuis. Nam corporum ſimpliciũ idem eſt motus totiꝰ et partis.vt totius terre ꝛ glebule terre.eadẽ eñi in toto et partibus ratio eſt. At totum ipſum non graue eſt aut leue.vt dictum eſt igitur neqꝫ eius partiũ vlla. Et ſi que partium detracta eẽt(ſi id poſſibile cõceſſeris)neqꝫ ſurſum neqꝫ deorſum ferretur:natura (vt de toto dictum eſt)neqꝫ natura neqꝫ preter naturam id fieri poſſet. ¶ Secunda itidem rationi cõſentaneum videtur ipſum ingenitum atqꝫ ĩcorruptibile eſſe:non augmentum non detrimẽtũ ſubſtinens. neqꝫ alteratione.vt ſenſibilia ipſa ſubſtinẽt. ¶ Prio. Quia generatio et corruptio inter contraria exiſtunt;et quicq̃d fit.fit ex cũtrario:et quicquid corrũpitur:in contrariuꝫ corrumpitur. At qui illi circumacto corpori nihil eſt contrarium.circulationi enim nullus (vt poſtea per palam euaſurum eſt contrarius eſt motus:eſt igitur ingenitum et incorruptibile. Idqꝫ recte factum eſſe videtur: ipſum in contrarijs ſecretum ſe motumqꝫ eſſe:vt futurum ſit perpes : ingenitum et incorruptibile. Sed ꝙ neqꝫ augmentabile neqꝫ diminuibile ſit;hoc ideo eſt;quia augmentatio fit cognato aliquo aduenie nte:et in materiam reſoluto:et diminutio:aliquo intrinſeco recedente. At tale corpus neqꝫ materiam habet talem ex qua fiat:neqꝫ ab eo fit reſolutio vlla:fit enim per contrarium.igitur neqꝫ augmentabile:neqꝫ diminuibile eſt. Quod ſi neqꝫ generabile;neqꝫ corruptibile:augmẽtabile:aut diminuibile eſt:neqꝫ(vt ſenſibilia.elementa.aĩalia.plante et ſimilia)alterabile eſt. Nam alterationes in illos motus ordinantur: vt in ipſis ſenſibilibus promptum eſt intueri. Eſt igitur id circumlatum corpus ingenitum: incorruptibile:in augmentabile:indiminuibile;pariter et inalterabile:et impaſſibile.vt corpus ſempiternum:et omnium primũ. ¶ Secundo. Quia omnes homines et greci et barbari;et quicunqꝫ de deo exiſtimationem habuerunt aliquã ipſi ſedẽ et locũ attribuerũt celũ qd̃ pbauimꝰ circũagi et circũferri. Signum ẽ igitur vt ipm̃ eſſe perenne:ingenitũ et incorruptibile: vt imortali et incorruptibili imortale ꝛ incorruptibile eſſet aptatũ. ¶ Tertio. Quia ex ijs que ex preterito tempore ſucceſſione quadam poſteris memoria prodita ſunt.nihil mutatũ in toto preterito tempore comperimus: neqꝫ ſm totũ neqꝫ ſm eius partem vllã hoc : iterum ſignũ ẽ:et fidem facit ipſum ingenitum et incorruptibile eſſe. ¶ Quarto. Antiqui ipſum ethera vt ſempiterno tempore currens : et ſumma loca occupans nuncupauerunt.quemadmodum et aliorum complures hoc noſtro euo ponimus. Neqꝫ enim ſemel neque bis putare oportet:ſed infinities ad nos eaſdem peruenire opiniones. Anaxagoras autem hoc nomie male vſus.ethera pro igne ponebat.

## ¶ Caput Quartum.

QUartum caput cõtinet ſex cõclõnes. ¶ Prima. Motui circulari motus rectus minime abit ꝯtrariꝰ Nam motui recto , vt motui ſurſum, cõtrariꝰ eſt aliꝰ motꝰ rectꝰ, vt motus deorſum:q̃r eoꝝ loca ad inuicem ſunt contraria. Sunt.n.ſurſum et deorſum,locoꝝ dñie et cõtrarietates.igit motus circularis motui recto minime eſt cõtrarius. Poſitus eſt.n.tm̃ vnus motꝰ vni motui abire cõtrarius. ¶ Secũda. Motus diuerſorũ ſemicirculoꝝ ab eiſdẽ ſignis verſus eadẽ,vt ab a verſus b,non ſunt ad inuicem contrarij. Nã,hi infiniti eſſe p̃nt et qua rõne vnũ vni cõtrariũ poſueris , et reliquoꝝ quemlibet. At tm̃ vnꝰ vni ponitur cõtrariꝰ non igit ſunt cõtrarij. ¶ Tertia. Motꝰ itidẽ diuerſoꝝ ſemicirculoꝝ oppoſito mõ facti,vt de a in b,ꝛ de b in a,ad inuicem non ſunt cõtrarij. ¶ Eadẽ cũ ſuperiori rõne. Nã hi infiniti eſſe p̃nt.neqꝫ idẽ ſubit iudiciũ cũ motu recto qui ẽ de a in b,motui recto de b ĩ a contrario. Nã hi recti determinati,finitiqꝫ ſunt. Circulares aũt(vt dictũ eſt)indeterminati,infinitiqꝫ eẽ p̃nt. ¶ Quarta. Motus eiuſdẽ ſemicirculi ediuerſo facti, vt vnus ab.a.in.b.alter vero ex.b . in. a .ad inuicẽ non ſunt cõtrarij. ¶ Nã diffinita ſunt ſcd̃m locũ cõtraria que ſcd̃m rectitudinem plurimũ diſtãt: motus aũt ſemicirculi a.c.b.et b.c.a nõ plurimũ ſcd̃ꝫ rectitudinẽ diſtant : nõ ſunt igit contrarij : quare et minus erunt ij qui ex eadẽ parte in idẽ ſumunt ſemicirculi : vt motus.a.b.c.et motꝰ alter.a.c.b.ad inuicẽ contrarij. ¶ Quinta. Motus eiuſdẽ circuli ſcd̃m eius diuerſos ſemicirculos ſumpti, contrarij nõ ſunt ¶ Nã ſi ſumant hoc pacto motus ab.a. in.b.qui eſt.a c.b.et motꝰ qui ẽ.a.b.in.a.q̃ eſt.b.n.a. contrarij eſſe nequeunt:vnus eñi et cõtinuus eẽ poſſunt : motꝰ aũt contrarij in cõtrarios abeunt terminos. Neqꝫ cõtrarij erunt ſumpti ab.a.in .b.a.c.b.et ab.a.in.b.a n.b. ſunt eñi ab eodẽ in idẽ:et non ſm rectitudinis diſtantiã ſumpti. Motꝰ aũt cõtrarij ex ꝯtrariis t̃mis ĩ t̃mos ſm rectitudinis diſtantiã abeunt cõtrarios. ¶ Sexta. Totius circuli motus totius eiuſdem aut alteriꝰ motui non euadit cõtrarius. ¶ Alteriꝰ quidem non erit. Nã ſi infiniti eẽnt,et ĩfinitis eũdẽ eſſe oporteret cõtrariũ. Neqꝫ eiuſdem:vt motus.a.c.b.a.motui. a. c.b.a. Nã ſunt ab eodem in idẽ,et conſimiles:aut vt a.c.b.a.motui.a.n.b.a.qui vident ediuerſo facti Nã iterũ ſunt ab eodem in idẽ:contrarij aũt motꝰ ex cõtrarijs t̃mis in t̃mos cõtrarios. Quos ſi pertinaciter defendis contrarios:aut ſimul erunt in circulo.a. c . b.hoc aũt non. Nã contrarij ſiĩſtare non poſſunt:aut in diuerſis circulis,et tunc aut aduenient eq̃ fortes, et ſic ſe impedient, et neutro mouebit mobile. Aut dominabit,ſuperabitqꝫ alter eorũ:et ſic ſemper vnũ mouebit mobile:et nunq̃ alterum: fruſtra igit poni tur is quo mobile nunq̃ mouebit:eſſe huic quo iugiter ſempiter neqꝫ mouetur : contrarius:vt profecto fruſtra eẽt calceamentũ,cuiꝰ nunq̃ futura ſit calceatio. Deꝰ aũt et nã nihil faciũt fruſtra:cu aſit igr̃(vt arbitror)ꝓſpicuũ motui circulari nullũ motuũ eẽ ꝯriũ



## ¶ Caput quintum.

QUintũ caput cõtinet tres concluſiones,tres ratiões ad primã: et ſex ad tertiã. ¶ Prima concluſio. Conueniens eſt diſſerere an corpus ĩfinitum ſit aliqd̃(quemadmodũ quã plurimis viſum eſt)an id q̃dẽ impoſſibile ſit. ¶ Prio. Q̃r aliquod corpus infinitũ ſtatuere,aut nõ ſtatuere multũ a cõtemplatione veritatis diſtorq̃t ꝛ nõ parũ:imo in totum ſic eſſe,aut non eſſe, ad veritatẽ percipiendã videt referre. Expedit igitur,an ſit,an non ſit corpus infinitũ aliqd̃,diſquirere ¶ Secundo. Q̃r infinitũ eſſe,et infinitum non eſſe: eſt et fuit principiũ cõtradicendũ pene et diſſentiendi omnibus et omnium qui de vniuerſa determinauerunt natura : et adhuc erit,niſi preſto , perſpectaqꝫ veritate:eſt igit id diſcutere cõueniens. ¶ Tertia. Id certe in natura diſcutiendũ eſt , qd̃ indiſcuſſum multos circa nature principia aggenerat errores . Qui eñi parum.a.veritate digredit , tandem ſi longe progrediat , decies milies a veritate magis fiet alienus ; vt qui minimã aſſerit magnitudinẽ , maximã mathematicarũ cõtemplationũ aufert partem . Cauſa huius eſt , q̃r principium vi quã magnitudine maius eſt:et idcirco qd̃ in principio eſt modicum:in fine euadit vel ꝙ maximũ. At vero id an ſit infinitũ: an non ſit,indiſcuſſum, multos i ph̃ia relinquit errores:habet eñi infinitũ principij rationẽ: conueniens eſt itaqꝫ diſcutere an corpus infinitũ ſit aliqd̃ , vt dixerunt:an hoc quidem impoſſibile ſit. ¶ Secunda. Nullum corpus neqꝫ ſimplex neqꝫ compoſitum ſtatuendum eſt infinitum. ¶ Compoſitum quidem : quia quod ex magnitudine et multitudine finitis conſtat compoſitum,finitum eſt,tantum enim eſt , ex quãtis et ipſum eſt compoſitum. At compoſitum omne ex magnitudine et multitudine finitis euadit compoſitum,vt paulo latius oſtendemus:eſt igitur compoſitum omne finitũ. Quod vero nõ ſit ſenſibile ſimplex infinitum,ex quo compoſitum conſtitui poſſit : paulo poſt reddemus manifeſtum,prius id de corpore primo circulo agitato eſſe nõ poſſe oſtendentes. ¶ Tertia. Nullum corpus circulariter motum , infinitum eſſe poteſt. ¶ Primo:quia infinite erunt linee a centro egredientes,et in centro angulũ conſtituentes: et earum infinita diſtantia;finitaꝝ eniꝫ ſemper diſtãtia finita eſt:infinitarum vero infinita. Dico infinitã: quia nulla vnquã intercipi magnitudo poſſit : ſemp̃ quantitatem accipiendo que lineas aſſequatur et tãgat:ꝙ ſi diſtantia earum ad inuicem eſt infinita, ipſuꝫ corpus circunferri circũuoluiqꝫ non poteſt. Nam infinitum pertranſiri nullo pacto poteſt. At prius oſtẽſum eſt aliquod corpus circulariter moueri:idqꝫ de celo ſenſu exploratum habemus : non ẽ igitur quod circunferatur corpus infinitum. Et certe quemadmodum numerum diceremus infinitum , ꝙ quocũqꝫ accepto maior ſuper ſit accipiendus:vt non ſit maximus:ita et illa intercapedo : et duarum linearum diſtantia,ꝙ ſemper ĩter eas,quacunqꝫ accepta, ſuper ſit magnitudo maior accipienda: vt non ſi maxima, recte poſita eſt infinita. ¶ Secũdo. Si a tempore finito tempus auferas finitum:reliquum finitum eſt : et ſi tempus motus,habet principium,et motus : et que fertur magnitudo:conſimiliter enim hec,vt finita aut infinita ſunt:ſeſe habere oſtenſum eſt. At qui omne tempus quo circulo vertitur corpus (quod et celum dicimus)finitum eſt : igitur et motus , et que fertur magnitudo;vt finita ſint neceſſe eſt:et tempus quo fertur,et motus,et magnitudo pariter habeant principium. Sed vt manifeſtius huiuſce rei percipiamus in cõmodum:ſit.c.b.d.corpus circulo ( quẽadmodum celum videmus) agitatum, infinitum: ſi poſſibile eſt:a cuiꝰ centro a:egrediatur linea:c verſus infinita:ſitqꝫ extra centrũ c b d f equidiſtãs:q̃ſcens ꝛ pariter infinita:quia corpꝰ.c.b.d.circulo agitatũ ſuũ perficit motũ. abſcindit lineã e b d f aliquo tp̃e motus. At q̃r totũ tp̃s quo cõplet motum finitũ ẽ vt ſenſu vel ꝙ cognitiſſimũ eſt:tp̃s quo abſcindet p̃tranſitqꝫ lineã e b.d.f.infinitã a tempore finito abſciſſum:finitũ eſt abitur igitur infinitum tp̃e finito : qd̃ ẽ impl'e. Si igit ipm̃ infinitũ eẽt et mundꝰ infinitꝰ:nullo pacto circũferri circũqꝫ volui poſſet:cuiꝰ oppoſitũ p ſe cognitũ eſt. ¶ Tertio. Si magnitudo iuxta magnitudinẽ lata fuerit,hec eodẽ tp̃e ſe abſoluunt, que ſi in contrariũ late fuerint, velocius.altera vero quieſcente,et altera eq̃li velocitate , vt cũ contra nitantur, tardius. Si igitur corpus circulo actum eſſet infinitum:tempore finito abiret,finitum circulũ circa centrũ deſcriptũ;quia toto tp̃e motꝰ abiret

abſoluere𝔱 igr̄ ab codē ī eodē tpe, infinitū. ſ. a finito ⁊ tpe finito: qꝺ ī phyſicis īpoſſe eē demōſtratū ē. Et nihil refert an īfinitū moueri: et finitū q̄ſcere intelligas: aut finitū moueri: et infinitū eē vt quieſcēs: aut cōtra latū. ¶ Quarto. Lineā cuiꝰ ē finis et tēs: infinitā eē īpoſſe eſt: et ſupficiē, et corpꝰ. At oē figuratū vt ſphera, circulꝰ, tetragonꝰ, finē hꝫ ⁊ tēm. qꝺ. n. determinat nuſq̄, neqꝫ ſphera circulꝰ, tetragonꝰ: aut aliqd taliū (vt neqꝫ pedale infinitū) eē pōt. Qꝺ ſi non pōt circulꝰ vllꝰ eē infinitꝰ: neqꝫ qꝺ circulariter agitat. Nā circularis motꝰ is eſt, qui ſcꝺm circulū (vt dictum eſt) ſumit. corpus igit circulo agitatū, infinitum eē non pōt. ¶ Quinto. A centro circuli c intelligat ex vtraqꝫ pte infinita linea. a. b. quieſcens. intelligaturqꝫ itidem altera quieſcens ſupra. a. b. infinitam, que ſit. d. f. Intelligat rurſus tertia linea. c. d. ſurſum erecta ſecans cōtinue. e. f. ad circularis corporis motū, b, verſus mota. Tūc ſic. corpꝰ circulare ſuū motū abſoluere et cōplere nequit, niſi linea. c. d. alio et alio lineā rectā. e. f. ſecando: vt priꝰ in. g. deinde ī. h. hinc ī ſigno. i. totā rectā abſoluat. At hoc īpoſſibile eſt tpe finito. Non igit corpus circulariter motum, ſuū cōplet motum tpe finito: qꝺ falſum eſt: aut ſpacium ſcꝺm rectū infinitū abibitur: qꝺ iterū īpoſſibile eſt. Non igitur corpus circulariter motū: infinitum eſſe pōt. ¶ Sexto. Tps quo quod circulariter fertur, circumuoluitur, finitū eſt: igit et magnitudo pertranſita, ſunt. n. equalia: ita vt medietati tēporis medietas reſpondeat tranſiti, et totum toti: qꝺ igit circunfert, infinitū eſſe non poſſe, ex his quā manifeſtiſſimū euaſit

## ¶ Caput ſextum.

**Sextum caput ꝯtinet duas** cōcluſiones, et duas rationes ad priā ¶ Prima cōcluſio. Nullū corpus ſenſibile ſimplex īfinitū ē. ¶ Hoc nuper demonſtrandū relictū erat: qꝺ oſtendimꝰ. ¶ Prīo, Qꝛ nullum corpꝰ aut a. medio aut ad mediuꝫ latū, infinitū eſt, oē aūt ſenſibile ſimplex, aut. a. medio aut ad mediū latū eſt; nullū tale igit infinitū. Qꝺ vero nullū corpus, a, medio aut ad mediū latū, infinitū ſit, hinc liquet, qꝛ lationes. a. medio, et ad mediū: adinuicē contrarie ſunt contrarie ꝟo in contraria abeunt loca. Et ſi cōtrariorū vnū determinatū eſt: determinatū erit et reliquū. At cōtrarioꝝ vnū, vt mediū, determinatū ē quo vnūquodqꝫ grauiū feratur: non eñ contingit medio longius pertrāſire: igit et reliquū determinatū eſt. Nullum igitur tale: infinitū, determinatis eñ extremis quicq̄ infinitū eſſe īpoſſibile eſt. Qꝺ ſi extrema ſint determinata, media determinata eē neceſſe eſt, alioqui determinatis extremis intercluſū interceptūqꝫ eſſet infinitū, et infinitus in mediomotus cōtingeret qꝺ īpoſſibile eſt. Secūdo. Quia cū oē ſenſibile ſimplex leue ſit, aut graue: ſi aliqꝺ tale īfinitū ponas: infinitā aut leuitatē aut grauitatem habere cōcedas oportet: qꝺ ſic oſtendo. Sit. a. graue aliquod corpꝰ ſimplex infinitū, ſi poſſibile eſt, b, graue finituꝫ. Ex. a capio grauitatē finitam quālibet: vt ſcꝺm magnitudinē. a. e. que qꝛ ſit finita et grauitas. b. finita, totiēs poterit ſumi, vt totā grauitatē corporis. b. finiti menſuret: vt exēpli cauſa ſit. b. decupla: ſumo decē ptes ī finiti. a. parti. a. e. equales. q̄ equā cum. b. retinebūt grauitatem: et cū ſemp ſumendo partes tantas non cōtingat deficere. a. infinitā cōtinebit grauitatem: qꝺ erat oſtendendū. Neqꝫ refert illas grauitates cōmenſuratas eē, aut incōmenſuratas: itidem eñ accidet quod volumus. Qꝺ ſi iterum poſueris grauitatis finite, alia ſubibis īcōmoda, finiti et infiniti equā eſſe grauitatem, immo et finiti maiorem. Nam videmus in finitis in maiori magnitudine maiorem geri grauitatē: vt ī dupla duplā, ⁊ ita deinceps. ſi itaqꝫ ſit finita. ſit dupla magnitudini b. ſumo b et c duplā, finitā, equā ſeruantem grauitatē. ꝙ ſi ſumis b d corpus finitum, maiorē corpore infinito retinebit grauitatē eſſet igit infinita grauitas, et ꝯſilr in infinito leui infinita leuitas. At vero infinitam aut leuitatem aut grauitatē eſſe impoſſibile eſt: qꝛ cū grauitas aliquāto tpe ⁊ aliquanto mouet ſpacio, dupla idem eodem ſpacio mouet in tpe ſubduplo: et ita ſemp, vt quēadmodū grauitas creſcat, decreſcat tps, ⁊ minus fiat. Et cū oī ꝓportione grauitas infinita finite grauitatꝫ vim ſuperet motrice, oporteatqꝫ mobile, mouentiuꝫ virtutū excellentias et ꝓportiones ſequi: ꝑfecto in non tpe aut minimo (nullū aūt minimū) mouebit: vt q̄ oēm mouēdi ꝓportionē excedēs, nulla ꝓportiōe moueat. qꝺ impoſſe eſt. nulla ſiquidē infiniti ad finituꝫ ꝓportio eſt. Qꝺ ſi cōtēdas in tpe moueri, accidet grauitatē finitā ⁊ infinitam equali tpe mouere: qꝺ ē impoſſibile. Eſto. n. grauitas infinita a: b finita, qꝛ vtraqꝫ in tpe mouet, ad inuicē mouēdi ꝓportionē hñt: vt ſit a dupla (quācūqꝫ aliā dederis, idē valeat) ſumo b et c duple grauitatis ad b, q̄ duplā mouēdi ad b ſeruat ꝓportionē: equalr igit cū a mouebit: quecunqꝫ enim ad idem eandem ſeruant ꝓportionē, illa vt eq̄lem inter ſe habeant neceſſe eſt. et non modo hoc, verum ſi b d finitam grauitateꝫ ſumeres, b d finita mouendi virtus infinitam a mouendi virtutem excederet, et in minori tpe moueret. que ſi impoſſibilia ſunt manifeſtum eſt infinitum ſenſibile corpus eſſe nō poſſe. Sed id mentem in dubium trahere poſſet, an plures ſint mundi an mundus vnus infinitus. nam ipſuꝫ aut finitum eſſe aut infinitum neceſſe eſt. ¶ Secūda cōclō. Mundus non eſt infinitus. Iuxta ea que priꝰ allata ſunt, prompta eſt huius rei demonſtratio. Nā aut eſſet ſimiliariū ptiū, aut diſſimiliū. Nō ſimiliariū. nam oē tale ſimplex eſt, cui debetur vnus motus, aut circularis, aut rectus. Modo vero oſtenſum ē nullū neqꝫ circulo neqꝫ recto actū, eſſe poſſe infinitū: nō ē igit ſimiliariū partiuꝫ. Neqꝫ quidē diſſimiliū. nā aut eſſet ex ſpecie infinitis, aut finitis. non infinitis. nam ſimplices motꝰ ſpē finiti ſunt. igit ⁊ ſimplicia corpora ſpēi diſcrimen habentia, finita ſunt. Cuiuſlibet. n. corporis ſimplicis vnꝰ eſt motus ſimplex. Neqꝫ ex finitis erit. nā aut eoꝝ oīa, aut eoꝝ vnū, infinitum eſſe oporteret: vt ignem. acrē, aquā, aut terrā, hoc āt eē non pōt. Primo, qꝛ aut leuitas aut grauitas daret infinita: q̄ infinita dari nō poſſe, monſtratū eſt. Scꝺo qꝛ loca oporteret eſſe infinita. Tertio: qꝛ motꝰ eēnt infiniti: et neqꝫ ferrent ſurſum, neqꝫ deorſum. Qꝺ. n factum eſſe non cōtingit, impoſſe eſt fieri: et in quali: et quanto: et vbi: vt qꝺ factum eſſe non pōt album: vt albefiat impoſſe eſt. Et qꝺ cubitale factum eſſe nō contingit, impoſſe eſt cubitale fieri. et qꝺ impoſſe eſt peruenire in egyptū, ꝑficiſci in egyptū haudquaq̄ valebit vnq̄. Itaqꝫ qꝺ ſurſum aut deorſum eē nō pōt ſurſum aut deorſuꝫ feretur nunq̄. Quarto, quia aut tale infinitum moueretur ꝯm naturaꝫ, aut preter naturam. Si preter naturam: ergo alius eſſet locus, in quem ꝯm naturā ferretur. Hoc autem impoſſibile. Mundus igit infinitꝰ eſſe non poteſt.



## ¶ Caput ſeptimum.

**Septimum caput continet** quattuor concluſiones: et vnum corolarium poſt quartā. ¶ Prima concluſio. Infinitum a finito pati impoſſibile ē. ¶ Sit a mobile infinitum: quod patiatur (ſi fieri poteſt.) et moueat a mouente finito. b. in tempore. c. ſitqꝫ. d. pars virtutis mouentis. b. Que qꝛ minor eſt q̄. b. mouebit mobile minus q̄. a. in tempore. c. ſit illud. e. capio partē finitam infiniti. a. equalem. e. que ſit a. f. qꝛ igitur potentie. d. finite ad. b. potentiam finitam eſt proportio. b. finita potentia maior mouebit. a. f. equale. e. in minori tpe q̄. c. Mouet eniꝫ equale, idem in eodem tpe: et maius: idem in minori et minus in maiori: vt ſi duplū in duplo: et ita ſecundū analogiā. Quicq̄d igitur. b. in tpe. c. mouebit ꝓportioneꝫ ad partem finitā. a. f. ⁊ mobile equale. e. ſeruabit. Infiniti aūt ad finitum nulla cadit proportio mouebit igit ſolū finitū in tpe. c. Si eñ d ſit ad. b. in aliq̄ proportione: vt ſubtripla: intelligo a potentiam duplā ad. d. que mouebit mobile duplex ad. e. et ſimiliter a. f. vt. a. g. in tpe. c. Intelligo deinde triplā: que ſit i que quia tripla ad. d. mouebit mobile triplum. e. et ſimpliciter parti finite. a. f. vt. a. k. in tpe. c. Manifeſtū ē eñ triplū finitum eē: alioq̄ infiniti ad finitū proportionē dabis: et infinitū finiti triplum facies: quod impoſſibile eſt. At cum. i. tripla ſit ad. d. et ſimiliter. b. prima virtꝰ ad d tripla. b. virtus equalis eſt potentie. i. quare in eodem tempore mouebit. a. k Quod ſi mouet infinitū in tempore. c. in eodem tempore mouet finitū et infinitū qꝺ eſt impoſſibile. ¶ Secunda. Neqꝫ finitum patietur ab infinito tempore finito. Hec ē cōuerſa precedentis. Sit. a. infinita virtus: que moueat. b. finitum mobile finito tpe. c. ſi fieri poteſt. Capio quācūqꝫ partem finitam libuerit infinite virtutis. a vt. a. f. que moueat minus quodcūqꝫ quam. b. in tempore. c. manifeſtum eſt oportere eā minus mouere: vt e. Et cum vtrūqꝫ ſit finitū: habet e ad b aliquā ꝓportionē: vt exēpli cauſa ſit b triplū: capio virtutis infinite partē finitā. a. g. duplā parti. a. f. que quia dupla mouebit duplū mobile, vt. h. in eodem tpe: et ps tripla: vt a. k. mobile triplū vt. i. in eodem tpe: et ita ſemper ſecundū analogiā et ꝓportionē. quare et a k mouebit. b. equale mobili. i. ī eodē tempore. c. Et cū tota virtꝰ. a. ad. a. k. nullam habeat proportionē: non mouebit. b. in tempore. c. imo neqꝫ in tpe quod ē poſiti oppoſitū: aut infinita virtus et virtus finita idem mobile et eodem tpe mouebunt. quod eſt impoſſibile. ¶ Tertia. Infinitum ab infinito aliquo tpe nō patietur. Sit. a. vnū infinitū: et. b. alterū qꝺ patiat ab a. in tpe. c. patiaturqꝫ. b. pars quecūqꝫ ab. a. vt. b. d. in minori tpe vt. e. Suppoſuimus eñ maius in minori tpe mouere minus. Quia tpis. c. finiti ad totū tempus eſt proportio, a. mouebit maius. b. d. vt b f in tempore maiore: et iterū mouebit maius in maiore: quare tandē deuenietur: vt partē aliquā acceptā finitā in tpe. c. moueat in quo mouet et. b. et finitū et infinitum in eodem tpe ab eodeꝫ patiet quod eſt impoſſe. ¶ Quarta. Infinitū aliquo tpe nō mouebit infinitū Nō finito. nā īfinitū patere𝔱 ab īfinito tpe finito: qꝺ eē non pōt: neqꝫ tpe infinito: qꝛ infinitū tps finē nō habet: et in tempore finito rurſum aliquid moueret: qꝺ ſi dixeris eſſe finitū. oppoſitū eſt ſecunde. ſi vero infinitū, oppoſitū tertie. Si nihil mouere aliquo vllo tempore finito dixeris: et tpe infinito continue quieſcet. ¶ Corolariū: ex his iterū manifeſtum eſt nullū ſenſibile corpus eſſe infinitum. ¶ Primo qꝛ oē corpꝰ ſenſibile virtutē habet actiuam et paſſiuā. Neqꝫ quidē extra celū eſt infinitū. nominant eñ intra et extra. locum. extra celū aūt nō eſt locus: neqꝫ tps: neqꝫ corpus circulariter motū. nā moue𝔱 circa mediū. Infiniti aūt nō eſt mediū. neqꝫ ꝯm rectū motū: qꝛ locū ad quem ferretur: infinitū eē oporteret. Qꝺ ſi ferre𝔱 preter naturā: eſſet ei aſſignandus locꝰ infinitꝰ ſui motꝰ ꝯm naturā: et virtutē eius motiuā oporteret eſſe infinitā. Infiniti eñ vis (vt finita finiti) infinita eſt. Et id a quo preter naturā moue𝔱: eſſe oporteret infinitū: ⁊ pāſſa eē infinita: aut infinitū pati a finito. q̄ īpoſſibilia eē pmanifeſta ſunt. Qꝺ ſi dixeris ipm a ſeipſo moueri: ne pāſſa eē īfinita ꝯcedas: erit igr̄ īfinitū aīal. ē. n. id aīalibꝰ ꝓpriū. Sꝫ quomodo erit infinitum animal. ¶ Neqꝫ. Democriti ⁊ Leucippi determīatio approbanda eſt: infinitas ſimilares atomos poſitione et ſitu diſcriminatas: interſtite vacuo infinitum conflare Primo: quia eas atomos dicunt eſſe eiuſdem nature vt ſi aurum in fruſtula dirimatur auri quelibet pars diuiſa cuilibet alteri eadē eſt: quare oēs ille ad totiꝰ locuꝫ ferrentur: vt quo fertur ignis ⁊ ignis ſcintilla: et quo terra, et terre glebula: hoc autē impoſſibile. Secundo: qꝛ ſi vna atomoruꝫ fuerit leuis: et vnaq̄qꝫ reliquarum: quare nihil erit graue ſimpliciter. Ponunt eī ex illis atomis omnia conflari, et originem ducere: hoc autem falſum. Tertio: quia oīa ferrētur ſurſum: aut oīa deorſum, ꝙ ſi ſurſum mouerentur a medio: ſi deorſum: ad medium. Infiniti aūt non eſt medium: qꝛ vbi medium fuerit: et extremum cōperiri neceſſe eſt. Quarto: qꝛ nullus erit locus quo moueatur. Nam aut moueretur natura: aut preter naturam: quibus motibus determinata ſunt loca: eēt igitur immobile. Quod ſi dicas moueri preter naturā: erit alterum cui is motus ſcꝺm naturam conueniet. hoc eñ in omnibus inductione compertum eſt. Qꝺ ſi ita fuerit, omnia leuia dicere non poteris: neqꝫ oīa grauia, neqꝫ illud infinitum ex ſimilaribus, eiuſdēqꝫ nature atomis eſſe conflatum. Sed quod nullum ſit corpus infinitum, ſatis arbitror oſtenſum.

## ¶ Caput octauū.

**Octauū caput cōtinet tres** ſuppōnes, tres ꝯclōnes, duas rōnes ad primā. tres ad ſecundā: et triū cauilloꝝ remotiones. ¶ Tres ſuppōes. ¶ Prima oīa phyſica corpora moueri et quieſcere ꝯm naturā, violenter, et preter naturā. ¶ Secunda. ¶ In quo loco natura quieſcūt, in illum locū naturalr̄ ferri: et in quo violenter quieſcūt, in illū violenter ferri. ¶ Tertia. Si alicui latio aliqua violenta eſt: q̄ ꝯm naturā eidē conuenit, violente lationi cōtraria ē: vt lationi terre ſurſum violente, cōtraria eſt latio deorſum terre, ipi ꝯꝫ naturam ꝯueniēs. ¶ Pria ꝯclō. Si plures ſint mūdi eos ex cōſimilis nature corporibꝰ exiſtere, et ea eandē vim mouēdi obſeruare neceſſe ē: vt ignis ⁊ ignis, terra et terra, et intermedia. ¶ Prīo. Quia ſi ex equiuocis et natura diuerſis conſtarēt, mūdꝰ de illis non niſi equiuoce dicere𝔱. conſtarent igit ex conſilibus nature corporibus. Qꝺ ſi ita eſſet: et illa corpora nata eſſent moueri, hec a medio, hec ad mediū, hec vero circa mediū. qꝺ eſt mouendi vim naturāqꝫ eandē ſeruare. ¶ Secundo: Quia motus determinati ⁊ finiti

ſunt.nã aut ſm rectũ,aut circulũ ſumptos,aut mixtos eſſe oportere priꝰ dictũ eſt,et vnius corporis ſimplicis vnũ ſimplicẽ motũ eſſe. Quare ſi qdẽ illic elementa eſſent eadẽ,et motus idẽ. ¶Secunda cõclõ. Non ſunt plures mundi. ¶Primo, qr terra vniꝰ mundi nata eſſet moueri ad terrã alteriꝰ mundi,⁊ ignis ad ignẽ. Ad quẽcũqꝫ enĩ locũ ſimpliciũ aliquid natũ eſt moueri,et quodlibet alterũ cõgenee cõſiliſqꝫ nature ad eundẽ moueri natũ eſſe neceſſe ẽ. At terraꝫ vniꝰ ad alteriꝰ terrã,et ignẽ ad ignẽ moueri natũ eẽ, impõle ẽ.nã terra ſurſum ferretur in ꝓprio mũdo,⁊ ignis deorſuꝫ:et terra a medio lata,ad alterã terrã natura moueret. In quo enĩ loco natura quieſceret, et in eundẽ natura ferret. Itidẽ ⁊ ignis ꝑ mediũ ad alteriꝰ mundi ignẽ euolaret.qđ ſtatiꝫ impõe cognoſcit. Non igit ſunt plures mundi. ¶Scđo. Unꝰ ẽ primꝰ motus ſempiternꝰ,et eternus,igit et vnũ primũ celũ,et vnus mũdꝰ. Si vero plures mũdos dederis, in ỹ neqꝫ primũ eẽ opꝫ.qđ eẽ nequit. ¶Tertio. Tria ſunt loca triũ ſenſibiliũ elemẽtoꝝ. Primꝰ ẽ ſubſidẽs et infimus,ſecundus ſummꝰ et extremꝰ,tertiꝰ horuꝫ medius.qđ ſuperfert oĩbꝰ,vt ignis,eſt in ſummo.qđ ceteris ſubſidet,ẽ in imo.qđ vero medio mõ fert, vt aqua,vt aer,mediũ obtinet locũ. Et preter hec loca non ẽ ſenſibiliũ locus.nam neqꝫ ſm naturaꝫ,neqꝫ preter naturam illuc ferrentur.eſt igitur tm̃ vnꝰ mũdꝰ. ¶Tres cauillorum remotiones. Si dixeris primo illa ſimplicia corpora propter nimiam diſtantiam diuerſam participare naturam. Hoc irrationabile eſt Nam diſtãtia non facit nature diuerſitatẽ. ¶Secũdo. Omnes motꝰ vi quadam motis conuenire:quare non erit terra vniꝰ nata ad alteriꝰ terram ferri. Hoc impoſſibile eſt:qr motus vi quadã ⁊ preter naturam factus,obnoxius et contrarius eſt motui non vi ſed ſecundũ naturã facto. ¶Tertio:Terram vnius et terrã alterius numero differre:iõ non oportere eas natas eſſe ad eundem locũ numero ferri. Eſto numero differant,ſpeciei tamẽ in differentiã habẽt: nec ideo ꝙ diuerſe nũero ſint, hoc impedit eaſdem ad eũdem numero locum ferri natas eſſe. Quod ſi ita eſt,ſtatim rationi conſentaneũ apparet tantũ vnã terram eſſe:quia finita trãſmutatio terminos vnde motus et ad quem proficiſcitur,ſpecie habet diuerſos.vt quod augmentat,terminũ vnde motꝰ,paruitatẽ:quo vero proficiſcit,amplitudinẽ.qđ minuitur contra quod alteratur,contraria,vt ſanatio terminũ vnde venit,egritudinẽ,quo tendit ſanitatẽ,quare et quod fertur vt terra ex terra ad terram non feratur.et ignis ex igne ad ignem. Et ſi inſtas de celi tranſmutatione que eſt ex eodẽ in idem hanc tranſmutationem quodã modo diximus infinitam:et quodammodo eſſe ex oppoſitis:et ad oppoſita,cum conſideras eam accipi ſecundum diametros. cum vero ſecundum totum accipias,non ita fit. ¶Tertia concluſio. Rerum ſenſibiliũ loca finita et determinata eſſe neceſſe eſt. ¶Nam quãto terra medio ꝓpinquior fuerit,tanto velociore motu eam ruere videmus, et ignẽ velociore motu ferri,quanto loco qui ſurſum eſt,vicinior efficit. Si igitur ſine termino concitaretur ferreturqꝫ,motus infinita ſuccreſceret velocitas quare intelligenda tandem eſſet infinita et leuitas: et grauitas;quod eſt impõe.alioqui in infinitũ creſcere haud quaquã intelligi poſſet. Sunt igit ſenſibilium loca et finita et determinata.

## ¶Caput nonum.

NOnum caput cõtinet tres concluſiones,vnam inſtantiam, eius ſolutionẽ:et tres modos celi poſt primam , et duo corolaria poſt tertiam. ¶Prima cõcluſio. Non mõ non ſunt plures mundi:ſed,et plures fieri impoſſibile eſt. ¶Nam vnus mundꝰ eſt ingenitꝰ:⁊ eternus. Eſt enĩ vnus primus motus ſempiternus:⁊ eternus.non igitur fieri poſſunt plures mundi. Inſtãtia omnium natura et arte conſtantiũ alia eſt forma ſm ſe:et forma materie mixta:vt alia ſphera:et ſphera aurea:alius circulus,et circulus ligneus. Finiẽtes enĩ ſpheram aut circulum:aureum aut ligneum ſumimus nunquam:vt que ad eius ſubſtãtiam nõ pertineant;tamet ſi idem ſit in ſphera,et ſphera aurea: neqꝫ intelligere:neqꝫ ſumere quicquã aliud preter ſingulare poſſimꝰ. Nihilominꝰ circulꝰ et hic circulꝰ, rõne duo ſunt circulꝰ:vt ſpẽs hic circulꝰ ſpẽs ĩ materia et ſingulare. Tunc ita ducũt argumentum. Celũ eſt ſenſibile:eſt igitur aliud celum:et hoc celũ,et celum ſpecies et forma eſt:et hoc celum forma in materia. At quorũcũqꝫ ſenſibilium ſpecies eſt, aut forma aliqua.plura ſunt aut facta eſſe contingũt ſingularia,ſiue ſpecies ideas quaſdam (vt poſuerunt aliqui)poſueris ſeiunctas atqꝫ ſeparatas;ſiue re ipſa a ſingularibus non abiunxeris:ſed ipſo eſſe et ratione ſic eſſe oporꝫ. Sic enĩ in omnibus quorum forma in materia eſt.promptũ eſt videre plurima et pene infinita eiuſdem ſpeciei entia. Sunt igitur plures celi:aut eſſe poſſunt,et plures mundi aut eſſe poſſunt. Quod ſi ſimul non ſint : et eſſe poſſint , fieri poſſunt. ¶Reſponſio. Id verum ſit celum eſſe ſenſibile:et alterum eſſe celũ:et hoc celum:vt ſpecies,⁊ ſpecies in materia:non tamen ex hoc plures mundos eẽ aut eẽ poſſe conficiunt. Nam falſo aſſumunt,quorumcumqꝫ ſenſibiliũ ſpecies ſit aut forma plura eẽ aut, facta eẽ contingere. Hoc enĩ non oportet vbi ſenſibile ex tota materia eſt:ex qua natum eſt eẽ poſſe:vt ſi intelligis vnum incorruptibilem ſimum:cuius materia eẽt caro:⁊ ex oĩ carne eẽt ex q̃ ſimꝰ eẽ poſſet;ſimꝰ ſenſibile quod dã eẽt:⁊ alteꝝ ſimꝰ et hic carneꝰ ſimꝰ vt ſpecies et forma,⁊ forma in materia,et tñ nõ eſſet neqꝫ eſſe poſſent plures ſimi. Itidem ſi eſſet vnꝰ homo immortalis,ex omni carne oſſibus et neruis ex quibus poſſet eſſe homo , et hec indiſſolubilia eſſent , homo ſenſibile eſſet,et homo et hic homo differrent,vt forma,et forma in materia , et tñ neqꝫ eſſent plures homines,neqꝫ eſſe cõtingeret. Conſimile de mundo intellige. Nam mundus et celum ſenſibile,et celum et hoc celum ratione diuerſa,et hoc celum perpetuum et immortale,ex tota materia(ex qua eſſe põt celũ) conſtans,idcirco vt de ſimo et homine dictũ eſt,neqꝫ ſunt plures,neqꝫ plures eſſe oportet. ¶Tres modi celi. Celum primo,vltima ſphera eſt,ſupremuſqꝫ circulus,ceteros ambiens homines, diuinitate plenus Secundo corporea moles,inferiori lune extremo , et ſupremo prime ſphere termino contenta. Tertio, celum id totum eſt quod ab vltime ſphere ſupremiqꝫ circuli circumferentia contentum conſpicimꝰ.⁊ hoc totum,omne,vniuerſum,celum dicere conſueuimus ¶Secunda concluſio. Celum vt id ipſum eſt.ab vltime ſphere ſupremiqꝫ circuli circunferentia contẽtũ ex omni naturali et ſenſibili corpore,ſuaqꝫ tota materia conſtat. ¶Nam nullum extra ſe corpꝰ neqꝫ naturale neqꝫ ſenſibile relinquit,ſed ea oĩa intra ſuum continet ambitum. Quod extra ſe nullum corpꝰ relinquat,hoc ideo eſt , quia corpus illud phyſicum eẽ non poſſet. Nam aut eſſet ſimplex,aut compoſitum . Non ſimplex,quia omne tale mobile eſt a medio,vel ad medium. Et cum corpora illa que circunferũtur, loca ſua egredi et mutare nequeant: non hoc pacto aut a medio aut ad medium moueri contingeret, et illic eſſe non poſſet natura,aut preter naturam : natura quidem,quia habẽt ſimplicia corpora phyſica, alia in quibus natura ſtent a natura deputata loca ; neqꝫ preter naturam. Nam et illic aliqua eſſe ſcđm naturam nata eſſent:locus enĩ qui alicui ſimplicium preter naturam conuenit: alterius ſimplicis ſecũdũ naturam exiſtit , ꝙ ſi illic natum non eſt eſſe corpus ſimplex phyſicuꝫ,neqꝫ ex ſimplicibus compoſitũ vllũ neqꝫ aliquod ſenſibiliuꝫ non phyſicorum. Nã ea ſunt ſphere:circunlatique circuli,quorum nullum extra ſupremi circunferentiam claudi manifeſtum ẽ. Conſtat igitur celum hoc pacto ſumptum :ex omni corpore et naturali ⁊ ſenſibili:ſuaqꝫ tota materia:quod cũ ipſum incorruptibile ſit,et ſemper(vt adhuc oſtẽdemus)perſeuerans vnum ſolum eſſe recte affirmatum eſt :neqꝫ plures fuerunt celi,neqꝫ plures futuri ſunt,ſed vnum ſolum ⁊ perfectum. ¶Tertia concluſio. Non contingit extra celũ corpus vllũ factuꝫ eẽ. ¶Nam neqꝫ ſimplex,neqꝫ compoſitum neqꝫ natura neqꝫ preter naturam. ¶Primum corolariuꝫ. Unde fit vt extra celum neqꝫ locus neqꝫ vacuum neqꝫ tp̃us ſit. Locus quidem,qr illic nullum eſt,neqꝫ eſſe natũ eſt corpus. Uacuũ,qr id dicunt locum ſine corpore: natum corpore repleri:et in quo corpus natũ eſt fieri. Tp̃s,cum illic nullum poſſit eſſe ſenſibile corpus : neqꝫ motꝰ,quare neqꝫ tempus. Eſt enim tempus numerus motus. At extra celũ ſine ſenſibili corpore nõ erit motus. ¶Secundum corolarium. Unde fit etiam,vt que illic nata ſunt eſſe entia,ſint optimam habentia vitam,et per ſe quidem ſufficientiſſimã, quã toto complent eterno : non ſeneſcentia in tempore : non in loco tranſmutabilia, in alterabilia , impaſſibilia,ab omni motu mutationeqꝫ aliena,vt circa diuina plerunqꝫ rationibus declaratum eſt,omne, primum diuinum intranſmutabile,neceſſariuꝫ ſummũ et quo nihil aliud melius,nihil diuinius:nihil prauũ habens,nullorum bonoruꝫ indiguum,inceſſabili motu rationabiliter mouens,rerum omnium finis,vniuſcuiuſqꝫ vitæ tempus omne ⁊ infinitatem vt ſumma perfectio continens,eternum,ſemper ens,immortale,a quo ceteris cõmunicatum eſt eſſe et viuere his clarius,illis vero obſcurius.

## ¶Caput decimum.

CAput decimum , continet quattuor concluſiones ,tres ratiões: et tres antiquorũ opiniones poſt primam,et duas rationes ad ſecundaꝫ : ¶Prima concluſio. Par eſt diſquirẽdo an mũdus genitus , an ingenitus et corruptibilis,an ĩ corruptibilis ,habeat antiquorum de hac re adducere opiniones. ¶Primo qr cõtrariorum dubitationes,cauſe ſunt vt fiãt contrariorum manifeſtationes. Si itaqꝫ eas nõ adduceremꝰ in medium,videri poſſet in dubitationibꝰ ipſorum oppoſitum eorum q̃ oſtẽdere volumꝰ:eẽ oſtẽſum. ¶Secundo. Quia eorum poſitionibꝰ aſſertionibuſqꝫ mõſtratis inualidis,credibiliora relinquet circa id quod querimꝰ dicenda. ¶Tertio. Quia nos faciẽtes:minus eos gratis condemnare videbimur. Oportet enim eos qui veritatẽ ſufficienter iudicaturi ſunt,nõ eẽ aduerſarios ,ſed arbitros: ¶Tres de hac re antiquorum opiniones. ¶Prima eſt dicẽtium mundum genitum eſſe,ſed incorruptibilem,immortalem,ſemper qꝫ manſurum:et hec platonis exiſtit. ¶Secunda eſt dicentium mundum factum interiturumqꝫ ſemel , ſed vlteriꝰ nunquã reduci repararíqꝫ poſſe ad ortum:et hec eſt Democriti. ¶Tertia eſt. Empedoclis Agrigentini,et heracliti Epheſij:dicẽtium mundum alternatis vicibꝰ frequenter genitum,⁊ frequẽter corruptum et hasortuum obituumqꝫ vices ſemper obſeruaturum. ¶Secunda concluſio. Irrationabilis eſt aſſertio dicentium mundum genitum eẽ ; ſempiternum tamẽ manere nunquãqꝫ caſurum eſſe. ¶Primo :quia ſola ea rationabiliter dici poſſe videtur ,que in oĩbus aut pluribus ita eſſe cõſpicimus huius autem aſſertionis oppoſitum euenit ; aſſerit enim et genitum et incorruptibilem. Et liquido cõſpicimus que generantur omnia ;orta cadere nõ eſt igit aſſertio hec rationabilis. ¶Secundo. Quia ſi illa que ipſum conſtituunt, non potuerũt aliter ſe habere intranſmutabilia ſunt. Si potuerunt aliqñ , et non ſemꝑ conſimiliter ſe habuerunt poterunt adhuc,iterumqꝫ eẽ ſoluta. Nulla illic q̃ hic valentior ratio. Igitur ſi genitus eẽt,non modo incorruptibilis non eſſet , ſed poſſet infinitis euntibus ſeculis infinities corrũpi. Neqꝫ prodeſt ꝙ hec aſſerentibꝰ ſuppetias ferre volunt aliqui ,dicentes mundũ eẽ incorruptibilem ,et neqꝫ verum eſſe ipſum eẽ genitum , ſed huius poſitionis aſſertores id ipſum doctrine cauſa (quo magis doceant)dicere, vt Mathematici deſcriptiones lineamentaqꝫ faciunt que et ſi non ſint,vt ponunt ,ſuis tñ demonſtrationibꝰ apta veniunt. Non ſic eſt de hac aſſertione vt ponũt vt de mathematicis deſcriptionibus . Nam in illis idem eſt ,neqꝫ refert ; hic autem non idem;atqꝫ plurimum refert ,et priora dicta poſterioribus ſunt pugnantia. Nam ex inordinatis ordinatum faciunt : quod non niſi gñatiõe ⁊ tpe dirimente facere pñt : aut ſimul eſt ordinatum: et in ordinatum que ſunt impoſſibilia. ¶Tertia cõcluſio. Irrationabile eſt iterum mundum eſſe genitum dicere , et interitus obnoxium , ſed poſtea nũq̃ reparari poſſe, Nam cõfitentes ipm̃ eſſe genitum, vnam ſemper ante admittunt fuiſſe conſiſtentiã ex q̃ fieret : quo non exiſtente , eadem ſemper manebit cõſiſtẽtia , que mutationis principium eſt ,qua non exiſtente,aliquid tranſmutari impoſibile eſt:⁊ q̃ quidẽ exiſtente , contingit. Si igitur genitus eſſet;et aliquando caſurus , itidem et orto altero reparari eũ contingeret. ¶Quarta. Neqꝫ ſentiendum eſt cum Agrigentino Empedocle : mundum alternatis vicibꝰ nunc amicitia diſgregante gigni. nunc vero lite congregante ſolui. ¶Nã id aſtruere nihil aliud ẽ q̃ mundũ ſubſtantia facere perpetuum:ſed ſm formã qualitateſqꝫ tranſmutari:vt ſi qs ex puero ſepius fiat vir.et ex viro ſepiꝰ recidat in puerũ,alternatis ac interpolatis vicibꝰ,et ob id credat ipm̃ ſepiꝰ gigni: et ſepiꝰ corrumpi:ſic enĩ ponũt ſemꝑ eadẽ elementa manere:non aũt ordinẽ et qualitates. Et ſunt qui ⁊ q̃litates manere ponunt cõgeſto cõgregatoqꝫ mũdo: et contraria contrarijs pugnare. Non igr̃ mundum, vt qui ſemꝑ ſubſtantia ſit idẽ generari et corrũpi debent affirmare:ſꝫ mundi diſpoſitiones. Non eẽ igit, ſicut ſcribit in Timeo,mundũ factum : et de cetero ſempiterno tp̃e mãſurũ,neqꝫ ſempiterno interitu caſurum;neqꝫ viciſſitudinibꝰ,crebro gigni,crebroqꝫ diſ

ſolui,nāliter eſt diſcuſſum.

## ¶ Caput vndecimum.

Vndecimū caput ɔtinet duas concluſiones: ingeniti, geniti: icorruptibilis, corruptibilis, ſingulorum tres modos poſt primā: et vnā inſtantiā poſt ſecundam. ¶ Prima concluſio. Propoſito noſtro cõgruit, modos geniti, ingeniti, corruptibilis et icorruptibilis cognoſcere. ¶ Nam hec multipliciter dicuntur: de qbus quidem nunc intendimꝰ determinationē. Multipliciter aūt dictis: et ſi ad orationē nihil referat: quin ſemper eandē veritatē falſitatem ve obſeruet: intellectꝰ anceps et confuſus relinquit, ipſo multiplici in diſtincto. Expedit igit̃ propoſito. talium videre modos. ¶ Ingeniti, geniti, incorruptibilis, ſingulorū tres modi. ¶ Ingenitū primo, quod cum prius non exiſteret, nunc exiſtit: ſed ſine tranſmutatione: vt ex attactꝰ et momentū. Secundo, quod non eſt; ſed eſſe contingit. Tertio quod omnino impoſſibile eſt fieri ita, vt aliquando ſit, aliquando vero non ſit. Impoſſibile enim bifariaʒ dicitur. Primo ſimpliciter, quod neqꝫ eſt, neqꝫ fieri poteſt. Secundo, non facile, non cito, non bene factibile. Genitum primo, eſt qđ tranſmutatione exiſtit. Secundo, quod eſt, non eſſe autē cõtingit. Tertio, quod aliquo modo eſſe aut fieri cõtingit: ſiue id facile, ſiue difficile ſit. ¶ Incorruptibile prio, quod cum ſit ens, ipſum aliqñ nõ eſſe contingit ſine tranſmntatione. Secundo, quod nunc eſt, et quod aliquando non eſſe futurum, impoſſibile eſt. Tertio, quod ſimpliciter non eſſe nõ poſſit: aut quod difficulter non eſſe poſſit. ¶ Corruptibile primo, qđ tranſmutatione deſinere contingit. Secundo, quod cum ſit, contingit aliquando non eſſe futurū. Tertio, quod non eſſe aliquo pacto, aut facile aut difficulter contingit. Et horum omniū modi conſimili pene modo ad inuicem ſumuntur. Dicetur tamen proprie ingenitum et incorruptibile, ingenituʒ quidem, quod ſimpliciter fieri non poteſt ita, vt aliquando ſit, et aliquando non ſit. Et incorruptibile: quod omnino non eſſe non poteſt. ¶ Secunda concluſio. Potētia, quāta ipſa ſit, per maximuʒ determinanda eſt. Nam per minus nõ determinatur, quia quicquid poteſt in maius, poteſt et in minus: vt potens centum ferre talenta, poteſt et duo. et potens centum ambulare ſtadia, poteſt ābulare et duo. Determinatur igitur per maximum et excellentiam: vt virtus que talenta centuʒ ſuſtollit, et que illam talentoruʒ ſummā non ſuperat vt vnum et centum ſuſtollerē non poſſit, ab illa excellentia denominationem ſumet, diceturqꝫ centum talentorum, et non plurium potentia. Et virtus que nõ poteſt in excellens: neqꝫ eadem in plura excellente valebit: vt ſiqua virtus in centum talenta aut ſtadia non poſſit, hec eadem in vnum et centum aut talenta aut ſtadia minime valebit. Eſt igitur quāta ſit potentia. per maximum determinanda. ¶ Et ſi inſtas, poteſt quis videre ſtadium, non videns quamlibet partem minorem ſtadij: et quis percipere magnitudinem, et non punctum: et poteſt quiſpiam maiorem ſonum audire, non potens audire minorem, non igit̃ id recte aſſertuʒ. vt que potentia poteſt in maius, eadeʒ poſſit in minus. Id certe, ad id quod intendimꝰ nihil affert difficultatis. Nam hec inſtantia de excellentia et decremento rei, et que ſm molem attendātur, inſectatur. Nos autem non de ea excellentia et decremento agimus, ſed de ijs que ſm virtuteʒ ſunt ſumpta. Uiſus enim vis, aut auditus, ad minora debilior, ad maiuſcula vero valentior.

## ¶ Duodecimum caput.

Duodecimū caput continet decem concluſiones, vnum corollarium ad ſecundam, duas rationes ad quintam, quattuor ad nonam: et quattuor ad decimam. ¶ Prima concluſio. Si quide poſſibile eſt eſſe, et idem poſſibile eſt non eſſe: vt eius tempus ad eſſe et non eſſe determinatum ſit, neceſſe eſt. ¶ Hoc enim ſecundum omne predicamentem: vt ſi quid poteſt eē homo, et non homo: bicubitum, equale, album, et nõ eſſe, et ita in ceteris: vtrūqꝫ tempus determinatum. Nam ſi dederis neutrum determinatum eſſe, habebit potentiam vt ſit tempore infinito, et vt non ſit alio tempore infinito. hoc autem impoſſibile. Secunda. Impoſſibile et falſum, poſſibile et verum, nõ omnino idem ſignant. ¶ Nam non omne falſum eſt impoſſibile: de citharizante enim ſi dicatur ꝙ non citharizat: et de cātante ꝙ non cantat, falſuʒ dr̃, non aūt impoſ̃e nec oē poſ̃e, verum eſt. Concidunt tamen hec aliquādo: vt diametrum cõmenſurari coſte, falſum eſt, et idem impoſſibile, non cõmenſurari vero, et poſſibile et verum. Et nos de impoſſibili falſo, poſſibili et vero ſimpliciter, intelligimus, et non facta ſuppoſitione. Unde ſi triangulus eſſet circulus: non haberet tres duobus rectis equales: et ſuppoſitione facta lineam eſſe ex punctis, diameter coſte commenſurabilis eēt. ¶ Corollarium. Unde fit vt non ſit idem ſupponere falſum, et impoſſibile: itidē poſſibile, et verū. ¶ Naʒ ſuppoſito impoſ̃i: bñ accidit impoſ̃e falſo aūt non impoſ̃i nunꝙ. Et ſuppoſito poſſibili, falſum ſequi accidit: ex vero autē nunꝙ. ¶ Tertia. Idem ſimul ad oppoſita hʒ potentiam, non autem vt illa ſimul habeat. ¶ Nā cum quis ſedet, potentiam habet vt ſedeat: et potētiam vt ſtet: non tamen vt ſimul ſedeat et ſtet; ſed alio et alio tempore. ¶ Quarta. Omne ſempee ens: incorruptibile eſſe neceſſe eſt. ¶ Sit a ſemper ens: qꝛ a. eſt ſemper ens, ſemper exiſtit: et ſi poſueris corruptibile, aliquando non erit. At impoſſibile eſt, quod ſemper eſt, aliquando non eſſe: igitur falſum eſt eſſe corruptibile: et non modo falſum, ſed et impoſſibile Eadem ratione omne ſemper ens, ingenitum eſt: nā omne ſemper ens, ſemper exiſtit: genitum vero aliquando exiſtit, et aliquando non. Fieri enim nequit vt quod poteſt omni tempore eſſe, aliquando poſſit non eſſe, alioqui ſimul potentiam retinet ad ſimul eē, et non eſſe: quod eſt impoſſile: eſt igitur omne ſemp̃ ens, ingenitum. ¶ Quinta. ¶ Nullum ſemper ens, corruptibile eſt aut genitū. ¶ Primo, Quia omne corruptibile, et omne genitum, potentiam habet ad non eſſe: nullum autem ſemper ens, potentiam habʒ ad non eſſe. Nam aut id eſſet temdore finito: hoc aūt non: quia omni tempore eſt quare potentiam habet vt tempore ſit et illo. Neqꝫ quidem infinito: nam plura tempora infinita eſſe nequeunt. Neqꝫ idem potentiam habere poteſt vt ſit vno tempore infinito, et non ſit altero infinito. Nullum igitur ſemper ens, corruptibile eſt, aut genitum. ¶ Secundo. Quia ſemper ens, et ſemper non ens, ſe habent vt contraria: ſemp̃ ens, non ſemper ens, ſemper non ens, non ſemper nõ ens, vt contradictoria: non ſemper ens, non ſemper non ens: vt ſubcontraria. Sit itaqꝫ a ſemper ens. b.



ſemper non ens. c. non ſemper ens. d. non ſemper nõ ens. De genito et corruptibili verificatur. c et. d. qꝛ quandoqꝫ eſt ens et quandoqꝫ non ens: de genito igr̃ et corruptibili negantur. a. et. b. ſemper ens et ſemper non ens. aut ſimul de eodem erunt et affirmatio ⁊ negatio: quod eſt impoſſibile. ¶ Sexta. Omne ingenitum pariter et incorruptibile ſemper ē ens, et imortale. ¶ Nam dico ingenitum quod eſt ens, ⁊ nunquā non fuit ante. Incorruptibile vero, quod eſt ens, et non erit verum ipſum non eſſe: que autem talia ſunt, ſemper exiſtunt. Eſt igitur ingenitum omne ſimiliter et incorruptibile ſemper ens ſempiternum, et immortale. ¶ Septima. Ingenitum et incorruptibile ſe mutuo conſequuntur. Nam ingenitum ⁊ incorruptibile ſemper ens conſequuntur: conſequunt̃ igit̃ ſe inter ſe. ¶ Octaua. Omne genitum eſt corruptibile. Nam ſi aliquod ſit genitum quod non ſit corruptibile: ipſum eſt incorruptibile. Dicitur enim corruptibile aut incorruptibile vt non ſemper ens, aut ſemper ens de omni quod eſt et de nullo eodem ſimul. Et ſi ipſum eſt incorruptibile ipſum eſt ingenitum: conſequuntur enim ſe ingenitum et incorruptibile. Et ſi ingenitum iterum eſt ſemper ens: quare idem genitum eſt: et ingenitū et ſemper ens. quod ē impoſſibile. Et codeʒ modo omne corruptibile genitum eſſe oſtendas. ¶ Nona. Genitū et corruptibile ſe inuicem conſequuntur. ¶ Primo. Quia ſi ſe non conſequerentur aliquid eſſet genituʒ quod nõ eſſet corruptibile: aut aliquid corruptibile quod non eſſet genitum: quod modo falſum eſſe monſtratū ē. Secundo. Quia genitum et corruptibile conſequūtur idem, vt quandoqꝫ ens, et quandoqꝫ non ens: conſequuntur igitur ſe inuicem. Tertio. Sit a ſemper ens b ſemper non ens, c genitum d corruptibile: arguitur ſic. c. genituʒ non eſt. a. eſt igitur non ſemper ens: et c genitum non eſt. b. eſt igitur et non ſemper non ens. Similiter. d. corruptibile non eſt. a. neqꝫ. b. eſt igitur non ſemper ens et non ſemper nõ ens. Et retroagatur omne id quod quidem eſt non ſemper ens et non ſemper non ens eſſe genitum et corruptibile: et tunc manifeſtum erit c d genitum et corruptibile conſequi idem quare et ſe inuicem conſimil̃r ſequentur. Quarto. Sit ingenitum a incorruptibile b genitum c et corruptibile d diſiunctum a c ex oppoſitis conſtat: quod dicitur de omni quod eſt: vt genitum et non genitum omne enim nõ genitum eſt ingenitū et contra. Et diſiunctū. b. d. ex ɔſſ̃ibꝰ ɔſtat oppoſitis: vt corruptibile ⁊ nõ corruptibile: ⁊ a b ingenitū et incorruptibile ſe inuicē (vt oñſuʒ eſt) conſequuntur. Igitur et. c. d. ſecundū et quartū ſeſe cõſequentur. ¶ Decima. Inconueniens eſt exiſtimare aliquod genitū eſſe incorruptibile, et aliquod corruptibile eſſe ingenitū. ¶ Primo quia que genita ſunt omnia, quanto quoddam determinato tempore poſſunt aut facere, aut pati, aut eſſe, aut non eſſe. Infinitum autem non eſt determinatum. non igitur quod genitum eſt, incorruptibile erit, aut quod corruptibile eſt, ingenitum. ¶ Secundo. Quia ens tēpore infinito, factū eſſet: et aliquo tēpore non ens, ſemper eſſet. hoc autē impoſſibile. ¶ Tertio. Omne genitum aliquando generabitur, et oē incorruptibile eſt ingenitū: et ingenitum nunquā generabitur. igitur ſi aliquod genitum eſt incorruptibile, aliquādo generabitur, et nunquā generabitur. Item oē corruptibile aliquando corrumpetur, et oē ingenitū eſt incorruptibile, et nullum incorruptibile vnquā corrūpetur. Igitur ſi quid corruptibile ingenitū aliquando corrumpetur, et nunquā corrūpetur. et idē ſimul erit factū, et nõ factū: corruptū, et incorruptū: quod eſt impoſſibile. Si enim dixeris genituʒ non aliquādo generari, et corruptibile non aliquando corrūpi aut hoc erit caſu, aut fortuna, aut natura. Non caſu, aut fortuna, quia non eſt eoꝝ que ſemper ſunt. Neqꝫ natura: quia ea quandoqꝫ ſunt, et quādoqꝫ non ſunt, vt que eandē materiā potentiā contradictionis habeant, et que cauſa eſt non eſſe. Et ſi item dixeris corruptibile habere potentiam ad non eſſe, ſed non in futuro, ſed preterito tēpore, vt anno priore, aut quocunqꝫ altero, et ita de genito: hoc nihil eſt: quia neqꝫ vna quidem preteriti potentia et virtus eſt, ſed preſentis et futuri. Quarto. Oē genitū et oē corruptibile contrarijs alterantur. igitur neqꝫ genituʒ incorruptibile, neqꝫ corruptibile ingenitū eſt.

# ¶ Secundus liber de celo.

## ¶ Caput primum.

Secundus liber de celo et mundo: duodecim capita complectitur. Primum caput vnam concluſionem, ſex rationes ad eam et tres opinionuʒ remotiones ad quintaʒ. ¶ Concluſio. Celum neqꝫ factum eſt neqꝫ corrumpi contingit: ſed vnum, ſempiternum, principium conſumationē que non habens in ſe infinitam temporis ſeriem cõtinet. Primo quia ex ijs que in primo libro adducta ſunt huius rei fidem facere poſſumus. Secundo: qꝛ opiniones ipſum factum eſſe dicentium: rationabiliter defendi non poſſunt. hoc igitur de eius immortalitate et ſempiternitate magnam credulitatis occaſionem inducit. Tertio non defuerunt ſapientes patres noſtri, qui exiſtimauerunt celum quid immortale, diuinum, in ſe hunc motum gerens, cuius nullꝰ ſit finis, ſed ipſe potius aliorū finis exiſtat. Etenim contentorum finis eſt, et circulatio perfecta eſt, imperfectas motiones terminuʒ quietemqꝫ habentes continens, neqꝫ principium habens, neqꝫ finem, infinito tempore inceſſabilis, et irrequieta. quapropter ad credendum celum eſſe perpetuum, rationabile eſt ſe exhibere perſuaſibilem. Quarto. Antiqui celuʒ et locum qui ſurſum eſt deo attribuerunt, et non alia vt quod ſolum exiſtimarent imortale: ⁊ ob id immortali et ſempiterno attribuendum. Quinto. Ipſum impaſſibile eſt, nihil difficultatis ⁊ laboris vt moueatur afferens. nulla enim illic reſiſtentia, nullumqꝫ ipſum ferri qualiter natū eſt prohibens. Eſt igitur merito ſempiternum exiſtimandum. Unde primuʒ excutienda eſt antique fabule opinio: opus eſſe Atlante fultore ſuſtentatoreqꝫ celi, ne mole ſua procūbat: vt quod ſuo pondere ruere poſſit. Secundo: eoruʒ qui eadem de cauſa celo (vt terrenis oībus) grauitatem ineſſe ſuſpicantes, animal celum putauerunt, et ab anima (vt pendula in aere volucris) in ſublimi ſuſtineri. Hoc certe irrationabile. Primo, quia talis anima continua pena, continua affecta triſtitia, miſeraʒ traheret vitam: quā tamen (ſiqua eius eſſet) liceret potius eſſe beatam. Secundo: Quia celuʒ ſuſtineret et ferret violenter; quare aliter ipſum fer

ri natum eſſet. Tertio: Quia abſonum eſt illam animaꝫ ſine vacatione aliqua et intermiſſione mentis cōtinue celum volubiliter intorquere. Uidemus enim mortaliuꝫ animantium/ipſis ſomno reſolutis/animarum eſſe requiem/et opere et laboris intermiſſionē. Remitteret igitur et illa immortalis anima et eterna interdum ſuos labores/et quiete ſolueretur placida. Tertio excutienda eſt Empedoclis aſſertio/ob celeriorem/propria inclinatione ſuperata/circulationem/celum tametſi graue ſit/non cadere. Nam ſi hac celeritate/propria ſuperata inclinatiōe/torqueretur: quo pacto motus eius tanto tempore ſaluaretur? Ea enim que preter naturam eueniunt: citiſſime corrupta conſpiciuntur. ¶ Sexto. Si prime lationis melius eſt perpetuitatē ſentire, conformiuſque diuiniſcꝫ de deo afferuntur: et magis conſonū ſapiētū aſſertionibꝰ, celū perpetuū eſſe potiꝰ ſentiendū ē. Prime autē lationis perpetuitatē ſentire, melius videtur, et diuinis que de deo afferuntur conformius, magiſcꝫ ſapientū conſonū aſſertionibus. Sentiēdū igitur ipm eſſe perpetuum.

## ¶ Caput ſecundum.

Secundum caput continet quincꝫ concluſiones quincꝫ rationes ad primā, duas inſtantias ad ſecūdā, et duas rōnes ad tertiam. ¶ Prima concluſio. Dextrū et ſiniſtrū celo ſine ſurſum ⁊ deorſum minime (vt Pythagorici volunt) aptari dn̄t. ¶ Prio/Quia nunquā dextrū ⁊ ſiniſtrū ſine ſurſum et deorſum reperire poſſis vt plane licet in perfectis animantibus intueri. ſurſum vero et deorſum ſine dextro et ſiniſtro poſſis, vt in plantis, in quibus ſolum ſurſum et deorſum cōſpiciunt. Non igitur rōnabiliter dextrū et ſiniſtrū ſine ſurſum et deorſum celo aſſignant. Secundo ſurſum et deorſum ceteris omnibꝰ ſunt priores et vt aliarū principiū. Sunt em̄ dimenſionū tres longitudo, latitudo, et ꝓfundū: et longitudo alijs prior eſt, et vt prīcipiū, ſecundum quā ſumunt ſurſum et deorſum, ⁊ latitudo profundo prior, ſecundū quā ſumunt dextrū et ſiniſtrū, ſecundum vero profundū differentie ante et poſt ſumende ſunt. Non igit dextrum et ſiniſtrū ſine ſurſum et deorſum (vt necꝫ latitudinē ſine longitudine) reperias. ¶ Tertio. Augmentatio animaliū ſumitur ſecundum ſurſum: ab ante, ſenſus, et a dextro ſecundū locū motꝰ. At prior eſt in eis augmentatio motu ſecundū locū, Igit et ſurſum prius eſt dextro ¶ Unde fit vt non in omnibus has poſitionū differentias natura reperire queas: vt in elementis: et in animis: in quibꝰ aliqua non inuenias a quibꝰ has differentias ſumere poſſis. habet em̄ ſolū ignis motū ſurſum, et terra deorſum. Sꝫ ipſis illas attribuimꝰ relatione ad nos ſumpta: vt id dextrū dicatur, qđ (vt Augeres aiunt) nobis fuerit a dextra: et ſiniſtrū, qđ fuerit a leua: aut ex oppoſito ſitu: vt id dxtrū, qđ e regione noſtre dextre fuerit: id ſiniſtrū, qđ ex oppoſito iacuerit ſiniſtre: aut ſimilitudine, vt in ſtatua ſolemꝰ aſſignare. Has vero liq̄do potentijs, virtutibꝰ, et officijs diſtinctas in aīalibꝰ reperias. ¶ Quarto. Pythagorici aſſignauerunt celo tm̄ duas differentias: dextrū et ſiniſtrū: et quattuor dimiſerunt, ſurſum deorſum, ante et poſt: et quas aſſignauerunt. minus apparent, et note ſunt, etiam in animato: differunt eniꝫ virtute ſolū ſurſum vero et deorſū et anteriꝰ a poſteriore nō mō virtute differunt: ſed et figura. Debuerunt igit potiꝰ magis patentes et veriores differentias celo aſſignare. ¶ Quinto. Qui priora et principaliora aſſignare pretermittūt, iure ſunt obiurgādi. Id aūt Pythagorici factitarunt. Nā ſurſum prius et principaliꝰ eſt, vt quod ſecundū longitudinem ſumat, et ſit vnde fiat motꝰ: dextrū, a quo: et ante, ad quod Sunt igit et ob id obiurgandi, et quia neque hoc modo differerentias a celo aſſignarunt. Secūda conclō. Celū, ſurſum deorſum et ceteras poſitionū differētias retinet. Nā in celo eſt mouēdi prīcipium, vt in aīalibꝰ: in quibꝰ has diximꝰ repiri natura differentiarū virtutes eſt em̄ aīatū quoddā. igitur in celo ſunt ſurſum, deorſum, an̄, poſt, dextrū et ſiniſtrū.

Prima inſtantia. Celum ſphericū eſt oēs partes ſimiles habens: et ſemper conſimilem motū exercens Non igitur hanc potiꝰ partē ſurſum poſueris, illam deorſum: et ita in ceteris. Reſpōſio. Tametſi celum ſphericū ſit, figure diſſimilitudinē non habēs hoc tamē non īpedit ipſum poſitionū differentias habere. nā partiū diuerſe ſunt virtutes: he aūt differentie ſecundū virtutū diuerſitates ſunt accipiēde: vt aīal harū habet aliquas, vt dextrū et ſiniſtrū ſub figure ſimilitudine: aliquas, vt ſurſum et deorſum, ante et poſt, ſub figurā veritate. Quod ſi ipſum intelligas in formā conuerti ſphericā, nihilominus oēs habebit ſub figure ſimilitudine virtutū diuerſitates. Secūda Motus celi non incepit. non eſt igit dextrū in celo vnde eſt motus. Reſponſio: quamuis celi motus non inceperit, tamen eſt dextrū vnde eſt motus. Et ſi motꝰ incepiſſet, ab illa parte moueri incepiſſet. Et ſi q̄eſceret et iterū motꝰ naſceret, ab illa naſceret. ¶ Tertia concluſio. Longitudo celi ſecundum polorum diſtantiam ſumenda eſt, quorum vnus ſurſum, alter deorſum exiſtit. ¶ Primo. Quia hemiſpheriorum differentiam per per polos (q̄ non moueantur) apprehendimus. ¶ Secundo. Quia partes extra polos conſueuimus dicere latera. latus autem non eſt ſurſum aut deorſum: ſed quod extra ſurſum aut deorſum eſt. Erit igitur eius longitudo ſecundum polos ſumpta: quorum alter ſurſum, alter vero deorſum fuerit. ¶ Quarta. Polus qui nobis ſuperpoſitus apparet, deorſum eſt: qui vero nobis ſemper occultatur, ſurſum. ¶ Patet. Quia dextrum celi eſt a quo eius motus eſt, vt a quo oriuntur aſtra. ſiniſtrum ei oppoſitum, vt ibi aſtrorum occaſus eſt: igitur ſurſum vertex nobis occultus eſt: et deorſum, qui nobis ſuperpoſitus apparet. alioqui celum a ſiniſtro moueretur in dextrū, quod necꝫ eſt, neque rationabile eſt ¶ Unde fit vt qui ſub polo noſtro habitant in deorſum ſint celi: et qui ſub latenti, ſint ſurſum. Et adeo, vt oppoſitū eueniat quod Pythagorici putauerunt. Dicentes nos ſurſum eſſe et illos deorſum. Et hec de primo circulo dicuntur. ¶ Quinta. In ſecundis circulationibus, vt ſunt ſphere planetarū, oppoſito mō ad primā aſſignande ſunt ſurſum. deorſum, dextrū: et ſiniſtrum differentie poſitionum. Nam oppoſito mō he ſphere ad primā incedūt: et motꝰ eſt a dextro in ſiniſtrū. ¶ Un̄ fit vt qui ſunt deorſum: et in ſiniſtro prīe latiōis: q̄madmodū nos ipſi ſumꝰ: ſurſum ſint et in dextro ſcđarū lationū: ⁊ orbiū planetarū. In an̄ et poſt hoc nō repias diſcrimē: ⁊ de his tātula ſufficiāt.

## ¶ Caput Tertium.

Tertium caput continet vnā cōcluſionem, et ſex ad eius probationem conſequentias. ¶ Concluſio. Conſiderandū eſt cur plures ſint circulorū ſpherarumcꝫ lationes. ¶ Si lationibus illis aliquid aſſignari poſſit contrarium (id auteꝫ non poſſe prius dictum eſt) in promptu eſſet ratio, quod cōtrarioꝝ (que vniuerſi conſtitutionem integritatēcꝫ reſpiciunt) ſi vnū eſt et alterū protinus vt ſit neceſſe eſt. Et certe licet huius rei cauſaꝫ aſſignare perdifficile ſit, vt que, et quoꝝ accidentia a ſenſu ſint remota, id tamen oſtendere hac nitimur ratione. ¶ Cuiuſcuncꝫ eſt operatio, id vt eius operatio ſit, exiſtit. Dei aūt operatio eſt īmortalitas, et vita ſempiterna: et celi operatio, motꝰ eſt ſempiternꝰ. Ob id enim circulare corpus habet: q̄ natura ſempiterne irrequietecꝫ circummoueatur. eſt enim diuinum quiddā. Quodſi ſemper circūmoueat, aliquid in medio ſemper quieſcere (vt poſt probatione dilucebit) neceſſe eſt. vt terrā, et id natura quidē. Nam preter naturam nihil ſemper quieſcere poteſt. Et ſi terra eſt, erit et ignis. Primo, quia ſi vnū contrariorum natura ſit, et alterū eſſe neceſſe eſt. terra enim ⁊ ignis contraria ſunt: et vniuerſi materia. Secundo, quia ſi poſterius eſt, erit et prius. Ignis autē prior, eſt eni calidus, leuis, atcꝫ agitabilis: terra vero frigida: grauis, quieſcens, et īmota, frigiditas autem: grauitas/et quies/calíditatis/et leuitatis/et agilitatis priuationes ſunt: ac habitus priuatione prior eſt. Si igitur eſt terra vt priuatio quedam ⁊ ignem qni vt habitus et affirmatio eſt, eſſe neceſſe eſt. Et ſi terra et ignis ſunt, intermedia elementa aqua ⁊ aer vt ſint oportet. ſunt enim terre et igni cōtraria, et qđlibet elementoꝝ eſt alteri cuilibet (vt poſtea ampliꝰ demonſtrandum eſt) cōtrariū. Quodſi quattuor ſint elementa, rerū generationes ac obitus eſſe neceſſe ē qꝛ nullū ipſoꝝ ſempiternum eſſe poſſibile eſt. Primo Ut que ſint contraria, et que ad inuicē agant et patiantur. Secundo. Quia mobile cuius motus natura ſempiternus non eſt, vt ſempiternum ſit, rationabile non eſt, intereunt igitur et oriuntur alia. Quod iterum ſi ſint rerum ortus atcꝫ obitus: et aliam a prīa vnam aut plures ſpherarum lationes eſſe neceſſe eſt. Sola enim prima ſemper vna eademcꝫ exiſtēte, elementa et oīa ad inuicē cōſimiliter ſe ſemper habebunt. Et quomodo id, ⁊ vnde ꝓdeant generationes latius expreſſiuſcꝫ futura diſcuſſio eſt Adiecta itacꝫ putetur ratio cur ſpheraꝝ, ſuperiorūcꝫ circuloꝝ plures ſint lationes, quia ſunt generationes.

## ¶ Caput Quartum.

Quartum caput ꝯtinet vnā cōcluſionē: et quattuor rationes ad illaꝫ. ¶ Cōcluſio. Celū ſphericā figurā ſibi vendicare neceſſe eſt. Prīo. Qꝛ hec figura, natura et ſubſtātia prima celo cōuenientiſſima eſt. quod ita oſ̄dimus: Primo, qꝛ oīs figura plana, aut rectilinea aut circularis ē. Et oīs rectilinea multis ꝯtinetur lineis: circularis tātū vna. Et in vnoquocꝫ genere vnū prius eſt multis: et ſimplex cōpoſitis. Secūdum em̄ numeri ſeriem circulū ponūt vt vnū, trigonū vt duo: quia duobus rectis equalis. Eſt igitur merito planarum figurarum prīa. Secūdo idē cognoſcitur. Perfectū prius eſt imperfecto. At circulus perfectior ē rectilinea; quia extra eū nihil relinqui, nihilcꝫ ei poſſe addi videtur; rectilinee aūt poteſt. Tunc ſic. Sicut circulꝰ ſe habet ad reliquas figuras planas, ita ſphera ad reliquas ſolidas. Ut enim circularis, vna continetur linea, ita et ſpherica vna ſuperficie cōtenta eſt: et vt circulus (vt dictū eſt) planarū figurarum prima et perfectiſſima: ita quocꝫ ſphera ſolidarum prima eſt ⁊ perfectiſſima. At primo perfectiſſimocꝫ corpori (quale eſt celum) prima debet et perfectiſſima figura. eſt igitur celum ſphericum. Et id idem ſubit iudicium apud illos qui poſuerunt corpora in ſuperficies reſolui. Nam ſpheram non diuidebant, quaſi vnicam ſuperficiem continentem, et priorem ⁊ ſimpliciorem ceteris. Et de illa ſuprema perfectiſſimacꝫ hec ratio ducitur: ſic eſſe oportere intellige de ijs que ab ipſa ambiuntur et clauduntur: vt que ad hanc ipſam contactum: et ad inuicem habeant omnes. Secundo. Quia ſi celum eſſet rectilineum/lenticulare/ouale/aut alteriꝰ angularis figure: vbi corpus eſſet (vt eius partes) poſtea nō eſſet: et eſſet, vbi prius nullum erat corpus. Sed quid eſt hoc exiſtimare, niſi extra celum eſſe vacuum? et illic poſſe eſſe et corpus et locum? quorum oppoſita determinata ſunt. Et id de inferioribus circulis hanc ob cauſam promptius licet defendere. Tertio. Celi latio, aliarum menſura eſt. menſura autem omnium minimuꝫ et motuum velociſſimus, minimus. eſt igitur linee in ſeipſam minime. hec autem circularis eſt. erit itacꝫ circularis: et ſpherice figure. Quarto. Aqua cognoſcitur ſpherica, que contactum habet ad aerem: et aer ad ignem: et ignis ad celum. Igitur celum ſphericum eſt, etiam multo magis his inferioribus. Qđ autem aqua ſpherica ſit, ſatis deprehēditur: quia vid́emus eam ſemper ad concauiores partes confluā, deciduamcꝫ, donec partes equantur. ſunt enim concauiores partes, que centro ſunt ꝓpinquiores. Sit itacꝫ centrum a. a quo ad aque ſuperficiem ducatur recta a b. et recta a c. quibus ſuperducta in ſuperficie baſis ſit b c. ad quam a centro educo lineam alteram a d. q̄ ſi minor fuerit a c, aut a b, erit cētro ꝓpinquior. quare ⁊ illic locus ꝓnior et decliuior, et circūfluet aqua vt partes equentur. et ita vbicūcꝫ a cētro aq̄ ad ſupficiē eductis lineis et eq̄lis, quieſcet. Manifeſtū ē igit aquā ſphericā ſibi adaptare figurā. ē.n ſpherica ea, cuiꝰ oēs recte a cētro ad circūferētiam educte, ſunt eq̄les. Et nō mō, vt aq̄ mūdꝰ ſphericꝰ eſt, ſꝫ ſūma etiā illa diligētia et ſapiētia ſic veluti tornatus ē. vt nihil manifeſtum (quod kirō miton vocāt) nihilcꝫ oculis nr̄is ꝯſpiciēdū obuiūcꝫ ſit, figure ꝑfectione et excellētia et regularitate tale occurrat. nihil enim tanta diligētia ſpherice excoli, elaborarícꝫ potuit, vt circulr moti corporis nā. Nā ſi ꝓportioneꝫ queris, quanto aq̄ ꝑfectione, figura, et q̄litate terrā ſuperat, tāto aer aquā, et ignis aerē, et longe plꝰ ipſꝫ celum hec inferiora elementa omnia.

## ¶ Caput quintum.

Quintū caput continet vnā queſtionē et reſponſionem quā aliqui dare poſſent: ⁊ eiꝰ ſolutionē. ¶ Queſtio. Cur potiꝰ celum ab a ad c moueatur quam ab. a. ad d. hoc enim a caſu eſſe nō poteſt. Nam in ſempiternis caſus locum non habet. Et id aut eſſe principiū: aut cauſam habere oportet. ¶ Reſpondebunt forte aliqui hanc queſtionem vanam eſſe; et velle de omnibꝰ tentare aliqua aferre et nihil pretermittere: mag-

ne ſtultitie eſſe argumentum: aut ardue excellentie: que humanum excedit modum. ¶ Quibus reſpondemus. non omnes ſtatim increpare oportere: ſed cauſam cur id faciant inſpicere. nam ſi quis vana fama illectus ſine ratione loquatur: increpandus eſt. At ſi ſciētie amore motus: vltra alios neceſſarias veritates attingit: eas rationibꝰ certiores efficiens: tali profecto gratia habenda eſt inuentori. Queſtionis itaqꝫ adducte: que eam aperiat rationem ſubnectimus. Natura. poſſibilium ſemper optimum facit vt in lationibus ſecundum rectum plane intuemur. ſiquidem ignis elementorum nobiliſſimum. in ſupernum locum ſemper fertur. locus enī ſurſum. honorabilior et diuinior eo qui deorſum eſt: ita et hoc modo anterius poſteriore dignius eſt: et dextrum honorabilius ſiniſtro. Et hec cauſa queſtionem exerit: ſic enim ſe habet: vt contingit optime: et optimum: ſic eſſe ſimplicem motum inceſſabilem: et ad hoc: vt dictum eſt: verti: quod honorabilius eſt.

## ¶ Sextum caput.

SExtum caput cōtinet vnā concluſionem. et q̄ttuor rationes ad eā. ¶ Concluſio. Celi latio: et que prima lationum eſt: regularis eſſe cēſenda eſt. Hoc enim dico propter lationes corporum inferiorū: et q̄ ſub ipſo feruntur: quas non oportet eſſe regulares. Et ꝙ ea ſit regularis: oſtendit. ¶ Primo. Quia ſi pria latio eēt irregularis eiꝰ eſſe intenſio vigor et remiſſio. Vigor autem in omni regulari motu reperiūtur aut in principio: aut in medio: aut in fine: In fine: vt in motu ſecūdum naturam: in principio vt in motu preter naturam: in medio vt in proiectis: et violenter actis Hoc aūt in primo motu reperiri nō poteſt. vt q̄ ſempiternus ſit: ſemper durans, infrangibilis: necꝫ principium: necꝫ finem: necꝫ medium habens. eſt igitur celi latio: regularis. ¶ Secundo. Quia ſi quid irregulariter feratur: aut hoc propter mouens euenit: quia eius non ſemper ſit eadem mouendi virtus. aut propter idipſum motum: quia mutetur virtutemqꝫ ad mouens non ſeruet eandem. aut propter vtrumqꝫ quia vtrumqꝫ a ſua virtute aliquatenus demutetur. et tunc nihil prohibet motum eſſe irregularē. Nihil autem tale circa celū euenit/ ſed ipſuꝫ: ſimplex/ ingenitum/ incorruptibile/ a ſua virtute intranſmutabile ſemper idem manens: quare et multo fortius ipſum mouens tale erit, vt ſimplex ſimplicis, ingenitū ingeniti, indeficiens, intranſmutabile: ſemper idē, indeficientis, intranſmutabilis, et ſemper eiuſdē motiuū ſit: erit igitur celi latio ſemper regularis. ¶ Tertio Si motus celi eſſet aliqua irregularitas: aut hoc in partibꝰ celi contingeret. hoc aūt non. iam dudū partes celi. vt aſtra apparuiſſent maiore interuallo diſtantia: ⁊ aliquando minore: vt que aliquando ſegniꝰ aliquando vero celerius moueantur: quod nunquā cōpertū eſt. Necꝫ in toto continget, propter ea que dicta ſunt: ⁊ hanc ad huc rationem. Nā vniuſcuiuſqꝫ remiſſio ꝓpter impotentiā fit: oīs autē īpotentia ꝑter naturam eſt. vt in animalibus ſenecta: et decrementū: et cetere. Fere enī tota animalis conſiſtentia ex talibus conſtat: que contraria ſunt: et que in propria regione non ſunt. In illis aūt primis que ſimplicia ſunt: et īmixta: et ſemper in propria regione, nulla contrarietas: necꝫ preter naturā inuenitur quicquam: quare necꝫ impotentia: ⁊ ſi hoc: necꝫ remiſſio et ſi non remiſſio: necꝫ itidē intenſio: Nā vbi intenſio reperiatur illic ꝙ ⁊ remiſſio reperiat̄ opꝫ. ¶ Quarto. Quia aut celi motꝰ infinito tp̄e intenderet̄: et infinito tp̄e remitteret̄: aut ſemper intenderet̄: aut remitteret̄: aut alternatis vicibꝰ aliq̄n intēderet̄. ⁊ aliquādo remitteretur. Non primum dare poteris: vt qui plura faceres tēpora eterna: et quia nihil preter naturā infinito tp̄e durat. Impotentiā aūt a q̄ naſcit̄ remiſſio, diximus ꝑter nām ⁊ nihil nā ⁊ ꝑter nāꝫ eq̄li tempore perdurare videmus. Neque dabis ſemper intendi, aut remitti ſemper, quia omne quod eſt: ex aliquo in aliquod determinatū eſt. Et ſicut non ī quocunque tēpore citharizare: aut ab aliquo loco in aliquem determinatū locum ire poſſibile eſt, ita neque quocūqꝫ tempore (quantulumcūqꝫ ſit) poſſibile ē celum circulationem ſuā expellere. Quod oporteret, ſi intenderet̄ ſemper. Et minus certe ſemper minueretur: et eadē adduceretur ratio de tempore illic minimo. iſtic vero maximo, necꝫ afferes tertiū, interpolatim intendi, et remitti. Nam id irrationabile, ⁊ figmento ſimile eſt. Et tunc rationabilius, id non latere ſenſum, quandoquidē ea iuxta ſe inuicē poſita, ſenſibiliora ſint. quod ad huc in ſenſu minime cōpertū ē. Celū igitur ſemper equali regularicꝫ motu agi, ex his haberi poteſt certiſſimum,

## ¶ Septimum caput.

SEptimum caput cōtinet vnam concluſionem, vnā q̄ſtionem, et eius ſolutionē. ¶ Concluſio. ¶ Rationabile ē aſtra illius nature corporis eē, in qua fixa feruntur. ¶ Nam ⁊ hoc idem dicebant celum ignē eſſe putantes, ſydera ipſa vim igneam habere, ignemqꝫ eſſe: id rationi cōſentaneū exiſtimantes, vt vnum quodqꝫ illorum de illius corporis natura eſſet, in quo vnūquodqꝫ conſpicimꝰ exiſtere: quod et nos ipſe dicimus. Nos tamē ea ignes eſſe non concedemus, qui celum necꝫ graue, necꝫ leue. necꝫ naturā alicuius trahere elementi iā moſtrauerimus. ¶ Queſtio Sed queres, quomodo calefaciant igitur. ¶ Dicimus ſuo motu et attritu lumen ⁊ et calorem in ea re cauſare: eſt enim motus, calefactiuus, ignire valens ferrum, ligna, et lapides: vt ſagitte acumine plumbee valido impetu in aerē emiſſe, vſque adeo vim caloris incipiunt, vt coruꝫ acumina liqueſcāt: et hoc quidem aer circunſtans patitur ⁊ ex ferro ⁊ lapide, motu eliditur ignis, ignitur que aer ex plaga motu concepta. Et vnaqueqꝫ ſpherarꝫ ſuperiorum circulo agitatur, que licet medios celeſtes globos nō calefaciat (quia incaleſcere nati non ſunt) calefacit tamen aerem, et maxime ſphera ī q̄ ſol infixus conſpicitur cum motu ſuo ad nos appropinquat: et ipſo oriente et ſupra nos exiſtēte magnꝰ validuſqꝫ naſcitur calor.

## ¶ Caput octauum.

OCtauum caput ꝯtinet vnā concluſionem: ⁊ tres rationes ad eā. ¶ Concluſio. Aſtra non mouentur motu proprio ſm̄ celi circulū. ¶ Primo Quia cum videantur et celū et aſtra transferri: vt id eueniat vtriſqꝫ quieſcētibus: aut vtriſqꝫ ſuis motibus motis: aut celo quieſcente, et aſtris motis, aut celo moto, aſtris vero



quieſcentibꝰ, neceſſe eſt: aut vtraque quieſcere impoſſibile eſt, cum terra (vt poſtmodum oſtendemus) quieſcat. Non enī fierent (qui nobis liquido cōſtāt) ortus et occaſus. Necꝫ vtriſqꝫ motis, vt celo ſuo mota, et aſtris ſuo. Nā equales eſſent et orbiū velocitates et aſtrorum inter ſe. hoc aūt inconueniens, deberent ſaltem circuli qui maiores ſunt: et maiores habent magnitudines, minoribus maiores habere velocitates. Et id necꝫ natura: necꝫ caſu euenire cōtingeret. Natura quidē non eueniret: q2 magnitudine maiora, velociora ſunt. Necꝫ caſu, q2 in ĳs que ſemper fiunt, caſus locum non obtinet: fieret aūt id ſemper. Necꝫ celo quieſcente aſtra mouebuntur: eſſent enim ſecundum circulos velocitates: vt que ſecundum diuiſorem, velocius moueantur: que extra, tardius. Et ea eſſe extra orbem: aut intra mota exulcare: et ipſum ſcindere oporteret: que ſunt incomoda. Relinquit̄ igit̄ celū moueri. et aſtra in fixa quieſcere: atqꝫ cum ſuo celo ferri: ſic enī nihil accidet incōmodi. Et ſic circa idem centrum, maiorum circulorum (vt rationabile eſt) maiores erunt velocitates: necꝫ celum diuelli, diſcindiqꝫ oportebit. ¶ Secūdo Quia ſpherarum duo ſunt apti motꝰ, giratio, et volutatio. Atqui aſtra ſic gyrando moueri impoſ'e eſt namqꝫ circungirant̄, locū ſitum que non demutant. quod tamen oporteret aſtra ſecundum celi circulū mota. Et ꝙ ſol oriens ⁊ cadens videat̄ mutare: ⁊ quaſi ingyrum ſe torquere, hoc non eſt quia giret̄: ſꝫ ob noſtri viſus debilitatē: quemad modū aſtra fixa ſcintillare videntur ob noſtri viſus ex diſtantia ſumptā debilitatem: et planete (q2 prope ſunt) non videntur ſcintillare. Ad propinqua enī viſus potens, intremulus ipā attingit. ad lōge aūt diſtātia porrectꝰ tremit Necꝫ ſane voluunt̄ hoc pacto aſtra: q̄ ſi voluerentur, non ſemper nobis eadem ſuperficies appareret. at vero nobis ſemper eadē ſuperficies apparet: vt in luna maculoſa facies) ſic enim eam nominant) et quod in vno (vt luna compertum eſt, in alĳs ſiſr ſeſe habere rōnabile eſt. Non mouentur igitur ſecundū celi circulū per ſeipſa. ¶ Tertio. Quia cum aſtra ſm̄ celi circulum necꝫ gyrentur: necꝫ, voluantur: videtur ipſa progredi oportere, ſi ſecundum celi circulū moueātur Quod ſi ita eſſet, natura ipſis organa illi motui apta prouidiſſet. non enī animaliū curam gerēs, hec pretioſſa deſpexiſſet corpora. Atqui nulla habēt ad hunc motū organa apta vt que ſint (quemadmodum ⁊ ſui orbes) ſpherica. quin potius ingenioſe natura omnia eis ipſis organa abſtuliſſe videtur, vt q̄ per ſeipſa non feratur. Non igitur ſecūdū celi circulum per ſeipſa feruntur.

## ¶ Caput nonum.

NOnum caput cōtinet vnā concluſionē, Pythagoricorū rationē: et duas rationes ad eam. ¶ Concluſio. Dictū Pythagoricorum, circumlata corpora ſonū cauſare pariter et harmoniam, irrationabile eſt. ¶ Inducebantur enī ad hoc aſſerendum. ¶ Primo. Q2 corpora apud nos minore mole et velocitate corporibꝰ orbium ſolis et lune, edunt ſonos. a fortiori igit̄ et illa et maiora et velociora corpora. ¶ Secundo Aſtra ſunt in tanta multitudine. magnitudine. ⁊ velocitate inconueniens igitur videtur ipſa moueri: et non cauſare ſonum: et nō modo ſonum: ſed et harmoniam, Et cum ſciſcitabātur ab ipſis, quomodo nō audimꝰ q̄. Nā incōueniens vr̄ tantos nos latere ſonos aiebāt nos latere: q2 nobis ꝯgeniti ſūt, ꝯſuetudinēqꝫ traximus ipſos audiendi: et ideo nos non iudicare ipſos audire: quemadmodū malleatoribus accidit qui cum in cudendo graues ſonos edant, ob audiendi conſuetuetudinem tam graues ſonos non aduertunt. Sed hanc aſſertionem vanā eſſe oſtendimus. ¶ Primo. Quia ſi tante molis corpora ſonum ederent, excellentia omnes nature ſonos ſuperaret: et rebus ſenſibilibꝰ violentiam maximā ingereret. Videmus enī validos ſonos: vt tonitrua, non modo animantium ſenſus corrumpere: ſed et lapides et ſolidiora corpora diffindere. At tale accidens ſenſibilibus rebus haudquaquā cognitū habemus. Non igitur, edunt ſonos. Nō enī ſolū inconueniens eſſet illos non audiri: ſed et ſenſus nihil pati: aut non corrumpi. Et natura melius rebus conſuluit, quod ſonos nō edant. ¶ Secundo. Quecunqꝫ ſonum edunt ſe vehementer collidunt. Aſtra autem cum feruntur: ſe non collidunt ſed feruntur orbi ſuo in fixa: vt malus: puppis: prora: nauis partes: cum nauis in fluuio feratur: que ſonum (immo necꝫ nauis) non edūt. īpoſ'e enī. quod in lato plagam colliſionemqꝫ non faciente fertur ſonare. quod tamen ⁊ de naue et de eius partibus: ſuis rationibus victi concedere deberent. Non igitur corpora celeſtia et eis infixa ſydera ſonum cauſant et harmoniam.

## ¶ Decimum caput.

DEcimum caput continet d̄ ſitu et velocitate motuum celeſtium vnā narrationē. ¶ Narratio. Orbes celeſtes ordinem adinuicem ex aſtronomia cognitum habent: vt hi ſint priores, illi vero poſteriores: ſunt enim hi poſteriores, q̄ prime lationi ſunt diſtantiores. Et cuꝫ prima latio ocyſſima ſit et ſimpliſſima: qui ei ſunt propinquiores: velociore motu ſecuꝫ rapit: remotiores vero tardiore. Et hunc motui omnes inferiores contraferūtur: qui ſunt illi prime lationi viciniores, pluri tempore: qui vero ſunt remotiores, minore: et medĳ medio modo. Et hoc quidem non ſine ratione quod mathematici liquido manifeſtant atqꝫ pādūt.

## ¶ Undecimum caput.

VNdecimum caput cōtinet vnam concluſioneꝫ, duas rationes ad eam. ¶ Concluſio. Aſtra ſphericā ſibi aptant figuram. ¶ Primo. Quia diximus ea necꝫ nata necꝫ apta progreſſioni. At natura nihil irrationabile necꝫ fruſtra facit. dedit igitur ipſis moleꝫ ad ſe hoc pacto mouendum ineptiſſimam. Hec auteꝫ eſt ſpherica: qui ad hoc organum non habeat vllum: ſunt igr̄ mole ſpherica. ¶ Secundo. Ut de vno aſtro comperimus, et de omnibus conſimile eſſe exiſtimare equū eſt. At vero luna per ea que circa viſuꝫ accidūt. ſpherica eſſe oſtenditur. non enī fieret cuꝫ accreſcit atqꝫ decreſcit, pluries quidem corniculata, quam menoeidem dicunt: aut vtrinque curuata et gibboſa, quā Amphytrion nuncupant: ſemel autem eque proportione diuiſa, quam dichotomon vocant: niſi ſpherica eſſet. Et rurſus per aſtrologiam idē comprobatur. Non enim ſol cum deliquium patitur, corniculatus appareret, ſi illa ſpherica non eſſet. Sunt igitur et aſtrorum alia omnia ſpherica,

## ¶ Caput duodecimum.

DUodecimum caput continet duas qōnes, et earum ſolutiones ¶ Prima qō. Cur motus celeſtiū corporum non multiplicentur ſm diſtantiam a primo: ita vt primū vno ſimpliciſſimo, ſm duobus, tertium tribꝰ moueatur, et ita deinceps, ſed accidat oppoſitum, vt. ſ. ſolis et lune ſphere pautioribus motibus agitentur, ꝙ aliqua aliorum ſuperiorū erraticorum aſtrorum. Uiſa eſt enim aliquando luna dichotomos parte ſui obſcura martis occultaſſe aſtrum, et illud ex altera parte lune que erat lucida, emerſiſſe, et de aliis aſtris Egyptij et Babylonij idem obſeruarūt, qui circa hec deprehendenda olim peruigilem adhibuerunt: et multam de aſtris traditionem reliquerunt: quod eſt eaꝝ ipſam ceterorum eſſe infimā, indicium. ¶ Secunda qō. Propter quid in prima latione eſt tanta ſyderuꝫ multitudo, vt ne Arithmetici quidē ſupputare poſſint: in inferioribus autem vnuꝫ ſingulare: vt duo aut tria in eodē non reperies infixa? Et certe has qōnes mouiſſe (quas merito difficiles putabunt oēs) et de ipſis pauca diſſerere, non temeritati et audacie, ſed verecundie potiꝰ et modeſtie dicentis (qui id ob philoſophiam facit) imputandum eſt, tametſi paruas de magnis dubitationibꝰ adducat ſufficientias. Et has qōnes mouere, ad maiorem faciet intelligentiā: et nihil nobis, cōtemplantibus quicē, ſꝫ paruas habentibus cauſas, obiret. ¶ Prime ſolutio. ¶ Animaliū quedam perfecta potiunᵗ ſanitate ſine motu vllo, et aliqua agitatione: alia vno motu eam aſſequuntur, vt ambulatione. alia pluribus, vt ambulatiōe, lucta et pugna. q̄dam vero eam neutiq̄ aſſequi valent vnq̄. Ita et corpora hec de quibus inquirimus, q̄uis inanimata ſint, ea tamen vt vita et actione participantia intelligamus. Dicimus igitur ꝙ optime ſeſe habet vita viuens ſempiterna, nullo egēs aut motu, aut mutatione, et aliorꝝ finis. et poſt ipſum, ꝙ vitam illaꝫ vno motu conſequitur: vt qō eſt illi proximum: deinde alia q̄ que duobus, et alia que tribus. et ſunt aliqua que hanc amplius nequeunt aſſequi vitam: ſed quanto optimo fini ſunt propinquiora: tanto ipſis rebus melius eſt. hac de cauſa terra nō mouetur, vt que ſit remotiſſima, neqꝫ vitam neqꝫ operationem agens. alia poſt ipſam mouentur quidem paucis motibus, vitam illaꝫ non attingentia. alia vero mouentur pluribus motibus, et vitam illam ſortita, ſempiternitatem ducunt. primū vero corporum vno motu eā aſſequitur, vt omniū facillime corporū. Quod enim vno vitam illaꝫ conſequitur, facilius: quod duobus eget vt conſequatur, difficile: et qō tribus, aut pluribꝰ difficilius aſſequi videtur. et ex animalibus et plantis hanc queſtionem quodammodo euoluere potes. difficilius enim eſt multa et ſepe, quā pauca et raro recte agere: vtputa decies mille aſtragalos Coos iacere, difficile: duos autem aut tres, facile. ¶ Secunde ſolutio. Prima latio rationabiliter hac aſtrorum multitudine decorata eſt. Primo, quia prima, et vt aliis vite principium, excellentiam ad alias retinēs Secundo, quia alie lationes in quibus vnuꝫ figitur aſtrum, illam excedunt in motibus, et ipa illas aſtrorum multitudine ſuperat. Tertio, quia mouet oēs inferiores ideo infixa ſydera tenet, quo magis illis diuerſas influat virtutes. Hec et ſimilia de queſtiōe adduci poſſunt. Que an ita ſint, conſiderationibus aſtrologicis relinquenda ſunt.

## ¶ Caput. xiij.

TErtium decimū caput continet duodecim antiquorꝝ de ſitu, motu, figura et quiete terre opiniones, rationem ſecunde, et ſeptime diſſolutionem, none tribꝰ rationibus improbationeꝫ, vndecime quinqꝫ, et duodecime quinqꝫ. ¶ De ſitu, motu, figura et quiete terre duodecim opiniones. ¶ Prima eſt ponentium mundum eſſe finitum, et terram eſſe in medio ſitā. ¶ Secunda eſt quorundam qui circa Italiam habitantes ſe Pythagoricos appellabant, dicentium terrā non eſſe in medio, ſed ignem, terram vero eſſe vnū aſtrorum circulariter motum, ſuo motu noctem et diē efficiens: cui ſit altera oppoſita terra, quam antichthona vocant. et apparentia non curant. Quod ignis ſit in medio, his inducebantur rationibus. Prima. Nobiliori corpori debetur nobilior locus. ignis autem terra nobilior eſt. ipſi igitur debetur nobilior locus. At medius locus extremis nobilior eſt. eſt igr̄ ignis in medio. Secunda. Principaliſſimum corporꝝ maxime decet conſeruari. ignis autem principaliſſimꝰ eſt. decet igiᵗ ipm maxime conſeruari. conſeruabiᵗ aūt optime in medio. eſt igiᵗ ignis in medio. Et hinc fit vt ignē vocent carcerē Iouis: qō in medio vndiqꝫ circūcluſus circūſeptuſqꝫ exiſtat. Sꝫ falluntᵗ Pythagorici, idem credentes mediū magnitudinis, et nature, vt ſtatim compertum habemus in animalibus non eſſe idem animalis magnitudinis mediū, et virtutis. Sed medium mundi natura et virtute, eſt potius circa celum quā in centro: et illic eſt ignis, et illic maxime conſeruatur, et terra in cētro (qō magis vltimo aſſimilatur ꝙ principio) illic continetur, et finitur a circūſtantibus. Continens autem et finiens, honorabilius cōtento et finito. Eſt enim continens et finiens vt forma, contentum vero et finitum vt potentia. ¶ Tertia eſt dicentium quandam terram eē in medio. ferri circa medium, et eſſe aliam terram ex oppoſito (quam etiam antichthona dicunt) que circa medium fertur. ¶ Quarta eſt dicentium plures eſſe terras, hanc in centro, illā toto hemiſpherio diſtantem: cū qua pariter circa mediū plurima circūferuntur corpora, q̄ ꝓpter ipam a nobis percipiunᵗ. et hinc nobis toties apparere lune defectus et decrementa. ¶ Quinta eſt aſſerentiuꝫ eſſe vnam terram, et continue circa ſtatutum et imobilem poluꝫ circūferri, et hec ſcripta eſt in timeo. ¶ Sexta eſt dicentium terram eſſe ſpericam. ¶ Septima eſt eorꝝ qui dicunt eam figura tympanilem, argumento vſi, qō in oriente et occidente videtur ſolis abſcindere portiones ſm rectam. Secundo quia hec figura aptior eſt ad quietem. Sed falluntur. Hoc enim non ideo eſt, quia tympanilis aut lata exiſtat qō videanᵗ portiones ſm rectam abſcindi, ſed hec faciunt videri diſtātia et circulorꝝ magnitudies. Pars enim circuli a lōge viſa, etiam parui, recta apparet: et magni circuli premagna curuatura, apparet et recta. ¶ Octaua eſt Xenophanis Colophonij putantis terrā quieſcere, et manere imobilem, quod deorſum craſſitudinis ſit infinite. Ingerebat enim hoc ſolutionis difficultatem, ꝙ ſi parum terre ſuſtollatur, non vult manere, ſed ſe deorſum precipitat et demergit: et ſi maius, velocius: quare fortiꝰ et tota, niſi ꝓfunditate infinita, vt baſe, ne rueret defenderetur. Sed hoc di-

cto



cto Empedocles attonitꝰ: qui hec aſſerunt increpat tanq̄ vana locutos: et de vniuerſa nā parū cognoſcētes. ¶ Nona eſt Thaletis Mileſij ponentis terram quieſcere, quia ſuper aquam natet: quemadmodum lignum ſuper aquam aut aliquid ſimile non deſcēdit ſed ſtat: ita aque terre caſum prohibent. Sed id irrationabiliter dictum. ¶ Primo, quia eandeꝫ relinquit difficultatem, a quo ſuſtineatur aqua. ¶ Secundo, Quia quanto aqua aer eſt leuior: tāto terra grauior eſt aqua, non igitur aqua defendit terre caſum vt neqꝫ aer caſum aque. ¶ Tertio. Quia videmus paruam terram per aquaꝫ cadere: et quanto maior, tanto velocior. non igitur prohibet totius terre caſum. Inquirebāt enim vſqꝫ ad aliquid, ſed inſufficiēter. Omnibus enim nobis hoc conſuetū et cōmune eſt, hactenus de aliquo inquirere, quouſqꝫ contradictionibus iis que aduerſariis videntur, ſatiſfactio fiat, et non quantum dubitari natura requirit. At vero bene inquirentem non hoc modo curare oportet ſed ex propriis in rei queſite venire deprehenſioneꝫ ¶ Decima eſt Anaximenis, Anaxagore et Democriti, dicentium tere latitudine terram a precipitio tutam eſſe. Primo, quia eius latitudo ipſam aerem diuidere non permittat. Secundo, hac de cauſa valide ventis obſiſtit. Tertio: quia non habet aer locum quo cadere poſſit. vnde fit vt terra cadere nō poſſit: quemadmodum neqꝫ aqua in clepſydris. Sed ſi he rationes valerent, propter eandem cauſam ipſa exiſtente ſpherica maneret: quod poſtea falſum eſſe oñdetur. ¶ Undecima eſt Empedoclis, quietis terre cauſam aſſignantis velocem celi circumgyrationeꝫ vt que motum terre prohibet: quemadmoduꝫ aque i vaſe velociſſime in aere circūgyrato, ea cita gyratione defenditur effuſio. Sed hec aſſertio inualida eſt. ¶ Primo: Quia querendum eſt ab eo, an terre ſit aliquis motꝰ: et ſi ſit aliquis, an naturalis, aut violentus. Si non eſt naturalis: neqꝫ erit violentus vllꝰ et ſi neqꝫ vi neqꝫ natura motum ei aſſignauerit: omino non mouebitur: quare neqꝫ quieſcet, hec prius cognita ſunt: Et ſi dicit, natura fertur ad mediuꝫ, neqꝫ motus neqꝫ quies violenta erūt. quare circūgyratio ponenda non eſt, vt illic quieſcat. Ut enim motus naturalis, et motus violentus: ita quies naturalis atqꝫ violenta eſt. Et ſi circūgyratione ad medium venerit, et illic violenter quieſcet. ſꝫ vbi natura quieſcet? ¶ Secūdo. Quia ſi vi feratur et quieſcat in medio aliquo alio natura feratur et quieſcat neceſſe ē. Aut igitur hoc erit ſurſum, aut deorſuꝫ, aut vbicūqꝫ aliubi. Si ſurſum, vt aer ſupra nos exiſtens nō prohibet lationem ſurſum: neqꝫ prohibebit aer qui ſubter eſt, eam q̄ deorſum eſt, quo minus feratur. Eorundē enī et conſimilium eedē et conſimiles ſunt cauſe. ¶ Tertio. Dicat Empedocles, priuſq̄ lis diſſociaſſet elemēta, quomodo terra quieſcebat? non erat tunc circūgyratio aliqua. Cauſa igitur quietis terre vniuerſalis aſſignari non poteſt velox citaqꝫ circūgyratio. ¶ Quarto. Quia partes terre feruntur ad mediū, et omnia grauia ad terram: cuius cauſam aſſignare non poſſis circūgyrationem. ¶ Quinto. Ignis fertur ſurſum natura: et non propter gyrationem: igiᵗ et terra ſimiliter deorſum. Non enī dicere poſſis gyratum, graue et leue determinare. ſed hec natura determinata ſunt: vt hoc ſurſum euolet: illud đo in imū conetur, Non igitur terra permanet immota ob velocem (vt vult Empedocles) celi gyrationē. ¶ Duodecima eſt Anaximandri terram quieſcere perhibentis, quia equaliter ſm ſui ambitum ſe ad extrema habeat. quare vt eque libratam, non plus ad hāc quam ad illam eam ferri contingit. vnde hac de cauſa quieſcit. Sed ꝙ id non verū ſit (q̄uis ſuaſibilitatē aliquā hēat) deprehēdiᵗ. ¶ Prīo. Quia hac rōne ꝯcēdi medio locareᵗ quieſceret et ignis igr̄ i medio q̄eſceret qō falſum eſt: quare et id ex quo ſequiᵗ. ¶ Secundo Terra non modo quieſcit in medio, ſed et fertur ad medium naꝫ quocunqꝫ feratur terre particula, illuc et totam terraꝫ ferri neceſſe eſt: et quicquid natura locus partis eſt, et totius natura idem erit. Non igr̄ quieſcit propter extremoruꝫ equidiſtantiā. ¶ Tertio. Inconueniens eſt querere cur terra īmota maneat ī medio, et nō cur ignis in ſummo. qui ſi illic natura ſtet, et eodem iure terra ſtabit in medio. Conuenit enim vtriqꝫ vt ei aliquis natura locus. ¶ Quarto Simile eſt dicere terram in medio quieſcere ꝓpter ſimilitudinis neceſſitatem: ac ſi dixeris quod eque vbiqꝫ extenſum fuerit (vt de capillo quem tricha Greci nominant: dicitur) frāgi, diſſoluiqꝫ non poſſe, vt vehementer eſurientem, et tantundem ſiticuloſuꝫ a cibo et potu equidiſtantem, fame et ſiti interitum ire. ¶ Quinto. Irrationabile eſt inquirere quietis terre cauſam in imo, et mentionem nullam de motu eius in imum facere, an vi, an natura fiat: quod facit Anaximander. Deprehendendo enim cauſam cur ignis ſurſum, et quomodo ſuſtollatur: protinus cur ſurſum quieſcat, cognoſcitur ceuſa: ita deprehenſa cauſa cur et quomodo terra dimergitur in imū, pariter cauſa ſue quietis in imo deprehenſa eſt. Et ratio ipſius de ſimilitudine inualida eſt: vt de igne poſito in medio, capillo equaliter tenſo, eſuriente, et ſitiente refellere promptum eſt. Et ſicut ignis ſi eſſet ī medio: conſimiliter ad extrema ſe habens euolaret ad ſummum, non forte totus ad vnam partem, ſed partes ad ſibi proportiōatas partes, vt quarta vna huc, altera illuc: ſic et de terra eſſet: et a loco illo propter ſimilitudinis rationem (quemadmodū et ignis) emoueretur, niſi eius locus eſſet, et in eo natura quieſceret. Et licet id verū ſit, ipſam ad extrema conſimiliᵗr ſeſe habere: non tamen verum eſt eam hac de cauſa in medio quieſcere: ſed hoc accidit.

## ¶ Caput. xiiij.

DEcimum quartū caput cōtinet tres concluſiones, quattuor rationes ad primam, duas ad ſecundā, et quattuor ad tertiam. ¶ Prima cōcluſio. Terra in medio non circulariter mouetur, circa polum vnum reuoluta. ¶ Primo. Quia aut id natura eſſet, aut violenter. Non natura, quia idem eſt totius et particularum motus: partes autem oēs ad medium recta feruntur. Neqꝫ ita violenter. Nam nullum violentū perpetuum: mundi autē ordo ſempiternus ē. ¶ Secundo. Quia omnia circulariter mota intra primā lationem pluribus mouentur motibus: moueretur igitur et terra pluribus: quod ſi ita eſſet, aſtrorum fixorum nobis fierent diuerſiones, neqꝫ nobis ſemper ſecundum idem oriri (quemadmodum ſemper euenit) apparerent. ¶ Tertio quia latio partium et totiꝰ terre naturaliter eſt ad totius medium: non igitur circunfertur in medio nam ſimplicis corporis vnus debet eſſe motus natura ſimplex. ¶ Et ſi queras, quādo terra eſt in medio, et idem fuerit eius centrum, et totius centrum, an partes terre et grauia alia fe-

rentur ad medium:quia terre,an quia totius. Hoc
eſt quia totius:et quia terre per accidens. Accidit
enim idem totius ⁊ terre eſſe medium. Et quod gra
uia moueantur ad medium,ſignum eſt,quia procū-
bunt ſemper ad angulos pares:tendunt igit̃ ad vnū
centrum omnia. ¶ Quarto experientia cognitum ē
graue ſurſum ſecundum regulam proiectum, ſemꝑ
ſecundum regulā recidere,quantūcūq; vi et quoti-
eſcūq; id factū fuerit.nō igit̃ terra circulariter mo
ta eſt. ¶ Secunda. Terra quieſcit in medio. ¶ Pri
mo. Quia vt ignis ex omni parte euolat a medio ad
extremū:ita ex oī parte(ſi extra poſita fuerit)terra
fertur ad mediū:⁊ nunꝙ a medio,niſi vi pultrice ꝑs
aliqua terre quantulacunq; moueretur,quare tan-
to minus et tota terra,quieſcit igitur natura in me
dio:corporis enim ſimplicis tantum vnus eſt ſecun-
dum naturam motus. Motus autem a medio,et
ad medium,contrarij ſunt. Secundo mathematici
aſtronomici volentes aſtrorum motum et ſitum iu-
dicare,ponunt terram in medio quieſcere:quieſcit
igitur terra in medio. ¶ Tertia. Terra ſpherica eſt
¶ Prio. Quia quelibet pars terre grauitate ſua
tendit ad mediū:et que maior eſt,indecliue deſcen
dit:et minorem pellit,quouſq; equata tumorē relin
quat,atq; omnes a medio equidiſtent,hoc aūt eſt fi
gurā habere ſphericam. Et hoc idē quidā phyſiolo-
gorū aſſeruerunt:ſed terram ad mediū violētia fer
ri:nos vero natura. dixerunt enī ex omni extremorū
parte ⁊ equaliter partes terre in medio medium la
tas. ¶ Sȝ dubitant,ſi poſita ſit terra in medio, que
in vniꝰ ſuorum hemiſpheriorū medietate duplā reti
neat grauitatē,an terra illa mouebit̃ a medio:fietq;
centrū eius alterū:et totius cētrū. Nos vero dicimꝰ
terram eouſq; natam moueri,quouſq; centrum eius
cum centro totius ſimul ſit:et nō amplius:neq; opor
tere quālibet partem centrū attingere. Quod qdē
fit aut minoribus partibꝰ a maioribꝰ pulſis:aut ter-
ra(vt aiunt)hoc ⁊ per ſegregationē genita:et ex oī
extremorū parte partibus in medium latis:ita vt
ſit facta terra:et figuram ſphericā retinens. Secū-
do omnia grauia ad angulos pares ſpherales,et nō
iuxta ſeinuicem et equi diſtantes lineas procūbunt:
igitur nata ſunt corpus efficere ſphericum Et igitur
terra ſpherica:aut natura ſpherica.nos enī hic talē
terrā probare intendimꝰ qualis ſuapte natura exiſte
ret.et nō qualis vi et preter naturam exiſtat. ¶ Ter
tio. Luna cum eclipſim patitur,ſemper curuā hȝ ſecā
tem lineam:vt illam ex globo recipiens:atqui talis
eclipſis fit terra ſoli ⁊ lune interueniente media. Eſt
igit̃ ſignū,terrā(qui ſit ſpherica)illius apparentie
eſſe cauſam. ¶ Quarto.qꝛ ꝓcedentibꝰ nobis parū
ab arcto ad meridiē.fit nobis nouus circulꝰ horizō:
et ſtelle nobis apparere incipiunt:que ſemꝑ occultā
tur arcton:vt in Aegypto:et Cypro nōnulle appēt
ſtelle que in arcticis regionibꝰ ſempiterne occulta-
tionis exiſtunt:et contra in arcticis:q̄ ſemꝑ in Aegy
pto et Cypro lateant. Id igit̃ ſignū,non mō terrā eē
ſphericā:ſed relatione ad aſtra facta eſſe paruā. Si
enī magne notabiliſq; molis exiſteret:non ſtatim no
bis paululū tranſlatis fierent he occultationes:⁊ no
ue aſtrorū viſiones. Et qō ſit exigue molis:ſentiūt
dicunt ad columnas vſq; Herculeas ſeſe porrigere
mare indicū,inter orientē ſolem ſolēq; occiduū in-
terceptū:et illic:vt apō Indos,gigni elephātes.qō
loca hec vt vicinitatis affinia,conſimilē participent
naturā. Teſtātur itidem Mathematici,terre mag
nitudinē ratiocinatione perquirentes:cui ambitum
aſcribūt quadraginta ſtadiorū myriadas: aſtris ve
ro maiorem. Unde fit eorū aſſenſu non ſolū terrā eē
ſphericā:ſed ad aſtra cōparatione ſumpta, modiculā
eſſe. Sed de his hactenus.

## ¶ Tertius Liber de Celo.

### ¶ Caput primum.

TErtius liber de Celo
et mundo continet octo capita
¶ Primū vnā diuiſionem, vnū
corollariū,quinq; antiquorum
opiniones,vnam concluſionem
et nouem rationes ad ipſam.
¶ Diuiſio. Expedita de primo
ſimplici corpore determinatio
ne:vt celo.ipſiq; affixis et in co latis ſyderibꝰ,cuius
nature ſint.et qualia,quodq; ingenita ſint,atq; icor
ruptibilia,noſſe oportet eorū que ſecundū naturam
ſunt,hec eſſe ſubſtātias,vt ſimplicia,celū, ignis,aer
aqua,terra,eorū partes:et quecūq; ex ipſis conſtāt,
vt animalia plante:et metalla. hec operationes. vt
predictorum motus, generationes, corruptiones,
auctiones,diminutiones,alterationes,et ſecundum
eorum naturam propriamq; virtutem lationes,hec
autem paſſiones quedā,vt predicta: et eorum apte
quantitates,affectioneſq;. ¶ Corollarium. Quo fit,
vt nature plurima determinatio circa corpora atq;
magnitudines verſetur. ¶ Nā omnis naturalis ſub-
ſtantia aut corpus eſt:aut non ſine corpore,magnitu
dine ve gigni contingit:vt cōtemplanti determina-
tionem quam exegimꝰ de natura quam manifeſtiſſi-
mum eſſe poteſt. Et quia de celo ſatis expeditum pu
tamus quale natura ſit,ꝙ ingenitum ſit, atq; incor-
ruptibile:nūc ad reliquorū duorū generū grauis ſci
licet atq; leuis determinationem explenda nos con
uertamus: et pariter an gñatio et corruptio ipſis:
cōpetāt ⁊ pfecto aut nihil ē gñatio aut ſolū ipſis q̄ ex
ipſis ꝯtēpata ſūt: congruere pōt. Sȝ qd ſenſerint an
tiqui:nūc videamꝰ. ¶ Quinq; antiquoꝝ opiniones.
Pria ē Parmenidis et Meliſſi,gñationē ⁊ corrup
tionē eſſe negantiū:neq; enī quicꝙ gigni:quicꝙue
corrūpi poſſe putabāt,ſed dūtaxat nobis ita videri.
Nonnulla enim preclare aſſerebant: eſſe.ſ.quedam
entia ingenita,incorruptibilia,atq; imobilia: a qui
bus(ꝙ ſenſibilia eſſe putabant)ad hec caduca ſe cō
uertentes,ꝯſimilia de ipſis aſſerebāt. Sed hec phy-
ſica contemplatione non moliebantur. Contēplari.n.
an eiuſmodi nature ſint entia,imortalitatis ſorte po
tita,ſuperioris philoſophie eſt,et primi atq; ſupre-
mi philoſophi. ¶ Secunda eſt huic prime contraria
oīa genita eſſe atq; corruptibilia,nihilq; oīno in
genitum,et nihil interitꝰ obituſq;:imune ſemꝑ ma-
nere,ſed aliquando caſurum.quod ſenſiſſe videtur
Heſiodus,et q̄ ſue appropinquant ſententie. ¶ Ter
tia eſt dicentium oīa genita eſſe:ſed genitorum nō
nulla incorruptibilia manere. ¶ Quarta eſt Hera-
cliti Epheſij,oīa continuo fluxu rapi dicentis,et ni
hil fixū,nihil iuge,permanenſq; manere,preter vnū
quiddā(id enim ignem eſſe aiebat)ex quo oīa fie-
rent,gignerentq;. ¶ Quinta eſt aſſruentiū oē cor
pus generabile diſſolubileq; eſſe.generabile quidē
ex ſuperficiebꝰ,atq; in ſuperficies reſolubile. Con
cluſio. Corpus ex ſuperficiebus cōpoſitum abire nō
poteſt. Primo. Quia qui id aſſerunt,plurima ijs



que in diſciplinis cōperta ſunt,contraria dicūt. Aut
igitur a propoſito reſipiſcant,aut fortioribꝰ et valē
tioribꝰ ratiōibꝰ(quales nō ſunt ſue imbicilles ſuaſiū
cule,quod moliuntur efficiant. ¶ Secundo. Idem
ſubit iudicium corpora ex ſuperficibꝰ cōpingi.⁊ ſu-
perficiem ex lineis et lineam ex punctis abire cōſta
tam. Atqui prius in ijs qui ſunt de motu demonſtra-
tum eſt id eſſe non poſſe:nullāq; magnitudinē ex in-
diuiduis et inſecabilibus cōſtari poſſe. Igitur neq;
corpora ex ſuperficiebꝰ conſtabuntur. ¶ Tertio. Si
corpora ex ſuperficiebus et linee ex inſecabilibus li
neis cōponerent̃,impoſſibilia ſequuntur. Ponit enī
mathematicus magnitudinē in infinitum partitione
decreſcere:nullā aūt appoſitione in infinitum auge-
ri.nunc aūt oppoſitum in natura eueniret.in infinitū
enī,ꝙ decūberet ad minima,decreſcere non poſſet:
addi aūt ſemper aliquid poſſet. Quarto. Multa
ſunt in natura:que in indiuiſibili ſubſiſtere nequeūt:
vt paſſiones. Sūt enī diuiſſibiles dupliciter.vno mō
ſecundum ſpeciem:vt color in albedinē atq; nigre
tiem:altero vero ſecundum accidens:vt quod ei qō
diuidi poſſit,in exiſtant. Non itaq; linea ex pūctis ſu
perficies ex lineis:et corpus ex ſuperficiebꝰ abibit
compoſitum. Et qō paſſiones ille indiuiſibili non ſub
ſiſtant,vt exempli cauſa grauitas et leuitas:ampliꝰ
oſtendo. ¶ Primo. Nam quicquid eſt graue,graui-
tas aliquo eſſe neceſſe eſt:et quicquid leue:aliquo le
uiꝰ. Non tamen contra(vt vti conſueuerunt vocabu-
lis)eſſe oportet.vt quicquid grauius graue,ſit:⁊ qc
quid leuius:leue,vt neq; quicquid maius eſt,ſimpli-
citer magnū eſſe oportet,ſunt enī multa ſimpliciter
parua,que alij,vt ſuis partibus,maiora dicunt̃. Sȝ
hanc ſignificationē(ſi gratū eſt)nullam faciamꝰ:ſitq;
quicquid grauius eſt,grauitate graue.ipſum ſiqui-
dem diuiſibile eſt in exceſſum,et id quo excedit. Si
igitur punctū graue eſſet:et ipſum diuideretur.hoc
aūt impoſſibile. Et ſi punctum nullum graue ſit:neq;
linea ex ſolis coalita et conflata punctis: et ſi non li-
nea nec ex lineis digeſta ſuperficies. Et ſi non ſuper
ficies:ita quoq; neq; ex ſuperficiebus coalitum cōſ
titutumq; corpus. Qui enim fieri poſſit,vt totū gra-
ue ſit:cuius partium nulla grauitatis ſit particeps.
¶ Secundo. Omne graue denſum eſt:et omne leue
rarum. Denſum autem a raro differt: quod ſub eq̄li
mole plus habeat potentie.quod aūt tale eſt:euadit
diuiſibile. Si itaq; punctum graue ſit:aut leue,abi-
bit diuiſibile,quod impoſſibile eſt. ¶ Tertio Omne
graue,molle eſt:aut durū. Molle aūt eſt quod eſt in
ſeipſum cedens:quod autem in ſeipſum cedit,diuiſi
bile eſt. Ita ſi punctum molle eſt,diuiſſibile eſt:⁊ ita
ſi durum eſt. Nam durum et molle oppoſita ſunt et q̄
circa idem fieri nata ſunt. ¶ Quarto. Quia graui-
tas non euadit ex non habentibus grauitatē: quod
tamen contingeret. Sed quomodo determinabunt
ex quo grauitatum expertibus cōſurgat grauitas
⁊ cōſurgere nequeat. Enimuero ipſis vel fingere vo
lentibus promptū non ſit. ¶ Quinto in eodē graui
quod ex pluribus cōſtat grauius eſt.hoc ⁊ ipi admit
tunt:quod autem graui grauius eſt,ipſum graue eē
neceſſe eſt.quemadmodum quod albo albius eſt:et
ipſum album eſſe oportet. Maius igitur vno punc-
to(qō pluribus conſtet conſimilis grauitatis) gra-
uius eſſe neceſſe eſt. Dempto igitur equali graui. q̄
ſuper eſt punctus grauitatem habebit.non enī gra
ui grauius exiſtebat.niſi grauitatis exceſſu.hoc au-
tem modo oſtenſum eſt eſſe non poſſe. ¶ Sexto. Si
corpora conflarentur ex ſuperficiebus(vt aiunt) et
ſuperficies ex lineis:linea linee componeretur ſecū
dum longitudinem et ſecundum latitudinem oppo-
ſita.cur itaq; non companatur ſuppoſita(nulla poti-
or ratio videbit̃) Quod ſi ita fuerit.dabitur corpꝰ qō
ex ſuperficiebꝰ(quas ponunt elementa)non conſtabit̃
vt eſto a linea:que longa eſt:cui cōpono lineam c ſe-
cundum latitudinem:erit,itaq; a c longum et latū
et linea. a .compono lineam. b.ei ſupponendo: que
ideo cū a videtur facere profundū. Erit igit̃ a c b lō
gum,latum et profundū quare corpus non tamē ex
ſuperficiebus conflatum. ¶ Septimo. Timeus,ſu-
perficierum multitudine corpora grauiora dtermi
nat. Sed qua ꝓportione corpora ad ſuperficies
reſpondent,eadem ſuperficies ad lineas et linee ad
puncta quare pari proportione hec grauitatem ha
bere continget. Et ſi ita eſſe non poneret:ſed graui-
tatem in terra leuitatem vero in igne:difficultas vr
get hanc ſuperficierū graue eſſe,et illam leuem,que
conſimilia ponit elementa. ¶ Octauo. Nullam mag
nitudinem continget eſſe diuiſibilem. aut futurū eſt
omnia eē puncta:qua enī ratione in hec diuides:illa
iterū diduces,quouſq; ad ſuperficies deuentum ſit.
Et ſuperficies eodē iure abibūt in lineas:et linee in
puncta tandem cōſummabuntur:et oīa puncta erūt.
¶ Nono vt eſt de magnitudine,ita quoq; de tpe eue
nire,par conſentaneūq; eſt Si itaq; magnitudo ali
quando abitura eſt in puncta:et non magnitudines
et tps in nunc et non tpa reſolubile eſt. Id pfecto eē
non poteſt. Et eadem incōmoda non nullos aliorum
Pythagoricorum ſecuntur,qui celum et naturalia
corpora ex numeris conſtituunt: habent enī nature
corpora grauitatem et leuitatem.vnitas aūt adinui
cem compoſitū,neq; corpus efficere poſſe,neq; gra
uitatem leuitatēue vllam habere videntur.

### ¶ Caput ſecundum.

SEcundum caput continet
quinq; concluſiones,tres rationes:⁊
vnum corollariū ad primam,tres ra
tiones,et vnum corollarium ad ſecun
dam.vnum corollariūm ad tertiam,
duas rationes ad quartam:et duo co
rollaria ad quintam. ¶ Prima concluſio. Simplici
um corporum aliquem natura motum eſſe neceſſe ē.
¶ Primo. Quia quecūq; mouentur,motum propri
vm et ſecundum naturam,aut vi preterq; naturam(
quod idem eſt)habere neceſſe eſt. Simplicia autē
corpora,mota conſpiciuntur.habēt itaq; motū, aut
natura,aut preter naturam. Atqui ſi confitebere ip
ſa motum preter naturam habere:et eadem ſecun-
dum naturam aliquem habebunt:vtpote qui prior,
vnus.et ſimplex exiſtat:preter naturam aūt. poſteri
or,et multi. Unumquodq; enim etiā multos preter
naturam ſuſtinet; ſecundum naturam autem vnum
ſolum. ¶ Secundo. Quicquid quieſcit:aut vi, aut
natura quieſcat opȝ. Et vbi vnūquodq; vi quieſcit,⁊
vi quoq; fertur in illud.vbi autem naturam, itidem
et natura fertur in illud. Uidetur autē in medio ali-
quid natura manere.natura igitur fertur ad mediū
ſi aūt illic quicquam vi quieuerit:ipſum prohibet ali
quid illinc emicare: inq; ſuum locum ſeſe protinus
reſtituere. ¶ Tertio. Si quieſcentia rimaberis,aut
tandem ad vnum natura quieſcens decumbes,aut
in infinitū progredieris.quod enim preter naturā
eſt,ad aliquid ſecundum naturā reducere oportet.

Sed eſto dicas cum Empedocle terram rapida celi vertigine, velociſſimaq; illa circũgyratione vi quadam ſuſtineri atq; quieſcere: ergo aliquo moueri nata eſt. Ceſſante enim circũgyratione (a qua coacte fulcitur, ſuſtentaturq;) moueretur. et non in infinitũ. Nihil enim impoſſibile, fieri natum eſt. Infinitũ autem tranſilire ſpacium, impoſſibile eſt. eſt igitur nata alicubi tandem natura manere. Ad illum igitur locum, quiſquis is ſit, naturalem motum habet. nam (vt dictum eſt) vbicunq; quicq̃ natura quieſcit, et in idem natura ferri contingit. ¶ Corolariũ. Quapropter minime Democriti et Leucippi ſententia pbãda eſt, corpora moueri in vacuo, pariter et moueri in infinito. Nam id docere debuerunt, quiſnam ipſorũ in vacuo, et in infinito motus, quis ſecundum naturã et quis preter naturã. Si enim (vt aiunt) alterũ ab altero violentia pellitur, ipſis alterum motũ natura conuenire neceſſe eſt: et primum mouentẽ non vi mouere (mouet enim ſempiterne) et primum motũ nõ preter naturam eſſe. eſt enim ſempiternus. Et ſi non primum mouens ſecundum naturam dederint, violẽtia mouentium ſeries: vt nullibi tandem caſura, infinita procedet. ¶ Secunda concluſio. Neq; ſtare poteſt Timei ſententia, elementa ipſa ſeſe inordinate agitaſſe priuſq̃ mundi opifex mundum ipſum condidiſſet. ¶ Primo. Quia aut is inordinatus motus naturalis erat aut iniuria, preterq; naturã factus. Si naturalis, mundus igitur erat anteq̃ conditus fuiſſ; tunc enim primum mouens natura mouiſſet. et grauia ad mediũ depreſſa fuiſſent: et leuia a medio emicaſſent, que mundi iã facti ordinatio eſt. fuiſſe itaq; mundus. Liceret et querere an illa motus inordinatione potuiſſent necne in talem mixtionem cõtemperantiamq; incidere, qualia videmus nunc corpora facta, vt oſſa, carnes, et neruos ad inuicem compactos, quemadmodum canit Empedocles, cum multa capita ſine ceruice et ſine corporeo trũco iacerẽt, amicitia factum fuiſſe. Si ita fateamur, et animalia et plancte illic erunt. quare mũdi ordinatio. aut hec vniuerſali precurrent mũdo. ¶ Secundo. Qui aiũt infinitã inordinato motu ferri in infinito, aut vnũ ipſorum motum faciunt. ſi ita: et omnia vna latione feruntur, et non inordinata. Sin minus, infinite erũt lationes. quod eſt impoſſibile. enim finite: ordo dabitur aliquis. Non enim quod non ferantur in idem inordinatio dicitur: quemadmodũ et nunc mundo (vt videmus) perpulchre ordinato, non oĩa feruntur in idem, ſed ea que conſimilis congeneeq; ſunt nature. ¶ Tertio. Inordinate, nihil aliud quicq̃, quam preter naturam eſſe videtur. ordo enim ſenſibilium vniuſcuiuſq; propriã natura eſt. Atqui incõmodum eſt infinito motu longiſſimoq; tempore preter naturam quicquam motum fuiſſe, quin potius nature he conditiones competũt. eſſe itaq; potius inordinatio ſecundum naturam, vt que infinito longiſſimoq; tempore fuerit: ordinatio autem preter naturam quid q̃ ſit abſurdum, ipſi viderint. ¶ Corolarium. Quo fit vt ob idipm Anaxagoras belle excogitaſſe videatur mundum ex immobilibus primum inchoatũ fuiſſe. ¶ Tertia concluſio. Et ſi aliqui ex ſegregatis motum admittant, generationem tamen non inueniunt rationabilem. Nam celum ipſum ſegregatiõe: vt qd̃ delituiſſet imerſum: rationabiliter generare nequeunt. ¶ Corolarium. Ob id itaq; ipſum Empedocles celum non ex ſegregatione gigni voluit, ſed ex ſegregatorum iterum congregatione. Confinxit enim amicitiam, que quedam ab vno (vbi omnia congregata fuerant) diſſociante lite, diſcollecta iterum colligeret, conueniret, atq; congregaret. ſicq; genitũ factumq; fuiſſe celum. ¶ Quarta. Quod ſurſum aut deorſum mobile eſt, ipſum aut leue aut graue eſſe neceſſe eſt. ¶ Primo. Sit. a. nõ graue. b. vero grauitatem habens. feranturq; ſimul deorſum, ſi fieri poteſt: abſoluatque. b. ſpacium. d. e. in tempore. f. In eodem tempore. a. aliquid ſpacij. d. e. abibit. ſitque d. g. Diuido enim grauitatem. b. ſumoque partem, que ſic ſe habeat a. d. g. ſicut totum. b. ad. d. e. id enĩ poſſibile eſt. Cum itaque. b. per totum. d. e. moueretur, pars ea (quecunq; fuerit) ſolum per. d. g. mouebitur, et per idem ſpacium. d. g. et in eodem tempore poſitũ eſt. a. moueri. feruntur igitur deorſum per equale, et in equali tempore, non graue, et grauitatem habẽs: quod eſt impoſſibile. et ita de leui (ſi grauatum eſt) argumentetur. ¶ Secundo. Si quid moueatur quod neque leuitatem neque grauitatem habeat, mouebitur vi, et infinita velocitate: aut graue, et grauitatis leuitatiſq; expers equale et inequali tempore abſoluunt. ſit ita que. a. non graue et. b. grauitatem habens, et moueatur. a. per ſpacium. d. e. et in eodẽ tempore. vt verbi cauſa. f. virtus aliqua pellat. b. grauitatem habens: ſpacio. d. g. quia ſi aliqua potentia maius in aliquo tempore et aliquanto ſpacio moueat, eadem potentia in eodem tempore maiore ſpacio pellit minus. Diuido ergo graue. b. capioque partem quancunque: que ſic ſe habeat ad potentiam motricem ipſius. b. ſicut. d. g. ad. d. e. quia potentia data mouet. b. per ſpacium. d. g. in tempore. f. eadem potentia mouebit partem illam grauitatis participem in eodem tempore, et toto ſpacio. d. e. et in eodem tempore et ſpacio ferebatur. a. neque leue aut graue. quare graue, et grauitatis leuitatiſque expers, equale et in equali tempore abſoluunt. quod eſt impoſſibile. Et ſi. a. iterum infinito motu ferebatur graue infinito motu, et eodem ſpacio ferebatur, quorum vtrumq; impoſſibile eſt. ¶ Quinta. Aliquis motus natura, et aliquis violẽtus exiſtit. Nam natura principium eſt motus et quietis eius in quo eſt. Vis autem virtus eſt ab alio ſecũdum quod aliud. Motus igitur qui ab eo quod intra eſt principio exiſtit: iure natura dicitur. qui vero ab altero exteroque: vt alterũ eſt, iure dicatur violentus. Et hic quidem violentus non omnino eſt: vt motus lapidis deorſum, quoties velocior procreatur, quam nature ſue ſit accommodus, propriaque pariat virtus. Ille vero omnino preter naturam eſt, vt lapidis ſurſum propulſus. Et vis ipſa ad hos vtroſque aere tanquã apto vtitur organo, q̃ vt grauis et vt leuis, ancipitis que nature natus ſit eſſe, et virtutem ab ipſa vi velut impreſſam retinens: qua nunc vt grauis deorſũ precipitat, nunc vero vt leuis agitat ſurſum. ¶ Primũ corolarium. Unde cognoſcitur euenire violenter agitatum ferri principe mouente ipſum non aſſequẽte, ſed ſeparato, abiunctoq;. ¶ Secundum. Fit etiã vt nullo tali exiſtente medio corpore, nullus violent9 omnino procrearetur motus, neque ſecundum naturam vllus. vniuſcuiuſq; enim motum eodem modo promouet. Sed q̃ graue, q̃ leue eſſe oporteat, quis ſecundum naturam motus, quiſue cõtradicatur violentus, hactenus dictum eſt.



## ¶ Tertium caput.

TErtium caput cõtinet tres queſtiones, et reſponſiones ad ipſas ¶ Prima queſtio. Quib9 corporib9 conueniat generatio. ¶ Secũda, Cũ prima corporum ſint elementa, quid elementũ, quot et qualia ſint. ¶ Tertia. Utrum elementum (vt volunt nonnulli tantũ vnũ eſſe ponentes) ſpecie ſit indiuiſibile. ¶ Prime reſpõdet Empedocles, quattuor eſſe elementa, ignem, aerem, aquam pariter et terram, ingenita atq; incorruptibilia, ex quibus omnia alia generãtur, componuntur, ac fiunt. Eidem quoq; queſtioni reſpõdet Anaxagoras Empedocli contrarius, aduerſatuſq;, ponens homœomeras atomos oſſis, carnis: et nerui prima principia, omniumq; ſemina rerum: ex quarũ commixtione etherem et ignem: hec enim eadem putat: aerem, aquam, et terram gigni putabit: et ob ſui paruitatem, atoma carnis et oſſis, oculis inuia, imperceptibiliaq; eſſe omnia tamen omnibus in eſſe cõgregata, et omnia ex ipſis genita eſſe coalita atq; conflata. Sed poſterius cũ de generatione et corruptione exactius pertractabimus, noſtrum afferem9 iudicium. ¶ Secunde hanc adhibemus reſponſionem. Elementum eſt in quod intus exiſtens aut potentia aut actu, alia corpora diuiduntur: ſpecie quidem irreſolubile in alterum. Quo fit vt ſi tale ſit elementum, et carni et ligno inſint elementa potentia, vt ignis et terra: quandoquidem a carne et ligno diſgregabilia ſunt: caro autẽ aut lignũ neq; igni actu neq; potentia ineſt: vt que nunquã ſegreganda ſint ab igni. Quot autem ſint, et qualia ſint, poſtea futurus eſt accommodatior ſermo. ¶ Tertie preterea reſponderelicet elementum in diuerſa ſpecie ſecabile diuiduumq; eſſe, multaq; eſſe elementa. Hoc profecto ſimplices motus liquido monſtrant: ſunt enim motuum hi ſimplices, hi vero mixti. Simplices aũt ſimplicibus corporibus accommodantur: compoſiti vero compoſitis: et vnicuiq; naturali corpori por pri9 eſt motus. Atqui manifeſtũ eſt motus ſimplices plures eſſe, erunt igitur et plura elementa.

## ¶ Caput Quartum.

QUartum caput cõtinet duas concluſiones quattuor ratiões ad primam et nouem ad ſecundã. Prima concluſio. Non ſunt infinita elemẽta homœomera quemadmodum poſuit Anaxagoras. ¶ Prio. Quia falſa vtitur dignitate malaue ſupeoſitione: quicquid homœomerũ eſt eſſe elementum Nam videmus multa mixtorum corporum homœomera eſſe vt lignum vt lapis in homœcomeraſq; partes ſolui: que manifeſtum eſt non eſſe elementa. Non itaq; erit omne homœomerũ corpus elementum: ſed (vt diximus) irreſolubile indiuiſibileq; in alterum ſpecie. Secundo. Ita ſumentes elementum nulla neceſſitate vrgẽtur ponere infinita: ſed omnia etiam finita faciendo eque vt ex infinitis ſaluare moliuntur ſaluare poterunt: vt ponendo duo tria aut quattuor aut quocũq; alio numero: quẽadmodum facere conatus eſt. Empedocles. Tertio. Ipſi accidit nõ oĩa ex homœõris quibuſcunq; facere: vt faciem non facit ex faciebus neq; vnunquodq; ſecundum naturam figuratorum: ſatius igitur ipſa poſuiſſet finita: infinitũ enĩ nihil excludere videtur. Et ſanemelius finita que vt minima omnium ex eiſdem futurorum oſtendiſſet, conformior diſciplinarum authoribus, qui proloquium dignitatemq; accipiunt principia finita eſſe aut quantitate, aut ſpecie. ¶ Quarto Corpus a corpore ſecundũ proprias differentias differt. Corporum autem ad inuicem differentie finite ſunt, vt alio manifeſtandũ eſt loco. Differunt enim affecionib9 ſenſibilib9. Sũt igitur elementa finita. ¶ Sucunda concluſio. Neq; recte putat Democritus Abderites, eiuſdem q̃ conſectator Leucippus: primas eſſe magnitudines multitudine quidem infinitas, magnitudine autem indiuiſibiles, et ex vno non multa, neque ex multis vnũ: ſed horum complicatione confuſioneq; omnia gigni ¶ Primo, Quia modoquodam omnia faciunt numeros, et ex numeris: tametſi id plane non dicant. ¶ Secundo, Quia corpora figuris differre aiunt, et quia infinitas ponunt figuras, idẽ et infinita ponunt ſimplicia corpora. ¶ Tertio, Quia que elemẽtis figure accommodande ſint: niſi igni, cui ſpherã attribuunt: non determinauerunt: ſed aerem, aquã, et terram magnitudine et paruitate diſcreuerunt: tanq̃ ea ſint omnium que elementa nũcupam9, velut panſpermia, ſeminariũq;. ¶ Quarto, Sic dicẽtes infinita rebus faciunt principia, et hoc quidem abſurde. nam elementorum differentie non ſunt infinite, neq; infinite videntur. ¶ Quinto, Qui corpora magnitudines ve ponũt inſecabiles, mathẽaticas tollũt diſciplinas, ſenſum negant, multaq; ipſis eiſdem de motu et tempore concedere accidit incommoda, q̃ alio a nobis adducta ſunt loco. ¶ Sexto Pugnãtia dicunt. Qui enim fieri poſſit, vt elemẽta, ignis: aer, aqua terra, magnitudine et paruitate differant, ſi inſecabilia ſint, vt ipſi aſſerunt. Septimo. Dicunt aerẽ aquam, terram, ex ſe inuicem fieri. Sed quomodo deficiunt enim ſemper maxima corpora ſegregata: non itaq; fiunt ex ſe inuicem, ſi inſecabilia ſint. Octauo. Horum profecto ſuſpicione, quod corpora differunt figuris, haudquaq̃ elementa poni dñt infinita Ponũt enĩ figuras oẽs ex pyramidib9 cõponi, rotũdas, qdẽ ex rotũdis et recti lineas, ex rectilineis et ſpheram ex octo partibus. neceſſe enim eſt aliqua eẽ figurarum principia. que ſi duo fuerint, et duo erunt elementa, principiaq;: ſit tria, et erunt tria, et ita de numero alio quocũq;: quare et totidem et finita qdẽ aſſignare debuiſſent ſimplicia corpora ¶ Nono. Unicuiq; ſimplicium corporum eſt vnus proprius motus et ſimplex motus autem ſimplices finiti ſunt, Nam ſimplices laciones due ſunt, et nõ plures: circularis, atq; recta. Neq; quidem infinita ſunt loca, ad que infinite lationes eſſe poſſint. Non: ergo infinita erunt elementa.

## ¶ Caput Quintum.

QUintũ caput ꝯtinet quattuor antiquorũ opiniones, tres cõcluſiones, et tres ratiões ad primã, tres ad ſecundam. ¶ Quattuor antiquorũ opiniones. Prima eſt ponentium tantum vnũ eſſe elementũ, et ipm eẽ ignẽ

¶Secunda eſt ponentium ipm eē aerem. ¶Tertia eſt ponentium eſſe aquam. Quarta itidem tantum vnũ eſſe aſſerentiũ: aque, aeriſq; mediũ, et aqua ſubtilius, et aere denſius, celos et oīa continens, magnitudine infinitũ. ¶Prima concluſio. Perperam aſſerunt tale aque aeriſq; medium: ceteris eſſe elemētũ ¶Primo, Quia ex ipſo denſitudine et raritate alia gigni volunt. Verum enimuero ita dicentes, ſibiipſis repugnant, aliquid ipſo elemento principioq; prius facientes. Eſt enim rarius: incompoſitius, et in quod potius denſiora reſoluant. denſius autem compoſitiꝰ quare cū compoſitio ſit ex elemento: reſolutio vero (quemadmodum aiunt) ad elementum potius, ipm rarius: vt aerem, ponere debuerunt elementū, imo vero cum ipſi fateantur ignem eſſe omniũ rariſſimũ, ipſum maxime omnium ponere debuerunt elemētũ. Et nihil refert an ignis rariſſimus ſit admittant, necne. nam alterum rarius admittunt, quare aut ipſum aut tandem vnū aliud dabitur, quod principiũ erit et non ipſum medium. ¶Secundo. Nil differt denſitudine et raritate alia gigni, groſſitie et ſubtilitate eſt enim groſſum, denſum, ſubtile vero, rarum. Rurſū quid groſſitie et ſubtilitate, illa gigni ſit, niſi magnitudine quadam et paruitate? Groſſū enim, magnarum partium eſt, ſubtile vero, paruarũ, quod. n. in multum extenſum fuerit, ſubtile eſt, et ex paruis conſtare dicitur partibus. Sed tunc quid obſecro aliud facere videntur, niſi rerũ ſubſtantias magno, et paruo diſcriminare: et oīa ad aliquid facere? ſunt enim magnum et paruũ ad aliquid, quare nihil ſimpliciter abſoluteq; ignis, aer, aqua, aut terra, quod ipſi viderint. ¶Tertio. Preterea ſi ipſa magno et paruo diſcriminant, erit quedam ratio proportioq; magnitudinum ad inuicem. quare que rationē aeris ad aquam habet, aer eſt: et que aque ad terram, aq̃. Sit itaq; ignis in maiori ad aerem ratione, aer ad aquã, aqua vero ad terrã, quia in maioribus minoꝝ rationes inſunt. erit igitur aliquid ignis ſic ſe habēs ad aquã. ſicut aer: et aliquid ad terram, ſicut aqua, quare ipſius hoc erit aer, illud vero aqua. Hoc idē oſtendere liceret de terra, ſi maiores in denſioribus aſciſcant rationes. ¶Secunda. Qui ignem omniũ ponunt eſſe elementum, tametſi hec diffugiant incōmoda: in noua tamen incidunt, atq; peculiaria. Nā hi bifidi bipartitiq; ſunt, hi enim figuram vt pyramidem igni accōmodant, illi vero nullam. Qui figurã accōmodant, hi ineruditius et (vt ita dixerim) craſſiori Minerua id faciunt, cauſam ſubdentes, quod acutiſſima figurarum ſit pyramis, ignis autem acutiſſimum corporum ſit. Alij paulo perſuadentiore nituntur ratione, ꝙ corpora oīa ex eo quod ſimpliciorum ſubtiliorumq; partium eſt, componuntur et figure ſolide ex pyramidibus abeũt compoſite. Quare cum ignis corpoꝝ ſubtiliſſimum, et ſimpliciſſimũ ſit, et pyramis itidem ſolidaꝝ figurarũ ſimpliciſſima, iure igitur primo et ſimpliciſſimo corpori aſciſcenda eſt. Qui vero igni nullã aſcribũt figurã, ipm ſolum ſubtiliſſimarum partiũ eſſe ponunt, ex quo vt cōpoſitionem accipiente alia gigni dicunt, perinde atq; auri arene conflantur coaleſcuntq;. Sed ita dicentibus accidere incōmoda nunc aperiamus. ¶Primo Quia ſi partes ille ex quibus ipm conſtituunt, indiuiſibiles eſſe ſtatuantur, rationes prius poſite ita eē verant, et iterum quod ſubiungimus. Si itaq; indiuiſibiles ſunt: cũ ex ipo conſtituatur aer/aqua/terra talia corpora ſibi inuicem partiũ proportione reſpōdent. Que enim magnitudines ſimiliū partiũ (quales erunt indiuiſibiles oēs) conſtituũt, ꝓportionaliter ad inuicē ſeſe habēt/vt oēs partes aque ad partes aeris atq; ignis, et totũ ad totũ, et ita ī ceteris: q̃uis forte aer plꝰ aqua habeat/et ſubtiliſſimũ denſiſſimo/ quare ſi minor magnitudo in maiore exiſtit / et ignis magnitudo ſit maxima/reſolubilis erit in aerem/in aquã/et reliqua: quare elementũ non erit. Et ita ſi poſueris aquā maioris magnitudinis/et ipſa erit/et aer/et ignis. Et cur etiam / cũ oīa eque ſimpliciũ partiũ fuerint/hoc quã illud potius ſtatuatur elementũ. ¶Secdo. eſto/nunc agamus/dicant eſſe diuiſibile/qui figuram ei propriã aſcribunt. Pars igr̃ ignis non erit ignis/quia pyramis ex pyramidibus non conſtet: imo corpus erit/quod neq; elementum/ neq; ex elemento erit vt pars ignis/que elementum non eſt/cũ minime ſit ignis/neq; aliud elementorū quicq̃ neq; ex elemento eſt. Et qui figuram ipſi non aſciſcunt / magnitudine determinant: quare aliq̃d elementi potius elementum erit/cũ ſit minoꝝ partiũ et hoc abibit in infinitũ/aut tandem ad indiuiſibile decumbetur: elementũ enim ī erit quod minimarū partiũ fuerit. Erit itē illa magnitudinũ ratio / quam ſupra arguimus, et hoc ad hoc ignis/ad hoc aer/ad hoc aqua/atq; terra. ¶Tertio. Et hi et ceteri q̃ vnũ ſolũ ponunt elementũ/cōmune viciũ atq; reprehēſionē incurrunt, ꝙ vnũ ſolum faciant naturalē motum. Omne enim naturale corpus motus habet principium, omnibus igitur exiſtentibus vnum / vnus erit motus: et ad eundem terminũ/vt ſi omnia ſint ignis/ ſurſum/et quanto maiora fuerit/pluſq; ignis habuerint/tanto velocius ſurſum emicabũt/ quēadmodū maioris molis ignis velocior ſurſum latio eſt / nunc autē huiꝰ oppoſitũ videmꝰ in multis/que maiora mole/velociꝰ deorſum corruunt. Non igit̃ omniũ elementum erit ignis/aut aliud quodcũq;: tũ ob predictas tũ ob alias a nobis prius adductas rōnes. ¶Tertia cōcluſio. Plura et finita eſſe elemēta neceſſe eſt. Nã infinita eſſe non poſſe probatũ eſt/nunc aũt probatũ eſt non tantũ eſſe vnũ. Sunt igitur plura et finita.

## ¶Caput Sextum.

CApud ſextum continet duas cōcluſiones/duas rationes ad primam/et duas ad ſecundã: ¶Pria cōcluſio. Elementa ſempiterna eſſe impoſſibile eſt. ¶Primo/q2 videmus ignem/aerē/aquã/et terram reſolui. Aut igitur aliquando reſolutio ſtabit/eritq; aliquãdo totũ reſolutũ/aut ipſum infinitũ erit. Si infinitũ et eius reſolutio tempore erit infinito/et eius cōpoſitio tempore infinito. Et cũ vnũquodq; natura cōſtãtium alio tempore cōponatur/et alio diſſoluat̃: accidet vnum tēpus infinitũ extra alteꝝ infinitũ exiſtere et vnum prius altero eſſe. eſt enim compoſitio diſſolutiōe prior/hoc aũt impoſſe. Et ſi diſſolutio alicubi ſtabit/aut hoc indiuiſibile erit/hoc aũt nō/propter prius adductas rationes/aut diuiſibile/ſed nunq̃ diſſolubile/vt ipſe dicebat Empedocles. hoc iterum non Nam ſi maius diſſolubile corruptibile eſt/itidē et minus erit. Videmus enim in eiſdē quod maiꝰ eſt difficilius/minus vero/facilius corrumpi. Quare cum maius corrumpatur/vt volunt/et ipſum quoq; minꝰ rōnabiliꝰ ē aliq̃n corrumpi atq; diſſolui. Duobꝰ aũt ignē corrũpi videmꝰ. Prio, cōtactu cōtrarij, vt cum diſperit extinctus, Secũdo cũ in ſeipm marceſcens



tabeſcit: deficit que, hoc autem minor (vt parua flãma) patitur a maiori, et quanto minor, tanto velocius abſumitur. Oportet igitur elementorum corpora corruptibilia eſſe, atque eadē in corruptibila corrũpi. ¶Secdo: Cũ cōſtet elemēta gn̄abilia eē aut igr̃ gn̄arabunt̃ ex nō corpe. At qui dicit ex incorpore ignem generari, nihil aliud dicit, ꝙ ſi vacuum introducat ſeparatum. Omne autem quod fit, in aliquo fit, et in illo, vbi prius exiſteret id ipſum ex quo fit, quod ſi nullum corpus exiſtebat vbi genitum eſt, vacuum ergo erat. Si vero alterum corpꝰ poſueris preter id incorporeū ex quo fit, duo igitur corpora ſimul erunt, ſcilicet quod factum eſt, et quod illic ante factionem generationem que preexiſteret, quod eſt impoſſibile. Manifeſtum itaq; eſſe puto elementa in corpora reſolui, et ex corpore reparari atq; gigni. ¶Secunda concluſio. Haud tamen exiſtimãdũ eſt vnũ cōmune corpus eē alterū ab ipſis, ex quo ipa gignantur, et in quod ipſa reſoluantur. ¶Prio. Quia illud corpꝰ prius eſſet elementis. Atqui ipſis elementis nulla ſunt priora corpora, ſunt enim ſenſibilium corporum prima. Non igitur eſt tale vnũ aliquod cōmune corpus. ¶Secundo. Quia aut grauitatem aut leuitatem habebit. Quod ſi ſic, aliquod elementoꝝ erit, omne enim ſimplex aut leue aut graue, aliquod elemētorum eſt. Aut prorſus grauitatis et leuitatis expers eſt, et tunc corpus illud vt moueatur nullam retinet aptitudinem. Immobile gitur erit eiuſmodi corpus et mathematicum, nec in loco vſpiam erit. Si enim in loco eſſ, aut moueretur. aut q̃eſceret: et ſi nã quieſceret, in eum locũ nã ferret̃, et ſi vi q̃eſceret, et, vi et preter nãm ferretur in eundem Et ſi non eſt in loco, ex eo nihil fiet. quod enim fit, in eiꝰ ex quo fit loco fieri neceſſe eſt. Quod fit vt permanifeſtum relictum ſit cum elementa non fiant ex non corpore, neque fiant ex altero ab ipſis corpore ipſa ex ſe inuicem fieri.

## ¶Caput ſeptimum.

SEptimum caput continet tres concluſiones, quattuor rationes ad primam, et ſex ad tertiam. ¶Pria concluſio. Modus quo. Democritus et Empedocles generationem elementorum ex ſe inuicem ſaluare nitũtur, irrationabilis eſt. ¶Prio. Quia ſuadicta ignorare videntur, cũ vnũquodq; inquiant ex vnoquoq; ſegregari, ſicq; apparere generari: nō generatiōē ex ſe inuicem facientes, ſed apparentem generationem, per inde ac ſi res in vaſe delitieant, quas in lucē et apparentia proferas: dicas que eas idcirco genitas Si autem generatio minime fit, ſed ex quadam ſubiecta ſubſtrataque materia. ¶Secundo, Eadē magnitudo cum arctior ſtrictiorq; fiat, non videtur idcirco fieri debere grauior: quod quidē ipſi volũt quoties ex aere fiat aqua. ¶Tertio. Quo pacto immixtum quod ſeparatum fuerit, maiorem locũ occupare neceſſe ſit: et maius corpus in minore contineatur: quod tamē ſemper oporteret quoties ex aqua fit aer: ampliorem enim locum ſemper factus occupat, et vnumquodq; rariorum et ſubtiliorum partiũ quod aqua feruore intumeſcens oſtendit, que adaucta mole, conſtricta vaſa continentia etiam perfringit. Aut igitur erit vacuum, aut non extendent̃ corpora, quod et ipſi volunt. Sed certe irrationabile ē exiſtente vacuo ſemper quod extrahitur, ãpliore mole ſe diffundere neceſſe eſſe, quod tamen oportet cū ex aqua fiat aer. Et ꝙ confugium ſuũ nullum ſit, ope vacui confidentium, alio quoq; demonſtratũ eſt loco cum nihil prorſus eſſe queat vacuū. ¶Quarto. Si eo pacto, ſegregatione generatio fieret, tandem ex ſe inuicem generatio caſura defecturaq; eſſet. Nam in magnitudine finita infinita cōtineri impoſſibile ē ſi itaq; ex terra aquã dempſeris aliquid ab ea diſtractum eſt, et generatione factum. Deinde iterum demendo, aut tandem abſumitur, ſtabiturq; aliquo aut ſub mole finita: infinita ſunt contenta, quod eſt impoſſibile. Non igitur ſemper ex ſe inuicem generari quibunt, non eſt igitur, quomodo Democritus Empedocles que volunt, elementorum ex ſe inuicē generatio. ¶Secunda. Elementa ſe īuicē tranſfiguratione non fiunt (quemadmodũ ex eadē cera tranſfiguratione fit circulus et ſphera) vt non nulli volũt ¶Nam ipſa elementa indiuiſibilia eſſe oporteret, propterea quod non ſemper pyramis diuidatur in pyramidem: neq; cubꝰ in cubũ, neq; pars ignis erit ignis, neq; pars terre erit terra, aut corpus dabis prius elemento et quod non reſoluetur in elementũ: equod non erit elementum quandoquidem figuram nulli elementorum habuerit accōmodam. ¶Tertia Neq; item ſuperficierum reſolutione elementa ex ſe inuicem gignũtur. ¶Primo. Quia inconueniens ē non omnia ex ſe inuicem gigni poſſe ſed eorum vnū (vt dicunt) tranſmutationis eſſe expers, ꝙ paucioribus cōſtet triangulis et ſuperficiebus, ex quo ideo gigni non poteſt ꝙ pluribus eget triangulis. Tū q2 negãt ea que certa ſenſuũ experientia cognita ſunt Et huius quidem cauſa eſt ꝙ ex non bñ ſumptis principijs omnia ad quaſdam ſtatutas opiniones defendendas reducere volunt. Atqui eternorum principia eterna eſſe videntur: ſenſibilium ſenſibilia et corruptibiliū corruptibilia. Tum q2 qui vſq; adeo ſuorum defendendorum ſermonum ſunt pertinaces ipꝫ ſunt amatores; et quodlibet accidens tanquam vera habentes principia ſuſtinent, ex conſequentibus: et maxime ex fine, recte iudicandi occaſionem non ſumentes. Vt enim diſcipline factiue finis opus eſt, ita et ſenſibilia cognoſcere et que circa ſenſum verſant̃, naturalis diſcipline finis eſt. ¶Secundo Accidit ipſis terram maxime omnium eſſe elementum fateri oportere, vt que ſola incorruptibilis exiſtat, et ī quã alia reſoluantur: que potiores videntur eſſe elementi condiciones. Tertio: Accidit eis triangulos ſuperficieſq; manere: ſuperfluuas vt cum ex illo quod plures trãgulos habet gignitur id quod pauciores habet ſuper ſunt reſidui: qui profecto non conſtituũt elementum ſimile ei ex quo genitum eſt quod longe plures requirat neq; aliud quodcũq;. Erunt igitur remanentes ſuperflui ocioſiq;. Quarto Quia generationem ex non corpore faciunt: quia ex ſuperficiebus. Quinto. Aduerſa certiſſimis ſcientijs permulta confiteri coguntur: vt non eē corpus diuiſibile eſſe: quod irrationabile eſt: quandoq̃dē vel intelligibilia illa corpora diſcipline ipſe mathematice diuiſibilia eſſe concedũt: et hi vt ſuam tueantur poſitionē non eē ſenſibile corpꝰ diuiſibile eſſe admittũt. Sexto Quia elementa ſubſtantiaſq; elementorum figuris determinant: vt ignem pyramide aut ſphera: q2 ſicut diuiſa ſphera aut pyramide partes ſphera aut pyramis nō exiſtunt ita partes ignis nō erunt ignis et ita de aere aqua et terra: quare aut ipſa indiuiſibilia ſunt; aut (vt iã diximus) aliq̃d eſt priꝰ elemēto,

## ¶ Caput octauum.

OCtauum caput, continet duas concluſiones, quatuor ratiões ad primam: et ſeptem ad ſecundam. ¶ Pima concluſio. Irrationabiliter figuras elementis adaptant, vt igni ſpheram: aut pyramidem aeri dodecaedram, aqua octaedram, terre vero talarem et cubicã. ¶ Primo. Quia accidet eas non replere totũ ſpaciũ. In planis enĩ adinuicem, nexe, trigone, tetragone et hexagone, totũ replere videtur. In ſolidis aũt tñ due, pyramis, atqꝫ cubus, et tamẽ cum plura duobus ſint elemẽta, plures ſolidas atqꝫ corporales totum replẽtes ſumere oporteret figuras. ¶ Secundo. Omnia ſimplicia corpora a loco ⁊ cõtinente figura videnť: maxime aũt aer et aqua. Nõ igitur elementa ſeruant figurã alioqui non vbiqꝫ aſſequerentur ac tangerent continens: quod eſt ĩpoſſibile. ¶ Tertio. Si transproportionetur aq: vt ſi quoquo pacto in pyramidẽ aut cubũ figuretur: nõ erit amplius aqua, ſi elementa figuris differãt. Hoc certe falſum eſt: et hoc nos docere videtur natura: ⁊ nõ preter rationem euenire. Nã vt et in ceteris ſubiectum et materiam oportet eſſe informẽ: ⁊ ſine vlla ſuapte natura ſpecie. Sic enĩ (vt ſcribitur in Timeo) melius adaptari poterit, quod ſpeciẽ recipit omnẽ: ita et de elementis putare oportet: que cõpoſitis futura ſunt vt materia vt ſine huiuſmodi figuris adinuicẽ pati, alterari, atqꝫ tranſmutari ꝗant. ¶ Quarto. Et os et caro et alia continua: ex elementis eẽ nõ poterunt. Nã elementa ex ſuperficierũ cõpoſitione gigni ponũt, non aũt ea que ſunt ex elementis. Quo fit vt ſi quis acute velit intueri: et eorũ rationes penſiculate examinare, ex entium natura generationẽ auferre videanť: niſi tranſſumptione quadã, elementi generatione: et ceterorũ generatione vti dicãtur. Secunda. Neqꝫ quidẽ figure elemẽtis adſciſcende ſunt ob ipſorũ motus, affectioneſqꝫ. ¶ Hanc enĩ ob cauſam faciunt hi ignẽ ſpherã, hi vero pyramidẽ, qꝺ hec maxime ſint mobilia, tangantqꝫ minima: et neq̃quã firmiter iacentia. ignis aũt maxime mobilis: et minime fixus eſt. Et anguli (vt aiunt) eſt calefacere et maxime calefactione incendere. ignis aũt calefactiuꝰ et incenſiuus eſt: ideo hi pyramidem eſſent eſſe dicunt. ꝙ tota ſit angulus. Hi autem ſpheram, ꝙ angulũ, extra tangendo, conſtituat omniũ acutiſſimũ Et terre cubum aſcribunt, ꝙ hec figurarũ ad bene manẽdũ, aptiſſima ſit: maneat autem omnium firmiſſime terra. Sed hec non recte dicta eſſe apparet. ¶ Primo. Quia tametſi ſphera motui ſit aptiſſima, non tamen motui qui igni proprius eſt (eſt enĩ motꝰ ſurſum rectꝰ igni proprius) ſed circulationi: aut volutationi: et terra nõ vbiqꝫ manet, ſed in loco ſuo ꝗm admodũ et elementorũ cetera. Quare illorũ ratione vnumquodqꝫ elementorum extra ſuum locũ, pyramis erit: aut ſphera, ꝙ bene moueať: et in proprio loco, quod fixe maneat et ſtet, erit cubus. ¶ Secundo. Si ignis calefacit: et vrit, quod angulos habeat omnia elementa calefactiua erunt: licet forte alterum altero minus. Nam omnia habẽt angulos: ⁊ cubus et octaedrũ, et dodecaedrũ: ⁊ pyramis. Inquit enim Democritꝰ, ſphera quidem vt angulus quidã exurit, et ardorem excitat. ¶ Tertio. Id permanifeſte falſum eſſe mathematica pandunt. nam ſi ſphera et pyramis calefacit: et vrit, corpora mathematica calefacient et vrent. habent enim illa et ſpheras: et pyramides: et angulos, et indiuiſibilia. Que ſi ita ſeſe habeant, ⁊ in mathematicis ſint magnitudine indiuiſibilia, cur ergo non calefaciant, vrantue: et tñ propter eaſdem cauſas ignis calefaciat, et exurat. Differentiam adducas, cauſamqꝫ aſſignẽt oportet Manifeſtũ ergo eſſe videť, nõ vt dicunt, ita eẽ dicẽdũ. Quarto ſi ignis, ſphera, pyramiſue ẽ ⁊ qꝺ ardet igiť, prinꝰ qꝺ ardet, ſpherã pyramidẽ ve fieri neceſſe eſt: quod ꝙ̃ falſum ſit, vel viderint ipſi. ¶ Quinto. Cum partes ignis ſint ignis: ſi ipſum diuiſibilem ſtatuant, vt eius inciſionem et diuiſionem quacunqꝫ ratio figure ſequatur neceſſe eſt: ſi ignis partes ignis eſſe debeant: qꝺ tñ accidit. Dicere. n. ſpherã nõ niſi ĩ ſpheras, ⁊ pyramides nõ niſi ĩ pyramides ſolui poſſe per ſimile eſt ac ſi quis ꝓloquať, dignificet aut pꝺat gladium non niſi in gladios. et ſerram non niſi in ſerras diuidi poſſe. ¶ Sexto. Ridiculum certe eſt, igni pyramidem attribuere, quod figurarum aptiſſima ſit ad ſecandum, diuidendum, et ſeparandum. Nam magis igni proprium eſt cõgregare, et ad cõtinua reuocare: congregat enim ea que eiuſdem tribus ſunt: et hec congregatio, per ſe eſt: eſt enim continuatio et vnitio: ſegregatio autem per accidens. Congregat enim (vt dictum eſt) quod eiuſdem generis fuerit atque tribus (quod dicũt homophylon) et ſegregat alienum. Debuerunt igitur horum duoruꝫ ei figuram magis aptare, quod magis ei propriũ ẽ ⁊ competit, hoc autem eſt congregare, et nõ diſſipare et diſgregare. ¶ Septimo. Calidum et frigidũ virtute contraria ſunt. Atqui frigido contrariam aſſignare nequimus figuram. nam figure nihil eſt cõtrarium. Et certe ipſi figuram aſſignare pretermiſerũt omnes, et tamen conueniebat aut omnia determinare figuris aut nullum attentare: cur enim potius hoc quam illud. Sibiipſis diſſident quidam, ſuppetias ferre volentes. Aiunt enim frigidum magnarum eẽ partiũ: quapropter conſtringit, et per poros tranſire, expirare et difflari nequit. Erit igitur calidum tranſiens: tale autem omne, ſubtilium eſt partium: quare calidũ et frigidũ, magnitudine et paruitate, ⁊ non figuris (vt defendere volunt) dirĩant. Quã re ſi ꝑtinacius defendere pergant, et igne magne ſint et in parue pyramides, magne non erunt ignis, et figura illa non erit cauſa caloris, quin potius contrariꝫ effectiua. magnũ enĩ, vt aiunt, frigefacit. Ex his: itaqꝫ per manifeſtum eſſe putamus, elementa, paſſiones affectioneſue elementorũ, non eſſe figuris diſcriminandas. Sed que eorum propriiſſime differentie ſunt: et a quibus paſſionibus, operibus et virtutibꝰ pendeant, habet enim eorũ vnũquodqꝫ a natura proprias et paſſiones, et opera et virtutes inſitas, et determinatas, futurꝰ ſermo indicabit. Quod cũ cognitum fuerit, vniuſcuiuſqꝫ ad vnumquodqꝫ alterum differentias accipere quam facillimum erit.

# ¶ Quartus Liber de Celo.

## ¶ Caput Primum.

QUartus de celo continet ſex capita. Primũ vnã concluſionẽ, duas ratiões ad eã, duas diuiſiones: et quinqꝫ diffinitiones. ¶ Concluſio. Quid graue, quid leue: et ꝗ vtriuſqꝫ natura exiſtat, diſquirere conueniens eſt. ¶ Primo. Quia



hec contemplatio, ſermonibus qui de motu ſunt: propria eſt Definiemus enim graue et leue per poſſe natura moueri: quorũ actibus nomina nulla poſita ſunt Nos autem hoc in loco de eorum motibus itendimꝰ conueniens igitur huiuſmodi diſquiſitio eſt. ¶ Secundo. Quia omnes antiqui virtutibus grauium et leuium vſi ſunt, ſed perpauca determinarunt. Conueniens itaqꝫ erit, que ab aliis dicta ſunt adducendo: tantum de ipſis conſiderare, quantum noſtro ſubſeruiat propoſito, et noſtram aperiat ſententiã. Prima diuiſio. Grauium quoddam eſt ſimpliciter graue, et quoddam graue ad alterum: quemadmodum es ligno dicimus eſſe grauius. Itidem leuium hoc ſimpliciter leue, illud vero ad alterum. Et de graui ſimpliciter, et ſimpliciter leui nihil meminerunt, neque definierunt quid aut graue aut leue ad alterum, ſed habentium grauitatem aut leuitatem quid grauius aut leuius. ¶ Secunda. Quedam ſemper a medio ferri nata ſunt, et hec ſunt que ſurſum feruntur; quedam vero ſemper ad medium, et ſunt que feruntur deorſum. ¶ Sed exiſtimauerunt quidam: et abſone quidem: non eſſe ſurſum aut deorſum. in vniuerſo, ꝙ ex omni parte ſimiles habet partes: vt ſi quis tantuꝫ ambulet, vt ſuo primo loco fiat antipes: conſimiles habebit mundi partes; quare non prius erat ſurſum tunc vero deorſum. ¶ Nos dicimus ſurſum et deorſum non relatioue ad nos ſumpta accipi oportere: ſꝫ vbicunqꝫ fuerit celi extremum, ibi ſurſum: vbi vero eius medium, ibi deorſum. Quare qui antipes ita ambulando fieret et ſemper eſſet deorſum. ¶ Neqꝫ id verum eſt quod putauerũt aliqui, hemiſpherium celi ſupra nos ſurſum: ſed totum quod pedibus noſtris e regione ſubſitum eſt deorſum eſſe: quia credebant ex oppoſito non eſſe aliud celi occultatum hemiſpherium: quod falſum eſt. Ex his quid graue: ⁊ quid leue elicere poterimus. ¶ Prima definitio. Graue ẽ quod ad medium ferri natum eſt. ¶ Secunda. Leue quod ferri natum eſt a medio. ¶ Tertia. Simpliciuer graue eſt quod ſimpliciter deorſum et ad medium fertur. ¶ Quarta. Leue ſimpliciter eſt quod ſimpliciter ſurſum fertur et ad extremum. ¶ Quinta. Graue ad alterum eſt quo datis duobus equalis molis leuibus quorum alterum velotius et alterum tardius feratur: alterum velocius ſurſum natura fertur. Leue ad alteruꝫ quo datis duobus equalis molis grauibus quorum alterum velocius et alterum tardius feratur: alterum velocius deorſum natura fertur.

## ¶ Secundum caput:

SEcundum caput continet quatuor cõcluſiones quatuor ꝺ graui et leui opiniones excludentes: et quinqꝫ rationes ad tertiam. Prima concluſio. De graui et leui in. Timeo Plato id grauius eſſe quod ex pluribus eiſdem, vt ſuperficiebus aut trigonis conſtat; vt plũbũ plumbo et es ere: et vnũquodqꝫ aliorũ altero eiuſdem ſpeciei et nature: et id leuius. quod ex paucioribus eiſdem. Sed hanc determinationeꝫ inſufficientem eſſe conſtat. Nam hec determinãtes, nihil adducunt de graui ſimpliciter et ſimpliciter leui vt, terra, que ſemper grauis eſt, et que ſemper ferť ad medium: et igne, qui ſemper leuis eſt, ⁊ ſemper ſuſtollitur ad ſummum. Non enĩ id dicere poſſunt, nunc paucitate nunc multitudine triangulorum, nã maior ignis (quandoquidẽ ex pluribus conſimilibꝰ conſtaret) grauior eſſet, et tardius ſurſum agitaretur, cuius oppoſitum euenire videmus. Quanto. n. ex pluribus conſtet: et maior fuerit, ſurſum ferť velocius: et paucus magno citius precipitatur deorſum eſt igiť huiuſmodi inſufficiens determinatio. ¶ Secunda concluſio. Neqꝫ probandũ eſt quod antiquiores ſenſerũt, id eſſe grauius, quod mole eſſet maius. ¶ Nam vt in diuerſis ſtatim non ita eſſe oporteret appareat, vt modica terra, et magno igne paruo aere et multa lana: ita et in conſimilibus vt mixtis minora quandoqꝫ percipimꝰ grauiora: alioqui eſſent oĩa ex eque grauibus conſtituta ⁊ eque denſa omnia: qꝺ falſum eſſe ſatis cognoſcitur. Non igitur probandũ eſt qꝺ ſit altero maius ſemper id eſſe grauiꝰ. ¶ Tertia. Neqꝫ id Democriti approbandũ eſt grauius eẽ: cui minus interceptũ fuerit vacui: et leuiꝰ cui plura intercipiantur vacua. ¶ Ponebat enim Democritus ex ſolidis et inſecabilibus corpuſculis ortuꝫ trahere omnia, et vacuum rebus ĩmiſceri. Et ideo illa que ex equalibus conſtarent atomis interdũ ſe hẽre vt hoc maius vt ignis, et illud minus vt terra exiſteret: quod ſolida ignis plus interſtite vacuo diſtarẽt et hinc fieri vt ignis leuior, terra vero grauior fiat. Sed ſacius aſſeruiſſe fuiſſet nõ id eſſe leuius, quod plus vacui haberet, ſed quod plus vacui, et minus ſolidi: alioqui multũ terre (quod plura intercepta contineat vacua) igne paruo erit leuiꝰ. Sed hec nõ ſane defendi poſſe oſtendimꝰ. ¶ Primo. Quia aut determinãt graue per ſolidum et leue per vacuum: vel graue per minus vacuum, et leue per maius aut vtraqꝫ ratione quadam et proportione ſolidi ad vacuum. Non graue ſolido, ⁊ leue vacuo. Nam ĩ multo igne plus ſolidi adeſt, quam ſub terre puſilla ꝗntitate, et ĩ multitudine aque plus vacui, ꝙ̃ paruo aere, quare multus ignis parua terra grauior, et multa aqua paruo aere leuior: quod eſt ĩpoſſibile. Neqꝫ graue minore vacuo, et leue maiore determinabũt Nam tunc multa terra (vt que plus vacuĩ habeat) ꝗ ſemper deorſum fertur, leuior eſſet paruo igne ſemper ſurſum lato, et leui. ſimpliciter: quod eſt impoſſibile: ſimpliciter eniꝫ leue, ſemper leuius quibuſcũqꝫ habentibus grauitatem. Neqꝫ determinabũt vacui ad plenum facta proportione. nam accidit imixtum vacuum concedentibus, minoris ignis vacuũ concedentibus, minoris ignis vacuum ad ſuũ plenum eandem ſeruare proportionem, que et in maiore ſeruať et ita de modica et multa terra, quare magnꝰ ignis et paruus eque leuia, et equaliter ſurſum lata, et magnum graue et paruum deorſum. Ita autem fieri non poteſt. nam maior ignis minore velocius ſurſum fertur: et maius graue minori velociꝰ deorſuꝫ: vt maius aurum aut plumbum, minore auro aut plumbo demergitur velocius. ¶ Secundo. Quia inconueniens eſt dicere vacuum mouere ſurſum et ipſuꝫ nõ potius moueri: ita et ſolidum. Quod ſi dixirint moueri ſatis erat de motn vacui et motu ſolidi per ſe determinaſſe, et non de compoſitorum motu. quod minime aliquis eorum fecit. ¶ Tertio. Si vacuum tendere ſurſum, et ſolidum deorſum: quid prohiberet ea ſeiungi atqꝫ ſeparari. ¶ Quato. Inconueniens eſt vacuo ſurſum regionem facere: at potius eẽt regio: et ſi moueretur, eius eſſet locus: que oĩa alibi patefacta ſunt non eſſe. ¶ Quinto. Quia quereretť que vacui motꝰ cauſa eſſet, et que cauſa ſolidi et eãdem ſoluendi vrgeret difficultas. ¶ Quarta conclu

ſio. Nec exiſtimandum eſt plꝰ materie, maioꝛis cauſam eſſe grauitatis, et minus minoꝛis: ſiue omnium vnā faciant materiā, ſiue contrarias, vt vna que faciat vacuum, et alteram que plenunt ¶ Nam omniū vnam faciant, nihil erit ſimpliciter leue: quia contīget et minus materie habere: neqꝫ ſimpliciter graue: ſed omne a ſimpliciter aut graui aut leui deficiet Et multus ignis pauca aqua erit grauioꝛ: quod impoſſibile eſt: quid enim pꝛohibet multum ignē plus materie modicula aqua habere. Si fecerint contrarias, tantum ponunt graue et leue ſimpliciter, et intermedia negant. Non igitur vt dicunt, ita exiſtimare opoꝛtet.

## ¶ Caput Tertium.

SErtium caput ɔtinet vnaꝫ concluſionem, vnum coꝛolarium: et duas differentias mobilium ſecundū locum ab alijs. ¶ Concluſio. Unum quodqꝫ ſenſibilium in ſuū locum conſimiliter fertur vt ad ſpeciem. ¶ Naꝫ tres ſunt motus ſpecies, ſecundum quantitatem ſecundum qualitatem, et vbi: et ſecundum quantitatē et qualitatem fit mutatio ex determinato in determinatū, vt ex ɔtrario ī ɔtrariū, aut ſm̄ midia, ⁊ nō indifferenter in quodlibet: vt augmentabile. vt augmentabile eſt creſcit: et non alteratur. et alterum augmentabile, et alterum augmentatiuum, et alterabile, et alteratiuuꝫ. ita loco mutabile vt tale, loco mutatur, vt leue ſurſum et graue deoꝛſum. Et ſurſuꝫ motiuum ſuapte natura leuifactiuū, ⁊ deoꝛſum grauifactiuū. ⁊ ſurſum mobile (ſi liceat nominibus vti) leuificabile: et deoꝛſum mobile grauificabile. Sed quod hoc pacto vt ad ſpeciē natum ſit ad ſuū locum moueri: hinc ſumitur indiciū, quod omnia que hunc modū ferunt, continēt ſurſum et deoꝛſum: et hoc modo, vt continens ſit vt ſpecies contenti (ſemper certe quod ſuperiꝰ eſt, ad id quod ſub eo eſt: vt ſpēs ad materiā ſeſe habet) vt celū continet ignē, ignis aerē aer aquā, et aqua terrā: et hunc in modū mouentur: ⁊ ita mora quieſcunt. Mouent igit omnia conſimiliter et ſuapte natura ad ſua loca: et vt ad ſpeciem. Querere certe pꝛopter quid leue vt ignis fert ſurſum et pꝛopter quid graue fertur deoꝛſum: et non alio. per inde eſt atqꝫ ſi queſieris ꝓpter quid ſanabile in ſanitatē trāſmutat: et non in albedinem: et cur augmētabile in magnitudinis incrementū: et non in ſanitatē. Sic eñ et in quanto: et in quali at in loco ¶ Coꝛolariū. Unde fit manifeſtū, non eſſe (vt antiq̄ voluere) hec in rerū oꝛdine ſic moueri: qꝛ ſimile moueatur a ſuū ſimile. Nā ſi itellexeris terrā in oꝛbē lune tranſlatā. partes eius non idcirco de mundi centro, quia eis ipſis ſit ſilis, mouebunt ad illā: ſꝫ ſi de cētro demutent, relabentur ad centrū. Nā vbi totū: et totius partes ferri nate ſunt. ¶ Due differentie mobiliū motus ſm̄ locū: et alioꝛū. ¶ Pꝛio. Quia ſecundū locū mobilia leue et graue, habent in ſeipſis pꝛincipiū ſui motus augmentabile et alterabile, pꝛincipiū ſumunt ab extra q̄uis et aliq̄n ab intra. ¶ Secūdo. Quia mobilia ſm̄ locum, vt graue ⁊ leue, habēt ſua pꝛincipia ſubſtantie ꝓpinqua: alia vero remota. Cuius ſignū eſt: qꝛ latio abſolutoꝛum atqꝫ conſecutorum cōplementū eſt: et generatione vltimus motus quare erit ſecundū ſubſtantiam pꝛimꝰ cum eñ fit ex aqua aer. ex graue fit leue, ferturqꝫ quā pꝛimū ſurſum, iā actu exiſtens et quantū, et quale, et vbi. Conueniunt tamē: qꝛ quemadmodū a moto impedimēto, pꝛeſente nutrimento augmentabile auget, ⁊ pꝛeſente alterāte alterabile alterat: ita graue extra ſuum locum poſitū: a moto īpediente ī ſuū locū fertur et leue in ſuū. mauet enim pꝛimū īpedimentū remouēs: et vnde reſilit. Sed de hijs in phyſica aſcultatione diſcuſſum eſt ſufficienter.

## ¶ Quartum caput.

QUartū caput continet q̄tuoꝛ definitiones, duas concluſiones tres rationes ad ſecundā. ¶ Pꝛia definitio. Graue ſimpliciter eſt quod oībus ſubſtat: vt terra. ¶ Secūda. Leue ſimpliciter quod omnibus ſupereminet: vt ignis. ¶ Tertia. Graue ſcdm̄ alterū graue eſt cui ambo conueniūt: vt aqua, que ſubſtat aeri, et ſupereminet terre. ¶ Quarta. Leue ſecūdū alterum leue eſt quod ſubſtat ⁊ ſupereminet: vt aer igni ſubſtans, et aque ſupereminens. Et hec ipſis ſecūdū ſeipſa et eoꝛum quantaſcunqꝫ particulas conueniūt modo qui dictus eſt ant ſubſtare, aut ſupereminere: et quecunqꝫ mixtoꝛum grauia ſunt aut leuia, ab his ſue grauitatis et leuitatis ſoꝛtiuntur naturaꝫ. Et nō quod in aliquo, altero grauius fuerit: in quocūqꝫ eodem grauius eſſe opoꝛtebit. Nam lignum vnius talenti, plumbo vnius mine in aere grauius eſt: in aq̄ autem leuius, et contra. Et hoc ideo ē, quia omnia elementa pꝛeter ignem videntur quodāmodo habere grauitatem: aer in igne, et quodammodo in ſe ipſo: vt vtrem inflatum aiunt plus trahere non inflato, aqua in igne et aere: et terra in igne, aere. et aq̄. Hinc fit vt quod plus terre alioꝛum pꝛopoꝛtione habeat, vt plumbum: cū peruenerit ad aquam. inueniatur grauius: et quod plus aeris, vt lignum, quā aq̄ ⁊ quam terre, bene in aere inuenitur grauius, et ī aq̄ minus graue. ¶ Pꝛima cōcluſio. Eſt aliquod graue ſimpliciter, et aliquod ſimplicitur leue. ¶ Nam eſt aliquod, vt terra, quod ſemper non pꝛohibitum fert deoꝛſum, vbiqꝫ grauitatem habēs: et aliquod quod ſemper ſurſum vt ignis, et vbiqꝫ leuitatem habens. Eſt igitur graue aliquod ſimpliciter, et ſimpliciter leue. ¶ Secunda. Determinatum ē mediū quo grauai ferantur, et extremū, ad quod feruntur et leuia. ¶ Pꝛimo, Quia non contingit graue in infinitum ferri, neque leue: ſunt igitur ea ad que feruntur determinata loca. Hec autem ſunt medium et extremum: ſunt igitur determinata. ¶ Secūdo, Qꝛ grauia ruunt ad angulos pares, et leuia ita aſcendunt eſt igitur determinatum mediuꝫ, quo verſus grauia feruntur, quod an ſit vniuerſi medium, an terre (qꝛ idem eſſe contingit) dictum eſt pꝛius: quare ⁊ extremum determinatum. ¶ Tertio, Simpliciter graue omnibus ſubſidet, ſimpliciter igitur leue ei contrarium oīmbus ſuperfertur, et locum habebit contrarium. Nam contrariuꝫ cōtraria ſunt loca. Quod ſi cōtraria determinata ſunt, et hec mediuꝫ ſunt et extremum: confectum eſt pꝛopoſitum. Unde iterum recte euenit: vt quia duo ſunt contraria loca, medium et extremum, duo ſint extrema cōtraria ſimpliciter leue et ſimpliciter graue que in ipſa ferantur: interque media ſint que extremoꝛum naturam ad alterū participare videantur. Fit etiam vt que ſurſuꝫ ferātur, perfectioꝛa ſint. Nam continent. grauia vero et deoꝛſum lata continentur: et cōtinere foꝛme eſt; contineri vero materie.



## ¶ Quintum caput.

QUintū caput cōtinet duas concluſiones, duas rations ad pꝛimā et duas ad ſecundam. ¶ Pꝛima concluſio. Quattuoꝛ ſūt elemēta ¶ Pꝛio Quia vnum eſt elementum ſemper natum ferri ſurſum, et ei contrarium ſemper natum ferri deoꝛſum, et ſunt duo que modo ſurſum, modo deoꝛſum comparatione ſumpta ad alterum, feruntur. Sunt igitur quattuoꝛ. ¶ Secūdo Eſt vnum graue ſimpliciter vnum ſimpliciter leue: vnum graue ſecundum alterum, et vnum ſecundum alterum, leue, que modo qui dictus eſt pꝛius ferunt, nunc hic, nunc illic grauitatem et leuitatem ſeruantia. Sunt igitur quattuoꝛ elementa. Quare et tot ſunt particulares materie: vna tamen omnium nature ſimilitudine communis eſt. nam ex altero fit alterum. Et q̄ terra ſolum grauitatem haber, et ignis leuitatem ſolam, aer, et aqua leuitatem et grauitateꝫ ſecundum alterum: hinc ſumitur indiciū, quia terra per omnia alia grauitate ſua premitur deoꝛſum: et ignis per omnia leuitatis beneficio facile cōſcendit ad extremum. Aqua autem per ignem et aerem deſcendit ſua grauitate depꝛeſſa: et per terram non: ſꝫ per eam potius vt non omnia leuitatis expers cōſcēdit. Et aer per terram et aqua ſua leuitate iutus aſcendit, non per ignem, ſed per ignem vt grauitatis vtens officio deſcendit. Et q̄ in ſuis locis grauitatē poſſidere videantur, hinc videtur poſſe ſumi argumentum quia detracta terra, facile aqua ad locum terre deſcendit: et detracta aqua, ad locum aque facile aer. Detracta vero aqua, non ſic facile terra: et detracto aere, non ſic facile aeris locum ſubit aqua, ſed difficultate quadam: vt quemadmoduꝫ quando ſimul cum ſuperficie eam tangente eleuatur, ſuperficiem ſecuta vt vacui impoſſibilitatem fugiens aſcendit. Et ſubtracto igne, non ſic facile aer conſcendit, ſed difficultate quadam: vt quemadmodū ſubtracto aere ipſe ignis difficile deſcendit. ¶ Secunda concluſio. Non omnium elementoꝛum vna ē materia, vt vacuum ſolidum: aut trianguli: que diuerſitatū motuum eoꝛū cauſa eſſe poſſit. ¶ Pꝛimo. Quia omnia aut eſſent grauia, aut leuia: et omnia ſurſum aut deoꝛſum ferrentur. ¶ Secundo quia ſi ponant ſolidūꝫ cauſam, magnus aer velocius parua terra ferretur deoꝛſum. Si vacuum, magnus aer velocius paruo igne ſurſum. Nam hunc plus vacui, illum vero plus pleni habere contingeret: et ita ſi triangulos poſuerint: huius autem oppoſitum ſemper in natura compertum eſt.

## ¶ Sextum caput.

SExtum caput cōtinet vnā concluſionem, vnam queſtionem, reſponſioneꝫ Democriti, et pꝛopꝛiam ſolutioneꝫ. ¶ Concluſio Figura motuꝫ ſurſum aut deoꝛſuꝫ nō efficit: ſed cauſa, vt motus velocioꝛ aut tardioꝛ ſit, exiſtit. ¶ Naꝫ coꝛpoꝛa mouentur diuidendo mediū: figura autem tametſi vim mouendi non habeat medij diuidendi pꝛebet nunc adminiculum, nunc pꝛepedimentum vt que acumen angulumqꝫ habeat, facile penetret: que vero lata expanſa: obtuſa, ad diuidendum ſit hebes. Non eſt igitur figura, motuū aut ſurſum aut deoꝛſum effectiua: ſed potius motus velocitatis aut tarditatis cauſa. ¶ Queſtio Cur coꝛpoꝛa lata, vt ferrea et plumbea, per aquam non deſcēdant: ⁊ eadem rotunda aut longa, vt acus, cita velocitate mergantur: Et ita quereret cur minuta coꝛpuſcula vt pulueres deſcendant per aera et maioꝛa maneant pendula. Reſpondebat Democritus huiꝰ cauſam eſſe vapoꝛum multitudinem que ab aq̄ emittitur, et que coꝛpoꝛi lato in ſuperficie obuians ipm̄ ſuſtinet, et eius caſum defendit: anguſta vero coꝛpoꝛa ob paruitatem non impedit. ¶ Et cum inſtaretur Cum expiret tanta ab aqua vapoꝛū multitudo in aere recepta, quomodo illius coꝛpoꝛis caſum in aere non pꝛohibet: cum ſi hec cauſa eſſet deberet potius id in aere percipi. Soluebat id eſſe, quia vapoꝛes ī aere ſe nimis diffundant et ſegregent. vt que illa diſgregata mouere minus ſufficiat, Sed eius ſolutio debilis eſt poteritqꝫ aptari conuenientioꝛ. Coꝛpoꝛū quedā ſunt facile diuiſibilia vt que ſunt bene terminabilia: et magis: vt aer magis terminabilis eſt aq̄, ideo magis diuiſibilis: et aqua magis terminabilis: terra ideo diuiſibilioꝛ: terra vero ad diuidendum inepta: et eiuſdeꝫ coꝛpoꝛis paucitas diuiſibilioꝛ multitudine exiſtit. Hinc fit vt fuſam latitudinem habentia plus ſub ſe compꝛehendant, et ideo difficilius ſecent et diuidant: rotunda vero minus, et lōga, ⁊ acuta, et ideo inſit eis quedam diuidendi habilitas, et velocius ferātur mota: lata vero (modo paria ſint) tardius: et talia per aerem velocius agitātur: quia diuiſioni peruioꝛ: per aquam tardius. Cum tamen lata ipſa ſuſpenſa, immota hereant, ex virtutuꝫ comparatione cognoſcitur. nam grauitas virtus quedam eſt et medij diſtractio virtus altera: quam cum grauitas ſuperet mouet deoꝛſum. Si vero ſuperetur: et fiat debilioꝛ: non diuidit, neqꝫ diſtrahit. et tunc ſuſpēſa ſine motu, ſupfuſaqꝫ manent coꝛpoꝛa. Sed de graui et leui: ſuiſqꝫ accidentibus dictum hactenus putetur ſufficienter.

## ¶ Queſtiones celebꝛes deſcendentes ad pticularia phīe ſuper q̄ttuoꝛ libꝛos de celo Ariſtotelis. ſtagirite. Compoſite per Petrum a Spinoſa artium magiſtrum.

DUbitatur circa illam partem textus in qua dictum eſt q̄ cuilibet coꝛpoꝛi ſimplici tantū debet vnꝰ motus ſimplex videtur enim q̄ illud ſit falſuꝫ qꝛ alicui coꝛpoꝛi ſimplici competunt duo motꝰ ſimplices naturales eque pꝛimo. quod ꝓbo ſextuplici ratione. Pꝛima ratio. Aqua naturaliter deſcendit deoꝛſum et naturaliter aſcendit ſurſum: vt patet ſi pꝛo medietate ſit panus in aqua et aſcendat donec madefaciat extremum et hoc naturaliter. Similiter aqua naturaliter deſcendit et naturaliter aſcendit gratia vacui euitandi.

¶ Secūdo. Magnes naturaliter facit ferrum aſcēdere ad ſe, et naturaliter ferrum deſcendit deoꝛſum ergo alicui coꝛpoꝛi ſimplici competunt plures motꝰ ſimplices eque pꝛimo. ¶ Tertia ratio. Magneti cōuenit naturaliter deſcendere ⁊ ſi in oꝛbem dirigatur

et ponatur cum vno axe intra duos parietes, taliter ꝙ vna pars reſpiciat oriens et alia occidens, et alia ſeptentrionē ⁊ alia auſtrum ꝑpetuo circulariter voluetur et etiam motu naturali: ergo alicui corpi ſimplici competunt plures motus ſimplices. Nam magnes vt dicit Actor de magnete et Doctor ſanctus de potentia de.94. hꝫ mirabiles ꝓprietates cū celo. nā acus fricata cum parte ſeptentrionali magnetis fugat ferrū verſus partem auſtralem, ergo ſequit̃ ꝙ in magnete relucent ꝓprietates celi, in quo argumento poteris ꝓbare ꝙ aliquod violentum eſt perpetuū. ¶ Quarto principaliter arguitur celū eſt corpꝰ ſimplex et non conuenit ei vnus motus ſimplex, vt patꝫ de ſpheris inferioribus que mouent̃ ab occidēte in oriens et ab oriente in occidēs. ¶ Quinto principaliter arguitur de eccentrico qui eſt corpus ſimplex: et non mouetur motu ſimplici: quia non per lineā breuiſſimā a medio vel ad mediū, necꝫ per equidiſtātē a medio cum in auge remoueatur magis a centro ⁊ in oppoſito augis magis apropinquat. ¶ Sexto principaliter, argumētor de terra que eſt corpꝰ ſimplex et non conuenit ei vnus motus ſimplex: qꝛ non mouetur.

### ¶ Pro ſolutione huius difficultatis

noto ꝙ motus ſimplex eſt qui fit a medio vl' ad medium per lineam rectam (intelligo ad medium .i. verſus mediū) vel qui fit circa mediū equidiſtāter ſecūdū totū. ¶ Has diffinitiones pono ad verſus omnibus: nam credo ꝙ motus factus per lineam laterale deſcēdendo eſt ſimplex ſed ſi fiet deſcendo et aſcendendo erit mixtus: quod patet per ea que dixitam in ſphera quam in primo phiſicorum de illo qui mouetur per terram planiſſimam partim aſcendendo: et partim deſcendendo. Dixi vel circa medium et non dixi per lineam equidiſtātem a medio niſi circa medium equidiſtantē a medio ſecundum ſe totum: vt comprehenderem motū eccentrici et motum tripidationis in quibus ſemper eſt equidiſtantia a centro ſecundum totū licet non ſecundū omnes partes. Miror eū maxime de dicentibus ꝙ eccentricus eſt corpus ſimplex et tñ mouet̃ motu non ſimplici: idem deberent dicere ſi bene aſpicient de.8. ſphera propter motū tripidationis. Infero ſecundo ꝙ rota figuli circulariter mota mouetur motu ſimplici.

### ¶ Noto.2. ꝙ quando dicitur cuili-

bet corpori ſimplici ineſt vnus motus ſimplex et non plures debet intelligi: ideſt natus eſt ineſſe vnꝰ motus ſimplex et nō plures, per quod ſoluitur argumētum de terra que licet non mouet̃ ē nata moueri naturaliter deorſum ſi eſſet extra locū naturalem: ⁊ debet intelligi ꝙ non poſſunt competere plures motus ſimplices naturales: qꝛ bene poteſt competere vnus motus naturalis et alius violētus ſimplices: dicitur eque primo quia bene poſſunt cōpetere plures naturales in eque primo vtpote ſpheris inferioribus moueri ab oriente in occidens et ab occidente in oriēs ſed per prius conuenit moueri ab occi, quamuis poſſet dici ꝙ non ſunt ambo naturales: ſed ille ab orienti in occidens eſt indifferens ſicut motꝰ ignis circularis eſt indifferens igni. Et ſi dicas nonne aeri conueniunt duo motus nāles ſimplices eque primo ſcilicet deorſum ab igne ad aerē ⁊ ſurſum ab aqua in aerē. Dicendū non eſſe inconueniens qñ habent eundē terminū ad quē. Propō aūt philoſophi vera eſt qꝛ ſi poſſunt cōpetere duo motus ſimplices eidē rei, vel ſunt eiuſdem ſpeciei: et ſic vnus ſuperfluit, vel diuerſarū ſpecierum et ſic non poſſunt cōpetere eque primo: dicit notanter cuilibet corpori ſimplici qꝛ mixtis cōuenit motus multiplex ſm naturā elemēti predominantis vt ligno ferri deorſum ab aere in aquā ⁊ ferri ſurſum ab aqua in aerē dum ſubmergit̃ per q̄ vult inferre ꝙ motus circularis requirat aliud corpus aliud preter quattuor elemēta ſcilicet celuꝫ: ex quo ſequit̃ dato mixto quod habeat duos gradꝰ leuitatis aeris per totū, et duos ignis per totū: et duos gradus grauitatis terre ꝑ totū: et duos gradus grauitatis aque per totum illud per ignem et aerē deſcendet per aquā aſcendet: et quieſcet pro medietate in aere et pro medietate in aqua tamē dicunt Albertus: et amadeꝰ in.1.q.1. de celo quod impoſſibile eſt dare quoddā mixtū habens duos gradus leuitatis aeris per totum: et duos gradus leuitatis ignis per totum et duos grauitatis aque et duos grauitatis terre per totū. Quod ꝓbat duplici rōne. ¶ Prima rō qꝛ preſupponit ad aliquid eē leue aut habiturum eē tātū caliditatis ꝙ ſit ſumma aut paꝝ diſtanter a ſumma. dicunt ergo ꝙ ſi ad quātūcunqꝫ paruū exceſſum leuitatis ſuper grauitatem requiritur exceſſus valde notabilis caloris ſuper frigus, ergo quando fuerit equalitas leuitatis ad grauitatem ad huc calor excederet frigus: ꝙ ſi excedit: ergo corrumpet frigiditatem et ita creſcet in leuitate: igit̃ non niſi per inſtans tale corpus remanebit illo pacto diſpoſitum ꝙ autem ad aliquid eſſe leue tanta caliditas req̄rat̃ monſtratur qꝛ in aīalibꝰ videmus multam eē caliditatem et tamen non eſſe leuitatem. ¶ Secunda rō Alberti eſt cui aſſentit, ama deus tale corpus nō haberet locum naturalem, nam maxime eſſet ſi vna medietas eſſet in aqua, et alia in aere: ſed hoc nō poteſt eſſe, nam ſit tale corpus quadratuꝫ, linea media que tranſit a latere in latus ſit.a.b. cum ſuperficies conuexa aque ſit rotunda illa linea recta tangit ſuperficiem conuexam in puncto tantum, ergo illius corporis maior ps quā medietas erit in aere, ⁊ minor quā medietas erit in aq̄: ergo non eſt ſuus locus nālis ꝓ medietate in aqua et pro medietate in aere, vt poteris videri in figura ſequenti. Sed prima ratio et ſecunda nullius ſunt momenti: Nam prima preſupponit vnum falſum ſcilicet ꝙ leuitas ſit attendenda penes ſolum dominium caliditatis. Nam licet illud ſit verum in elementis non tamen in mixtis. Plura nāqꝫ mixta ſunt leuia et tñ frigida, vt patet de ligno. Et multa ſunt leuia que ſunt parum calida, vt oleū. Et ad illud ꝙ dicit de animalibus dico ꝙ calor faciens leuitatem debet eſſe mordax igneus, non ſuauis mitis, quod eſt calor animaliū. Et ad illud quod dicit de ferro ignito quod eſt graue et tamen eſt caliſſimuꝫ, dicatur ꝙ in mixtis grauitas et leuitas nō attenditur penes frigiditatem aut caliditatem: ſed penes dominium plurium partiū leuificantium, vel grauificantium: vt dictum eſt in phyſicis.

¶ Ad ſecundam rationem dico ꝙ bene probat tale mixtum non poſſe poni pro medietate in aere et pro medietate in aqua: Tamen naturaliter locabitur ſi eius punctum medium ſit in medio ſphere aque: et ſphere aeris. Nā terra naturaliter locatur ſi eiꝰ punctum medium ſit in medio vniuerſi duntaxat.

¶ Nunc ad rationes principales reſpondeo Primo ad primā dicitur ꝙ non eſt incōueniens graue aſcendere naturaliter propter aſſimilandum ſibi paſſum, vt patet de flamma que mouetur lateraliter ad inflā



mandum lignum, iſti tamen motus licet ſint naturales aque non conueniunt eque primo.

¶ Ad ſecundam credit doctor ſanctus.7.phyſicorū commento.10. contra Auerroem ꝙ motus ferri ad magnetem eſt violentus.

¶ Ad tertiam dico cum doctore ſancto loco precitato ꝙ illa que conueniunt aliquibus ratione proprietatum celeſtium videntur eis naturalia: patet. Nam fluxus et refluxus maris quatenus mare eſt graue ē violentus mari, ſed quatenus mare eſt ſubiectum celo eſt ipſi mari naturalis.

¶ Ad quartaꝫ dicitur ꝙ tales motus non conueniūt celis inferioribus eque primo: ſed per prius conuenit motus ab occidente quam ab oriente.

¶ Ad quintam dicitur in primo notabili.

¶ Ad ſextam ſimiliter.

Dubiū.2.

### Queritur ſecundo vtrum mixta

moueantur ad motum elementoꝝ predominantiū in eis, et arguitur ꝙ nō: quia ſequeretur ꝙ duo mixta diuerſa ſpē mouerentur eodem motu in ſpē, vt pꝫ de plūbo et ferro, et ſequella pꝫ: qꝛ in eis dominatur idem elementū .ſ. terra. Oppoſitū tñ arguitur, nulla elementa differentia ſpē mouent̃ eodeꝫ motu in ſpē: ergo nec mixta pñt moueri eodē motu ī ſpē: ergo partē affirmatiuam determinat phs in iſto primo de celo. ¶ Iſtā qōnē de mō predominādi elementorum in mixtis determinaui in primo phyſicoꝝ modo autem breuiter dicam id quod tenet Paulus venetus in ſumma philoſophica libris de celo ca.2: in ſolutione argumenti quarti tenendo omnes qualitates motiuas eſſe diuerſarum ſpecierum in elementis negetur conſequentia eo ꝙ non ſunt generaliter diuerſarum ſpecierū in mixtis, vnde grauitas ligni et grauitas ferri ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: tenendo autem grauitatem terre et grauitatē aque eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime et ſimiliter leuitatē ignis et leuitatē aeris diceret̃ motus deorſum terre ⁊ deorſuꝫ aque non eſſe diuerſaꝝ ſpecierum et ſilr motum ignis ſurſum et motum aeris ſurſum nec eſt inconueniens ſpecie diſtincta elementa moueri motibus eiuſdem ſpeciei, nec ſequitur: aqua non poteſt venire ad medium mundi: igitur non mouet̃ motu eiuſdem ſpeciei cum motu terre: quia licet nō poſſit venire ratione impedimenti tamen de ſe eſt mobilis ad medium mundi, vnde ſi fieret foramen moueretur ꝑ medium mundi: ſimiliter aer mobilis ē ad concauū lune quantum eſt de ſe: ſed non poſſit moueri: hoc eſt ratione elementi ignis impedientis. Hanc tamen ſententiam reprobat amadeus in prima queſt. p. de celo ar.5. ad quod mouetur multis rationibꝰ. Prīo ꝙ videmꝰ motus plumbū paruuꝫ ſubmergi in aqua, quod non facit lignum magnum et hoc eſt ꝙ plumbum habet grauitatem terreā lignum vero grauitatem aqueam ergo grauitas aquea non eſt nata deſcendere ad centrum: et ſi dicatur ſi foramen eſſet in terra deſcenderet aqua per illud: ergo aqua eſt tam grauis ſicut terra dico ꝙ deſcendit ad euitandū vacuum: itē ſequeretur ꝙ aliquod violentū eſſꝫ ꝑpetuū patet. nam aqua naturaliter petit centrū, et detinet̃ a terra ne petat centrum igit̃ ſequit̃ ꝙ aliqđ violētū eſt perpetuum. Item iudicis ꝙ aer eſt ita leuis ſicut ignis ergo cum ignis ſit valde rarus poterit aer per illum ignem aſcendere et ita aer iam eſſet in concauo lune: ꝙ autem poſſit ignem aſcēdere patet: quia vas terreum plenum aere aſcendit per aquā quod non faceret niſi aer diuideret aquam igitur: ſi aer diuidit aquam a fortiori diuidet ignem qua propter ne credas hoc dictum Pauli veneti quod etiam eſt Buridani.4.phiſi.

### Queritur tertio vtrum preter . Dubiū.3.

.4. corpora ſimplicia ſit reperire aliqđ aliud corpus ſimplex diſtinctum a quattuor elementis pro hac queſtione aſſigno aliquas ꝯcluſiones Prima concluſio preter.4.elementa eſt reperire quoddam aliud corpus ſimplex quod eſt celum: probatur primo ꝙ ſint.4.corpora ſimplicia ſcilicet elementa quattuor ſunt cōbinationes poſſibiles qualitatum primarum ergo quattuor ſunt elementa. naꝫ vt dicit. Marſilius ſecundo de generatione queſtione.17. ꝙ ad faciendum combinationes in aliquibus rebus per binarios oportet ſummare totam ſummam vſqꝫ ad numerum penultimum incluſiue: et quantus fuerit nūmerus reſultans tot debent eē combinationes per binarios: itaqꝫ ſi ſunt quattuor qualitates ad videnduꝫ quot ſunt combinationes quattuor qualitatum oportet ſumere vnitatem binariuꝫ et tinarium ⁊ facit ſenarium ille eſt numerus combinatiuuꝫ per binarios quarum.6. combina.ca.cū.hu. ca,cum.ſico.fri.cum humiditate.frigi.cū.ſico.frigi.cum.ca.humi.cū.ſico.ſ.4.ſunt poſſibiles vltime due ſunt poſſibiles ergo.4.ſunt elementa ꝙ autem preter hec corpora ſimplicia ſit celuꝫ patet quia motus ſimplices ī genere ſunt duo ſcilicet rectus et circularis prior diuiditur a medio et ad medium qui non conueniunt celo: ergo alius qui eſt circa medium cōuenit naturaliter quinte eſentie tenet conſequentia per ea que in queſtione precedenti ſunt determinata cuilibet corpori ſimplici vnus conuenit motꝰ ſimplex ¶ Secunda concluſio. de mente Pauli veneti in ſua ſuma.li.de celo.ca.3. concluſione quarta.

### ¶ Omnes orbes celeſtes ſunt diuer-

ſarum ſpecieruꝫ patet: quia ſi eſſent eiuſdem ſpeciei mouerentur eodeꝫ motu ſpecie: nec inuicem ordinarētur eſſencialiter ſm ſuperius ⁊ inferius. Quorum quodlibet ē manifeſte falſum. Item motores orbiū diſtinguntur ſpecie igitur et ipſi orbes: patet conſequencia: quia ſi eſſent eiuſdē ſpeciei vnus motor ſufficeret: antecedēs pꝫ: quia plura ſeparata a materia nō poſſunt eſſe ſolo numero differentia. ſm philoſophum.12.meta. ¶ Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ oēs planete et omnia aſtra ſunt diuerſarum ſpecierum patet: quia ſunt partes orbium diuerſarum ſpecierū Vñ quecūqꝫ ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime dicūtur habere conſimiles proprietates naturales: ſed planete et aſtra non habent conſimiles proprietates naturales: quia diuerſi mode in fluunt in his inferioribus igitur: et ideo inquit philoſophus in.li.de proprietatibus elemētorum. Dico autem ꝙ ſubſtantia ſolis et aliarum ſtellarum et lune eſt alterius ſpeciei ſpecialiſſime: quia ſol de ſe habet lumē et luceꝫ: alie autem ſtelle habent per acquiſitionem a ſole.

### ¶ Circa hoc dubito duo primū cir-

ca illam autoritatem philoſophi a materia ſeparata differunt ſpecie ſi verum eſt motores celorum et omnes angelos differre ſpecie. ¶ Circa aliam autoritatem libri de proprietatibus elementorum queritur an alia aſtra a ſole habeant lumem propriuꝫ: aut lucem propriam.

¶ Ad primum nota ꝙ de ipſis intelligentijs due ſunt

opiniones. Prima eſt Doctoris ſancti in li. de ſpiri⸗
tualibus creaturis queſtione. 8. qui tenet omnes an
gelos differre ſpecie ⁊ mouetur auctoritate hac alle
gata et ſimiliter ratiõe: qꝛ tota cauſa faciendi plura
numero in eadem ſpecie eſt timor ne ſpecies pereat
ſed in angelis talis timor nõ eſt: ergo oẽs angeli dif
ferunt ſpecie oppoſitam tamẽ ſententiã tenet Sco.
in. 2. ſententen. d. 2. q. 7. qui mouet̃ multis rõnibꝰ. pri
mo. bene ſequitur ſpecies angelica eſt ſpẽs ergo ve⸗
rificatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ
quid ergo plures angeli poſſunt eẽ. Item dicit Auer
rois. primo ð celo omne quod eſt pluſ ꝙ vnũ eſt dimi⸗
nutum ſed imperfectum eſt pluſ ꝙ vnum et angelus
eſt imperfectus: ergo eſt pluſ ꝙ vnũ. Tertia rõ ſi deꝰ
anihilaret angelum poſſet angelũ ſimilẽ producere:
ergo eodem angelo ipſo remanente poterit aliũ ſibi
ſimilem facere quoniam non videtur implicare con⸗
tradictionẽ et omne quod non implicat cõtradictio
nem deus poteſt facere. Ad hec argumenta reſpon⸗
det Paulꝰ ſoncinas. 12. metha. q. 31. dicens ꝙ non eſt
intentio Doctoris ſancti, dicere ꝙ deus non poſſet fa
cere duos angelos eiuſdem ſpeciei imo in libro ð vni
tate intellectus contra Auerroẽ credit ꝙ licet non
ſunt de facto plures angl'i eiuſdem ſpeciei nõ repug
nat tñ eſſe plures eiuſdem ſpẽi et per hoc. Tertia rõ
eſt ſoluta. Ad primam rõnem Sco. reſpondet Pau
lus ſoncinas ꝙ iſte trs ſpecies nõ bene diffinitur ſpe
cies que p̄dicatur ð pluribus. ⁊c. ſ; melius diffinitur
ſpẽs que ponit̃ ſub aſſignato gene quare dicit ꝙ ſpe
cies et indiuiduũ non ſunt correlatiua ſed ſpecies ⁊
genus videtur tamen mihi melius eſſe reſpondendũ
ꝙ vt aliquid ſit ſpecies requirit̃ ꝙ illi non repugnet.
ex modo ſue ſignificationis verificari de pluribus ⁊
ad ſecundam rationem reſpondet ꝙ ille modus ar⸗
guendi eſt in ſufficiens: quia peccat per fallaciã con
ſequentis ac ſi iſto mõ arguitur hoc eſt pluſ ꝙ vnũ: er
go eſt diminutũ igit̃ ſi eſt diminutũ eſt pluſ ꝙ vnum.
¶ Quid aũt reſpõdeat Scotus ad illam auctorita⸗
tem. 12. metha dicit ꝙ illa auctoritas ſub his verbis
habet̃ oĩa, que ſunt vnũ ſpecie et plura numero ha
bent materiã dicit ꝙ duplex eſt mã quedã eſt mate⸗
ria phiſica que eſt altera ps rei naturalis reliqua eſt
materia metha, que eſt dĩa indiuidualis iuxta phm
primo celi dicentem qui dicit celũ dicit formã qui di
cit hoc celũ dicit materiã, ⁊ ita dicit omnia que ſunt
vnũ ſpecie et plura numero habent materiã id eſt in⸗
diuiduant̃ per hecceitatẽ: eſſentia diuina non põt in
diuiduari per hecceitatẽ; qꝛ eſt de ſe hec. i. de ſe ſin
gularis. ¶ Circa ſecundũ nota vnã egregiã demonſ
trationem qua ꝓbo ꝙ ſtelle alie a ſole habent lucem
propriã p̄ter eã quã a ſole acquirũt ſi totũ lumen
quod habet ſtella a ſole acquireret: ſequit̃ ꝙ nõ poſ⸗
ſet apparere nobis de nocte in angulo meridiei: ſe⸗
quella ꝓbat̃, quia falſitas ꝯñtis nota eſt, ſuppoſito ꝙ
angulus incidentie et reflexionis debent eẽ equales
quo ſuppoſito ſi radij directi ſolis veniunt ex occidẽ
ti ex altero extremo terre ergo reflexi reſilient ver⸗
ſus oriens ex altero extremo terre: et ſic non veniẽt
ad nos qui ſumus in medio iõ dicerẽ ad aucto. philo
ſophi egregie intelligi ſolem habere lumen per eẽn
tiã: id eſt a nullo alio aſtro datum vel augmentatũ: ſ;
alia aſtra habere aliquod per eſſentiam ſed augeſce
re per ſolẽ. Item circa ſecundã queſtionẽ dubitatur
quomõ oĩa aſtra differunt ſpẽ cum ſint partes orbis
eiuſdẽ non differentes ab eo niſi raro et denſo que nõ
variant ſpẽm. ¶ Ad hoc reſpondeo, cũ Cõmentato⸗
re. 2. de celo cõ. 42. ꝙ totũ celũ ẽ ſicut vnũ aĩal, ſphe⸗
re celeſtes et ſtelle ſunt ſicut mẽbra eiꝰ: ſed nõ mani
feſtum eſt, ꝙ ptes aĩalis diſtingunt̃ ſpẽ inuicem et ab
aĩali: qꝛ caro et os ſpẽ diſtinguntur: et aĩal a quolꝫ il
lorũ. cõſimiliter in celo ſphere celeſtes et aſtra inui⸗
cem diſtinguntur ſpecie et cũ dicitur rarũ ⁊ denſum
non variant ſpeciẽ. concedo nec dico aſtra ſpecie diſ
tingui ratione denſitatis et raritatis ſed rõne alia⸗
rũ ꝓprietatũ ſpẽ diſtinctarũ: vnde aer et ignis non
diſtinguut̃ ſpecie rõne denſitatis vel raritatis, ſ; rõ⸗
ne formarũ diuerſarũ et ꝓprietatũ. ¶ Nota ꝙ hec ꝓ
põ partes animalis diſtinguntur ſpecie inuicẽ ſi in⸗
telligat̃ de ſpẽ eẽntiali falſa eſt. Nã ſequeret̃ mẽbra
hominis fore diſcontinua pꝫ: qꝛ res diuerſarũ ſpecie
rum non poſſunt continuari qð ſi cõcedas infero cla⸗
re ꝙ anima rõnalis naturaliter eſt in pluribus locis
diſcontinuis quod non eſt concedendũ. Item ſi dicat̃
membra hominis habere diuerſas formas partiales
ille non ſufficiunt dare ſpeciẽ: qꝛ vnaq̃ꝫ res denomi⸗
natur a forma vltima qualis non eſt in predicto caſu
illa forma partialis.

Dubi. 4.

Dubitatur q̃rto vtrum celũ cõ⸗
ponatur ex materia et forma: et arguitur ꝙ
ſic, quia celum eſt vnum numero et illud eſt
vnum numero cuius materia eſt vna: ergo celum ha
bet materiam ¶ Secundo arguitur illudmet aucto
ritate philoſophi. i. celi, dicentis qui dicit celum di⸗
cit formã qui dicit hoc celũ dicit mãm. ¶ Tertio ar
guit̃ in celo eſt reperire partes raras et denſas: ſed
rarũ eſt qð ſub multa quantitate parũ habet de ma⸗
teria: ergo celũ habet materiã. In oppoſitũ arguit̃
aucto. Cõmẽtatoris dicẽtis ꝙ celũ eſt forma ſimplex
rõne ꝓbatur. quia ſi eſſet cõpoſitũ ex mã ⁊ forma nõ
indigeret intelligẽtia motrice: ſed ſufficeret illi ſua
forma ad motum circularẽ ſicut ſuffcit graui ad mo⸗
tum rectũ ſua forma. ¶ Pro declaratione huiꝰ q̃ſtio
nis nota: ꝙ i ipſa ſunt tres opiniones. Prima eſt egi⸗
dij de roma tenentis ꝙ celum eſt cõpoſitum ex mate
ria et forma et mouet̃ propter rõnes precedẽtes nõ
tamen credit in illa materia eẽ priuationẽ anexã ꝓp
ter quod dicit illã materiã non appetere aliã formã
ab illa quã hꝫ eo ꝙ dicit Auerrois p̄io phiſi. ſi mate⸗
ria haberet aliquã formã eternã non apeteret aliã ⁊
ꝓpterea dicit celũ nõ eẽ corruptibile: qꝛ mã nõ ẽ apta
nata hẽre aliã formã ab illa quã hꝫ ⁊ tenet mãm illã
celi ⁊ mãm hoꝝ iferiorũ eẽ eiuſdẽi: ſ; difficile ꝑfecto
appet ꝙ aliq̃ duo ſunt eiuſdẽ ſpẽi et alicui inſit aliqs
apetitus naturalis a tota ſpẽ et nõ alteri Propterea
ponitur ſecunda opinio diui Thome tenentis ꝙ celũ
componitur ex materia et forma, tñ materia celi et
materia hoꝝ inferiorum differunt ſpecie eo ꝙ diuer
ſe ꝓprietates inſunt vni que non inſunt alteri. ¶ Sꝫ
contra hanc opinionem eſſet argumentum qð dicit
Auerrois primo phyſi. in fundamento nature nil eſt
diſtinctum. Itẽ phs. 5. meta. dicit actus ſeparat et
diſtinguit: ergo non prouenit diuerſitas ſpecifica ex
materia. Ad hec tñ facile diuꝰ Tho. reſponderet ꝙ
in fundamento nature nihil eſt diſtinctum, intelligat̃
de materia generabilium et corruptibilium. Ad ali
ud diceret ꝙ actus ſeparat et diſtinguit principali⸗
ter, materia vero minus principaliter. ¶ Tertia opi
nio eſt commentatoris Auerrois tenentis, ꝙ celum
eſt forma ſimplex. Ad quam opinionem tenendam
mouetur ꝙ celum eſt ſimpliciſſimum corpus inter
omnia corpora ſimplicia: ergo debet eſſe ſimpliciſſi⸗



ma forma. Et ad rationes in contrarium que pro⸗
bant celum hare materiã. Nota ꝙ celũ habet aliq̃d
quod eſt ſicut forma et aliquid quod eſt quaſi forma
⁊ ẽ intelligentia quaſi materia eſt forma celi dicit er
go ꝙ cum philoſophus ait qui dicit celũ dicit formã
qm̃ dicis aliquid magis abſtractũ qui dicit hoc celũ
dicit mãm: id eſt dicit aliquid magis contractũ qua
re crediderim ꝙ textꝰ intelligat de materia metha⸗
phiſice et ad aliud in quo dicitur ꝙ in celo eſt rarũ:
et denſuꝫ ergo eſt materia: id eſt quaſi materia et ad
aliud illa ſunt vnuꝫ numero quorũ materia eſt vna
illud intelligit ſco. ꝙ illa ſunt vnũ numero quorũ ma
teria eſt vna loquendo de materia metaphiſice: ſed
aliter gloſat Albertꝰ de ſaxonia illi termini ſunt vnũ
numero quorum mã eſt vna, id eſt qui ſupponunt pro
eodem.

Dubium quintum.

Dubitatur quinto. circa materiã
libri de celo vtrũ motus celi cõmenſurentur
proportionibus rõnalibus vel irrõnalibus ꝙ
queſtionẽ diſquirit anges ſcðo de cauſis proprietate
ſexta dubitatione ſeptima ad quã reſpondeo per ali
quas propoſitiones. Prima ꝓpõ. Si aliqui celi vel
planete moueantur in ꝓportionibus rationalibus ta
les planete vel celi in eodem puncto celi coniungen
tur tot reuolutionibus tranſactis, ꝙ ſunt vnitates in
minimis numeris talis ꝓportionis in qua vnum celũ
mouetur velocius alio. Exempli gratia. Ponamus ſa
turnũ moueri in triginta annis, atq̃ꝫ ioue duodecim
annis ꝓportio vero illoꝝ motuũ eſt dupla ſequialte⸗
ra ſumantur minimi numeri ꝓportionis ſequialtere
ſ. 5. et. 2. dico ꝙ quando iupiter pertranſierit. 5. re⸗
uolutiones, et ſaturnus duas. Iterum in eodem pun
cto coniungentur et ante tranſitũ harũ reuolutionũ
coniungentur in diſtante a p̄io diſtantia cõmenſura
bili toti. ¶ Secunda ꝓpõ. Si motus celi cõmenſu⸗
rentur ꝓportionibus irrationalibus et duo planete
modo coniungantur in aliquo puncto nunq̃ in eodẽ
iterũ cõiungent̃, nec in aliquo puncto diſtante a pri⸗
mo diſtantia cõmenſurabili toti ꝓbatur. Nã ſi detur
oppoſitũ ſequeretur ꝙ illud eſſet tranſitis aliquibus
reuolutionibus vnius et alterius: quod ſi ſic ẽ nõ mo
ueur proportione rationali quod eſt contra caſum
vtrum tamen deus fecerit aliquos celos motos in ꝓ
portione irrationabili: vel: non non habet viator eui
dentiã: quia (vt dicit Plinius) celi menſura non ve⸗
nit ad digitos: et Albatheni de mente Tholomei di
cit, in altitudine huius magiſterij non poteſt hõ veri
tatem adamuſim diſquirere, et ſi darentur aliqui ce
li moti in ꝓportione irrationali plane illoruꝫ in quo
libet puncto zodiaci coniungerentur ſi tamen moue
rentur in ꝓportione irrationali non in quolibet, ſed
ſolũ in puncto diſtante a p̄io diſtantia incõmenſura
bili toti cõiungerentur, ſed hoc dictũ Anges non vi
detur verũ: nã ſi moueantur in ꝓportione irrationa⸗
li non coniunguntur, niſi in puncto diſtante a primo
diſtantia incõmenſurabili toti, nec ſequitur iſti pla⸗
nete mouentur in ꝓportione irrationali: ergo nõ po
teſt aliquis aſtrologus eſſe certus de loco illoꝝ plane
taꝝ. Dicendũ ꝙ licet non ſciant aſtrologi locuꝫ verũ
punctualiter illoꝝ planetarum, ſatis tamen eſt ꝙ ſci
ant coniectura propinqua veritati.

Dubiũ. 6.

Dubitatur ſexto. Preterea vtrũ
celi ſint animati ſuper quo fuerũt due opinio
nes apud philoſophos. Prima fuit Anaxa⸗
gore dicentis ꝙ celi erant inanimati ⁊ vocabat ſoleꝫ
lapidem accenſuꝫ ꝓpter quod reus factus eſt apud
athenienſes. Secunda fuit opinio Platonis ⁊ Ariſt.
dicendum ꝙ celi ſunt animati inter catholicos tamẽ
ſunt opiniones. Beatꝰ Hieronymꝰ rñdit ꝙ celi ſunt
animati ſuper illud Eſaye. Audite celi et auribꝰ per
cipite terra. dicit non inanimata corpora alloquitur
Sed contrariã ſententiam tenet beatus Baſilius: ⁊
Damacenus. Beatus tamen auguſtinus neutri par⸗
ti adheret. Et ſanctus Thomas in ſuma contra gen
tiles ca. 7. dicit ꝙ neutra pars eſt de fide. Auerrois
tamen dicit ſuper hoc ꝙ ſi per eſſe animatum intelli
gatur habere animam informatiue ſe habentẽ, ſic
celum non eſt animatum, ſi vero intelligatur habere
per indiſtantiam aliquid quod habeat vitam, ſic ce
li ſunt animati. Poſſet tamen argui ꝙ celi ſunt aĩati
quia celi ſunt nobiliſſima corpora: ergo habent nobi
liſſimam formam que eſt anima, ſed fortior eſt ratio
in contrarium probans ꝙ celi non ſunt animati, quia
vel erunt animati anima vegetatiua vel ſenſitiua: et
hoc non, quia eſſent corruptibiles vel anima intelle⸗
ctiua et hoc non, quia ſi ſic cum oporteat intelligen⸗
tem phantaſmata ſpeculari. 3. de anima oportet ꝙ ta
le celum haberet ſenſus interiores, et ſic eſſet corru
ptibile: ſed parum valet hec ratio. Dicerem enim ꝙ
illa authoritas philoſophi. 3. de anima eſt intelligen
da de intelligente corporali ꝙ ſibi determinat qua⸗
litates peregrinas. Et ad aliam rationem in oppoſi⸗
tum probantem ꝙ celum eſt animatum dicerẽ ꝙ ani
ma eſt actus corporis phiſici organici modo celũ nõ
eſt organicum. Uide de iſta queſtione Anges. 2. de
cauſis ꝓprietate. 6. dubitatione. 4.

Dubiũ. 7

Queritur ſeptimo de graduatio
ne ſtellarum et celorum vtrum celi ſint gra⸗
duandi ſm ſuam perfectionem eſſentialẽ ad
qð reſpondet diuus Thomas. 12. metha. ꝙ celi ſunt
graduandi ſm perfectionem eſſentialem, ita ꝙ quã
to planete fuerint ſuperiores tanto erunt perfectio⸗
res, et ſi quis arguat, ſaturnus eſt ſuperior ſole, ⁊ ta
men eſt imperfectior ſole, quia eſt planeta maleuolꝰ,
Ad hoc reſpondet Anges. 2. de cauſis ꝓprietate, 6.
dubitatione p̄ia ꝙ ſaturnus licet male influat in cor
pus bene tamẽ influit in animã, qꝛ facit aĩaꝫ pulchrã
contẽplatiuã, et qꝛ aĩa preſtat corpori, iõ perfectior
eſt ſaturnus ipo ſole, et iupiter influit in aĩaꝫ manſue
tudinẽ et beneuolentiã, mars aũt ĩfluit ĩ aĩaꝫ magna
nimitatem, ergo perfectiores ſunt ſuperiores ꝙ in⸗
feriores.

Dubiũ. 8

Dubitat̃ octauo ð galaxia quid
eſt. Ad qð reſpondet Anges eadem ꝓprie⸗
tate per duas opiniones. ¶ Prima eſt ꝙ ga
laxia eſt quidã circulus apparens in aere ꝓpter re⸗
flexionem radioꝝ ſolariũ ab humiditate aeris ſ; hec
opinio eſt falſa, qꝛ ex illa ſequeretur ꝙ galaxia ſemꝑ
appareret in alia et alia parte. ¶ Secũda opinio ve
ra phi, ꝙ eſt multitudo magna ſtellaꝝ paruaꝝ quaꝝ
vnaqueq̃ꝫ per ſe videri non põt ſimul, tñ oẽs vident̃ ⁊
hic eſt duplex circulus. Et dicit Tholomeꝰ. 8. diſtin.
Almageſti ca. 2. quidam eſt integer a ſigno gemino
rũ vſq̃ꝫ ad ſagitariũ rediens vſq̃ꝫ ad ſignũ geminoꝝ
et alter eſt interſectus non continuatꝰ ⁊ ſub iſto cir⸗
culo cauſantur multi comete; qꝛ ille ſtelle habẽt mul
tam influentiã trahẽdi ad ſe cometas et apparet cir
culꝰ albꝰ ille: et ꝓpterea dicitur circulus lacteꝰ: qꝛ
multum de lumine reflectitur.

Dubitatur. Utrum ſint dabiles
in celo circuli eccentrici et epicicli, Auer-
rois ſecūdo de celo cōmento quinto. Qmōi
eccentricos et epiciclos negauit. Ad qđ multis rō-
nibus motus eſt. Primo ꝙ aliquod corpus ſimplex
non haberet motum ſimplicem, patet de eccentrico
qui nec mouetur per lineā mundi dyametralem, nec
per lineam eque diſtantem a centro mundi, ergo nō
mouetur motu ſimplici partiali. ſ. totius orbis. Uel
dicatur ꝙ mouetur motu ſimplici: quia mouetur per
lineam quaſi eque diſtantem a centro mundi. Se-
cunda rō. Sequeretur ꝙ eccētricus moueretur mo-
tu mixto: patet, quia partim aſcēdit et partim deſcē-
dit. Reſpondetur negando illud, quia ad aſcenſum
et deſcenſum requiritur progreſſus per lineam bre-
uiſſimam. ¶ Tertio arguit. Sequeretur ꝙ in celo
daretur vacuum, vel penetratio dimenſionuꝫ, ſequel-
la patet. Nam quādo pars groſſior orbis deferentis
augem inferioris venerit ad groſſam ſuperioris, ſe-
quitur penetratio dimenſionum et vacuum. Ad hoc
reſpondetur, ꝙ non ſequitur, quia dicit autor theori-
ce, mouentur orbes deferentes augem motibus ꝓ-
portionalibus. Ita vt ſemper correſpondeat pars
groſſior īferioris, parti ſubtili ſuperioris. ¶ Quar-
ta ratio eſt quam facit Capuanus ꝓſequendo ſuper
theorica planetaꝝ ſolis. Sequitur ait ꝙ ſuficeret ſo-
lus orbis inferior deferens augem eccentrici pꝫ, q2
ille ſufficit ad ſaluandum oēs apparentias. Ad hoc
reſpondet Capuanus ꝙ ad ſaluandum apparentias
ſuficeret pone illum circulum: ſed vt ponamus totaꝫ
ſpherā cōcentricā ponendus eſt alius. ¶ Aſtrologi
tū meliores rōnes habent ꝓ ſe, nāqꝫ qūo ſaluabiť ecli-
pſiꝫ lune hyemalē minorē eē eclipſe lune eſtiuali niſi
quia ſol ipſe diſtat magis a terra in eſtate q̄ in hye-
me: ergo ponendus eſt eccentricus. Secunda ratio
que ꝓbat epiciclū fore dabilem eſt, q2 videmus luna
exiſtente in auge ſui eccentrice q̄nqꝫ magis q̄nqꝫ mi-
nus eclipſari qđ euenit: q2 quemadmodum in auge
ſui eccentrici accidit ꝙ ſimul eſt in auge ſui epicicli
et quandoqꝫ in oppoſito augis ſui epicicli. ¶ Tertia
ratio. Planete quandoqꝫ ſunt retrogradi, quādoqꝫ
directi, quandoqꝫ ſtationarij: et hoc non poteſt ſalua-
ri, niſi ponatur epiciclus: ergo ponēdus eſt epiciclꝰ.
¶ Quoniam apud aſtrologos ē quaſi cōis cōceptio
et principiū ē ꝙ in orbibus celeſtibus dantur eccen-
trici, quibus fere omnes planetaꝝ ſaluant apparen-
tias ſine quibus videtur apparentias ſaluari nō poſ-
ſe. Eſt hic videndum an ſit verū hoc: et pluribus rō-
nibus mouentur aſtronomi ad eccentricos affirman-
dum, ſed q2 abſqꝫ dubitatione querētes ſimiles ſunt
quo opꝫ ire ignorantibus, vt inquit Philoſophus. 5.
metha. tex. primo opꝫ videre rōnes alioꝝ eccentri-
cos orbes negantium: vt ex illaꝝ confutatione veri-
tas melius ac clariꝰ pateat. Nā potior inueſtigatio
priorum eſt ſolo dubitatorū vt in eodem. 5. methaſi.
tex. eodē auerrois cū ſuis ſequacibus vult oīno con-
futare ponentes orbes eccentricos qui in diuerſis lo-
cis ſui cōmenti facit nonnullas rationes que dictis
et auctoritate Ariſto. videntur fortificare. ¶ Pīa
rō Auerrois pīo celi cō. 5. motꝰ namqꝫ ſimplex tri-
plex eſt. ſ. a medio ad medium et circa mediū, vt in-
quit ibi philoſophus: corpus celeſte mouetur circa
mediū tm̄: non aūt a medio neqꝫ ad mediū: ſed in ec-
centrico aliquis punctus ſignatus verbi gratia: ſol
mouetur a medio et ad mediū. Nam cum eccentricꝰ
non equidiſtet a cētro mundi: vt notum ē oportet ꝙ
vna pꝰ ſit magis diſtans altera: quare quādo ſol mo-
uetur ad partem magis diſtātem: mouetur a medio
recedendo: quādo vero mouetur ad partem propin-
quiorem centro moueť ad mediū. quod patet in hac
figura in qua pars. e. magis diſtat a cētro mundi. a.
quam pars. d. cum ambe equidiſtent a centro eccen-
trici. b. quare linea. a. b. c. que duciť ad punctum au-
gis remotiſſimum longior eſt quam linea. a. d. que ē
oppoſiti augis: vt infra oſtendetur: quare ſequitur:
ꝙ dum ſol exn̄s in. d. mouetur in. c. elongatur a cen-
tro mundi: et conſequenter mouetur a medio e con-
tra dū ē in. c. ⁊ moueť i. d. approṗinq̄t eidē cētro: iō mo-
ueť ad mediū q̄ icōueniētia ſunt nō igr̄ dať eccētrici
¶ Confirmatur. Oē quod mouetur a medio eſt leue
et quod moueť ad mediū ē graue: vt ibidem inquit
philoſophꝰ, ſed corpora celeſtia non ſunt grauia nec
leuia, vt probat philoſophus pīo de celo tex. 18. q̄-
re nō moueņ ad mediū nec a medio: ⁊ cōſeq̄nter nō
daņ eccentrici. ¶ Scđa rō Auerrois ſecūdo de ce-
lo. cō. 32. eſt. Celū eſt corpus perfecte ſphericū, vt ibi
demonſtrat Ariſto: ſed duo orbes extremi qui dicū-
tur eccentrici ſm quid et augem deferentes: qui po-
nuntur pp eccentricū ſimplr̄: non habent perfectam
ſphericitatē Nā pars. d. e. orbis ſuppremi ē groſſior
quā pars eius. c. ſimiliter pars. c. i. infimi orbis eſt ēt
groſſior quam pars, d. cum igiť non hēant equalem
ſpiſſitudinē: nec conſeq̄nter perfectam ſphericitatē:
quod inconuenit de talibus corporibꝰ dicē: non igiť
dantur orbes deferentes augē: nec conſequenter ec-
centrici. ¶ Tertia rō in eodem loco: ſi darentur ec-
centrici ſeq̄retur vacuū vel fluxus corporum vel ra-
rarefactio corporū penetratio vel ſciſſio, condenſa-
tio: ꝓbatur conſequentia. Nam orbes augem defe-
rentes ex quo ſunt corpora naturalia oportet ꝙ natu-
raliter habeant motū: quare aliter eſſent fruſtra qđ
falſum eſt et contra philoſophum pīo de celo: q2 de-
us et natura nihil fruſtra facit: opꝫ igiť ꝙ illi orbes
moueantur circa centrū mundi et in motu pars vniꝰ
ſubtilis, verbi gratia pars infimi ſubtilis. d. veniet
vbi prius erat pars groſſa. c. i. eiuſdem: et cum non
poſſit implere totum ſpaciū. c. i. dabitur aliqua pars
ſpacij ſine corpore quare vacuū quod improbať. 4.
phiſi. Nam vacuū eſt ſpacium ſine corpore vt habeť
in eodem. 4. vel eſt neceſſarium ꝙ ſit aliquod corpꝰ
fluens de natura celi implens illud vacuum, quod ſe-
cundo de celo ēt improbatur vel tertio ꝙ pars. d. ſi
debeat implere totum locū. c. i. rareſiat quod ĩpro-
batur in primo de celo et mundo, Nā corpora celeſ-
tia non alterantur neqꝫ augentur: ſimiliter ps groſ-
ſa, c, i, veniet in motu in locum, d, et cū non poſſit ca-
pi in illo paruo loco, vel penetrabit orbeꝫ ſuperiorē
et tunc erunt duo corpora ſimul in eodem loco quod
improbatur in quarto phiſicorū, vel ſcindet ſpherā
ſuperiorem quod eſt impoſſibile vt pꝫ ſecundo de ce-
lo: quia quod diuidi poteſt: pōt etiā corrumpi vel, 5,
pars illa groſſa, c, i, vt poſſit recipi in loco, d, paruo
denſabitur quod improbatur in primo de celo: quia
celū non alterať nec minuitur. ¶ Quarta ratio eiuſ-
dem Auerrois in eodem ſecundo de celo cō, 35, illō
qđ cauſatur propter motus pluralitatem: non cauſa-
tur propter orbes eccētricos, melius ē eū multipli-
plicare motus et orbes quā ponere orbes eccentri-
cos vt liquet; ſed irregularitas motus planetarum



proueniūt propter multitudinem motuuꝫ vt inquit
philoſophus ibidem: nam volens porbare regulari-
tatem motus celeſtis inquit, ꝙ maxime loquitur de
primo motu vel de motu primi mobilis quia ſphere
planetarum propter pluralitatem motuum irregu-
lariter moueri videntur: ecce modo ꝙ philoſophus
ibi ſaluat ea que apparent per orbium pluralitatem
et non per orbes eccentricos: ponere ergo eccentri-
Rō. 5. cos contradicit philoſopho. ¶ Quinta ratio in eo-
dem cōmento idē eſt locus totius et partis. 5. et. 4.
phiſi. et primo et. 4. de celo et mundo; locus autem
celi eſt centrum vt vult ipſe quarto phiſi. cōm. 45.
idem igitur centrum qđ eſt centrum mundi eſt cen-
trum omnium ſpherarum: nō ergo dantur plura cen-
tra; nec conſequenter orbes eccentrici: quia dicere
ꝙ centrum mundi ſit centrum eccentrici implicat.
¶ Sexta ratio in eodem libro. cō. 62. quanto ſphe-
Rō. 6. ra magis diſtat a primo principio: tanto pluribꝰ mo-
tibus et actionibus mouetur: vt ſuā perfectionem
adipiſcatur vel conſeruet vt vult ibi philoſophus: ſꝫ
ſol magis diſtat a ſupremo ente quā tres ſuperiores
ſcilicet mars. iupiter ac ſaturnus: ⁊ tamen ſm ptolo.
in libro amag. et in hoc opere mouetur paucioribus
Ratio. 7 motibꝰ q̄ illi q̄re cū eccētricis ſaluātes apparentias
ſunt contrarij veritati. ¶ Septia ratio eiuſdē in eo-
dem ſecundo de celo cō. 35. et. 12. mata. cō. 45. ſi eſt
orbis eccentricus: eſt aliud centrum a centro mun-
di: ſupra quo mouetur eccentricus immo quot ſunt
eccentrici tot ſunt centra diuerſa a centro terre ſed
in omni centro eſt terra quieſcens, ſupra qua moue-
tur orbis: q2 omne motum īdiget quieſcēte. Ut ait
philoſophus in libro de motibus animalium ḡ quot
ſunt eccentrici et centra eorum tot ſunt terre diuer-
ſe: ſed multiplicato vno contrariorum multipicatur
reliquum ſecundo de celo terra et ignis ſunt contra-
rij igitur erunt tot ignis et conſequenter tot media
elementa: vt infert ariſt. in ſecundo de celo multipli-
catis autem corporibꝰ celeſtibus ac elementis mul-
tiplicantur mundi: q2 hec corpora integrant mun-
dum vt patet in primo de celo, quare ſi eſſent orbes
eccentrici eſſent plures mundi immo quot orbes ec-
centrici tot mundi vltra iſtum modum quod impro-
Ratio. 8 bat ariſt. in primo de celo non igitur daņ eccētrici.
¶ Octaua ratio ſecundo de celo cō. 32. ar. 12. meta.
co. 45. ſi darentur circuli eccentrici: darentur etiā
orbes inequalis ſpiſſitudinis: qui nominati ſunt de-
ferentes augem. quare cum pars ſubtilis vnius ve-
nerit in locum partis groſſe cum non poſſit totum lo-
cum illum implere oportet dari quedam corpuſcula
ſubtilia aerea tm̄ ad implendum vacuuꝫ imaginata
ideo cum non habeant proprium motum et naturaꝫ
Ratio. 9 erunt ocioſa quod eſt falſum et contra philoſophum
primo de celo tex. 32. tertio de anima tex. 60. ¶ No-
na ratio quam fecit contra me quidam ſubtilis imi-
tator auerrois: et noſter conterraneus: dum ſemel ō
hac anima diſputaremus ſi dantur orbes eccentrici
aliquid eſt in natura occioſum quod eſt contra Ariſ.
vt probatuꝫ eſt: probat ſequellam. naꝫ querit quare
dantur orbes ille inequalis ſpiſſitudinis qui ſunt ſm
quid eccentrici: et cum reſpōderetur ei: q2 deferūt
augem et mouent ſolem motu augis ideo dicuņ de-
ferentes augem: ipſe ex hoc arguit aux eſt punctus
maxime remotus a terra ſicut oppoſitum augis eſt
punctus maxime propinquus: maxima autem diſtan-
tia a centro mundi cauſatur a parte groſſa orbes in-
fimi; ſicut maxīa propīquitas a parte ſubtilia orbis
eiuſdem quia ſicut quādo ſol eſt ī parte ſubtili orbis
infimi eſt terre propinquiſſimus ita dum eſt in parte
groſſa eiuſdē eſt a terra remotiſſimus: igitur orbis
infimus ſufficit ad deferendum augem et eius op-
poſitum ergo ſupremus orbes eſt ſuperfluus. nec hꝫ
aliud officium niſi replere vacuum: ideo ponitur dif-
formis ſpiſſitudinis: hoc autem eſt incōueniēs: ideo
propter oīa iſta patet ꝙ non daņ orbes eccentrici.
¶ Oppoſitum vult opinio antiquorum precipue pi-
thago. qui nitebatur ſaluare apparentias in motibꝰ
et alijs paſſionibus planetarum per orbes eccentri-
cos, Similiter moderni vt princeps aſtrologorum
Ptolo in libro almage. in quo ponit eccentricos or-
bes in oibꝰ planetis alphagranꝰ albategni thebith
chore. alemenon: albumaſar: haliabenragel: alcha-
bitius halirodoam. expoſitor. ptol. etiam modernio-
res autor in hoc opere ioannes de ſacrobuſto in. 4.
tractatu de ſphera Joannes de monteregio Alphō-
ſus in tabulis ſuis etiā philoſophis vt Albertus ma-
gnus in pīo de celo et in alijs locis q̄pluribus: btꝰ.
Thomas. Petrus paduanenſis diferentiarum Con-
ciliator: et quod mirum eſt aueroīs huius opinionis
licet aduerſarius tamen in principio primi metheo.
volens dare cauſam maioris caloris eſtatis quam in
hyeme inquit: ꝙ cauſa huius rei poteſt eſſe maior ꝓ-
pinquitas ſolis ad terraꝫ in eſtate quā in hyeme pp
eccentricum: et addit ꝙ cauſa hec noneſt vera; cum
ex ea potius ſequatur oppoſitum: q2 aux eſt in ſeptē-
trione et quando ſol eſt in ea magis elongať a terra
et cum ſm hoc minus deberet calefacere: tamen ma-
gis calefacere: ſubdit ꝙ neceſſitamur ponere eccen-
tricū propter inequalitatem motus ſolis in zodiaco:
quia in vna medietate eius mouetur tardius, et ve-
lotius in altera vt patebit. Similiter idem auerro.
ſecundo de celo. cō. 32. poſtq̄ fecit aliquas rationes
quibus negat eccentricos concludēs addit hec ver-
ba: quare inconueniens eſt ponere hec in illis cor-
poribus; et nihil eſt illud quod ponitur in libris ma-
thematicorum niſi hoc quod apparet de luna de ecli-
pſibus: et forte impoſſe eſt inuenire aſtrologiam con-
uenientem his que apparent in luna ſiue orbe eccen-
trico: quare videtur ſibi impoſſe: ſaluare id qđ appa-
ret in eclipſi lune ſiue eccentrico: vt infra patebit.
¶ In hac queſtione eſt dicendum, ꝙ eſt opinio anti-
quorum ꝙ non dantur circuli eccentrici: ſed conabā-
tur ſaluare apparentias omnes per orbium concen-
tricoꝝ pluralitatem: quare primus fuit Eudoſius vt
inquit Ariſt. 12. meta. qui ponebat. 5 i. ſpheras ī vni-
uerſo. Dicebat eū ꝙ ſunt aliqui ſphere ferentes pla-
netam ad motum quarum ipſe planeta mouetur: et
aliqui mouentes qui mouerent orbes ferentes pla-
netam ſoli quidem et lune ponebat et ſingulis eorū
tres ſpheras deferētes et duas mouentes pria nāqꝫ
deferentium (vt dicebat) moueretur ab oriente ī oc-
cidentem motu diurno: mouebatur quidem a prima
ſpherarum mouentium: ſecunda vero deferentium
mouetur a ſecunda mouentium in latitudine zodia-
ci quiquidem motus eſt proprius planete: tertia vo
moueretur motu proprio quodaꝫ motu qui apparet
in ſole et luna, ſcilicet in latitudine. Nam quandoqꝫ
habent latitudinem ſeptemtrionalem et quandoqꝫ
auſtralem credebat enim ꝙ ſol non mouetur preciſe
ſub ecliptica ſicut ponit Ptholomeꝰ: ſed ꝙ haberet
latitudinem ſicut et luna: licet minorem; et ita ſm eū
ſolis et lune ſunt ſex orbes deferētes ⁊ quattuor mo-
uentes: in Joue vero, ⁊ Saturno ponebat quattuor

deferentes in ſingulis eoꝝ et tres mouentes. Nã pri-
mum deferentium moueri dicebat motu diurno ſm
ƀo motu in longitudine zodiaci: et hi duo orbes ſunt
ſiƚes duobꝰ primis orbibꝰ lune ac ſolis: ⁊ qr videbat
hos planetas moueri in latitudine qñqꝫ ad ſeptẽtrio-
nẽ ⁊ qñqꝫ verſus auſtrũ. poſuit tertiũ orbẽ habentez
polos in zodiaco: cuiꝰ circulꝰ magnꝰ eq̃ diſtãs a polis
eiꝰ trãſiret ꝑ polos zodiaci: ⁊ qr ſm hoc contingeret
planetã aliqñ peruenire ad polos zodiaci: qđ nũqꝫ
viſum eſt: ideo ponebat quartũ orbẽ qui ſuo motu im-
pediret: ne tertiꝰ deferret planetã ad dictos polos
et ſic pꝫ, ꝙ iouis et ſaturni ſunt octo deferentes ⁊ ſex
mouentes; qui ſunt quattuordecim et cũ prioribꝰ ſo-
lis et lune. 24. in tribus reſiduis. ſ. marti, veneri: ac
mercurio ponebat quattuor deferẽtes ſicut in ſatur-
no ac ioui: et vltra illos addidit quintũ ad ſaluãdas
fortaſſe retrogradationes ſtationes ac alias paſſio-
nes q̃ in eis videnꝭ: ideo etiã addit quartũ mouẽtez
vñ in his tribus planetis ponebat. 15. deferentes et
12. mouẽtes: q̃ ſunt ſiƚ iuncti. 27. ⁊. 24. fiũt. 51. orbes
quos ĩnumerando Ariſt. 12. meta. ex quo fortaſſe ꝑꝑ
obliuionẽ vel ꝓpter errorẽ in cõputatione dimiſit q̃t-
tuor mouentes vniꝰ: dixit ꝙ oẽs orbes quos ponebat
Eudoſiꝰ ſunt. 47. ſecũdus antiquoꝝ fuit Calippꝰ cõ-
temporaneus Ariſt. q̇ ad eius inſtãtiã voluit ꝑfactas
apparentias ſaluare cũ orbibꝰ ꝯcentricis ⁊ de quin-
qꝫ planetis cõuenit cũ Eudoſio: ſolũ ab eo diſcrepat
de ſole et luna. Nã vltra tres deferentes quos Eudo-
ſius poſuerat ĩ ſingulis eoꝝ, iſte addit alios duos for-
taſſe ꝓ ſaluanda velocitate ac tarditate iſtoꝝ plane-
taꝝ: addit ꝯſiter duos alios mouentes: quattuor igꝭ
deferentes cũ quattuor mouẽtibꝰ fiunt octo: q̇bꝰ ad-
ditis. 51. quos poſuit Eudoſius, reſultant. 59. et tot
ſpheras ponebat Calippus: licet phs eodẽ errore di-
cat. 55. Hoc igiꝭ mõ multitudine ſpheraꝝ cõcẽtri-
carũ terre antiqui conabanꝭ ſaluare ea q̃ apparent.
¶ Sed in rei veritate hec opinio vel poſitio non ſal-
uat apparentias: qr cũ orbibꝰ cõcentricis nõ põt cã
dari: quare diametri viſuales ſolis precipue et lune
non ſunt equales: ſiƚr deuerſitate eclipſiũ ꝯ motus ir-
regularitate: q̃ ꝑ eccentricos ſaluaꝭ ſolũ vt patebit:
Patet etiã ꝙ hec poſitio in multis deficit quã ego re-
linquo: quia nõ eſt multũ ad ꝓpoſitũ. ¶ Secundo cõ-
tra eandẽ opinionẽ Fruſtra fit ꝑ plura qđ põt fieri ꝑ
pautiora, ſed mediantibꝰ eccentricis et epiciclis ſal-
uanꝭ oẽs apparentie ⁊ bene ponẽdo ſolũ tres orbes:
ſicut facit Ptolo. qui ſoli dat tres orbes: duos deferẽ-
tes augem et eccentricũ in quo moueꝭ ſol vt dictum
eſt lune vero quinqꝫ duos deferentes augem, tertiũ
eccentricũ deferentẽ epiciclũ lune: quartũ epiciclũ
et quintũ deferentẽ draconẽ. Saturno, ioui, marti,
ac veneri ſingulis eoꝝ quattuor; duos deferentes au-
gẽ eccentricũ et epiciclũ. Mercurio vero ſex duos
deferentes augẽ eccentrici: et duos deferentes au-
gem equantis eccentricum ac epiciclũ, fruſtra igiꝭ
ponuntur tot orbes quot ponebant antiqui et quibꝰ
non ſaluabant ea que apparent. ¶ Ideo eſt aƚr dicẽ-
dum ꝙ oportet dari orbes eccentricos ꝓ ſaluandis
apparentĳs. Pro quo eſt notandum: primo ꝙ orbes
eccentricus eſt orbis: cuius centrum ẽ aliud a cen-
tro mundi: ideo oportet ꝙ vna pars eius magis di-
ſtet a centro mundi: et alia magis appropinquet ab
alphagrano nominatur orbis egreſſe cuſpidis: ideſt
centri: quia vna pars eius egreditur et remouetur
magis a centro mundi vel ꝙ idẽ eſt orbis egreſſi cen-
tri; qr centrum eius egrediꝭ et remouetur a centro
mundi: in hoc orbe eſt infixus ſol vel epiciclus alioꝝ
planetarum: ideo quando planeta eſt in parte maxi-
me diſtanti a centro mundi: tunc maxime diſtat; qñ
vero eſt in parte propinquiſſima: et planeta vel epi-
ciclus eſt etiam propinquiſſimus: ideo ſolet dici: et
nominare deferens planetam ſeu epiciclum pꝫ igiꝭ
quare nominetur his nominibus ſcilicet orbis eccẽ-
tricus egreſſe cuſpidis: egreſſi centri vel deferẽs. 2.
eſt notandum ꝙ dato tali eccentrico qui eſt ſimplici-
ter eccentricus oportet dari alios duos orbes extre-
mi huius: qui ſint in equalis ſpiſſitudinis patet. Naz
cum orbes eccentricus in vna parte magis diſtet a
centro mundi et magis appropinquet primo mobili
quam in alia: oportet ꝙ orbis inferior qui menſurat
diſtantiam et propinquitatem a centro ſit groſſior ⁊
ſpiſſior in parte illa in qua eſt maior diſtantia a cen-
tro: et ſit ſubtilior in parte illa qua menſuraꝭ vel ac-
cipitur maior ꝓpinquitas ad centrum: ſiƚr orbes ſu-
premus eſt magis ſubtilis in illa parte qua accipiꝭ
minor diſtantia a firmamento: et groſſior in parte in
qua accipitur maior diſtantia a firmamento. ¶ Ter-
tio eſt notandũ ꝙ ſemper pars groſſior ſupremi eſt ſi-
mul cum parte ſubtiliori infini ideſt in eadem linea
ducta a centro terre: et econtra pars ſubtilior ſupmi
cuꝫ parte groſſiori infimi: patet ex dicto notabili: qr
eadem pars eccentrici que maxime accedit ad cẽ-
trum terre: maxime remouetur a firmamento: ſꝫ non
accedit maxime ad centrum terre, niſi per partem
infimi groſſiorez vt dictum eſt neqꝫ maxime remoue-
tur a firmamento niſi per partem ſupremi groſſiorẽ
ergo pars ſuprema groſſiori et infimi ſubtilior ſunt
ſimul vt expoſitum eſt ideſt eadem linea ducta a cen-
tro terre tranſit per ambas partes ſiƚr pars eccen-
trici que eſt remotiſſima a centro terre eſt ꝓpinquiſ-
ſima firmamento non eſt remotiſſima a centro terre
niſi per partem infimi ſpiſſiorẽ: nec eſt ꝓpinquiſſima
firmamento niſi per partem ſupremi ſubtiliorẽ: qua-
re patet ꝙ pars ſupremi ſubtilior et infimi groſſior
ſunt ſimul. ¶ Quarto eſt notandum ꝙ iſti duo orbes
mouentur ſemper equali velocitate: quia ĩ tanto tpe
alter complet circuitum ĩ quanto reliquus; equales
angulos cauſant in centro terre ſcilicet ſupremi ſuꝑ-
ficies conuexa et concaua infimi patet: qr ſi non mo-
uerentur equali velocitate: ſed alter altero velociꝰ:
tunc groſſior pars ſupremi diſiungeretur a parte in-
fimi ſubtiliori: et econtra pars ſupremi ſubtilior dis-
iungeretur a parte infimi groſſiori: nec ſemper cẽnt
ſimul ideſt in eadem linea. ⁊c. quod falſum eſt: quare
iſti duo orbes mouentur equali velocitate: et hoc di-
cit auctor inferius. ¶ His ſtantibus dico primo: ꝙ
eſt poſſibile eſſe orbes eccentricos: ꝓbatur illud eſt
poſſibile. Ex quo non ſequitur aliquod inconueniens
vt patet: ſed ex poſitione eccentricorum non ſequiꝭ
aliquod impoſſibile vel in conueniens contra naturã
corporis celeſtis: qr enim nũqꝫ pars groſſa infimi diſ-
iungereꝭ a ſubtili ſupremi (vt dictum eſt) nunqꝫ illa
pars groſſa infimi erit ſiƚ cũ groſſa ſupmi: nõ ſequeꝭ
penetratio corpore; nec ſciſſio: nec cõdenſatio quoꝝ
alteꝝ ſeq̄reꝭ ſi pars groſſa infimi eẽt ſiƚ cũ groſſa ſuꝑ-
mi. Siƚr ex quo ꝑs ſubtilis infimi nũqꝫ ſeparabiꝭ a
groſſa ſupmi nunqꝫ ꝑtes ſubtiles erũt ſiƚ in eadẽ: non
ſequitur vacuũ: nec corpoꝝ fluxus: nec rarefactio illa-
rum partiũ ſubtiliũ: patet igitur ꝙ ponendo orbes
deferentes augem in equalis ſpiſſitudinis: et taliter
vt dictum eſt ſituatos: et equaliter moueri vt ſemper
ſeruent illũ ſitũ; nullum impoſibile contra naturam



nec ĩn opinabile ſequitur. ¶ Secũdo dico ꝙ ſunt or-
bes eccentrici ĩmo eſt neceſſariũ eos eſſe ꝓ ſaluãdis
illis que apparẽt, ꝓbatur ꝑ apparẽtias ⁊ a poſteriori
Ratio. i. ¶ Prima ratio ptol. 5. dic. almage. cap. 14. ac. 16.
planete precipue ſol et luna non ſemper videnꝭ eiuſ-
dem quãtitatis: ſed aliquando maioris aliqñ minoris
nec habent ſemper eaſdem dyametros viſuales: ſed
quandoqꝫ minores: et aliquando maiores: remota oĩ
cauſa, ex qua hoc accidere poteſt ex parte terrena
vel elemẽtali ꝓcipue aeris: quia hoc compħenſum ẽ
in partibus illis ac regionibus vbi nõ ẽ variatio me-
dĳ ex vaporibus, pluuia vel alĳs aerẽ ingroſſantibꝰ:
vel ſubtiliantibus: ſed quanto res maior videtur tan-
to eſt ꝓpinquior: et quanto minor: tanto remotior:
quare patet ꝙ planete non ſemper equidiſtant a te-
rra: ſed aliquando ſunt altiores et aliquando ꝓpin-
quiores terre: ſed hoc non poſſunt habere niſi per or-
bem eccentricum vel epiciclũ. nam Ptolomeꝰ ꝓbat
in. 3. Almage. ꝙ apparentie poſſũt ſaluari in ſole ponẽ-
do eccentricũ vel epiciclum: concluditur igiꝭ ꝙ daꝭ
circulus eccentricus. Nam ſi oĩs orbis eſſet concen-
tricus: ſemper aſtrũ equidiſtaret a terra: et conſeq̄n-
ter ſemper haberet eamdez: vel equalem dyametrũ
viſibilẽ qđ falſuz eſt ſenſui et apparẽtie oppſitũ: qualr
autem comprehendatur quantitas dyametri ſolis,
et lune: nõ eſt ad propoſitum declarare: quia ad hoc
Ratio, 2. ſunt inſtrumẽta aſtrolabium et quadrãs, ¶ Secũda
ratio ptol. 3. Almage. caplo. 3. orbes planetarum et
vniuerſaliter quilꝫ orbis regulariter mouetur: mo-
tus autẽ regularis orbis attenditur penes anguloꝝ
equalitatem circa centrum cauſatoruꝫ in tẽporibus
equalibus vt dicetur quoniam equalibus angulis in
centro debentur equales arcus circunferentie cuiꝰ
eſt centrum: ſed ſol non mouetur regulariter in zo-
diaco: qr lõgiori tempore mouetur in medietate zo-
diaci ſeptentrionali que ẽ a principio arietis ad finẽ
virginis quam eſt reliqua a principio libre ad finem
piſcium: non igiꝭ in centro zodiaci quod eſt centruꝫ
mundi cauſat angulos equales: vnde cum ſol moueа-
tur in ſuo deferente equaliter ſequitur ꝙ equali tem-
pore trãſibit medietatem ſui deferentis ſeptemtrio-
nalem et auſtralem: ſed cum non tranſeat in equali
tempore medietates zodiaci: ſequiꝭ ꝙ ĩ medietate
zodiaci ſeptemtrionali maior pars ꝺ ſuo orbe ĩ terci-
pitur: q̄ꝫ in reliqua medietate auſtrali: qr in maiori
tempore quo mouetur in parte ſeptentrionali deſcri-
bit maiorẽ portionẽ de ſuo orbe: q̄ꝫ ĩ minori quo tran-
ſit medietatem zodiaci meridionalem: ideo linea
trãſẽs per centrũ mũdi ſecãs zodiacũ ĩ ꝑtes eq̄les ſe-
cat deferentem ſolis in partes in equales q̄re talis li-
nea nõ trãſit ꝑ cẽtꝝ orbis deferẽtis ſolẽ: qr ſi trãſiret
ꝑ cẽtrũ eius: diuideret orbẽ in ꝑtes eq̄les ꝑ diffiõnez
dyametri primo elementorum igitur patet per cen-
trum deferentis ſolem non eſt centrum mundi: qđ
ex ponitur per figuram ſi enim ſuper centro mundi
a zodiacus b c et dyameter eius b a c b principium
arietis et c principium libre comprehenſum eſt per
Ptol. et q̄ꝫ plurimos ante ipſum et poſt eum ſolẽ ma-
iori tempori moueri per medietatem b c ſuperiorẽ
et ſeptentrionalem q̄ꝫ per aliam inferiorem: quare
ſi regulariter mouetur in ſuo deferente dicta dyame-
ter diuidit prefatum deferentem in partes in equa-
les in punctis d et e ita ꝙ maior ſit portio ſuperior
quam tranſit longiori tempore q̄ꝫ inferior igitur di-
uidatur deferens in partes equales in punctis f ⁊ g.
et duct linea. f. g. per conuerſionem diffintionis dia-
metri tranſit per deferentis centrum qđ ſit. h. h. igiꝭ
eſt centrum deferentis ſolem: quod cũ remoueatur
a centro mundi orbis ſolis eſt eccentricus et hec ra-
tio eſt fortis cui multum ipſe Ptol. innititur qua ꝓ-
bat non ſolum orbem ſolis eẽ eccentricum: ſed diſtã-
tiam venatur eius centri a centro mundi que diſtan-
tia eccentricitas cõmuniter nominatur ſimiliter lo-
cum augis: ſpiſſitudinem orbium deferentium au-
gem: vel dyametrum epicicli: ſi ſol epiciclum habe-
ret et hec ratio coegit auer: ad fatendum orbem
eccentricum in ſole: dum dixit in primo metheo. ꝙ
ꝓp. in equalitatem motus ſolis in centro mundi opꝫ
dicere ꝙ centrum orbis ſolis non ſit centrum mundi
quia in centro eiꝰ moueꝭ vniformiter: et in cẽtro mũ-
di diſformiter: vt patebit inferiꝰ.

## ¶ Tertia rõ ex apparentia eclipſiũ  Rõ. 3.

luminariuꝫ hꝫ euidentiã quã inuit Pto. 5. dic Alma.
ꝓ qua preſupponiꝭ ex. 22. et 26. priẽ partis perſpec-
tiue ꝙ luminoſum maius quãto fuerit ꝓpinquiꝰ opa-
co minori: tanto magis illuminat intenſiue et extenſi-
ue: et opacũ minorẽ vmbram cauſat: et magis curtã
ideſt citiꝰ deficientem ſi. n. ſit. a. opacũ minus ⁊. b. lu-
minoſuꝫ ductis lineis. c. d. et. e. f. opacũ tãgẽtibꝰ cau-
ſatur vmbra. d. f. ſed appropinquãte luminoſo. a. i. g.
⁊ tractis lineis. h. K. ⁊. i. l. cauſaꝭ vmbra. K. l. minor
vmbra. d. f. ꝙ ſi oẽs linee in longũ et in directũ ducã-
tur citiꝰ concurrent. h. K. et. i. l. q̄ꝫ. c. d. e. f. quod ẽ ꝓ-
poſitũ. quo ſtante eclipſis ſolis contingit ob inter po-
ſitionẽ lune inter aſpectũ noſtrũ et ſolẽ luna exiſtente
in capite vel in cauda draconis, vt ĩ ſphera patuit, ⁊
q̄ꝫto magis lũa appropinquat ſectioni ꝑfacte: maior
partio de ſole eclipſim patitur: non variata diuerſita-
te aſpectus: ſꝫ vt dicit. Ptol. et cõprehenſum eſt plu-
ries luminaribus manentibus in eodẽ ſitu: et conſer-
uata ſemper eadẽ diuerſitate aſpectus aliquas ecli-
pſes ſolis lõgiori tpe duraſſe in maiori ꝑte terre cõti-
giſſe et maiorẽ ſolis portionem obſcuratã eẽ: quare
in eclipſi maiori ſol erat magis a luna remotus: qua-
re luna cauſabat vmbrã maiorẽ vt declaratũ eſt etiã
qñ maior portio ſolis eclipſaꝭ minorẽ habet dyame-
trũ viſibilẽ: iõ citiꝰ et magis a luna abſcondiꝭ, vñ ſol
magis diſtat a luna tunc qđ nõ põt eẽ ſine circulo ec-
centrico, ſi eñi orbes oẽs eſſent cõcentrici: ſemꝑ ſol ⁊
luna a terra et a ſe inuicẽ equidiſtarẽt idẽ manifeſta-
tur per eclipſes lune, que cũ cauſentur ob inter poſi-
tionẽ terre, inter luminaria: eis exiſtentibꝰ in eodẽ
ſitu et luna habente equalẽ latitudini: cõprehenſum
eſt aliquando lunam citius eclipſari: elongiori, tem-
pore in eclipſi perſeuerare. quod non contingit: ꝓp-
ter aliud: niſi qr tunc terra facit vmbrã maiorẽ: non
cauſat terra vmbrã maiorẽ niſi ꝓpter maiorẽ remo-
tionẽ ſolis ab ea: et vmbrã minorem ꝓpter maiorem
ꝓpinquitatẽ: qđ eſſe nõ poteſt niſi ſol habeat orbẽ ec-
centricũ ſiƚr vmbra terre quanto magis protendiꝭ ⁊
elongaꝭ tanto ſit minor vñ in maiori eclipſi luna in-
grediꝭ vmbrã maiorem ⁊ conſequenter eſt ꝓpinqui-
or terre: qñ vero eclipſis minori tpe durat ingrediꝭ
luna vmbrã minorẽ ⁊ tunc eſt remotior a terra qđ nõ
põt cõtingere in orbe concentrico: quare in luna cõ-
cludiꝭ epiciclus: vt patebit in ꝓprio loco: hac rõne ⁊
cauſa cõmen. Auerrois. in. 2. de celo motꝰ eſt conce-
dere orbẽ eccẽtricũ dũ dixit ꝙ hoc ꝙ appꝫ de clipſi
lune fortaſſe ſaluari nõ põt ſine circulo eccẽtrico.

## ¶ Quarta rõ ex effectibus qui cau-  Rõ. 4.

ſantur ex ſtellis. cũ. n. ſtelle ſemper in ſubſtãtia ſe ha-

beant vniformiter nõ poſſent diuerſos effectus ꝓdu
cere: niſi diuerſimode ſe haberent in ſitu et loco vt in
locis diuerſis diuerſa ꝓducant: ſiľr in diuerſis diſtan
tijs a cenith et a terra: ſꝫ non poſſunt hẽre diuerſas
diſtantias ad terrã ſine circulo eccentrico vel epici
clo: igr̃ datur orbis eccentricus. ¶ Ad rõnes aũ op
poſitũ rñdet breuiꝰ. Ad primã dũ dicit̃ celũ non mo
uet̃ a medio nec ad mediũ: verũ eſt per lineã rectã:
q2 motꝰ per rectã lineam cõpetit elemẽtis tñ qđ pꝫ
ꝑ phm in p̃io de celo qui diuidit motũ rectũ in mo
tũ a medio et ad mediũ et dicit ꝙ talis motꝰ cõpetit
elementis non tñ eſt inconueniens celũ moueri a me
dio et ad mediũ non per lineã rectã: ſꝫ circularem:
iõ non eſt motꝰ rectꝰ ſꝫ circularis. Ad cõfirmationẽ
dico ꝙ illud quod mouet̃ a medio vel ad mediũ per
rectam lineam eſt graue vel leue: non aũt ſi circulari
ter mouetur. Ad ſecũdam negatur ꝙ deferẽtes au
gem non habeant perfectã ſphericitatẽ: q2 ſphericũ
corpus eſt q2 hꝫ in medio centrũ a quo oẽs linee du
cte ad circunferentiã ſunt equales: quod eſt in dictis
orbibus. Nã ſuperficies conuexa ſupremi et conca
ua infimi equidiſtant a centro mundi: eodẽ mõ con
caua ſupremi ac conuexa ĩfimi equidiſtant a centro
eccentrici: iõ pꝫ ꝙ habent perfectam ſphericitatem
licet non hẽant equalem et vniformẽ ſpiſſitudinẽ. nã
hoc non deſtruit ſphericitatẽ: multũ differunt ſpheri
citas et ſpiſſitudinis vniformitas: nec ſunt idẽ: vt vĩ
velle Auer. ¶ Ad tertiam patet ex dictis: ꝙ nullum
illorũ inconuenientiũ ſequatur: q2 quanta eſt ſpiſſitu
do vnius orbiũ augẽ deferentiũ tanta eſt alteriꝰ: et ſi
militer tenuitates ſunt equales: ⁊ cũ pars groſſa vni
us ſit cũ tenui alterius et econuerſo: et mouent̃ pro
portiõaliter et vniformiter ꝙ nunꝙ̃ ſeparabunt̃, nec
pars groſſior vnius coniunget̃ cũ groſſiori alterius
nec ſubtilis cũ ſubtili: vt ipſe imaginatur: nec conſe
quenter: ſeq̃ret̃ aliquod illorũ inconuenientiũ. ¶ Ad
quartã concedo ꝙ Ariſt. non intendat ponere eccen
tricos: cũ tp̃e eiꝰ non eſſet peruentũ in notitiã eorum
nec ſui tp̃is aſtrologicos ponerent ſm quorũ opinio
nem ipſe loquit̃ nec rõ concludit: q2 licet phs dicat
irregularitatẽ motuũ planetarũ cauſari ꝓpter mo
tuũ pluralitatẽ nõ pp̃ hoc excluditur quĩn ſint eccẽ
trici. Nã ẽt affirmãtes eccentricos cũ eis ponũt mo
tuũ pľaritatẽ: vñ licet phs dicat pľalitatẽ motuũ eẽ
cauſam irregľaritatꝫ motuum: non pp̃ hoc excludit
eccentricos. ¶ Ad quintã qñ dr̃: idẽ eſt locꝰ totiꝰ et
partis ſm ẽ de loco cõi: nõ ãt ꝓprio. Nã cũ oẽ locatũ
ſit eq̃le loco ꝓprio: ſi idẽ eẽt locꝰ ꝓpriꝰ totiꝰ: ⁊ partis
totũ et pars eẽnt eq̃les eidẽ loco: quare eſſent eq̃les
inter ſe contra cõem cõceptionẽ p̃io elemẽtorũ. Ad
ꝓpoſitũ corporũ celeſtiũ locꝰ cõis eſt aggregatũ ex
oĩbꝰ centris et tũc illud aggregatũ ẽ locꝰ totiꝰ ſphe
rarũ agregati et cuiuſlibꝫ ſphere: illa ẽt ꝓpõ. idẽ eſt
locus totius ⁊ p̃tis poſſet hr̃e aliũ intellectũ. Qui ãt
vellet tenere ꝙ orbes cõtenti locant̃ in vltĩa ſupficiẽ
tie corporis ꝯtinẽtis vel ꝑ p̃tes: ſi nõ hẽat extra ſe cõ
tinens, vt tenet beatꝰ Tho. 4. phy. cũ alijs auer. nihil
cõcluderet. ¶ Ad. 6. dr̃ ꝙ ſm phm. 2. de celo tex. 62
dat̃ multiplex entiũ ordo q̃dã. n. hñt ſuã ꝑfectionẽ im
mo ſunt ꝑfectiſſima ſine motu et actiõe: q̃le eſt primũ
ens deꝰ glorioſus et bñdictꝰ: in ſcđo ordĩe ſunt q̃ vni
ca actione et motu hñt ſuã ꝑfectionẽ et conſeruãt eã
vt primũ mobile qđ mouet̃ vnico motu. ſ. diurno in. 3.
ordine ſunt illa q̃ vt acq̃rãt ꝑfectionẽ ꝓpriã: mouent̃
pľibꝰ motibꝰ, vt ſunt tres ſupiores. i. 4. ordĩe adhuc
ſunt ĩpfectiora; q̃ lꝫ pautioribꝰ motibꝰ moueãt̃ ꝙ̃ ea q̃
ſunt in. 3. ordĩe: q2 tñ non acq̃rũt ꝑfectionẽ totã: ſꝫ ali
quã: iõ ſunt ĩperfectiora; q2 meliꝰ eſt adipiſci totã ꝑfe
ctionẽ pľibꝰ motibꝰ: ꝙ̃ moueri pautioribꝰ et illã nõ
acq̃rere totã: ſed tñ aliꝙ̃ p̃tẽ eiꝰ: nã hõ lꝫ hẽat plures
opationes ꝙ̃ aĩal brutũ: q2 vltra opatiões vegetatiue
p̃tis ac ſenſitiue: hꝫ ẽt opationes intellectꝰ eſt tñ ꝑfe
ctior: q2 illis pluribꝰ motibꝰ maiorẽ acq̃rit ꝑfectio
nẽ ꝙ̃ brutũ: eodẽ mõ alľ ẽ ꝑfectiꝰ ꝙ̃ planta: lꝫ moueat̃
pľibꝰ actionibꝰ et motibꝰ: q2 acq̃rit maiorẽ ꝑfectio
nẽ. In. 4. ordĩe ſm hãc ſentẽtiã ẽ ſol q̃ lꝫ moueat̃ pau
tioribꝰ motibꝰ ꝙ̃ tres ſupiores: nõ tñ acq̃rit tantã ꝑ
fectionẽ ꝙ̃tã illi. In q̃nto ordine ſunt entia: q̃ ad huc
pľibꝰ mouent̃ motibꝰ: et tñ nõ acq̃rũt totã ꝑfectionẽ
in quo ordĩe ſunt Venꝰ. Mercuriꝰ ac luna: et ſic pꝫ
ꝙ nõ incõuenit ſolẽ moueri pautioribꝰ motibꝰ ꝙ̃ mo
ueant̃ tres planete ſupiores lꝫ ſit ĩperfectior illis ſm
phos et ſub illis q2 nõ acq̃rit tantã ꝑfectionẽ ꝙ̃tã illi
adipiſcunt̃. volũt. n. phi ꝙ aſtrũ ꝙ̃to eſt ſublimius, et
altiꝰ tanto nobiliꝰ. Nã ordo nobilitatis et excellẽtie
eorũ eſt ſicut ordo in ſitu. ¶ Aſtrologi tñ tenẽt oppoſi
tũ: ꝙ lꝫ ſol ſit inferior tribꝰ ſupioribꝰ: eſt tñ ꝑfectior ⁊
et altitudo ſitꝰ ac loci nõ facit principaľr aſſeq̃ ꝑfec
tionẽ ſꝫ potiꝰ ſol ẽ ꝑfectior: q2 obtinet locũ mediũ: vt
ſupra dictũ ẽ: et ſm hãc opinionẽ argm̃ nõ hꝫ difficul
tatẽ aliq̃m: ꝯcedit̃. n. ſolẽ moueri pautioribꝰ motibꝰ:
q2 eſt ꝑfectior. ¶ Notãdũ tñ ꝓ ꝯcordia harũ opinio
nũ ꝙ phi ſunt artifices rõnales magis ꝯcludẽtes id
qđ ẽ ſm rõnẽ: iõ ſm eẽntiã aſtrũ ꝙ̃to altiꝰ tãto nobiliꝰ
et ordo nobilior: et ordo nobilitatis eſt ꝓportiõalis
ordini ſitꝰ q2 ꝙ̃to ſidꝰ eſt altiꝰ tanto ꝓpinq̃ꝰ p̃io p̃nci
pio: iõ tres ſupiores ſunt ꝑfectiores ſm eẽntiã ꝙ̃ ſol:
aſtrologi ṽo ſunt artifices magis p̃ticľares ⁊ ſm ſen
ſata iudicantes ꝯcludũt dignitatẽ planetarũ ſm vir
tutẽ et opationẽ eoꝝ: nã dicũt planetã nobiliorẽ q̃ hꝫ
maiorẽ virtutẽ ad agẽdũ ⁊ ſenſibiliꝰ agit: ⁊ cuiꝰ effe
ctꝰ ſunt nobiliores: ⁊ q2 ſol ẽ maxĩe ⁊ ſenſibiľr actiuꝰ
⁊ vľiꝰ agẽs ĩ hec ĩferiora: iõ affirmãt ſolẽ excellẽtio
rẽ. ¶ Sꝫ ꝯ hoc dubitat̃ q2 opatio arguit eẽntiã: vñ
nos ſcimꝰ eẽntiã rei eẽ ꝑfectiorẽ, cuiꝰ ẽ ꝑfectior opa
tio ergo ſol hꝫ opõnẽ ꝑfectiorẽ ꝙ̃. 3. ſupiores: vr̃ ꝙ ẽt
hẽat eẽntiã ꝑfectiorẽ. ¶ Ad hoc rñderi põt ꝙ ſyderꝫ
duplex eſt opatio p̃ia ẽ ſenſibilis: q̃ ꝓducit̃ mediãte
motu ac lumĩe p̃ncipľr: ⁊ hec opõ iuenit̃ p̃ncipľr ĩ ſole
tũ ꝓpt̃ ſuã magnitudinẽ: tũ ẽt pp̃. ꝓpinq̃tatẽ ⁊ veloci
tatẽ motꝰ eſt. n. in medio non multũ remotꝰ vt tres ſu
periores: nec tardiꝰ in motu vt. 3. ĩferiores. Scđa ẽ
opatio ſtellaꝝ ĩſenſibilis ꝑ ṽtutẽ et ĩfluẽtiã: et hec ĩ ſo
le ẽ ⁊ nõ ẽ ꝑfectior ꝙ̃ ĩ tribꝰ ſupioribꝰ: ĩmo ecõtra. Nã
effectꝰ ſaturni ſunt durabiliores: et ꝙ̃to planeta ẽ ſu
pior tãto ꝑfectiorẽ hꝫ ĩfluẽtiã. dico ad ꝓpoſitũ: ꝙ p̃ia
opatio ſenſibilis nõ arguit nobilitatem eẽntie: ſꝫ ſcđa
Nã lꝫ aliqđ aĩal brutũ hẽat aliq̃m ſenſum ĩtẽſiorẽ quã
habet homo: non tamen eſt perfectior homine: quia
perfectio eſſentie cõcluditur potius ex perfectione
intellectus: qui eſt in homine: et cuiꝰ operatio eſt in
ſenſibilis. ſi quis tamen vellet tenere cum aſtrologis
ꝙ etiã ſol habeat eſſentiam perfectiorem quã aſtra
ſuperiora poſſet tenere. Nã Albertꝰ magnꝰ ĩ. 2. de ce
lo hoc videtur tenere firmiter: tum quia ſol dat lumẽ
omnibus aſtris: tum etiam quia oẽs planetas regu
lat in motu, vt dictum eſt, et tenẽdo hoc faciliter reſ
pondere poſſꝫ ad rõnẽ philoſophoꝝ ꝙ nõ neceſſe eſt
quanto planeta eſt ſuperior et p̃io principio ꝓpin
quior tanto eẽ excelentior: q2 in hoc potius atendit̃
finis ꝙ̃ ordo ſitꝰ: lꝫ. n. rõnabiliter ſol debuit eẽ ſupe
rior tribos ſuperioribus tñ fuiſſet multũ diſtans a



terra; nec poſſet dare virtutẽ ſuam rebus creatis:
ſimiľr ẽt fuiſſꝫ multum remotus a tribꝰ inferioribus
nec daret̃ ita bñ illis lumẽ. Potius ẽ igr̃ in medio lo
co vt oĩbꝰ equaliter ṽtutes ſuas diſtribueret: de hoc
tñ alibi dictum ẽ. ¶ Ad ſextam rõnẽ dũ dr̃ ꝙ ſi eſſet
eccentricꝰ opꝫ ꝙ cũ eiꝰ centro eẽt alia terra dico, ꝙ
hoc nõ opꝫ: nec opꝫ ꝙ terra quieſcat niſi motu diur
no. In quo nihil eſt quieſcens niſi terra. Nã oĩa mo
uẽtur illo motu: ẽt q2 motꝰ diurnꝰ eſt velociſſimꝰ: et
q2 in motu p̃mi moblis nihil quieſcit ex quo nihil eſt
extra celũ vt ꝓbatur in p̃io de celo. In alijs ṽo mo
tibꝰ non eſt neceſſaria quies terre: q2 quieſcũt orbes
Octauum caput ↄtinet tres de lacte opiniones earum improbationes, et propriam determinationẽ. ¶ Tres de lacte opiniões. ¶ Prima eſt pythagoricorũ dicẽtiũ Phaetõtẽ ſemel hac currus traxiſſe paternos, ⁊ hanc celi partem exuſtam incanduiſſe, hincqꝫ nobis adhuc lac apparere. ¶ Sed inconueniens eſt non intelligere hac de cauſa zodiacum circulũ iã exuſtum eſſe debere et magis q̃ ſit lacteꝰ circulus. Nã ſub eo ſemper ſol decurrit et omnia errantia ſydera. At nihil tale paſſus conſpicitur, nobis enim totus manifeſtus eſt circulus: et qualibet nocte videtur dimidius: niſi ea ex parte qua coniungitur lacteo circulo.

¶ Secunda eſt Democriti et Anaxagore dicentiũ lac eſſe ꝓpriũ lumen aliquorũ aſtrorum adinuicem ↄgregatorũ Dicebant eñi ſolis aſpectu ꝓpriũ lumẽ aſtrorũ ĩpediri videri: ſꝫ terra ĩterpoſita nõ ĩpeditũ vr: ⁊ lac ipm nuncupatur. ¶ Sꝫ nõ ita eſt. Primo q2 lactis circulꝰ ſemper appareret ſub eiſdem aſtris. At cõtinue eſſent alia et alia que a ſole non inſpicerentur. tranſlato igitur ſole oporteret et lac transferri. ¶ Secundo. Quia aſtronomicis theorematibus cognitũ eſt ſolem eſſe multo terra maiorem: et aſtra multo magis terra q̃ ſol et luna diſtare, conus igitur terreſtris vmbre deficit citra aſtra, ad ea ipſa ſolarem aſpectum non impediens. ¶ Tertia eſt dicentiũ lac eſſe radiorum ſolis refractionem, vt de cometa. Sꝫ neque hoc verum eſt. Primo. quia non ſemper deberet apparere in eodem loco: vt impoſſibile eſt eãdẽ emphaſim cõtinue in eadem ſpeculi parte fieri ſi ſpeculum aut res moueatur. Mouentur autem continue ſol et aſtra. ¶ Secũdo. Quia apparet nobis lactis circulus in aqua de nocte, vbi non poteſt eſſe talis refractio. Nõ igitur fieri oportet hanc emphaſim atqꝫ candoris manifeſtationem ob radiorum refractionẽ

¶ Ariſtotelis determinatio. Virtute aſtrorum que ſunt ĩ celeſti lacteo circulo, eleuãtur exalatiões multe vt fit in generatione comete in qua quidem recipitur atqꝫ reſtringitur lumen aſtrorũ illic exiſtentiũ:



et illius partis celi ſitqꝫ hunc in modum circulꝰ magnus albus, vt ſub aſtri rotunditate fit circulus halon qui lactis circulus dicitur. Et id quidem rationabile ẽ. Nam ſi vnum aſtrorum ſufficit materiam eleuare vnde poſſit prodire cometa multo quidem fortiꝰ magna aſtrorum multitudo, que in via celi lactea late effulgent, quas ſporadas dicunt, materiam ſuſtollere poterit in qua hec pars celi formetur, repreſenteturqꝫ. Adde hunc lacteum circulum non fieri ĩter tropicos vt neqꝫ cometes, ſed extra vbi exhalationũ vis maiore perdurare poſſit indiſſoluta tempore et vbi eſſe poſſit maioris materie repreſentationis cõmoditas de flãmis igitur apparentibus de phantaſmatibus, de cometis, et lacte hec dicta ſufficiant.

¶ Caput nonum.

Nonum caput continet cauſas pluuie eius generationem et vnã caliginis et nubis differentiam ⁊ preter litere Ariſtotelis ſententiam vnũ et viginti ſigna pluuie. ¶ Cauſe pluuie ſunt efficiens, celi circulus maxime ſolis, qui prope nos decurrens vapores eleuat, ⁊ diſgregat quos ſua abſentia congregat, materia autem eſt vapor calidus et humidus ſurſum latꝰ. Pluuie generatio. a ſole et alijs aſtris eleuãtur vapores ab aqueis locis, eſt eñi vapor, aque halitus, qui diu ĩ aere ſuſpenſus et ob medie regionis frigide contactum denſatus infrigidatur: atque iterum per ſtillas deorſum erumpit fitque pluuia. ¶ Que ſi minoribus ſtillis crebra deſcendit; imber ſi maioribus pluuia: ſi impetuoſe ſubito ⁊ groſſioribus totis ſimul labrotera dicatur. ¶ Differencia. Inter nubem ⁊ caliginem hoc intereſt: quia nubes eſt craſſior ille vapor viſus in aere ſuſpenſus: qui tandem ſoluatur in aquam. Caligo autam itidem ſuſpenſa nebula eſt, ſꝫ que non ſaluatur in aquam. que diſpergitur: et diſpſa vaneſcit. ẽ eñi caligo velut nebula ſterilis Fit hinc vt caligo magis ſit ſerenitatis ſignum. Et generatio nubis ex vapore: et pluuiarũ ex nube imitatur ſolis circulum. Nam ſole exiſtente prope, eleuantur vapores fiũtqꝫ nubes quo elongato iterũ deſcẽdũt calidũ enim eleuat: et frigidum deprimit et hoc ſemper: vt fluuius effluens et relabens ſecundum ordinem: Et forte hunc ſemper nature ſerie ſeruata indeficientẽ fluuium, vt diuine prouidentie flumen priores ſub enigmate et velata allegoria Oceanum terre ſemper circumfluum vocauere: ¶ Preter litere Ariſtotelis ſententiam: vnum et viginti pluuie ſigna. Mergorum eflumine celer volatus atqꝫ clamor. Fulice in ſicco ludentes. Ardea ſuper nubẽ euolans, Sidera cadere viſa. Albeſcentes flammarum ſub obſcura nocte tractus. Palee: et frondes eleuate volitantes. Plume in ſumma aqua colludentes. Ex parte Boree, Euri zephyriqꝫ, tonitrus. Grues in aere fugam agitãtes. Vacca in celum ſuſpiciens, et captãs naribus auras. Hirundo lacus circumuolitans: Rane in limo querule. Formica oua extollens. Celeſtis arcus apparitio. Agmen coruorum epaſtu rediens et alis ſtrepens. Fluuiales aues vndis relictis prata querere, ſe fruſtra lauare geſtiẽtes. Garrula cornix Cornix ſola diſpatiata arena caput vndis obiectãs et immergẽs. Ignis in oleo ſcintillans. Et fungi creſcentes, pluuias et tempeſtates, vt cecinit Maro: ꝑſagiunt.

Jam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis.

Tum medio celeres reuolant ex equore mergi.
Clamoremq; ferunt ad littora. Cumq; marine.
In ſicco ludunt fulice. Notaſq; paludes.
Deſerit: atq; altam ſupra volat ardea nubem.
Sepe etiam ſtellas vento impendente videbis.
Precipites celo labi, noctiſq; per vmbras.
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus
Sepe leuem paleam ⁊ frōdes volitare caducas.
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.
Et boree de parte trucis cum fulminat. et cum.
Euriq;. zephyriq; tonat domus. omnia plenis.
Rura natant foſſis atq; omnis nauita ponto.
Humida vela legit nunq̄ imprudentibus imber.
Obfuit: aut illum ſurgentem vallibus imis.
Aerie fugere grues: aut bucula celum.
Suſpiciens, patulis captauit naribus auras.
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo.
Et veterem in limo rane cecinere querelam:
Sepius ex tectis penetralibus extulit oua.
Anguſtum formica terens iter. Et bibit ingens
Arcus et e paſtu diſcendens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis
Jam varias pelagi volucres: et que Aſia circum.
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.
Certatim largos humeris īfundere rores
Nunc caput obiectare fretis: nūc currere in vndas
Et ſtudio in caſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena:
Aut caput obiectat querelum venientibus vndis.
Nec nocturna quidem carpentes penſa puelle
Neſciuere hyemem, teſta cum ardente viderent
Scintillare oleum et putres concreſcere fungos

## Caput decimum.

Caput decimum cōtinet cauſas roris et pruine, eorum generationes. tres eorum differentias et duas conuenientias: et preter litere ſententiam: roris et pruine accidentia. ¶ Roris et pruine cauſe: efficiēs. ſol et aſtra: materia denſus vapor: parūq; caloris hñs ¶ Roris generatio vapor qui paululum de die eleuatus fuerit, ob calidi ſurſum ducentis paucitatem temperate noctis frigore deorſum ducit: atq; ī aquā ſoluitur qui in aquam verſus ros dicitur. Fit enī cū non fuerit eſtus ſurſum ducens et exiccans, neq; frigus conſtringens: et gelans. Et quod gignatur prope ſignum eſt. quia tum non longe ſuſpēditur vapor ¶ Pruine generatio. Fit vt ros: ſed prius quam vapor in aquam verſus cernatur, gelatur, et fit hyeme magiſq; hyemalibus locis. Tres roris. et pruine differentie. ¶ Differunt primo. Quia cum fit ros, vapor non gelatur quod facta pruina contingit. ¶ Secundo. Ros temperiem requirit pruina autem non: ſed frigoris lapſum. ¶ Tertio. Quia ros fit flante Auſtro et non Borea, niſi in Ponto, vbi oppoſito fit modo. Nam auſtrini flatus temperiem parant Boreas hyemem. Eſt enim frigidus et ſuo frigore exhalationis caliditatem extinguēs preter quam in Pōto vbi auſter diſtans temperiem facere nequit. Boreas autem illic propter frigiditatem antipariſtaſim faciens que contrariorum circunſtantia eſt, calidum congregat ⁊ magis euaporat. Hinc fit vt in exteris locis id etiam percipiatur: et putei, flante Borea plus effument halentque quam flatibus auſtris: Sed Borealia extinguunt ante quam conſtent Auſtri autem congregare ſinunt. Et pruina e contrario fit magis flante Borea. ¶ Due conuenientie. Cōueniunt primo: quia ambo fiunt tempore ſereno: et tranquillo. Non exiſtente enim ſerenitate: vapores apti eleuari nequeunt et flante vento conſiſtere non poſſunt. ¶ Secundo. Quia ros ⁊ pruina in altis mōtibus non fiunt. ¶ Primo. Quia vapor ex quo gignuntur. denſus eſt: ⁊ parum caloris habens vnde poſſit in preruptorum verticem montium ſuſtolli: ſed prope terram dimittitur. ¶ Secundo. Quia montium vertices vento agitantur non conſiſteret igitur vapor vnde illic ros atque pruina fieret. ¶ Preter literam, roris ⁊ pruine accidentia: Ros frumēta collecta putreſcere facit, ſereno fit tēpore ex rore oues letalem fluxum cōcipiunt. Pruina plerunque fetet, deſcendēs, ſerenitatē aſcēdens, futurū indicat ībrē.

Rore ſeges collecta perit. Sunt rorida tempe.
Rore et oues paſte ventre fluente cadunt
Cana pruina olida eſt deſcendens ipſa ſerenat.
Sed ſi conſcendat, tempora pulla notet.

## ¶ Caput vndecimum.

Ndecimum caput cōtinet cauſas niuis eius generationem: et vnam conuenientiam: et preter litere ſententiam accidentia niuis. Cauſe niuis. cum predictis eedem ſunt. Niuis generatio. Nix gñat cū nubes prius quam in humorem ſtillet, congelatur: et hoc ē frigiditatis regionis in qua fit ſignum et temporis Non enim cōſtringeretur ac gelaretur multa exiſtēte caliditate et non ſuperuincente frigore. debet tamen aliquid caloris eſſe, nubem eleuare ſufficiens. ¶ Conuenientia. Conueniunt pluuia, ros, pruina: et nix. nā fiūt ob īfrigidationē oīa et pluuia et ros ſunt idē et pruina et nix idē ſola paucitate ⁊ multitudine diſtātia. Nā pluuia ex multo vapore, multis locis: et multo tpe collecto: gñat, ros ex pauco, vt ephemero vapore. Et pruina ex gelato vapore: nix vero ex gelata nube. ¶ Preter litere ſententiam quattuor niuis accidentia. Nix nimium albet: fortiter viſum diſpergens. per flocculos cadit: meſſem auget: ſemper in altis ſaluatur montibus.

Candida nix nimium tu fundis acumina viſus.
Tu cadis vt floccus. Meſſibus apta venis
Iſmarō ⁊ Rhodopē ⁊ Caucaſon Othrin ⁊ Alpes
Preruptos montes tu ſine fine tegis.

## ¶ Caput duodecimum.

Uodecimum caput continet duas queſtiones, antiquorum reſponſiones: earum improbationes: ſecunde tribus rationibus et proprias ſolutiones. ¶ Prima queſtio. Ubi generetur grando. ¶ Dixerunt ſurſum generari et aquam ob ſtillarum paruitatem ſuſpenſam manere in aere, quemadmodum contingit aurū ⁊ pleraq; terrea corpora ob molis paruitatem aque ſupernatare, et illic congelari: et poſtea congregata multa ſimul, cadere grandines. Sed hoc eſſe nō poteſt: quia congelata capulari nequeunt: quemadmodum humida. ¶ Secunda quo tempore magis generetur grando et videt hyeme. Nam grando eſt vt cryſtallus: fit autem congelatio hyeme: maxime tamen vere aparet et autumno tempore fructuum,



et tranquillioribꝰ locis. Dixerunt magis eſtate fieri et cū nubes ad tāte altitudinis aerem peruenerit, q̄ maxime ſit frigus: q2 ſolarium rarefactionem radiorum non ampliꝰ ſentiat, illic aquam gelari: fierique grandinē: et hoc maxime eſtate euenire cōtingere, quandoquidē copioſus ſit calor, nubes eleuare ⁊ ſurſum pellere ſufficiens. ¶ Sed neq; hi recte ſentiunt ¶ Primo. Nā in valde altis locis non fit grando: viderimꝰ enim eā (quemadmodū et niuem) aliquādo in ipſis genitam. ¶ Secūdo, Q2 ſepe viſe ſunt grādinoſe nubes cū ſono non longe a terra delate, qui horrorem et metū audientibꝰ et videntibꝰ ingerebat terribilē tanq̄ aliquo alio maiore futuro. ¶ Tertio. Quia aliquādo mire magnitudinis cadit grando, omnimodam gerens figurā, et non rotundam: ſignum igit̄ eſt ex non valde alto loco ruere, neq; in valde alto genitā eſſe. ¶ Prime queſtionis ſolutio. Antipariſtaſis (que eſt cōtrariorum circunſtantia) ipſorum auget vehementiam: et hinc fit vt eſtate inferiora loca frigida ſint, et hyme calida quare eſtu valido exiſtente, media aeris regio frigidior ē, ſuis circundata contrariis. Et ex nube citius aquā eliq̄t et groſſiores gutte (quas labroteras dicimus) fiunt que impetuoſe et cōte ſimul decidūt ob congelationis celeritatē. Ita circunſtante cōtrario fiūt gutte labrotere, que prius q̄ decidant. gelantur: que congelate, grandine dicunt̄. Et quando propinquiꝰ fiūt maiores apparent, q2 paruo ferantur īteruallo: quādo vero remotius, minores atque rotunde. ¶ Secūde: Minus eſtate et hyme quam vere et autūno, et fructum maturatione: quia: ver et autūnus, et maturaſcentium fructum tempus calidum ſatis eſt et humidum vt vapores eleuēt̄, et antipariſtaſis fiat. Adde quod quando vapor eleuari ſufficit tempore calido, medius aer ex contrariorum circunſtantia valido concepto frigore vaporem citius gelat. Multi enim cito aquam infrigidare volentes, primum eā ad ſolem ponunt: Et in Ponto circa calamos aquam calidam fundunt: vt illic citius geletur: vtuntur enī in piſcium captura glatie vt plumbo: vt calami quieſcāt. Et hac ipſa de cauſa circa arabiā ⁊ aethiopia eſtate ingraueſcunt imbres, ⁊ in die frequenter: et non in hyeme. ¶ Preter litere Ariſtotelis ſententiā grandinis quinq; accidentia. Deorſum per globos ruit vt cryſtallus Meſſem enecat. Interdum cum ſono et ſtrepitu auditur. Cū pluuia cadit. Multimode exiſtit figure, aliquando hominum, aliquando ferarū effigies retinens.

Grando globum vitrei cryſtalli, deorſum.
Decidit, et vitem ſtrataq; farra necat.
Horrendoq; ſono mortalia pectora terret.
Nubis: et euentu deteriora rata.
Mixta ruens imbri, variis formata figuris.
Et faciem viſa eſt ſepe habuiſſe fere.

## ¶ Caput decimum tretium

Ecimū tertiū cap. cōtinet vnam concluſionē vnā d̄ generatione fontium et fluuiorum opinionem, et eius impugnationē, fontium et fluuiorū generationē, et duo ſigna. ¶ Concluſio. Expedit de fluuiis et ſpiritibꝰ aliqua determinare. ¶ Nā de his ab antiquis nihil, dignum relictum eſt. Dixerunt enim aliqui ventum aerem eſſe agitatum et fluentem: et idem eſſe nunc aerem, nunc nubem, nunc ventum; q2 cum q̄leſcens fuerit, vocant aerem cū denſus: et multe craſſitudinis, nubem: et cum motus ventum et omnes ventos eundem eſſe ventum, ſapienter credunt affirmare. Sed accidit multos: vel ſine inquiſitione ſatius ſic inquirentibus dicere. De ventis aūt poſtea exquiſitam facturi ſumus determinationē quid ſit quomodo fiat, quid moueat, vtrum fluat quemadmodum ex vaſe, quouſq; totum fuſum ſit, aut ſicut ex vtribꝰ emiſſum, pictores effingunt. Et de aquis conſimiles pene habuerunt determinationes. Una de fontium et fluuiorum generatione opinio. Dixerūt fluuios fieri multa aqua a ſole eleuata, et iterum in terre magno aliquo ventre cōgregata: a quo effluūt oēs, aut aliꝰ ex alio: colligit̄q; in terre ſubceptaculis hyberno tēpore hec aqua. Et hīc fit vt fluuii et fontes eſtate q̄ hyeme maiores exuberēt. Et horū fluuiorū hos perpetuos aſſerunt, quorum ſuſceptacula multā copiam colligunt ⁊ q̄uō prius deficere poſſint, q̄ ex hyeme nouos imbres et nymbos recolligant: hos vero non perpetuos quorum alueī et receptacula paruā continent aquam: et q̄ deficere poſſit prius q̄ ex hyeme nouos recuperent imbres. Sꝫ quomodo ex ſuſceptaculis terre naſcerent̄ aque, que p annū decurrere vident̄ cū magnitudine et mole ipſius terre ſuperent magnitudinē. ¶ Fluuiorum et fontium generatio. Sicut ſuper terram ex aere ſuperante frigiditate fit aqua ita ⁊ in terra eandē ob cauſā ex aere fit aqua ⁊ continue quidē que facta erupit. Et ſicut ſuper terra ex multis paruulis ſtillis aliis tāde cocītibꝰ crebrior collig̃t aq̄ fitq; aque multitudo: ſic in terra ex paruis colligit̄: et primo fiunt ſcaturigines in principiū fontis aut fluminis cōuenientes ¶ Duo ſigna. Primū: aq̄ ductus parantes nō longe defoſſa homo aquā reperiūt terre inde a ſummo veluti ſudāte repta. ¶ Scdū. Q2 ex magnis mōtibꝰ maximi fluuii et ſtagna oriunt̄ q̄ libere oī forme ex parte aerea attigāt loca: q̄ vt ſpongioſa fiſtuloſaq; ſuſpenſa, multis ex locis cōcipiūt atq; producūt aquā. In planitie aūt campeſtri rari fluūt admodū. In aſia enim ex parnoſa ad hyemalē orientē mōte maximo effluūt et alii fluuii, et Bactrꝰ; Coaſpes Indꝰ et araxes: cuiꝰ pars tanais ī meotidē effluit paludē. Et ex caucaſo maximo monte ad eſtiualē orientē (q̄ ob ſui p̄ruptā magnitudinē a nauigātibꝰ in imis ſtagni vī et cuius ſummitates ad tertiā noctiſ ptē a ſole illuſtrāt̄) effluunt plurimi et maximi et phaſis. Ex pyrēno ad occidētē eq̄noctialē in celtica effluunt iſtrꝰ et tarteſſiſtrꝰ quidē p totam europam in mare euxinū at tarteſſus extra colūnas. Ex aetiopicis mōtibꝰ aegon ⁊ niſes et chremetes. Ex pindo achelō et inachꝰ. Ex ſcombro ſtrymō. Neſtꝰ et hebrꝰ. Ex argēteo monte nilus Ex rhodope plurimi. Sꝫ q̄ adducti ſunt teſtimonii gratia ſufficiāt. abſonū igit̄ eēt exiſtimare vnū terre ventrē ex quo oēs educant̄ fluuii: et neq; recipe q̄dē ſufficeret: neq; ipſe nubes. Et fiunt hūc in modū fontes et ſunt ſub terra vt q̄dā ſtagna et ſcaturiginibꝰ in vno loco collecta nō tāta vt aliq̄d accidat incōmodi. Et eē hūōi ſubterraneos meatꝰ et aq̄rū voragiēs, hinc ſumit̄ indiciū: q̄ ſepe loca abſorbent̄ coopiente aq̄: vt circa pelopōeſū ⁊ arcadiā ſepiꝰ accidit circa Helladē vō raro: Et ſub caucaſo ſtagnū eſt (q̄d illic vocāt mare) q̄d plurimi et magni ingrediunt̄ fluuii, apertū egreſſū nō hñtes: q̄d dehiſcēs deriuat ſub terra circa p̄funda ponti: vbi nullꝰ q̄ vnquam deſcenderit, potuit ſatis profunditatis terminum rimari: et hinc diſtantia trecentorū ſtadiorum aquam potabi

lẽm reddũt terre. Et circa liguſticã fluuiꝰ nõ minor Rhodano (qui fluuiꝰ ẽ pernauigabilis) abſorbetur. Indiciũ igit̃ ſufficiens, eſt terram lacunas et aquarũ vorigines continere.

## ¶ Caput quartũdecimuz.

Quartumdecimum caput: continet vnam queſtionem, reſponſionem, quo modo cõtingat cataclyſmi, cur aliqui fluuij videnẽ perennes, alij non, et vnum corolarium. ¶ Queſtio. Cur loca demutent, varienturq̃ nũc terre nũc flumina vt q̃ priꝰ arẽtia et tetere nũc obruta ſint aquis: et que prius aq̃ operuit, nunc ſint arida: vt vbi nunc mare, prius terra: et vbi nunc terra priꝰ mare fuerit. ¶ Huius rationẽ aſſignamus, qr omnia hec nature ſeriem ſeruant, ſuaq̃ finiũtur periodo. Utenim ex ſole et celo plante et animalia ſtatum habent et ſue durationis rationem, vt adoleſcant, vt iuuenta conſtent, vt ſenecta tabeſcant: ita eadez ex cã virtutem partes terre accipiũt differentẽ et incipiunt humida fieri: et ad tempus aquoſa manent: deinde exſiccantur atq̃ ſeneſcũt iterum: Et conſimili modo fit maris permutatio: vt vbi nunc excreſcit: terram relinquet arentem: et vbi nunc fluctibus vndat aliquando, ſtagnatum et exſiccatum iri neceſſe eſt. Et huius rei plurima ſunt argumenta. Aegyptus enim exundante. Nilo cooperta, hinc ſtagnat hincq̃ reparatur vt ſepe noua fieri videat̃. Et ora nili omnia manufacta videtur: excepto vno cãobico Et olim aegyptus (vt homerus refert). Thebe fuerunt necdũ. Mẽphis erat. Et hec rex viciſſitudo, permutationumq̃ alternatio. Helladi Argiuorum regioni et Mycenee Mycenorum, tpe. Troie accidit Nã argiui ſtagnantẽ habebant helladẽ et que paucos alere poſſet. Micenea vero ferax et rẽperata. Et i oppoſitas verſe naturas mycenea ſtagnat: illa vero ſicca et vtilis nunc facta eſt. ¶ Et ſi queras. Si ita ſint rerũ vices terrarũ et aquarum permutationes, quomodo nos lateant. ¶ Dicimus. Cũ incipiant longis tpibus fieri, vita aũt noſtra cita fugiat et labatur, quando quidẽ nunc fame, nunc bello, nunc infirmitate cito abſumit̃: et hi regiones permutant, et emigrant in alienas: hi autem permanent, ſ; tempus facte permutationis nõ attingũt: ille aũt cũ eos regio nõ amplius alere ſufficiat, in alienas ſeſe trãſferunt oras: hinc ois interit memoria, et poſteritatẽ latet: et ſi quando memoria facta eſt, longinq̃ deleuit antiquitas. Et qui has cõſiderauerunt permutationes dixerunt nõ nulli mundũ de nouo generari, et mundi generationem harũ cauſam eſſe. Sed hoc ridiculũ eſt, ob paruas ſcilicet et momentaneas permutationes totum permutari exiſtimare oportere. Terre aũt moles et magnitudo circa cuius partem aliquam fit permutatio, ad totũ vniuerſuz nihil omnino eſſe vr̃. Sed cauſa dicta eſt ꝙ. Rerũ a natura determinatus ſit exitus, determinataq̃ periodus. ¶ Quomodo cõtingãt cataclyſmi Sicut anni quatuor ſunt determinata tempora, ver, eſtas, autumnꝰ et hyems, finem periodũq̃ ſeruato ordine retinẽtia ſic circa partes terre et loca cõſimilis nature lex obſeruat̃. Et cũ ad hyemẽ vſq̃ ſuam deducta ſunt, ingraueſcũt vnde, ſitq̃ illorum cataclyſmus quẽadmodũ ſub deucalione cataclyſmus factus ẽ circa antiqũ helladẽ, q̃ eſt circa Dodonẽ et Acheloũ, quã habitãt greci, q̃ nũc hellẽtes dicunt̃. Et he agrũ magne eleuationes nõ ſemper circa eadẽ loca contingunt, ſed euariant, et cataclyſmorũ loca permutãtur. ¶ Cur aliqui fluuij videant̃ perpetui, et alij non. ¶ Dixerũt id eẽ ob terre ampla vel ſtricta receptacula: vt quorum magna ſint voraginum inſtar, hi ſint perpetui. quorũ vero paua, et q̃ ſuas paruo tpe eiaculẽtur aq̃s non perenneas, ſ; decidui ſint. ¶ Hanc non dicimus cauſam: ſ; locorum gignendis cõſeruãdiſq̃ aq̃s aptitudinem: vt loca alta, ſpiſſa, frigida, hec ſane multam ↄtinẽt aquã, multã ſuſcipiũt, et multa ſua frigiditate gignunt. Quibus vero ſupẽſe ſunt parue mõtium moles, ſpongioſe ſaxee, argilloſe, hec inepta ſunt vt in ipſis diu ꝑ luret aquarũ fluxꝰ loca. Et ita ſi plꝰ apta atq̃ diſpoſita fuerit ꝑſeuerãt magꝰ: ſin minꝰ iridẽ minus. Non tamen dixerim fluuios eſſe perpetuos, ſed ſuas ſeruare periodos, ad quas vſq̃ perdurant: et non poſſe ſemper eadẽ preterlabi atque perfluere loca, ſ; permutare. Non.n. mari et flumine eadem ſemper humẽt loca, et eadem manent arida. Hoc manifeſtat aegyptus, quandoq̃ tota inundans hoc eaq̃ circa Rubrũ mare ſunt loca: q̃ Seſoſtris primus excogitauis fodere, vt totus fluuiꝰ pernauigabilis foret, Hinc enim magne pendebãt vtilitates Deinde darius, id attentauit: q̃ reperientes mare flumine altius, a foſſiõe ceſſauere, ne flumẽ mari mixtũ corrũperetur: qđ et circa Libyam Ammoniã regionem cõperitur ſummiſſius. Hoc Boſphorus non ſemper fluens. Uiſus eſt.n. ab aĩa limoſitate fluxum dimittere, deinde ſiccari, deinde iterum ſtagnare, ſolitoſq̃ curſus reparare. ¶ Corolariũ. Uñ ſit (cũ tẽpus non defecerit, ſed totũ ſit eternum) vt neq̃ Tanais neq̃ nilus ſemper fluxerint: ſed vñ effluunt albei aliquando ſicca loca fuerint: et ita de ceteris fluminibus dicere conueniet. Habent.n. et vt ſint, et vt certis effluant locis, determinatas periodos. et tpe permutantur omnia.

## ¶ Hic liber intitulatur metheororũ

quaſi rerum elatarum leuium et ſuſpenſarum: et dr̃ a metha: quod eſt trans, et aero verbo q̃đ ſignificat tollo. leuo: ſuſpẽdo ſignificat igitur metheora. idem quod trans: vel vltra hec inferiora corpora eleuata: ſuſpenſa.

Queritur circa primũ metheororũ vtrũ iſte mundꝰ ſenſibilis ſit ſubiectꝰ ſuperioribꝰ et lationibꝰ ↄtiguꝰ vt īde tota eiꝰ virtꝰ gubernetur, et arguit̃, ꝙ non: qr ſequeret̃ ꝙ celũ et motꝰ celi cognoſceret cõſequens ẽ falſum. qr celum eſt inanimatũ ſecundo ſequeretur ꝙ celum ageret in iſta inferiora ſed conſequens eſt falſum: quia agens et paciens debent eſſe cõmunicantia in materia primo de gñatione, tertio ſic ſequeret̃ ꝙ oĩa iſta inferiora fierent ordinata aut in ordinata conſequens eſt falſum et contra Ariſtotelem in litera q̃ dicit ꝙ fiũt hec inferiora ſecundum naturam in ordinaciorem quaſi ſit natura primi elementi corporum primo celi, quarto actus hominum non reguntur a celo: quia fiãt per libertatem arbitrij: et voluntaris et ſi regerentur a celo: nos nõ eſſemꝰ domini noſtrorũ actuum in oppoſitũ ẽ ariſ. ꝑ declaratiõe huiꝰ q̃nis noto q̃đ ẽ gubernare eſt enim per prudentiam vel ſapientiam aliquez in



ſuum bonum finem dirigere, et ſi capitur proprie vt vult Ariſto. in ſecundo politice vbi dicit. Scientis et mente prouidentis eſt regere et dominari et gubernare: ſed ignorantis naturaliter eſt ſeruire quomodo celuz agat triplici inſtrumento ſcilicet, motu lumine, et influentia, viſum eſt in queſtionibus de celo ſi ſint dabiles influentie: vel non ibidem eſt diſputatum, quomodo autem agit celum in hec inferiora per experientiam ſatis eſt deductum: ſecundo de celo et. 7. phiſicoruz poſui omnes experientias quas: ponant omnes doctores, ſed probatur ratione: quia bene ſequitur celum agit aliquam actionem in iſtis inferioribus: ergo omnem: tenet conſequentia, quia non eſt potior ratio de vna quam eo alia. Omnia que hic dici ſolent ego tractaui in: ſecundo de celo: et ſecundo phiſicorum: ſolum reſtat dicere de actibꝰ voluntatis quomodo õn ſubijciuntur celo quoniaz vt Ptolomeus. Uir ſapiens dominabitur aſtris: ſed tamen celi aliquo modo ĩclinãt corpora humana ad multas operationes. ¶ Nunc ad rationes principalis. Ad primam cum dicit̃, ꝙ gubernare conuenit ſapientibus et celum non eſt ſapiens quia eſt inanimatum. Dico ꝙ celum licet non ſit ſapiens ſufficit ꝙ inteligentia affixa celo ſapiat. Ad ſecundum dico ꝙ agens et paciens debent eſſe communicantia in materia: inteligitur ſi agens ſit vniuocum debet cõmunicare in materia cum paſſo: ſecus ſi eſt equiuocum: Ad tertiaz reſpondetur ꝙ ex parte celi cuncta ſunt bene ordinata: quãuis ex parte varietatis iſtorum inferiorum in ordinentur. Ad quartũ iam idictum ẽ in queſtione.

Dubiũ. 2. Dubitatur ſecundo hic vtrum: motus ſit cauſa caloris et videtur ꝙ ſic quia homines exercitio carentes generant frigidos humores: ergo exercitiũ minuet eos. Secũdo arguo motus plumbi: exiſtens ĩ extremitate ſagitte mote habet tantum caleſcere vt liqueſcat vt Ariſto: ſecundo de celo: ergo motus eſt cauſa caloris. In oppoſitum arguitur aque currentes ſunt frigidiores q̃z ſtantes: ergo motus non eſt cauſa caloris: in hac mã dixit paulus venetus: primo capitulo ſuorum metheo. dicens videtur ꝙ motus ſit cauſa caloris inducẽdo raritatem: ſed probat ꝙ non quia potius caliditas eſt cauſa raritatis quam ecõuerſo: dicit ad hoc ꝙ licet caliditas ſit prior raritate: tñ aliqua caliditate raritas eſt prior: ſicut ponitur ſecundo de anima: et. 9. methaphi. ꝙ actus eſt prior potentia tñ aliquo actu aliqua potentia eſt prior: prius eſt ẽt lumẽ q̃ caliditas: et tamen caliditas ignis eſt prior q̃ lumen ſuũ: ſicut: ergo lumẽ eſt cauſa caliditas ignis: et caliditas ignis eſt cauſa luminis: ita caliditas eſt cauſa raritatis et raritas cauſa caliditatis: ſecunda ẽ opinio que dicit hoc fieri extractione partium ſubtilium ad circunferentiam: ſed hoc nil valet: quia ſeq̃t̃: partes ipſas centrales nõ caleſieri in ferro molendi quod eſt fñi ideo mihi videor dicendũ, ꝙ quemadmodum caliditas virtualiter ẽ ſiccitas et habet deſiccare. Sic eodem modo motus localis in actu eminentie vel virtuali habet calefacere: et hoc dicebat doctor ſanctus quando dixit ꝙ motus localis eſt productiuꝰ caloris quia motui primo correſpodet qualitas prima eſt eniz motus localis primus inter oẽs. 8. phiſi. et caliditas eſt prima inter oẽs ꝑmas q̃litates: et ad illud de aquis fluentibꝰ reſpondeo ꝙ illud eſt propter duo primum: quia propter ipſas moueri radius ſolis non figitur cum bona mora in eis: et ſi non figitur non agit: qr vt dixi ſuper ſphera. Plus facit maior quam directio. Secunda cauſa eſt: quia motꝰ ẽ debilis actiuitatis ad calefaciendũ et maioris reſiſtentie eſt frigiditas aq̃ ne calefiat ipſã aq̃.

Dubitatur tertio vtrum moles totius terre ſit minor quibuſdaz aſtris. De hac queſtione nihil volo dicere: quia ſcripſi multa ſupra libris de celo tractando de ſphera. Dubiũ. 3.

Queritur quarto in qua proportione ſe habeant elementa quo ad magnitudinem et materiam ſine argumentis reſpõdeo per aliquas cõcluſiones. Prima concluſio l; oĩa elementa ſint equalia ſm multitudinem tñ ſunt ineq̃lia ſm magnitudinem: prima pars patet eo ꝙ tantũ eſt de materia in vno elemento ſicut in alio. ſi. n. totũ elementũ aeris conuerteret̃ ĩ elemẽtũ ignis eẽt tñ ſicut nunc ẽ ignis et eadẽ materia: ſimilr̃ totũ elemẽtũ ignis conuerteretur in elementũ aeris fieret tñ preciſe: ſicut eſt nunc elementũ aeris ſine diminutione. l; additione materie ſecunda pars cõcluſionis ſeq̃tur ex p̃ma: quia ſi habent equalr̃ de materia et non de raritate et dẽſitate opz ꝙ ſint eq̃lia in magnitudine. Dubiũ. 4

## ¶ Secũda concluſio ꝙ ſi ſphera terre; et aque ſimul ſumantur: ad huc vix facient vnam ſpheram tam magnam ſicut eſſet ſphera terre ſ; modum predictum ad inuenta: ꝓbat̃ qr extrema ſuperficies aque ſeu conuexa q̃ eſt verſus aerez vix tantũ diſtat vel minus diſtat ſi non violẽter quãtũ ſupficies terre conuexa diſtat a centro mundi: et loquor d̃ terra hic apud nos habitabili: igit̃ cum ſm extremum terre inueniatur apud nos magnitudo ſphere: ſeq̃t̃ ꝙ ſphera terre et aq̃ cum ſi ſummunt̃: vix facient tantam ſpherã tam magnã ſicut eẽt ſphera terre: ↄña ſatis patet: qr ſi extremum terre ſimul equaliter diſtaret: et ſimilr̃ extremũ aq̃ cõuexe equaliter diſtaret: l; ſemper minus a centro mũdi q̃ cõuexũ terre: opz ſpheram incluſam in iſta tota ſuperficie eẽ minorem q̃ eſſet ſphera terre modo predicto inuenta: igit̃ vix tantum facit: ſed probatur añs: quia ex ſcđo celi hẽt ꝙ aqua eſt ſpherice figure quantum ad cõuexitatez vel ſaltem eſt portio ſphere ꝑꝑ impedimentũ terre q̃ non permittit ad impleri ſpherã: et ex hoc tũc ſic: qr illa ſupficies portionis aq̃ extrema ẽ ꝓpinquior cẽtro q̃ cõuexa ſupficies terre apud nos: qr ex dictis aris ꝑ experientiã videmꝰ: ꝙ capta ſupficie riui: ſicut ſeq̃ne ingredientis mare ſuperficies terre huiꝰ ẽ altior ſeu remotior a centro mundi ſupficie illa aq̃ vel riui hic apud nos: ſ; cõtinue magis appropinq̃ndo verſus mare ſuperficies extrema riui ẽ ꝓpinquior cẽtro q̃ ſic hic alias nõ deſcenderet magis aq̃ verſus mare q̃ verſus aliã ptez, igit̃ cũ ingrediat̃ mare: et nõ põt plꝰ recedere a centro mundi nãlr̃ ſeq̃tur ꝙ approximat̃ iſta ſupficies maris plꝰ: et ſic ↄuexitas maris ẽ ꝓpinquior cẽtro mundi. Quã ſuperficies terre hic: et ſic minꝰ diſtat a cẽtro mũdi q̃ extremũ terre hic apud nos. Ex iſtis pz ꝙ ſphera aggregata ex iſtis duobꝰ corporibꝰ ẽ minor q̃ eẽt ſphera terre talr̃ inventa vt dictuz eſt:

## ¶ Tertia cõcluſio ꝙ terra ẽ maior aq̃: ita ꝙ plꝰ in mundo ẽ de terra q̃ de aqua: ſuppoſito ꝙ nubes et vapores non dicant̃ aq̃, ꝓbatur: qr terra nõ ĩpedit̃ ꝑ aquã quim dẽſcenderet ad centrũ: dato quod aqua eſſet iuxta centrum per cõmentatorez ſecundo celi: et ẽt patet in ptibꝰ terre deſcendẽtibꝰ.

in aquam ſi pꝛoijciant: ergo ſi terra ſm cētrum grauitatis ſue eſt in centro mūdi vel valde pꝛope opoꝛtet aliquid de terra eſſe: vltra centrum mundi vel magnam partem: et quia ſuperficies conuexa terre verſus nos tantum vel plus diſtat a centro mūdi: ꝙ̄ conuexitas aque: vt patuit ſupra ex pꝛobatione pꝛecedentis concluſionis: opoꝛtet aquam eſſe minoꝛeʒ et per conſequens ſequit̃ concluſio. Unde imaginoꝛ ꝙ aqua ſit ex alia parte adherens inter concauitates terre que concauitates terre habent partes eleuatas lapidoſas grauioꝛes ꝙ̄ ſit iſta terra hic: ergo ſm extremum iſtarum partium terra minus diſtat: a centro mundi per longam diſtantiaʒ ꝙ̄ ille partes que ſunt hic: et foꝛte ꝙ grauitas aque ad iuuat iſtas partes terre et ex alia partem centri que ſil' cū grauitate aque plus ponderant quā partes terre habitabilis; dato ꝙ ſint multo maioꝛes, et pꝛopter hoc illa pars terre poteſt eſſe remotioꝛ a centro mundi ſʒ conuexum: ꝙ̄ conuexum aque ex alia parte: et ex hoc apparet quomodo cum pꝛedictis ſtat ꝙ maioꝛ pars terre ſit cooperta aqs ꝙ̄ ſicca.

Quarta. concluſio. ¶ Quarta concluſio ō mēte bꝛauardini in ſuis pꝛopoꝛtionibus. c. quarto pꝛopoꝛtio totius ſphere gn̄abiliuʒ ad elm̄ terre eſt tripla ad pꝛopoꝛtionem dyametri totius ſphere generabiliuʒ ad dyametrum elementi terre: iſta concluſio patet per vnam pꝛopoſitionem. 12. elementoꝛum: quia qualis ē pꝛopoꝛtio dyametroꝛum inuiceʒ: talis eſt pꝛopoꝛtio ſpherarū triplicata ita ꝙ ſi pꝛopoꝛtio diametri vni⁹ ſphere fuerit dupla ad dyametrū alterius: tūc ſphere ad ſpheraʒ erit pꝛopoꝛtio. 8. quia pꝛopoꝛtio octupla eſt tripla duple: ex iſta concluſione ſequit̃ ꝙ ſphera generabilium eſt maioꝛ ſphera terre in pꝛopoꝛtione. 35937 pꝛobatur. Nam diameter ſphere generabilium continet trigeſieſter dyametrum terre deductis minutis; per alphagranū thebit. et alios mathe. ſignetur igitur ſphera terre per vnum quod ſit a. ⁊ 33. b. numerus trigintuplus tripl⁹ ad b. ſit. c. vlʒ. 1089. et numerus trigintuplus triplus ad c ſit d vlʒ 35937. tunc patet ꝙ a b c d ſunt termini inuicem pꝛopoꝛtionabiles pꝛopoꝛtione continua igitur pꝛopoꝛtio d ad a ē tripla ad pꝛopoꝛtionē b ad a. oīs. n. pꝛopoꝛtio compoſita ex tribus pꝛopoꝛtionibus equalibus ē tripla ad quanlibet illarum: et per conſequens d eſt maius a in pꝛopoꝛtione. 35937. cuʒ: ergo a denotat̃ per elementum terre et d per totam ſpheram generabilium habetur intentum vlʒ: ꝙ pꝛopoꝛtio totius ſphere generabilium ad elementum terre eſt ſicut pꝛopoꝛtio. 35937. ad vnum.

Corolariū ¶ Ex quo ſequitur cuiuſlibet elementi maioꝛis ad elementum immediatum minus ē maioꝛ pꝛopoꝛtio: ꝙ̄ triginta duoꝛum ad vnum: et minoꝛ ꝙ̄ triginta trium ad vnum pꝛobatur: et ſuppono cuʒ Ariſto. pꝛimo de generatione pꝛimo metheoꝛoꝛum, ꝙ elementa ſunt inuicem pꝛopoꝛtionabilia pꝛopoꝛtionabilitate cōtinua: quo ſuppoſito capio quattuoꝛ terminos inuicem pꝛopoꝛtionabiles pꝛopoꝛtionabilitate continua: per que intelligantur: elementa quattuoꝛ quoꝛum pꝛimus ſit vt vnum ſecundus: vt 32. tertius: et quartus eadem pꝛopoꝛtionabilitate aſcendant: tunc arguitur ſic: terminus compoſitus ex omnibus his minoꝛem pꝛopoꝛtionem ad vnum: ꝙ̄ ſphera generabilium ad ſpheram terre: igitur pꝛopoꝛtio aque ad terram eſt maioꝛ ꝙ̄ triginta duo ad vnum patet conſequentia; ex quo omnia elementa pꝛopoꝛtionātur pꝛopoꝛtionabilitate cōtinua. Item ſint alij quattuoꝛ termini deſignantes quattuoꝛ elementa: quoꝛum pꝛimus ſit vt vnum: ſecundus vt. 33. terti⁹ et quartus aſcendat: vt ſuperius dictum eſt de. a. b. c. d. et arguitur ſic. terminus compoſitus ex omnib⁹ his habet maioꝛem pꝛopoꝛtionem ad: vnum quam ſphera generabiliū igr̄ aq̄ ad elementū terre habet minoꝛem pꝛopoꝛtionem ꝙ̄ triginta tria ad vnum pʒ conſequentia vt ſupra.

¶ Quinta pꝛopoſitio de mente Ioāniū dularth in ſuo pꝛimo metheoꝛoꝛuʒ ꝙ terra ē maioꝛ aqua quanuis aqua in decupla: pꝛopoꝛtione ſit rarioꝛ terra. Pꝛima pars; patet quia dato oppoſito aqua eſſe maioꝛ terra ſequitur terram ſubmergi debere intra aquam. quod eſt falſum: et. Secūda pars patet quia ex vno pugillo terre fiunt decem aque: ⁊ ex vno aque decem aeris. Quinta. concluſio.

Qō.5. Q Ueritur quinto vtrum omniuʒ impꝛeſſionuʒ metheoꝛo. logicarum materia eſt vapoꝛ: et exhalatio: pꝛo declaratione huius notandum eſt ꝙ ſm veriſimilioꝛem ſententiam thimonis quidqd teneat in contrarium Marſilius vapoꝛ differt ſpecie ab aqua: et exhalatio a terra: quia tanta ſubtilitas et raritas non compatitur foꝛmam terre; vel aque hoc habito dico ꝙ exhalatio eſt coꝛpuſculum calidum et ſiccum actione ſolari a terra eleuatum leuius quam aer et leue leuitate ignea: et vapoꝛ eſt calidus et humidus actiōe ſolari ab aq̄ eleuatus exhalatio eſt materia omniuʒ impꝛeſſionū ignitarum frigidarum autem vapoꝛ.

¶ Declaro modum quo exhalatio eſt materia impꝛeſſionum ignitarum. Pꝛimo ſi illa exhalatio intra terram contineatur appetens exitum tanquā leue quod appetit eſſe ſuper graue facit terre motum hinc inde terram concutiens, ſi vero egrediatur: et in egreſſu in infima regione aeris antipariſthaſi incendatur fiunt candele ardentes et maxime circa cimenteria moꝛtuoꝛum: et malos nauium et carnificia vbi ſunt humiditates vntuoſe ⁊ ſunt materia flamme ⁊ antipariſthaſi incendunt̃, ſi vero aſcēdat vſqꝫ ad concauitatem medie regionis et ſit: exhalatio debilis caloꝛis repercuſſa lateraliter quaſi fugiendo contrarium facit ventos ventus autem eſt exhalatio calida ⁊ ſicca ſubtilis impetuoſe lateralr̃: mota ad multam diſtantiam, ſi vero penetrauerit: mediam regionem ibidem circundata vapoꝛibus ⁊ alijs frigidis hinc inde mota generat tonitruū per motum. ¶ Et ſi dicas exhalatio et vapoꝛ ſunt coꝛpa mollia: ergo non poſſunt cauſa re ſonum cōſequentia tenet quia ſonus fit ex contactu duroꝛum. ¶ Dicēdū ad hoc ꝙ coꝛpoꝛa mollia bene poſſunt cauſare ſonuʒ alteratione interueniente: et non aliter et: quia ibi fit alteratio inter exhalationeʒ: et vapoꝛem ideo cātur ibi ſonus: et per motum includitur exhalatio: et incenſa cauſat fulmen et quandoqꝫ fulgur vel coꝛruſcationem et ſi aſcendat hec exhalatio ſupra totā mediam regionem aeris: et includatur in ſuprema regione fit cometa qui habet multas ſpecies vna eſt ſtelle cadentis et fit quando fumus eſt tam ſubtilis: cito euaneſcens; et combuſtus tendat ad aliuʒ infra et ad alium pꝛioꝛi extincto. Secunda: ſpecies eſt ſi fuerit materia oblonga habens conū ſuperius diceretur lancea ardens retinendo per tempus flāmā in ſingulis partibus non retinendo autem dicitur lā

cea



cea cadens et ſi nō hūerit conum retinendo flāmam dicetur columna ardens non retinendo autem dicet̃ ſtella cadens. vbi aūt iſta exhalatio habet nodos: ita ꝙ alique partes eēnt multū denſe: et inter medie multum rare ⁊ ſtatim vna parte inflammata alia deſinat inflāmari: tunc dicentur ſtelle cadentes ſi non apparet aliqua inflāmatio in partibus raris apparet aūt inflammatio in denſis partibus: ſed remiſſa vocarentur capꝛe ſaltantes, quia vbi eſſent ille remiſſe inflāmationes apparent pedes et omnium impꝛeſſionum humidarū vapoꝛ eſt materia ꝓbat̃. Nā vapoꝛ aliquando eleuat̃ ad mediā regionē aeris: ⁊ tūc aut multum condenſatur et ⁊ fit pluuia: aut multum infrigidatur cum multa congelatione: et fit grando: aut multū infrigidatur cum parua congelatione: et fit nix. aliqn̄ autem ſolum eleuatur ad infimam regionem aeris pꝛope terram: et tunc aut frigiditas eſt multum intenſa et generatur pꝛuina: aut remiſſa cū modica materia et generatur ros: aut remiſſa cum multa materia et generatur caligo vel nebula, et ſi non fuerit multum condenſata generatur nubes: in qua aliquando apparet iris: et interdum halo. Aliquādo autem vapoꝛ non eleuatur a terra ⁊ tunc generantur fontes et riui: cum: ergo non pluribus modis fiant īpꝛeſſiōes ſtricte loqn̄do: ſequit̃ intentū.

Qō.6. Q Ueritur ſexto de modo quo fiant hyat⁹ et voꝛagines, circa qd̄ dr̄ ꝙ fiūt: qꝛ eſt vapoꝛ groſſus ſpiſſus in medio et circundatur a vapoꝛe ſubtilioꝛi et rarioꝛi gratia cuius ille vapoꝛ illuminatur in extremis: et non in medio ⁊ ſic habet medium apparere obſcurius et pꝛofundi⁹ ꝙ̄ extrema et ſic apparet foꝛamen: quia coloꝛ niger qn̄ ponitur circa alium coloꝛem clarum apparet ꝓfundioꝛ et ita pictoꝛes quando volunt pingere valuas aptas in aliqua vari egatiſſima pingunt illas coloꝛe nigro. Sʒ peteret aliquis quare apparet illa apertura in celo. ¶ Ad quod dicitur: quia nō agnoſcitur diſtare talis vapoꝛ a celo: qꝛ diſtātia inter aliq̄ cognoſcitur per coꝛpa interiacentia qualis non videtur inter illos vapoꝛes et celum et iſta aeparent de nocte exiſtente ſerenitate et non aliter: quia ee die lumē eſt maximū et equaliter illuminat omnes illas partes aut ſaltem ſine tali apparentia inequali: ſimiliter ſi non exiſtat ſerenitas totum obſcuratur, et non apparet illa in equalitas luciditatis ab obſcuritate: ex hoc apparet cauſa quare aliquando apparent in celo ſanguinei coloꝛes quod quidem eſt ꝓpter mixtionem exalationis nigre aduſte cum vapoꝛe. Nalbum viſum per nigrum apparet rubeum.

Qō.7. Q Ueritur ſeptio quid ſit cometa. Ad quod reſpondeo per aliqas opiniōes Pꝛima eſt vera Ariſtote. ꝙ cometa non ē aliqua ſtella quoniam non ſemper apparet ⁊ ſi eſſet ſtella ſemper apperet vel ſaltem omni anno quod ē falſum; illud inet pꝛobatur per rationem Ariſto. in lr̄a: quia: cometa conſpectus ab oꝛientali homine apparet verſus occidens: et conſpectus ab occidētali apparet verſus oꝛiēs ergo nō eſt natura celeſti ſed potius elementari; quia nihil quod eſt in celo habet tā tam diuerſitatem aſpectus: eſt igitur cometa exalatio ignita; ſed tn̄ iſti comete differunt magnitudine: et multitudine et figura quoniam aliqui habent comam diſperſam verſus vnam partem puta verſus inferius et illi dicuntur barbati. alij vero habent caudam retro et dicuntur caudati; et maxime ſolent fieri ſub via lactea: quia eſt ibi multitudo ſtellarum ⁊ aliqui durant per. 7. dies et aliqui per. 80. licet ſeneca dicat per. 6. menſes ⁊ ſignificant iſti comete moꝛtem pꝛincipum vt ptholo. in. 2. parte quadripartiti ca. 3. et. 13. qm̄ iſti comete ſunt de materia venenoſa ⁊ aduſta que deſcendens per aerem inficit illum ⁊ deſtruit vſqꝫ adeo vt ſic īfectus aer inficiat coꝛpoꝛa maxime delicata et delitioſe viuentia ſicut ſunt pꝛincipes et ſi dicatur ꝙ tempoꝛe vnius ceſaris apparuit cometa: et nullum mallum ſequebatur dicas, illud eſſe, quia eius malitia coꝛrigebatur per bonitatem aſtroꝛum.

¶ Circa iſtam materiam eſt notādū quia philoſophi naturales conſiderant cometam in ſui ſignificatione generailter, et cōmuniter: vt ꝙ ſignificat ventos ſiccitates et bella. ¶ Aſtrologi autem conſiderant ſpecialius, vnde hali. cōmento vltime ꝓpoſitiōis centiloquij ptholomei di. ꝙ cometa vndiqꝫ radiatus ſignificat inundationem aquarum: ſʒ radiatus vnico radio ſignificant ventos et magnas ſiccitates: et hoc in regno apparitionis comete: q̄ ſi apparuerit domino illius regni exiſtente in oꝛiente ſignificat moꝛtem regis vel pꝛincipis. Si aūt dominus illius regni fuerit in occidente ſignificat aliquē de regno interfecturum regem. Item ſecūdū aſtrologos nouē ſunt comete quoꝛum pꝛimus dicitur veru qui eſt hoꝛribilis aſpectu vadens pꝛope ſolem. ſecundo dicitur tenaculum et eſt quaſi ex coloꝛe martis: habens iuxta ſe radium in modum fumi ſubcinericij: tertius dr̄ ꝑtica non multum lucidus habēs radium groſſum ac ſi poſt ſe pticam traheret: quartus dicitur miles: et eſt de natura veneris magn⁹ ad modum lune habens radium longum: et crines ſimiliter quos fundit poſt ſe: quintus dicitur domin⁹ aſcone qui eſt de complexione Mercurij: cuius coloꝛ eſt ceruleus et apparet paruus reſpectu alioꝛum cometarum habens caudā longam et tendere radios ſuos in altum: ſextus dicitur auroꝛa et eſt rubeus hn̄s caudam longam minus tamen quam dominus aſcone: et eſt de natura martis: ſeptimus dicitur argentum qui habet radium ad ſimilitudinem argenti puriſſimi: cui⁹ claritas omnium ſtellarum nocturnaliū claritatem excedit, octauus dicitur roſa: et eſt magnus et rotundus in quo conſpicitur facies hominis, cuius coloꝛ mediat inter aurum ⁊ argentum: nonus dicitur cometa ſniger: quia eſt de natura ſaturni, et ad ſimilitudinem eius ſecundum: ergo has diuerſitates et alias plures: iuxta diuerſos aſpectus ſignoꝛum iudicat aſtrologus futura mala.

¶ Fuerunt tamen opiniones antiquoꝛum. Nā Anaxagoꝛas et democritus volebant ꝙ non eſſet nature elementaris: ſed nature celeſtis: quia eſſet ꝯiunctio planetarum celeſtium: alia fuit opinio pythagoꝛe ꝙ eſſet vna ſtellarum errantiū raro apparens extra radios ſolis. Tertia opinio erat Hyppocratis et ſequentium eū ꝙ ſtella cometa eēt de natura celeſti ſed coma ſua de natura elementari ſed iſte opiniones impꝛobantur in litera: vt patet ibidem alia fuit opinio ſenece ꝙ cometa eſt vna ſtella non de ſtellis fixis neqꝫ de quinqꝫ planetis nec ſol nec luna: ſed pꝛeter iſtas vna diuerſum et varium habens motum et ad argumenta que poſſent fieri. ¶ Reſpondet ſeneca ꝙ quamuis alie ſtelle habeant foꝛmam ſphericam et non appareat coma aliarum tamen cometa venit cum cauda que eſt ex parte ra

diorum, licet ipſi ſit ſpherice forme: ſicut et alie ſtelle: ſed iſta opinio non valet: quia tunc deberet vnaqueqꝫ eſſe ſic apparens et diffundere radios: et non ſolum hec habere comam immo etiam alie ſtelle celi que ſunt magis lucide deberent habere maiorem caudam, eſt ergo reſpondendum aliter ꝙ forte habet iſtam caudam in aere pp. exhalationes: ſed hoc non valet: quia vt arguit Ariſto. contra Hyppocratem in litera, oporteret ꝙ aliq̄n apparet ſine tali coma quod experimur falſum.

## Queritur vtrum rubedo matutina ſignificet pluuiam: et veſpertina ſerenitatem,

notandum ꝙ multa ſunt ſigña pluuie primo celeſtia vt ſol oriens citius ſolito: quia denotat vapores interpoſitos per quos radij egredientes franguntur et veniunt ad locum ad quem nō deueniſſent ſine tali fractione vt patet d̄ denario in ſcutella qui non videbatur ad certam diſtantiam et iniecta aqua in eadem diſtantia videtur: ſecundum ſignum eſt de luna pallida appenti iuxta illud pallida ſepe pluit rubicūda flat alba ſerenat ſil'r virgi. ſi vo ſolē ad rapidū lūaſqꝫ ſeq̄ntes iſpexeris nunq̄ teraſtina fallet hora nec inſidijs noctis capiens ſerene: ſimiliter idem virgilius dūqꝫ humidus auſter ſol tibi ſigna dabit: ſolem quis dicere falſum auder. ſimiliter rubedo matutina ſignificat pluuiā futuram: ratio eſt: quia album viſum per nigrum apparet rubeum et illi vapores iā ſunt eleuati et non dum conuerſi in aquam: ſed tamen conuertentur in illam quādo magis eleuabuntur ⁊ ſic illa die forſam cadet pluuia ſed rubedo ſerotina apparens in celo ſigāt ſerenitatem: quia eſt ſignum ꝙ illi vapores qui ſunt eleuati per frigus noctis deprimentur ⁊ cadent deorſum et ita manebit aer ſine vaporibus et deficiet materia pluuie et erit ſerenitas et aliud ſignum ouantes gutture corni propter humidum roridum quod irrorat guttur eorum etiam auidus appetitus comedendi peccudū: quia diriguntur ex iſtinctu naturali ad prouidendum ſibi pp. nocumentum qđ apparet futurum internaſcentibus.

## Queritur de modo quo fiat grando.

Pro cuius declaratione noto ꝙ materia eius eſt vapor groſſus et fit conſimili modo ſicut pluuia ſꝫ forā ei⁹ ē aq̄ ꝯgelata vel vapor ꝯgelat⁹: et pri⁹ vapor ꝯuertiť in aq̄m et poſtea ꝯgelať. et pp hoc differt a niue quia prius congelatur ante q̄ ꝯuertať in aq̄m: ſed citius reſoluiť grando in aquā quam nix propter virtutem calidi intrinſecam a vapore. et ſecundum Ariſt. in noua tranſlatione huius libri fit in infima regione aeris ſatis baſſe non multum diſtans a terra. et hoc declarat quia in montib⁹ altis nō fit grādo ſꝫ bñ fit nix: ideo opꝫ ꝙ iferi⁹ gñeretur: et ex alio ꝺclarat hoc idē: qꝛ ſepe fit a nube aq̄a prope terram in eſtate quando fiunt magne gutte: et ibidem generatur grando ſimiliter a nube aqua prouenit grando: ſepe contingit ꝙ auditur ſonus qđ non eſt niſi eſſet ſatis prope nos quia modicus ſonus non percipitur remote. ¶ Item ſepe cadit ſub figura angulari; quod non eſſet: ſi veniret de longe immo rotundaretur ex confricatione cum aere in lōga diſtantia. quia angularis pars eſſet acutior: et citius confringeretur quam alie partes non angulares.

¶ Sed aliam opinionem ponit Albertus: que videtur trahi ex antiqua tranſlatiōe. ſcilicet ꝙ locus grandinis ſit magis altus quam vbi fit pluuia: quia iſte vapor eleuatur a forti calido ⁊ ideo poteſt eleuari valde ſurſum: quia ad mediū medie regionis: vt dicit, et tunc propter calorem iſte vapor fit rarus: ⁊ vndiqꝫ apertus ſtatim congelatur in iſto magno frigore: ⁊ quandoqꝫ iſte vapor depzimiť a frigore medie regionis, et ſecundum hoc eſſent duo loca gñationis grādinis ſed tamē magis videť ꝙ in pluribus grando generetur inferi⁹ propter ſigna Ariſt. predicta: et ſemper fit ſuperius. quam ros et pruina ſed tamen ad experientias Ariſto.. poteſt dici ꝙ grando non cadit in montibus: quia nullus vapor eleuatur. ita calidus ꝙ poſſit conuerti in grandinem: nec per ventum adducitur quia non eſt ibi ventus in ſummitatibus: nec tandiu durat ꝙ poſſet multum remote duci per vētum. Ad aliud ſignum de ſono dicitur: ꝙ grandines in materia regione generatur: et deſcendunt cadentes ſuper nubem aliquā diſperſam hic prope nos: ⁊ faciunt talem ſonum: ſicut faciunt quando deſcendunt ſuper tecta domus.

¶ Ad aliud de angulari parte diceretur: ꝙ locus ſuperior eſt: ita frigidus et totus acr ꝙ modica confricatio modicum noceret, ſed tamen in calidis temporibus ſepius videmus cōfricationem eſſe factam et pluuia deſcendere cum grandinib⁹ vel precedere.

¶ De modo ergo generationis ⁊ efficiente cauſa dicendum eſt: ꝙ aliquādo talis vapor ex quo fit grando cōgelatur per antipariſtaſim a calido circunſtante qui habet quandam frigiditatem nālem: et ideo cū circūdať calido comprimitur, et tunc fortificatur talis frigiditas propter calorem: et ſic congelatur: ſicut exhalatio calida in ſe inflammatur quando circundatur a frigido: vt patet in generatione fulminis. ¶ Sed diceres quare vapor nō congelatur immediate prope terram. cum tamē ibi ſit maior calor. dicendum ꝙ ideo: quia in vapore eſt calidum eleuans et moueus ſurſum: ideo ita cito nō poteſt condenſari: niſi quodammodo calidum ſit corruptum et ideo diu aſcendit ante quam cōuertatur in grandinem: ſed quando generatur grādo in media regione: tunc ſit magis ſurſum: et ſic tunc nō fieret per antipariſtaſim, quia ille locus eſt valde frigidus et ideo ſtatim infrigidat iſtum vaporem, et ad hoc iuuat ꝙ iſte vapor erat ante calidus: ſicut aqua calefacta citius congelatur: et ſic non fieret ibi per antipariſtaſim immediate: ſed mediate: ſed qꝛ Ariſtote. in noua tranlatiōe videtur dicere ꝙ per antipariſtaſim ſolum fiat grando hoc poteſt exponi, vel mediate: vel immediate. vnde in noua trāſlatione videtur hoc innuere. quia ponit de piſcatorib⁹ circa puteum: qui cum aqua calefacta pfunderent calamos et ſtatim ſubmergentes in aquis frigidis fiebāt glacies: et ſic etiam eſt de grandine in media regione, ſed: quia non congelatur ante quam conuertatur in aquam dicendum ē ꝙ hoc ē propter abundantiā humiditatis: et pptr groſſitiem materie vel vaporis quia iſte vapor non eſt ita rarus, ſicut ille ex quo fit nix.

¶ Sed dubitatur quia prius dicebatur ꝙ ex vapore in media regione fiunt tres impreſſiones, ſcilicet: nix grando: et pluuia ſed inferius nō niſi due ſcilicet iſte que correſpondent pluuie ⁊ niui



quare ergo hic non habem⁹ tertiam que correſpondet grandini. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ non oportet ꝙ hic inferius adueniente frigido noctis fiat alia tertia impreſſio: quia non habemus materiam aptam: niſi quis vellet dicere ꝙ glacies aquarum correſpondet grandinibus: ſed tamen non immediate glacies fiunt ex vapore nec etiam grandines: quia fiunt ex aq̄ et mediante iſta ex vapore: ſed Ariſtote. dicit ꝙ non habemus tertiam. quia glaciem non vocat impreſſionem. ¶ Sed de tempore grandinis. Dicendum eſt ꝙ grando fit tempore calido: quod patet alias non eſſet antipariſtaſis: nec nimis calido: quia tunc cōſumeretur vapor. ¶ Sed de figura patet: quia aliquādo eſt angularis figure: et hoc eſt ſignum quod fit ꝓpe terram et quādoqꝫ rotunde: et hoc eſt ſignum ꝙ alte et aliquando circa granum grandinis eſt aliqđ ad modum pruine vel niuis et hoc eſt: quia aliqđ de vapore congelatur circa grandinem deſcendētem ¶ Item aliquando omnes grandines ſunt conſimilis figure: et quandoqꝫ apparent imagines hominū vel aliorum animalium: et hoc referendum eſt ad influentiam ſpecialem celeſtem: et differunt quamdoqꝫ magnitudine: quia quandoqꝫ multum de materia elementi: eſt ſimul, et eſt vehemens ꝯgelatio eiuſdem et tunc fiunt grandines groſſe et quandoqꝫ eſt modice quantitatis propter defectum materie et frigoris,

## Queritur octauo quid ſit locus generatiōis pluuie

ad quod breuiter ſine argumētis dicitur ꝙ media regio aeris vt plurimum quia ibi ſunt omnes cauſe pluuie ergo ibi fiet pluuia: conſequentia eſt nota et probatur antecedens quia ibi eſt frigiditas ſufficiens congelare et materia puta vapor in piſſandus: ergo ibi fiet pluuia poteſt tamen fieri in infima regione aeris per reflexionem ſicut fit in olla bullienti quando in cooperto rio vapores detinentur hinc ſolues aliqua probleumata cur in eſtate media regio aeris eſt frigidior dic quia tunc antipariſthaſi circūſtantium infra ⁊ ſupra calidarum efficitur frigidior. Secundum probleuma cur in eſtate fiunt gutte groſſiores dicendū quia cum ſit maior frigiditas magis congelat. Tertium probleuma cur guttule cadunt in forma rotunda dic vt magis reſiſtant corrumpenti.

## Queritur vtrum pluuia ros pruina ⁊ nix: differāt ſpecie ſpecialiſſima.

¶ Ad hanc queſtionem reſpondeo ſine argumētis per vnam concluſionem: nix et pluuia differunt ſpecie: ſimiliter pluuia ⁊ pruina: pbatur: quia pruina fit in temporibus frigidis et prope terram ⁊ pluuia fit omni tempore et ſuperius: ſimiliter ros fit locis et tēporibus temperatis ⁊ calidis: preterea iſta differūt in complexionibus: quia nix eſt frigidior pluuia: et ros habet aliquam dulcedinem et eſt calidus et humid⁹: ſimiliter quia ex rore ifra teſtas conche accepto fit margarita: ſed ex niue et pluuia fit lutum.

¶ In hac queſtione eſt notandū ꝙ nix generatur: quia vapor groſſius per calorem ſolis in magna multitudine eleuatus vſqꝫ ad mediam regionem aeris congelatur ante quam fiat aqua et eſt vapor rarus: et non fit compreſſio totius materie ab exterioribus ad centrum ſicut in grandine: ſꝫ fit compreſſio vndiqꝫ et ſepe contingit ningere in cuſpide montis; et in pede mōtis pluere: quia materia vaporoſa in deſcenſu ad inferiora liqueſit et fit pluuia: ſed pruina generatur in infima regione aeris ex vapore raro ad modum niuis: et generatur a frigido et ideo maxime generatur in hyeme: et nota quod ros fit ex materia ſubtili aquea eleuata a terra conuerſa in aquam propter frigiditatem infime regionis hinc eſt ꝙ non generatur niſi temporibus: et locis temperatis: quia materiam ſubtilem diſſoluit magnum calidum: et frigidum magnum non ſinit illam eleuari: Ubi diligenter nota ꝙ nunq̄ talis vapor eleuatur in iſtis impreſſionibus aqueis; quin cum illo vapore ſit mixta exhalatio, ratione cuius inuenimus illas impreſſiones: aqueas reſolui i aquam ſordidam; et aquam pluuialem ventrem ſiſtere ratione illarum exhalationum terreſtrium Tandē concludo in iſta queſtione ꝙ ros et pluuia non differunt ſpecie cum ambe ſint aque. Paulus tamen venetus: ca. 9. ſuorum methcororum habet ꝙ pluuia ſpecifice differt a predictis impreſſionibus aqueis; cum illa ſint mixta imperfecta; pluuia autem eſt elementū cum ſit aqua guttatim cadens: extra tamē naturalē diſpoſitionem ⁊ diuerſitas ſpecifica poteſt ſumi ex parte materie; cum generatio pluuie nō erigat mixtionem terreſtris ſicci quam dicte impreſſiones exigunt nec vaporem eleuatum a terra, vel ab aqua poteſt enī pluuia generari; ex ſola condenſatione aeris ex qua non pñt alie impreſſiones generari et ex parte cauſe effectiue; cum pluuia non habeat ſpecialem influentiam celi: ex quo omni tempore anni generatur: quam habent ſupradicte impreſſiones: licet ſecundum magis et minus ita ꝙ eadem influentia ſpecie neceſſario concurrit ad omnium dictarum quatuor impreſſionum generationem maxime tñ ad generationem grandinis: et minime ad generatiōem roris. Medio autem modo ad generationem niuis et pruine licet intenſius et fortius cum niue concurrat quam cū pruina.

## Queritur decimo de modo gñationis fontium.

In hac qōe duo dicam. Primum quomodo aqua fontis aſcendit ad orificia. Secundum de modo gñationis fontiū. Circa primum pono aliq̄s queſtiōes. Prima eſt ꝙ aqua nō aſcendit ad orificia fontium. Primo modo. ſ. violenter, probatur, quia talis violentia non diu durat nec tandiu ſicut fluxus fontis: et ex alio: quia nihil eſſet a quo ſic continue violentaretur: nec propellitur: nec pijcitur: nec ēt per aliquod calidum ſuppoſitū eleuatur, ſicut contingit in olla bulliente: nec aliquo tali modo: ergo patet concluſio. ¶ Ex iſto pꝫ opinio Platonis qui dicit fontes venire ex tartaro qui mouetur hinc inde circa centrum mundi: qñqꝫ verſus vnam partem: qñqꝫ verſus aliam: eſt falſa: qꝛ ſi ſic eēt oporteret hoc eſſe per motum violentum ip ius tartari et non poteſt ibi eſſe aliquod violentans: etiam vni⁹ corporis naturalis eſt vnus motus naturalis ſecundum vnam virtutem; ideo ex quo tartarus mouetur plurib⁹ motib⁹ opꝫ hoc eſſe violenter qđ nō pōt fieri: vt pꝫ per concluſionem: ēt cum terra ſit grauior aqua oporteret ꝙ ſubmergeretur ſub tartaro ⁊ non ſupernataret etiam foramina per que deberet exire eēnt dudum deſtructa: ſicut arguitur in littera.

¶ Secunda concluſio ꝙ aqua fontium non aſcendit ad ora fontium per compreſſionem terre ſaltem non ſemper: quia ſi terra eſſet aliquod fluxibile; vel totaliter ſubmerſa: tunc poſſet ſic com

primere aquam ſurſum: et tunc tota terra deſcende
ret et ſubmergeretur: cuius oppoſitũ videmus: ⁊ ex
alio: quia ſi ſic eſſet tunc terra deberet diminui: ⁊ fon
tes et fluuij continuo augumentari: ſꝫ hoc eſt falſum
vt experimur: et ex iſto patet falſitas opinionis ſene-
ce qui opinabatur: ꝙ aliquando tota terra ſubmer-
geretur et tunc eſſet diluuium vniuerſale.

Cõclo.3. ¶ **Tertia concluſio, ꝙ aqua poteſt** aſcendere vſqꝫ ad orificia fontium tertio modo: ſed nunq̃ ſuperius q̃ ſit locus ſue originis vnde venit: et hoc virtute qua minus graue nititur eſſe ſuper iꝰ ce dendo magis graui: et iſta patet per experientias in canalibus et aque ductibus nũquã enim poteſt du ci fons ad aliquem locum altiorem quam ſit locꝰ ſue originis: vel vbi generatur: et hoc dicunt omnes auctores: et per hoc ſeu per hunc modum aſcendit ad orificia: et videtur ſaltare. ¶ Sed contra iſtam opinionem arguitur per experientias, quibus vtunt alchimiſte: quia videmus ꝙ per vnum pannum laneũ ſuſpenſum per medietatem in vaſe ſemipleno, ⁊ pro alia medietate extra vas videmus ꝙ aqua aſcendit ad ſumitatem huius panni et poſt ſumitatem ad ali am partem deſcendit et cum ibi non ſit aliquod vio lentans videtur ꝙ aqua naturaliter aſcendit. Iterũ alia experientia ſi quis ponat fiſtulam curuaꝫ cuius vna medietas ſit in aqua: et alia extra ſic ꝙ curuitas ſit altior vtraqꝫ extremitate apponẽdo os extremita ti ſicce inſpirando aerem continue: ſequitur aqua q̃ aſcendit multum altius q̃ ſit aqua in vaſe: ⁊ ſic moue tur ſupra originem. ¶ Item ſi quis ponat vnum pa- nem altiorem multum quam ſit vinum vnius ſciphi ad ſciphum, totus panis humectatur ſuperius, quod non eſſet niſi aqua grauis nãliter aſcenderet. ¶ Ad iſta dicitur: ꝙ aqua naturaliter poteſt aſcendere vl- tra principium ſue originis non ratione grauitatis ſed propter quandam aliam virtutem, vel naturam vnde mediante aliquo multum paſſibili vel recepti uo aque, quia aqua eſt apta nata ſibi appoſitum paſ- ſum aſſimilare: et ad hoc eſt magis inclinata quam ꝙ maneat in loco ſuo naturali per grauitatem, ideo multum poteſt aſcendere: ⁊ nullis talibus paſſis non preſentibus non fieret. Unde videmus ꝙ ignis ĩ ma teria graui agit verſus inferius, ſicut apparet ĩ com buſtione candelarum, et ſic ſimiliter eſt de aqua: ꝙ aqua naturaliter preſente panno lineo, vel etiam in pane quando proijcitur in vinum, iſta aſcendunt. Ad aliam experientiã de fiſtula dicitur cõiter ꝙ ibi aſcendit aqua naturaliter non quidem per grauita tem: ſed per vnam aliam virtutem quam ꝙ vel conſi- milem omnia corpora naturaliter habent: vt puta ne fiat vacuũ, graue naturaliter aſcendit: ⁊ ſimiliter leue deſcenderet: vel quia nititur naturaliter eẽ im- mediatuꝫ corpori ergo aere extracto per anhelitũ de fiſtula aqua naturaliter per taleꝫ ſuam virtutem conſequit exitum aeris implendo fiſtulam ne mane- at vacua: et etiam continuet alteri corpori cum quo ſit contigua: et ſic continue flueret quouſqꝫ aqua de qua ſit fluxus ĩ ſuperficie ſit ita baſſa vel decliuis, ſicut alia extremitas cãne vbi exit aqua et tunc ceſſat.

¶ **Quantum ad ſecundum ſit prima** concluſio ꝙ aqua fontiũ et fluuioꝝ non gñatur ex aq̃ pluuiali, probatur per experientiam ſenece in libro de naturalibus qõnibus: qꝛ videmꝰ, ꝙ aq̃ pluuialis non deſcendit niſi per decem pedes ad magis in ter ra ſine corruptione: et multo profundius inueniunt fontes in terra: vt patet de fodientibus puteos et ꝓ funda cellaria. ¶ Scdõ ꝓbat eadem concluſio: quia quando pluit ſatis parum de pluuia ſubintrat terrã claudendo poros terre: ⁊ amplius ſuperius pluit ad fluuios deſcendendo: et non ſubintrat terram et illõ manifeſte patet quãdo pluit ſuper altos montes: qꝛ ſtatim aqua deſcendit que non ſubintrat terram.

¶ **Secunda ↄcluſio reſponſalis ad** quesitum ꝙ aque fontium generãtur ſub terra in cõ cauitatibus montium et terre probatur: quia nõ ge neratur nec veniũt ex mari: nec ex tartaro ſub terra incluſo nec veniunt ex aqua aggregata in cauernis: nec ex aqua pluuiali: ideo patet ꝙ generatur ſub terra in concauitatibus montiũ, conſequentia tenet qꝛ nullus alius modꝰ videtur eſſe poſſibilis quo poſ ſint fieri fontes nãliter: niſi aliquo iſtorum modorũ ⁊ aliis pꝫ ex premiſſis cõcluſionibus. Cõclo.2.

¶ **Sꝫ notandum eſt de modo gñatio-** nis. Nam terra eſt permixta: et non pura prope extremitates: ſicut patet fodiendo ad terram: qꝛ ha bet partes diuerſarum rõnum: quia ſunt lapides: et radices herbarum, et multa talia ibi. et ideo ter- ra eſt poroſa: ſic ꝙ propter multos poros in aliquibꝰ partibꝰ accidit concauitas ſub ipſa quod poteſt pro bari per experientias ſenece: et quandoqꝫ expertũ eſt ꝙ magne ciuitates ceciderunt ſuper terram qõ non accidiſſet: niſi fuiſſent concauitates: et videmus ꝙ in pluribus locis terre ſunt magne voragines: ad quas intrat aqua pluuialis que deperditur, alias nõ poſſemus habere locum a quo venirent fontes ⁊ iſte concauitates ſunt que cũ non poſſint eſſe vacue ſunt replete aere: vel vapore: et quia terra circunſtans il lum vaporem: et aerem eſt frigida: ideo deſtruit ca- liditatem vaporis: et condenſat: et quia vapor de ſe eſt humidus cum fuerit factus frigidus habet pro- prietates aque: et ſit aqua: et hoc ſit ſucceſſiue per guttulas adherentes lateribus concauitatum: et ſic guttatim congregantur aque: et tãdem deſcendũt ad locum inferiorem: ſicut grauia fluxibilia natu- raliter deſcendunt: et poſtea exeunt ad vnum fontẽ: et ſic fit fons: et ita ſimiliter videmus in artificibus: ſicut in elambico id eſt tali inſtrumẽto faciendi aq̃m vel in fornace vbi fit aqua roſacea: nã vapor aſcẽdit ad ſummitatem et propter frigus vaſis et aeris cir- cunſtantis vas: vapor condenſat et ſtatim deſcẽdit.

¶ **Et confirmatur: quia ſicut eſt in** mundo minori, puta in homine ſic eſt in maiori: ſed in minori eſt vna concauitas: puta in capite: ad quã concauitatem vapores eleuantur ⁊ conuertuntur in aquam et ſtillant per nares: et per oculos. ¶ Sed diceres: quia fontes maiores fiunt in hyeme quam in eſtate: cum tamen ſit calor maior in hyeme ſub ter ra, quam in eſtate: ergo minus debet conuerti de va pore in hyeme quam in eſtate: ¶ Reſpondetur: ꝙ ex quo eſt maior calor ſub terra, ideo plus de vapo- re eleuatur, et plus proportionaliter conuertitur quam in eſtate, et vapores in eſtate per alias partes terre exeunt et ſic non tranſeunt ad generationem fontium, etiam aer in eſtate eſt multum calidus ⁊ ra rus, ſic ꝙ non poteſt ita cito conuerti in aquam ſub iſta concauitate ſicut in hyeme.

¶ Q̃onem de antipariſthaſi celebrẽ et copioſam: vi de in tractatu noſtrarũ ꝓportionũ ad calcem.

¶ Explicit primꝰ liber metheororum.



# ¶ Incipit liber ſecundꝰ meteororũ

Ariſto. ſtagirite cũ cõmentarijs Ma. P. a ſpinoſa.

**Secundus liber me-** teororũ continet capita no uem, Primũ caput cõtinet tres de maris generatione opiniones, prime duabꝰ ra tionibus reprobationem. ¶ Tres de maris genera- tione opiniones. ¶ Prima eſt antiquorum circa theo- logiam verſatorum, dicen- tium ĩ terra eſſe fontes qui ſint pricincipia ac origines maris: exiſtimant enim forte terram eẽ maiorem vniuerſi partẽ, et reliqua omnia ipſius gratia eẽ, et circa eam tanq̃ circa ho- norabiliſſimum principiũ conſiſtere. Sꝫ fontes ori- ginẽ mari preſtare non poſſe oſtendit. ¶ Primo. Quia aquarũ he ſunt fluentes et fontane vt fluuia- les aque, he vero ſtatarie. Statariarũ aũt he ſponte ſtant, vt ſtanales: alie induſtria et arte, vt fontãe ma nufacte, et puteales: quarum fontes exiſtunt origo. Mare aũt neqꝫ effluxibile eſt, neqꝫ arte ⁊ induſtria manufactũ ſtans, neqꝫ ſponte apparet fontiũ eẽ mul titudo. Fontes igitur non preſtant mari originem ⁊ principiũ. ¶ Scdõ. Quia ſunt plura maria adiuicẽ non commixta, vt Rubrũ mare, Hircanicũ, et caſ- piũ: que adinuicem ſeparata ſunt et cicũ habitata, circa que non apparent fontes: a quibꝰ deriuata tra here poſſint originem. Non igitur fontes mari preſ tant originem et principia. Mare tñ fluere videtur ob aliquas cauſas. Primo: qꝛ cum in anguſtum locũ recipiatur, refluctat, reflectitur, regurgitatqꝫ ad amplũ, ibiqꝫ in maiꝰ ſe expandere atqꝫ diffũdere vr. Scdõ qꝛ increbreſcentibus fluuiorũ vndis, ad pro- fundius decurrat, vt Meotis in pontũ, Pontus in aegeum, Aegeũ in ſiculũ, Siculũ aũt mare in ſardo nicũ et tyrrhenicũ, Eſt eñi pontus meotide profun- dior, Ponto aegeũ, aegeũ ſiculũ, Sardonicum aũt ⁊ tyrrhenicũ oĩm ꝓfundiſſima. Qõ aũt iter hercule- as colũnas, totũ in profunditatẽ fluit. Et ſicut ex ver ticibus altis fluuij apparent fluentes. ſic ex arcto: mare plurimũ fluere conſpicitur, qꝛ illic locus altus adeo eñi, vt aliqui ſibi perſuadeant illic axe ſub heſ- perio ſint paſcua ſolis equorũ et neqꝫ ſub terras ſub terlabatur et erret: altitudine ad arctum terre ele- uate videri prohibitꝰ. ¶ Scdã eſt antiquoꝝ qui de humanis plura ſenſerunt, dicentiũ a principio terrã fuiſſe totã aquis adopertã: ſꝫ ex vna parte ſpiritibꝰ ĩpetentibus ſolis verſionibꝰ et lune euaporatã atqꝫ exſiccatã eẽ: quod vero ſupereſt, eſſe mare: futurũqꝫ aliquando vt tota terra arida fiat. ¶ Tertia eſt dicẽ tium terram olim ſole incaluiſſe calefactamqꝫ ſudo- rem emiſiſſe, qõ mare vocamus, et hinc mare ſalſum eſſe, ſudor eñi ſalſus eſt. Alij vero ſalſedinis cauſam, terrã eſſe aiunt, ⁊ mare hunc in modũ eſſe ſalſuꝫ ter re admixtũ, quemadmodũ aqua per cineres colata.

## Caput ſecundum.

**Secundum caput continet** tres de loco maris opiniones, earum reprobationes, ſcdẽ quinqꝫ rationibꝰ et tertie quinqꝫ, quis ſit locus maris: ⁊ quomodo flumina in mare habẽtia non videantur mare reddere maius

¶ Tres dẽ loco maris opiniones. ¶ Prĩa ẽ nõnulloꝝ qui dixerũt mare eẽ principiũ aquaꝝ et ex eo fluere omnes, et ad ipſum refluere, et eius locũ eſſe locum aque: hac ratione vſi. Sicut de alijs elementis cõpe rimus, ita quoque ⁊ de aque comperiri rationabile eſt, at ignis magna moles magnaqꝫ multitudo ſur- ſum in ſuo loco congregata eſt, et aeris in ſuo loco, ⁊ terre in ſuo: vt infinito: igit et aque in ſuo loco. Hec autem, mare eſſe videtur, qõ preſtet, alijs aquis om- nibus originem et principiũ ⁊ a quo fluuij et fontes effluant oẽs, et ad qõ iterũ recurrãt. Et cũ queritur quomodo igitur fluuij a ſalſo mari egreſſum haben- tes, dulces ſint: dicũt eos dulceſcere: quia per terrã ſint colati. Sꝫ quomodo hec aqua ſalſa ⁊ groſſa alijs ſubtilioribus, et ſimplicioribus (vt que potabiles ex iſtant) erit pncipium. Secunda eſt dicentium ma- re circa terram eſſe diffuſum eius ambitum circun- dans, et circa mare ſpheram aeris, circa aerẽ ſphe- ram ignis vltimum et ſupremum ſenſibilium locum poſſidentem. Et ſolem circunferri atqꝫ circumuaga ri ſemper, ꝙ nutriatur humido, et ꝙ in oriente ſtans aut vno loco, non inueniat ſufficiens pabulum eleuet qꝫ ſubtile humidum et dulce, quo ſe paſcat, nutriat, alat: alioqui corrumperetur: ſed quamdiu habeat a limentum, viuere, humidumqꝫ ſoli eſſe alimentuꝫ, vt flamme, et ſolem flamme ſimilem eſſe putarũt. Sed ſic dicentes ridendos eſſe patet. ¶ Primo. Quia il lud ſubtiliſſimum et dulciſſimũ qõ per ſingulos dies ſurſum expirat, ſurſumqꝫ ducitur, illic conſtat, et fri gido cogente iterum ad terrã relabit: idqꝫ ita ſemꝑ agit natura circuluꝫ imitans, vt ſuperiꝰ dictũ ẽ. Nõ igitur illo ſubtili et rorido vapore nutrit ſol. ¶ Se cundo. Quia flãme ſimilitudo ſoli apta non cõgruit Nam propter continuum humidum et ſiccum nõ ali tur flamma: neqꝫ manet eadeꝫ, ſed continue fit noua quare ſi de ſole ita futurum eſſet, non modo in die (vt dicere conſueuit Heraclitus) non eſſet idem ſol: ſed continue fieret et nouus. ¶ Tertio. Quia ſicut ignis, aquã calefaciens euaporat, ita ſol vapores extollit: et eleuat. At ignis cum aquam calefacit vapores ele uans, non alitur ignis, igitur neqꝫ ſol. ¶ Quarto. Qꝛ inconueniens eſt ſolum ſolẽ nutriri, et non illaꝫ magnitudine et numero excellentem ſiderum mul- titudinem, ĩmo et ipſos celeſtes circulos alimento ĩ digere, pariter et paſtu, et eiuſce rei gratia non fa- cere gyros, quemadmodum ſolem facere aiunt. Il- la autem non aluntur, igitur neqꝫ ſol: vnde enim tan tum ſufficere poſſit alimentum. Quinto. Quia que ex humidis corporibus ſurſum efflantur, iterum deſ cendere ipſis in aquam coactis conuerſiſqꝫ videmꝰ, et per ſingulas ſe reddere regiones tanq̃ non alitis ſuperioribus nõ igitur aluntur ſuperiora. ¶ Tertia eſt ſcripta in Phedone, terram eſſe perfoſſam, et ĩ il la eximia terre voragine ac apertura eſſe tartaruꝫ originem et principium aquarum omnium, et ipſius maris. Qui quideꝫ vaſte voraginis tartarus ſe nũc extra defundit et euomit aq̃s nunc reſorbet emiſſas et ad ipſum (vt ad principium) oẽs recurrunt aque, nunc ſurſum, nunc deorſuꝫ, nũc ad latus nũc ſub has nunc ſub illas elabens terras Et aiũt aquas colores et ſapores accipere ſm terraꝝ per q̃s trãſeunt natu ras. Sed id non eſſe verũ ſtatim manifeſtũ ẽ. ¶ Pri mo. Quia vident non ſemper ad eũdem locum flue- re: quod tamen oporteret ſecundum eorum ſenten- tiã. Secundo. Qꝛ nõ minꝰ effluerent ſupra terrã, q̃ ſub terra, ⁊ quocũqꝫ tẽderet et fluctuãs tartarꝰ. ¶ Ter

tio. Q2 non eſt cur aqua q̄ mota fuerit deorſum in
tartaro iterū ſurſum exurgat ac circulet. Quarto.
Q2 ſemꝑ eſſet aquarū equalitas: ⁊ ſemꝑ extra aquā
eq̄lē (ne ſe occuparet) eē oporteret. Quīto. Quia
nō videt̄ flumina alicubi in terra terminari: ſ3 oīa flu
unt in mare ad q̄d terminant̄ viderent̄ tn̄ vbicq3 ī ter
ra terminari debere: q2 illic euagaret̄ tartarus. Et
ſi aliqui fluuioꝝ terraneos meat⁹ ſubintrent aliūde
prodire videt̄: vt Nil⁹ et Iſtr⁹ longo tramite ſub ter
ras labentes, multos alios in via colligunt fluuios,
⁊ fontes ⁊ multoꝝ fluuiorū ac fōtiū rheumata: hicq3 ī
fluuios euadūt āpliſſimos. Quis maris loc⁹. Reſ-
pōſio. Sicut ignis ꝓprius eſt locus celi concauū, ae-
ris ꝓprius concauū ignis: ita proprius eſt aq̄ locus,
vt aeris concauū. Hinc fit vt quē locum nunc mare,
terram ābiens occupat, natura ſit aque, et nō maris
nam q̄ḋ dulce, q̄ḋ ſubtile eſt aquaꝝ ſurſum a calore
eleuatū dicitur: groſſum vero terreum et ſalſu3 ſuo
pōdere ſubſidet in imo: quod quidem in loco aque
remanens, mare dicitur manet enī deorſum, quēad-
modū cibo ab animali ſumpto, q̄ḋ dulce ⁊ quod ſubti
le eſt a calido ſpargit̄ ad vnūquodq3 membroꝝ, q̄ḋ
vero groſſu3 eſt, terreſtre et amarum, vt hypoſtaſis (
quam ſubſiſtentiam dicimus) in aluum podere ſuo d̄
mittitur: et veneri totius locus cratq3 q̄ ſubtilia ſta-
tim diſſoluta ſunt: ita de aqua et mari exiſtit. Hac de
cauſa oēs aque fluunt ad mare: quia in loco ſit aque,
et ſolū maxime concauū poſſideat. Cur tot et tan-
ta in mare labentia flumina, ipſum non videantur re
dere maius. Reſponſio. Q2 in mare recepta, ex
arcto atq3 anguſto diffundunt̄ in latū: et ideo in latū
diffuſa cito reſoluūtur, vt pene vno die perdurent:
quemadmodū ſi ſupra latam menſam aq̄ fuderis cy-
athum: nobis preſentib⁹ et reſpicientib⁹ extermina
bitur totū: ita quoq3 de fluminibus accidit.

## Caput tertium.

Tertiu3 caput continet vnā
queſtionem antiquorum, et propria3
reſponſionē, tres de ſaledine maris
opiniones quomō generet̄ maris ſal-
ſedo, ſeptē ſigna ſalſedinis maris, vn-
de fontes ⁊ flumina diuerſos ſapores
colores, et effectus habeant: et preter littere ariſto
telis ſententiā, duodecim aquarū effectus et miracu
la. Queſtio. An ſemper erit mare: an aliquando,
deficiet. Dixerunt aliq̄ mare ſimul cum mundo in
cepiſſe, et ſemper cum eo perduratu3 ire: quare ꝑ
palam eſt, ſi mundus perpetuus eſt, itidem et mare:
perpetuum eſſe voluiſſe. Sed Democritus dixit ali
quando mare totam operuiſſe terram, et paulatim
deſiccari, et tandem omnino deſiccatum iri, vt ne vl-
lum quidem ſit mare. Sed id perſimile eſt. Aeſopi
fabule, qui confinxit Charybdim bis reſorpſiſſe: que
primo ſorbens fecit apparere montes, ſecundo fecit
apparere inſulas, que ſi iterum ſorbeat, reſiduū epo
tura eſt terramq3 ſiccam relinquet. Sed hic ſermo
poetis aptus, et non veritatis inquiſitoribus. Di-
cimus igitur, ſi ſemper ſol ſuum torqueat gyru3, dul
ce, ſubtile, et potabile eleuans, quod iterum deorſu3
recidat, ſemper futurum eſſe mare aliquod: non ta-
men eadem ſemper occupabit loca: ſed que nūc ari-
da, ſunt, aliquando illuet, rurſumq3 eadem aliquan
do ſiccabuntur: neq3 propter hoc permutari exiſti-
mare oportet vniuerſum. Tres d̄ ſalſedine maris
opiniones, Pria ē dicentiū terrā in principio fuiſſe-



aq̄s adopertā, et ſolē dulce, ſubtile, et potabile ele-
uaſſe, reſiduū v̄o mare relictū amarū et ſalſū. S3 id
verū nō eē v̄r. nam ad ip̄m tanta elabitur multitudo
q̄nta ſurſum ſuſtollitur: q̄re ſi reſtituta equali dulcis
aque multitudine, ipſum non eſt dulce, ſ3 amaricat̄:
neq3 prius ac de cauſa factū eſt ſalſum. Secunda
eſt dicentiū fluuios ad mare labentes, terre trahere
ſalſedinem, et mare ſalſum reddere. S3 neq3 id ve-
ru3. Prio, Quia fluuios oportet eē ſalſos: imo et
magis ſalſos, q̄ḋ nō apparet. Secūdo. Quia irra
tionabile eēt modicā terreſtreitatē cū fluuijs dclatā
aque multitudinē, quantū ipſum mare eē videm⁹, ſal
ſa3 efficere. Tertio. Q2 nihil aliud mare reputāt
niſi plurimorū fluuioꝝ colectionē, quare et fluuios
ipſos ſalſos eē ꝯcedāt oportet. Tertia ē empedo-
clis terrā ſudaſſe dicentis, eiuſq3 ſudorē eſſe mare,
Sed hec metaphora et fictio poetis quam philoſo-
phis aptior eſt vt recipiatur. nam que ſalſa eſſe vidē
tur, vt aqua per cineres colata, aqua colata per cal
cem, vrina, ſudor, alimenti hypoſtaſis, cū prius dul-
cis fuiſſet aqua, dulce poculum, dulcis cibus, aliquo
accepto ſalſa fiunt, aut amaricant̄, vt cinerum aut,
calcis aduſta terreſtreitate: et in vrine vaſis fundo
remanet quedā ſalſedo, et cū ſudore: corporis ablu-
untur terreſtria, ſicut qui carnes abluendo abſter-
git: et terreſtreitas, indigeſtaq3 ſubſtantia facit
hypoſtaſin amaram videri. Ita et aliquo aduſto: et
terreſtri admixto mare ſalſu3 eē exiſtimare oportet
et non eo quo ipſi arbitratur modo. Quomodo
maris generetur ſalſedo. Maris ſalſedo ex quoda3
viſo terreſtri admixto generatur. Dicimus enim du
plicem eſſe ſpirationis ſpeciem, hanc calidā, et hu
midam, que vapor dicitur hanc vero calidam et ſic-
cam que dicit̄ exhalatio: ⁊ mare ſemper idem ſpecie
permanet, vt idem aer, ide3 ignis, eadem flāma. Et
eleuatur ab eius ſummo vapor dulcis: a fundo vero,
ſolis et aſtroꝝ ſufficiente colore, eleuat̄ exhalatio (ē
enī hec a terra eleuari nata) aduritur que fundum: ⁊
per mare tranſiens et cum vapore in mare relabēs
vt cineres per aqua3 ſepius tranſitum facientes) ſal
ſuginē iducit. Et hui⁹ rei multa ſūt ſigna aq̄ ꝑ cineres
colata vrina, ſudor, ⁊ alimenti (vt iā dictū eſt) hypoſ-
taſis vbi aliquid cōbuſtū relinq̄tur, aut terreſtre indi
geſtum. Quapropter dixerunt nō nulli terrā ſemel
fuiſſe cōbuſtam, et hinc mare ſuā traxiſſe amaritudi
nem, non percipientes generationum exhalationu3
poſſibilitatem, et quomodo hac de cauſa maris are-
ne reliquuntur vt tenuia grana diſſociate. Septē
ſigna, q̄ mare ob ambuſtarum terreſtreitatum per
mixtionem ſalſum ſit. Primum. Quia auſtrales a
que et prime autumnales ſalſiores ſunt, quod auſter
ventus ſit calidus, et a calido efflet loco, plures ſe-
cu3 eleuans exhalationes: autumnales vero, propter
preterite eſtatis aduſtionem, ⁊ exhalitiones eo tem
pore eleuatas, que nunc ob temporis varietatem de
orſum reducuntur, nunc admixte permanent, nunc
noue ſuſtolluntur. de Borea autem oppoſitu3 euenit
Et hac de cauſa auſtrales et autumnales grauiores
ſunt, et citius ob permixtam terreſtreitatem deor-
ſu3 precipites dedunt̄, q̄buſcunq3 enī talis terre mul
titudo ineſt, citiſſime dorſu3 tēdūt. Scd̄3 q2 aq̄ ma
ris ceteris calidior ē: vt q̄ exhalationis admixte na
tura3 retineat. Omnia enī quecunq3 ignita fuerint
in ſeipſis potentia caliditatem retinēt: monſtrāt hoc
calx, cinis, animaliū ſedimenta, vt quoꝝ calidiſſimi
ſint ventres, calidiſſimā habeant hypoſtaſin, ſedimē



tacq3 et ſemper maris ſurſu3 eleuat̄ potabile. Quod
ſi aliquid terrene fecis ſecū ducitur vapor ſalſedinē
participabit, et ſi magis et magis. Et iterū relabit̄
dcidēs quod iteꝝ reſumet mare: fluūt enī ad ipſu3: ⁊
omnes aque. Hinc fit vt d̄n omnino deficere (quēad
modum alij deficiunt fluuij) ſed ſolum ſecundū hanc
vel illam partē contingat. Tertiu3. Quia dimiſſo
cereo vaſe bene clauſo et circunligato in mare, q̄ḋ
per latera ſubītrataq3: dulce eſt: et potabile: q̄ cere
tenuiſſimi pori non admittant cū ſubtili reſudante
aqua corpulentas terre feces ſubire. Quartum.
Quia aqua maris hanc ob cauſam ceteris groſſior
et pōderoſior eē videt̄ vt i ea magne natēt triremes
que in fluminibus ſuo pondere ſubmergerent̄: quod
paſſi ſunt aliquando nonnulli in flumine onuſtas na-
ues ducentes in mari ſalutē facientes: ob huius rei
ignorantiā incauti. Hinc fit vt ſi quis aquā apprime
multumq3 ſalſam fecerit, ſupernatent oua, q̄ḋ et cir-
ca ſaliturasḍ (quas murias vocant) contingit, fitque
ſpiſſa, ⁊ groſſa, ⁊ limo q̄ ſimillima. Quintū. Dicūt
circa paleſtinā eſſe ſtagnum, in q̄ḋ ſi immiſceris ho-
minē ligatū, aut equū, ſupernatabit aque, et ſubmer
gi non poterit, hoc aūt facit copioſa admixta terreſ
treitas. Sextum. Q2 veſtimenta in mari loto, ſor
dida fiunt, hoc. n. ob terreſtreitatē accidit. Sep-
timū, In chaonia eſt fons aque ſalſe, in dulcē fluuiu3
prope ſe precipitans, nullos piſces nutriens: obtinu
eruntq3 loci illius in cole ab Hercule boues ab Eri-
thea adducente: vt (q2 piſces non haberent) in ſuu3
vſum ex fonte ſales fecerunt, decoquunt enim aque
partem, quam euaporare ſinūt quo facto, ſales non
groſſos, cōpactos, vt nix candidos, in fundo reperi-
unt, qui ſunt alijs debiliores, ſapore et colore delec-
tabiles. Idem faciunt in vmbria d̄ q̄buſdā calamis
et ſcripis, quorū facta cōbuſtione, cineres in aq̄ co-
quūt, qua partim euaporata exſiccataq3, relinquit̄
ſalis multitudo. Et vniuerſaliter oīa fluuiorum ſalſa
rheumata calida eſſe putare oportet. Et enī ſal: vt
aduſte terre ſpecies que frigido et humido ſoluitur
calido aūt et ſicco cogit̄, concreſcit et durat̄. Hinc
loca q̄ arenoſa influunt, cinerē aut calcem imitantia
cōſpiciuntur. Vn̄ fontes et flumina varios partici
pant ſapores, colores, et naturas. Hoc euenit pro
pter terrarū ꝑ quos ſubter fluūt admixtiōes. Sūt
enī aliqui calidi, vt qui per terre calide meatus: vt
ſulfureos tranſeunt. Et in ſicilia fons eſt acetoſus,
quo aceti loco in obſonioꝝ cibariorūq3 vſu vtuntur ī
digene, ⁊ ſimilis circa lyncū exiſtit. Et circa ſcythiā
vnus eſt amarus, q̄ in fluuiū decurrens, totū redit a-
maricatum. Preter litere ariſtotelis ſententiam,
duodeci3 aq̄ꝝ miracula. Anigr⁹ (q̄ ⁊ anagr⁹ d̄r) theſ
ſalie fluuius, poſt centaurorū ob Hercule vulnerato
rum in eo lotionē, aq̄s impotabiles ſeruat. Hypanis
Scytharū maximus fluuius in calliopū finibus ama
ra ſcaturigine infam⁹ reddit̄. Iouis ammonis fons
inter diu friget, et noctibus calet. In Dodone io-
uis fons algidus admotas faces extinctas accendit
et accenſas extinguit, et Athamātis aque admota
ligna accendunt. Flumen Ciconum in Thracia res
tactas rigeſcere facit i ſaxa Crath⁹ ⁊ Sibaris Cala
bric fluuij aureos crines inducunt. Salmatis Carie
fons in ipſum deſcendentes, effeminatos remittit,
Aethiopes lacus mentis inſaniam et intolerabile3
ſoporē parturiunt. Colophone Apollinis lacus ani-
mos ad diuinationē et oracula immutat. Clitorius,
Arcadie fons ſemel hauſtus vini inducit odiū, abſte



mioſq3, hoc eſt a temeto abſtinentes, bibentes redi-
dit. Linceſtis amnis, vt vinum, bibentes temulētos
et debacchantes relinquit. Phenos Arcadie lacus
inter diu innoxius, noctu potus mortifer perhibetur
vt hec elegāti carmine ex pythagora cecinit. ouidi⁹

Ante bibebatur, nunc aquas contingere nolis.
Fundit Anigrus aquas, poſt q̄ (niſi vatibus omnis,
Eripienda fides) illic lauere bimembres,
Vulnera clauigeri que fecerat Herculis arcus.
Quid non et Scythicis Hypanis de montib⁹ ort⁹,
Quid fuerat dulcis, ſalibus viciatur amaris.
Pauca ſuper referā, quid: nō et lympha figuras;
Datq3, capitq3 nouas: medio tua corniger ammon.
Unda die gelida eſt, ortuq3 obituq3 caleſcit.
Admotis Athamantis aquis accēdere lignum.
Narratur minimos cum luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit.
Viſcera, quod tactis inducit marmora reb⁹.
Crathis et hinc Sybaris noſtris contermin⁹ oris,
Helectro ſimiles faciunt, auroq3 capillos.
Q̄dq3 magis mirum, ſunt qui non corpora tm̄.
Verum animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcene Salmacis vnda.
Aethiopeſq3 lacus: quos ſi quis faucibus hauſit.
Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporē.
Clitorio quicunq3 ſitim de fonte leuarit.
Vina fugit: gaudetq3 meris abſtemius vndis.
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino.
Siue (q̄ḋ indigene memorant) Amythaone natus.
Pretidas attonitas poſtq̄ per carnem ⁊ herbas.
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas.
Miſit aq̄s, odium q̄ meri permanſit in vndis.
Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis.
Quē q̄cunq3 parum moderato gutture traxit.
Haud aliter titubat q̄ ſi mera vina bibiſſet.
Eſt lacus Arcadie (phenū dixere priores)
Ambiguis ſuſpect⁹ aquis, quē nocte timeto.
Nocte nocent pote, ſine noxa luce bibunt̄.

## Caput quartum.

Quartū caput continet vē-
torū cauſas, ipſorū ḡnrationem, tria,
q̄ ex exhalatione ḡnant̄, ſigna vbi vē
toꝝ incipit motus. Ventoꝝ cauſe,
Efficiens, ſol et aſtra. Materia, exha
latio calida et ſicca. Ventoru3 ḡna
tio: Halituū (quēadmodum dictū eſt) due ſunt ſpeci
es, hac calida et humida, q̄ vapor d̄r, hec vero cali-
da et ſicca, q̄ nūcupatur exhalatio. Et ſicut celo circū
lato eleuatur vapor q̄ frigido denſante ac conſtrin-
gente iterum recidit in aquam que hanc ob cauſam
crebrior hyeme atq3 nocte fit, diſtribuiturq3 in om-
nem terram, ita a ſole et celo eleuata exhalatione gi
gnitur ſpiritus. Et neceſſe eſt non modo humida; et
calida eleuari, ſed et calida et ſicca: natureq3 ignee
quorum copia in terra plurima eſt. Et apparet ad
lat⁹, et tranſuerſe nūc hac, nūc illac (q̄madmodum
d̄r) agitari atq3 flare: Neq3 verum eſt aerē, ſpiritum
et nubē, idē ſubſtantia eē: vt aerem in q̄ete, verū ipſo
agitato, et ad latus fluente, nubem vero cum denſe
tur, craſſiorque fiat, in pendulo viſibilis apparens.
Nam vapor calidus et humidus eſt vt potētia aqua
huicq3 ſymbolum habens eleuatus facile ſtillat in
aquam. Exhalatio autem calida et ſicca ex qua ſumi
tur ſpiritus. Neque poteſt eſſe, aer fluens. Nam
vt: de fluuijs eſſe oportet principium aliquod vn-

de fluere incipiant, ita de ventris quod minime qui
diffiniunt eum aerem motum et fluentem, aſſignare
poſſūt. ¶ Tria ꝙ ex exhalatione gignantur, ſigna.
Primū: quia ſicut multo eleuato vapore maior gi-
gnitur pluuia, ⁊ minore minor: ita multa eleuata ex
halatione fit ſpiritus maior ⁊ minore minor. Et ſuis
temporibus (vt fieri nati ſunt) fiūt, hinc anni pluuio
ſi hinc flatuoſi vento ſi ꝗ fiūt nūc hec ꝑs anni nūc hec
regio. Scdm: qꝛ ſpiritꝰ ceſſare facit pluuiā, itidē: et
pluuia ventum: quia ſunt contrarij: et contingit alte
ruꝫ in alterum permutari. Et eleuato vapore, exſic-
cata manet terra: ex qua exhalatio expirat, et ſurſuꝫ
ducitur, venti materia: qua ſepe vapor ſuperior: et
infrigidatus reprimit. Tertiuꝫ, quia plurimi venti
fiunt ab vrſa et meridie: quia ſol inter vtrūqꝫ meat:
et multos eleuat vapores, et exhalationes multas,
vnde nubes et venti fiant: quas non diſgregat: quia
remotus ſit et virtutis ab hoc inualide: neceſſario
tamen vapores multos et exhalationes vt ex viridi-
bus lignis eleuat. Et ab ortu et occaſu et tropicorū
loco naſcuntur pauciores: quod ſua illic fortitudine
materiam diſpergat et conſumat. Necqꝫ valde frigi
do tēpore, ꝙ frigus exhalationē extinguat. ¶ Vbi
incipit ventorum motus. Ventorum obliquaꝫ eſſe la
tionem manifeſtum eſt, et ſurſum illius motꝰ ē prin
cipium, nam exhalatio a terra ſecundum rectum ele
uatur ꝙ ſurſuꝫ ne altius feratur offendens obſtaculū
ad latus conuertitur, et in obliquū meat. Fit autem
id manifeſtum: cū nubes aut caligo pendula fuerit,
cuius motū ſtatim ſpiritu vt flabello agitante ꝑcipi-
mus valentiorqꝫ fit circa terrā, et materiam illi: ex
qua giguatur, habet copioſorē, habet itaqꝫ deorſum
et a terra materiam: ſurſum vero ſue oblique latio-
nis initum: et ſicut flumina vbi ortus principia ha-
bent, parua ſunt lōgius vero procedencia, ſemper
noua rheumata et materias colligentia, increſcunt,
maiora que euadūt: ita et venti vbi ortum habent,
modici: longe vero progredientes, in ſignes fiūt.

## ¶ Caput quintum.

Quintum caput cōtinet ceſ
ſationis ventorum et cōmotionis cau
ſas, vnde, et quo tēpore flent Eteſie,
ornithie et auſtri, et quinqꝫ zonaruꝫ
terre declarationem. ¶ Ceſſationis
ventoruꝫ cauſe. Primo ſol calore ſuo
nimio ſpirituū materiaꝫ diſſipans ac diſſoluens, cito
terram exſiccans, prius quam multam habet exha-
litioneꝫ, ventos ceſſare facit, quemadmodū ſi paruū
combuſtibile in magnū ignem proieceris, ſepe prius
quā fumū emittat aduritur, quapropter circa orio
nis ortum et vſqꝫ ad Eteſias et prodromos maxime
fit tranquillitas. Secundo, idem facit validum fri-
gus poros terre conſtringens, ⁊ nihil expirare ſinēs
cauſe vero his oppoſite, ventorum faciunt cōmotio-
nem. ¶ Vñ, et quo tpe flent eteſie. Ornithie, et auſ-
tri. Eteſie flant ab arcto poſt ſolis eſtiuales verſiōes
et canis ortū, boree liquatis niuibꝰ, et gelu flantqꝫ
de die, et nocte deſinūt. Diei em̄ calor exhalationem
eleuare ſufficit, et illoruꝫ inducere flatꝰ: nox aūt fri-
gidam niues in die liquatas regelat, flatuſqꝫ repri
mit, ꝗ niſi orto iam ſole, et nouos reparāte halitꝰ, no
uāqꝫ prebente mām, flare non incipiunt. Et ornithie
poſt hyemales verſiones ab oppoſito naſcuntur loco,
Eteſijs debiliores minuſqꝫ cōtinui: ſꝫ interpoles ac
interciſiꝙ ad nos vēiētes a ſole ſub cuiꝰ latiōe ipſos
ferri oportet diſſoluantur. Auſtri vero poſt equino-
ctialē verſionē a meridie oriunt̄ et ſpirāt. ¶ Quinqꝫ
zonarum terre declaratio. Quinqꝫ ſunt in terra zo-
ne: Vna vbi ſol ſemper diſcurrit feruentiſſima: et in
habitabilis eſtu. Scda iter cicrulū noſtri poli: et pri
mā intercepta que frigore et eſtu tēperata habitata
ē. tertia ē arctica ꝗ ſp a ſole plurimū diſtās frigore
riget ⁊ frigore ihabitata qrta ē ex oppoſito ſcde iter
illā torridā et ſole ſupermeāte vſtā ⁊ occulti poli cir
culū media: ſic temperie ſe habēs vt que ē apud nos
habitata. Quinta vero ē antarctica: ⁊ verticis ſem
per latentis. Vnde fit vt terra ſcdm circulum habi-
tari nequeat, Nam ſcdū longitudinem que de polo
ad polū attēdit, ꝓhibet nūc frigus nūc calor, et ſcdꝫ
latitudinē, que de oriente i occidentē, ⁊ occidente in
orientem exiſtit defendit aquarū multitudo. Et mul
tum differt habitationis longitudo a latitudine, vt
diſtantia maris Indici ad Herculeas colūnas, ea ꝗ
eſt ab Aethiopia ad Meotidem, et extrema. Scyt
hie loca, maior eſt quam quinqꝫ ad tria. Nouerunt:
hec qui nauigationes, et vias peregerunt, et itinera
ipſa et ſpatia menſi ſunt: et extrema horū locoruꝫ in
habitata manent, hec frigore, hec eſtu, hec aquaruꝫ
immenſitate. Et ſicut ventos in noſtra habitabili col
locabimus, conſimiles ex parte alterius poli intelli
gere debemus, vt ſicut a noſtro polo ſpirat boreas,
et non pertingit ad alterum polum ita quoque: ex
alterius poli parte aliꝰ flat boreas, qui ad nos vſqꝫ
noſtrum que polum non pertingit. Necqꝫ auſter ab al
tero flat polo, ſed ad eſtiuali flat verſione, et exuſto
loco. Ille em̄ locus ꝑꝑ ſolis viciniā non habet aquas
necqꝫ paſca, necqꝫ gelu, necqꝫ niuem, ꝑꝑ quorum lique-
factionem fieri poſſint Eteſie, Quia tñ ille locꝰ ma-
ior, amplior, et expanſior eſt: maior ē auſter et eſtuo
ſior borea, et magis huc pertingēs ꝙ Boreas illuc.
Sed de his hactenus. Nunc de ventorum poſitione
dicendum eſt.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet vē
torum ſituationem et qui adinuicem
ſunt contrarij eorum naturas et com
plexiones. ¶ Quomodo venti ſituen
tur, et qui adinuicem ſunt contrarij.
Id hoc modo deprehendimus. Inte
ligatur circulus horizon (eſt em̄ is circulus, qui ptē
celi viſam dirimit a non viſa ſitqꝫ a orientis equino-
ctialis punctus b occidentis punctus ei oppoſitus ⁊
intelligatur recta ab. Sit iterum c punctꝰ meridiei
ad vrſam punctus oppoſitus, et ducatur linea. c. d.
que diametraliter ſecabit a b. Intelligo preterea e
punctum orientis eſtiualis, et. f. punctuꝫ occidentis
hyemalis, oppoſitum eorum vero lineam e f g pūctū
orientis hyemalis, h, punctum occidentis eſtiualis,
oppoſitum, eorum lineam g h Intelligo deniqꝫ i pū-
ctum medium inter g orientem hyemalem, et c pun
ctum meridiei, et k eius oppoſitum et eorum lineam
i k, Et l punctum inter f occidentem hyemalem, et
punctum meridiei, m, vero punctum oppoſitum, et
eorum lineam l m. His itaqꝫ duodeciꝫ punctis ſigna
tis, et eorum ductis lineis, duodecim in ipſis ventos
ſituamus in noſtro horizonte, et hemiſpherio, et toti
dem et conſimilir et ſub altero hemiſpherio locare,
decebit. Ventus vero quem ſituamus in a oriēte eq-
noctiali, et ab ipſo flatum ducens, ſubſolanus vocat̄
Flans vo a pūcto b occidētis oppoſito, Fauonius ei



contrarius ſumuntur enim ſecundum diametrum ſe
cundum quam plurimum diſtant hos autem ſuppo-
nimus eſſe contrarios. Quem locamus in. c: Auſter
et qui eſt in. d. eius oppoſito Boreas: ei contrarius
Qui in e oriente eſtiuali inſurgit. Cecias ei contra
rius in f. Africus Qui in g oriente hyemali. Eurus
ei contrarius in h Corꝰ. Qui in i. Euro auſter, ei cō
trariꝰ in k Thraſcias qui in l Libanotus, ei vero cō
trarius in m Aquilo et hi precipui ſunt venti modo
quo poſiti ſunt adinuicem contrarij. vnde a et c ſub-
ſolanus et auſter: et ñ vniuerſaliter qui ſecundū ean
dem diametrum non ſumuntur: contrarij non ſunt: ⁊
hi quatuor: Subſolanus Fauonius Auſter: et Bo-
reas omnium principaliſſimi ſunt. et Auſtrales ſunt
calidi Boreales frigidi: oriētales minus auſtris ca
lidi occidentales vero minus Borealibus frigidi: ⁊
plures venti ex parte Boree gigni videntur quia il
lic plurima nix et aqua: que vbiqꝫ liquata ſpirami-
num materiam preſtet. ¶ Eorum nature compl xio
nis. venti contrarij ſecundum diametrum ſe ſimul fla
re non permittunt: ſed valentior debiliori obluctat̄
violentiam que infert: et ipſum ceſſare cogit. Venti
oppoſiti maxime flant circa tempora oppoſita: vt ce
cias circa equinoctium veris Africus circa autūna
le: circa eſtatem Corus: circa hyemem Eurus Op
poſiti venti idem aut oppoſitum faciunt vt Eurus et
Corus in principio ſiccant Auſter calet Boreas al-
gidus eſt et ſeriem ſequendo. Subſolanus Cecias
et Eurus tepidi ſunt Eurus in principio ſiccus con-
ſummans aquoſus. Subſolanus minus ſiccus. Ceci
as non ſerenus. Trahit enim ad ſe vapores et nu-
bes: hinc exiit prouerbium. Trahit ad ſ. malum ſi
cut Cecias nubem: et eſt humidus Fauonius: Afri
cus: et Corus ſuffrigidi: Corus ſiccus in principio
aquoſus in fine: Auſter Euro auſter Libanotus ca-
lidi ſunt Auſter notius Libanotus magis humidus
vicini Africi et Noti naturam participans hinc ſere
ni ſunt Boreas: Thraſcias: Aquilo: alios ceſſare fa-
ciunt prope flantes et vehementes. aera purgant.
ſerenitatem adducunt. niſi ſint vehementia frigidi
tunc enim plꝰ coagulant et cogunt quam propellāt
Boreas grandinoſus. Aquilo niuoſus frigidiſſimi
maxime coruſcationem facientes: et corus cum his
in natura conuenit Boreas ſaluberrimus: et de ven
tis tantilla ſufficiant.

## ¶ Septimum caput.

Caput ſeptimum continet
tres de terremotu opiniones: prime
reprobationem et tertie tribus rōni
bus. ¶ Tres de teremotu opiniones.
¶ Prima eſt Anaxagore. Inquit em̄
anaxagoras Clazomenꝰ ptē ſphere
que ſupra nos eſt: ſurſum eſſe: et que ſub pedibus: eē
deorſum: et aerem natum ſurſum ferri: qui in eius in
feriora concaua incidens imo vero ab inferiori par
te totum quaciens facit terremotum: Sed hec cau
ſa vſque adeo exilis et parua eſt ſuus que prodens
ſtectum: vt vix reprobatione egeat. Stultum eſt ei
putare ignem in altero horizonte nō ſimiliter ad ce
lum ferri ſicut in noſtro habitaco apparet: et illic ce
lum non eſſe ſurſum: terrā vero in medio globoſam:
vt hic deorſum: et ꝙ ab inferiori aere concuſſa tre-
mat et moueatur hoc terremotus non conuenit acci
dentibus. Nam vbiqꝫ tremeret. tremit aūt certis in
locis regionibus: atqꝫ temporibꝰ. ¶ Secunda ē de
mocriti. Dixit enim Democritus Abderites terrā
plenam aqua, et aquam multā ex pluuia recipere ꝗ
cum ſuſceptacula plena ſint exuberans facit terre
motum et terram in concaua decidere. ¶ Tertia eſt
Anaximenis Mileſij. Inquit em̄ terram deplutam
hinc ſiccari, et fortiter ſiccarā rūpi ⁊ ab his fruſtris
ruinā precipiciūqꝫ facientibus concuti fieriqꝫ terre
motuꝫ. Hic quoqꝫ fit in magnis ſiccitatibus fieri vi
deri: et etiam in pluuioſis ꝙ ſuper humectata rui-
ne tam preparata cadat. Sed non ita eſſe videtur.
¶ Prio: qꝛ oporteret terrā iā multipliciter ſubuer
ſam ruinam que feciſſe apparere. ¶ Secundo. Qꝛ
hec cā eſſe non poteſt circa aliqua loca freqnter tre
mentia, vbi talis exceſſus ad alia non eſt. ¶ Tertio
Qꝛ oporteret ſemper minores et pauciores terre-
motus futuros expectare: et tandem ceſſare. ꝙ ter-
ra tm̄ occiderit: vt non amplꝰ ſit terre tremor futu-
rus. hoc autē eſſe non poteſt quare necqꝫ hec cauſam
eſſe exiſtimandum eſt.

## ¶ Octauum caput

Octauum caput ɔtinet cau
ſas terremotus: eiꝰ generationem de
cem ꝙ ab exhalatione proueniat ſig-
na et ſeptem eius accidentia. ¶ Ter
remotus cauſe: Efficiens ſol et aſtra
et ſpiritus terra incluſus. Materia
exhalatio. ¶ Eius generatio. Terra naturaliter ſic-
ca eſt, aque multitudinem in ſe continens: que a ſole
calefacta et multis que in ſe tenet igneis corporibꝰ
multum ſpiritum intra ſe concipit: qui quia ſubti-
liſſimꝰ: ocyſſimus: ⁊ vehementiſſimꝰ eſt huc illuc eua
gatus et diſcurrens: terra vehementer concuſſa ple
rūqꝫ eius motū et tremorem parit querit enim exi-
tum: et in ſuum locum euolare. At aliquando totus
exit flāma plerūqꝫ ex colliſione concepta aliquando
vero ſine flamma. aliquando pars exit pars autē al-
tera cōſtricta atque clauſa manet. Vnde fit vt necqꝫ
aer necqꝫ aqua faciāt terremotum. ¶ Decem ſigna ꝙ
ab exhalatiōe et ſpiritu ꝓueniat terremotꝰ. ¶ Pri-
mum. Quia plurimum fit tranquillo tempore: ꝙ ex
halationes plurime in terra ſint recluſe. Et quanto
plures maior fit quanto vero pauciores, minor ē em̄
ſpiritus continuus, quem oportet aut intra: out ex-
tra fluctuare ¶ Secundo: quia maxime fiunt de ro
cte: et circa diluculum: quod ſoleant tunc incipere
flatus: et in meridie ſi contingant in die: quia tūc ſol
maxime obtineat: et exhalationem declinet in terrā
¶ Tertiū. Qꝛ circa ſubter antroſa ſubterrea inania
in ꝗ loca defluat mare: ſepe intremiſcit tellꝰ. Hac de
cauſa ſepe fit circa Helleſpontū, Achaiam, Sicili-
am Euboeam: et therme circa Aedepſum facte ſunt.
Fit enim illic anguſtia: et maris multitudo in terrā
ſpiritum iterum repellit efflare tentem anguſtat at
que premit. ¶ Quartum Quia maxime fiunt ter-
remotus vere et autumno tporibus pluuioſis: et in ſi
ccitatibꝰ: qꝛ em̄ hec tpa ventoſa ſunt et pluuioſa: pre
bent multam in terra exahalationis generandi oc-
caſionem: ſic autem illam recluſam monſtrant, et ad
ſpiritum generationem aptitudinem. Quintum: qꝛ
ſpiritum impetum, vimqꝫ agitandi preualidam per
cipimus non modo in aere vbi ſolidiora robora vel-
ſuntur, edificia funditus euertuntur ſed et in corpi
bus animaliū: vbi ſepe ſpiritus clauſus facit tremo
rem: quod: et ſepe accidit poſt vrine emiſſionem: et
ſepe membrorum contractionem et ſpaſmum indu-

eſt:et tetanum et aliquando vſqꝫ adeo membꝛa valide agitat mouet et concutit:vt intremula et quieta teneri haud quaꝗ̄ poſſint. Obtecte itaqꝫ i terra nõnunꝗ̄ ſpiritũ,veriſimile exiſtimare opꝫ. ¶Sextum Qꝛ tpibꝰ noſtris accidit terremotus:qui pꝛius non deſtitit quam ventus egreſſus fuiſſet vt ecnephias. ¶Septimum. Quia circa herecleam q̃ ẽ in Põto. idem accidit. Factus eñi extitit terre tumoꝛ vt collis:quo tãdẽ diſtinctione rupto:ingens et multꝰ erupit ventus,ignem et cineres eleuans ⁊ Lipareoꝛum vrbem non longe hinc exiſtentẽ ambuſſit:vertitqꝫ in fauillas,et flatum dirigẽs in Italiam,vrbibꝰ Italicis multa attulit in cõmoda. Quod et pꝛiꝰ accidit circa ſacram inſulam que eſt vna Aeoliarũ inſularũ ¶Octauum. Qꝛ ſepe ſoni ex exhalatione conſtricta cauſantur quemadmodũ a longe ſonꝰ maris repcuſſi exauditur. ¶Nonũ:qꝛ paulo ante terremotum ſol obſcurus ſine nube videtur,hoc enim facit apparere egrediens ſpiritus:et ad auroꝛam tranquillitas et frigus:ob ſpiritum calidum recluſum. Et poſt occaſum ſerenitate exiſtente,nebecula ſtricta et lõga poꝛrecta videtur:vt terremotus pꝛenuncia:quẽadmodum in maris fluctibus accidit pꝛecurrere tenuem vndam:quam gens mari finitima aque filũ nũcupat: ¶Decimum. Qꝛ ſepe circa lune eclipſes contingũt terremotus ꝙ tunc marceſcat calidũ:et eo tẽpoꝛe flactus agitari ſoleant. ¶Terremotꝰ ſeptẽ accidentia. ¶Pꝛimũ Terremotũ ad quadraginta dies ſe extendere contingit:et viſus eſt aliquando per duos annos circa eadem loca perduraſſe. Hoc enim facit ſpiritus multitudo:et laterum terre concuſſoꝛum ſoliditas:et pꝛeſtita reluctantia:vt ſpiritus animantium coꝛpoꝛibꝰ clauſus non repente ceſſat:ſed lõga moꝛa fit marcidꝰ. ¶Secũdũ Fiunt ſoni in terre tremoꝛibus. Nam percuſſus aer:et ſpiritus omnimodos emittit ſonos:itidem et percutiens. Nihil enim differt.repercutitur eñi repercutiens omne:⁊ pꝛeuenit ſonus terremotũ: Nã magis ſpiritu per oẽ penetrat ſonus. Et ſi exhalatio non ſufficeret agitationem inducere,ſonus ſine terremotu audiret,qꝺ ſepe iam accidiſſe viſum eſt. Offendens eñi ſpiritus ad ſolidas moles,omnimodarumqꝫ figurarꝫ omnimodos edit ſonos pꝛo varietate cauernarum. cuniculoꝛum.atqꝫ antroꝝ diuerſus:vt aliqui aliqñ pꝛodigia enarrantes dixerint viſam nonũquã mugiſſe terram. ¶Tertiũ. Cũ terremotu aliqñ magna aq̃ multitudo erumpit ꝙ exhalatio eã extra pepulerit,vt aq̃ fluctus nonunꝗ̄ extra terminos. Et circa Achaiã cõtrariis ſpiritibꝰ iterioꝛe Boꝛee motũ imitãte:extra vero Auſtro,factus eſt terremotꝰ et apertio:et tanta maris eruptio pellẽte auſtro:vt cataclyſmus factus ſit:et aq̃ terremotũ non faciunt.patiunt eñi ſolũ. ſpiritus autem:illiꝰ:vt dictum eſt,cauſa eſt:et pꝛincipiũ et ſedimẽtũ fluctꝰ fecit cataclyſmũ. ¶Quartũ Terremotꝰ ſm modicã terre partẽ fiunt,ſpiritꝰ aũt ſm ipſiꝰ amplitudinẽ. ¶Quintũ Interdũ fit multe exhalationis in latũ:vt tremoꝛ quidã:agitatio:interdũ vero in altũ:vt quidam pulſus.et qui fit in altum pluꝰ agitat multãqꝫ a pꝛfundo enaſcentẽ manifeſtat exhalationem eum tamen qui alternatim in altum vibꝛat:et alternatim reſidet tripudio aſſimilis:⁊ cũ concurrentia recta contrario ictu arietant,ꝙ aliter motꝰ alteri reniti videatur,minus periculoſum perhibent. ¶Sextum vbi talis ſeiſmus:et ſpiritꝰ eruptio,multi lapilli ebullire ſolent. Sic eñi circa Sipylum euenit cum ſeiſmo euerſa loca fuere:⁊ campꝰ quem greci phlegreũ dicũt. Idẽ et circa liguſticãi regionem eueniſſe memoꝛia pꝛoditum eſt. ¶Septimum. In ponticis inſulis minus contingit terremotus quam in ceteris.nã frigiditas et maris pondus exhalatiões in ipſis repꝛimit. De terremotu actenꝰ.

## ¶ Caput nonum.

tudine inſpiſſantur,denſanturq; vt limus.Et eſt: qꝛ
proprium humidum obtinetur naturali calido: que
quandiu nature rationem, et contemperamentum
ſeruant,hoc euenit.¶Corolarium.Hinc euenit: vt



vrine alui ſedimēta egeſtiōeſq;, ⁊ omnino corpore
ſuperfluitates que digeſte apparent ſanitatis ſunt ſi-
gna, Apparent enim digeſte cum proprium calorē
iaꝫ in terminato humido atq; ſicco obtinere inſinuēt
tunc eniꝫ conſtant:et creſſiora et calidiora ſunt. Ta
le enim efficit laudabilius calidum ſiccius craſſius,
melioriſq; molis:ſuperfluum enim et innaturale re
ſoluit humidum.Sed quid digeſtio ſit ſatis appri-
meq; dictum eſt.¶Secunda diffinitio. Indigeſtio
eſt imperfectio ob indigentiam proprie caliditatis
in oppoſitis paſſiuis proueniēs.Et certe vbi proprie
caliditatis indigentia fuerit frigidita eſt.Erit itaq;
indigeſtio a frigiditate in humido et ſicco:que vni-
uſcuiuſq; mixtorū natura ſunt.Sed quid digſtio,⁊
quid indigeſtio,ſatis dictum eſt:nunc autem earum
ſpecies quid vnaqueq; earum ſit exequamur.

## ¶Caput tertium.

TErtiuꝫ caput continet ſex
definitiones, earum declarationes,
vnum corolarium ad primam, quat-
tuor ad ſecundam,vnam ad quartaꝫ
et duas ad quintam. ¶Prima diffini-
tio.Maturatio eſt digeſtio circa fru
ctuum alimenta,et ipſos fructus facta:que tunc per-
fecta habetur cum ſemina que aut folliculis aut pul
pa circunclusa tenentur,talia ſit:vt ex ipſis aliquid,
ſimile vegeſtibus ipſis gigni poſſit. Eſt eniꝫ digeſtio
perfectio quedaꝫ:et alia perfecta dicimus,que q̄lia
ipſa ſunt,alia quedam efficire poſſunt; et illa circa
fructus maturatio,a naturali completur calido. Di
cuntur et alia multa matura, quadam tranſlatione
ad hanc maturationis ſpeciem, quod apta nomina
nobis non ſuccurrant,quibus ipſa vocemus: vt apoſ
temata matura dicuntur cum conſiſtit ſanies et a na
turali obtinente calido naturalis humidi facta eſt:
digeſtio.Cuꝫ enim calidum obtinet ipſum conſiſtere
facit et terminat: non obtinens autem: terminare
impoſſibile eſt.Et cum hoc pacto maturātur ex ſpi-
rituoſis et aeris fit aquea,et ex aqueis terrea mox
que conſiſtunt.Calor enim aerea et ſubtiliora reſol
uit,et humiditatem ſuperfluant: propriam autem ⁊
terreſtria retinēs,terminat:⁊ conſiſtere facit,ducit
q; in naturam.¶Corolarium.Hinc omnia matura
ta ionem ſabſtinentia,ex ſubtilioribus greſſiora fa-
cta ſunt.¶Secunda.Cruditas maturationi cōtra-
ria eſt,et eſt circa fructuum alimenta et fructus ip-
ſos quedam indigeſtio.¶Primum corollariū.Hic
fit vt immaturi fructus ſpirituoſi,aquoſi, aut vtrun-
que ſimul exiſtant.¶Nam ipſorum intermina eſt hu
miditas.¶Secundum. Fit etiam vt cruditas impe-
fectio ſit quedam.¶Nam maturatio quedam perfe
ctio eſt:erit igitur:cruditas ei oppoſita, quedaꝫ im
perfectio.Et reuera cruditatis imperfectio proue-
nit ex natiui caloris indigentia et incommenſuratio
ne:indebitaque ad humidum proportione,quorum
neutro laborat maturum.¶Tertium. Fit iteruꝫ, vt
que ſicco admixta non ſunt:non matureſcant. ¶Nā
que maturantur,ingroſſantur.Humida autem ſine
ſicco ingroſſantur minime. Hinc aqua humidorum
ſola ingroſſationeꝫ non ſuſtinet.Et accidit cruditas
aut quia calidum paucum ſit,et frigidum multum:
aut quia humidum terminabile ſit multuꝫ.¶Quar
tum.Quo fit etiam vt crudorum expreſſi humores
ſubtiles ſint, et magis frigidi quam calidi:eſui:et
potui per parum apti ⁊ conuenientes, ¶Et ſicut ma



turatio multis modis dicitur,et ad multa transfert
ita ipſa quoque cruditas.Vrine enim animaliuꝫ,ex
purgamenta,et pituite,crude dicuntur,quod cali-
ditas non obtineat,et quod vna pariter que non conſ
tent.Et remotius minuſque prope later et lac cruda
dicūtur quod poſſibile ſit illa a calore paſſa,permu-
tari et conſiſtere,vt induſtria fit et arte. Et ſicut aq̃
maturationem non admittit, ita neque cruditatem
¶Nam non ingroſſatur: quamuis, forte quoquo
pacto elixationem(de qua nunc agemus)admittat.
¶Tertia diffinitio.Elixatio eſt ſecundum totum ab
humida circunſtante caliditate interminati inexiſ-
tentis humidi digeſtio.Quod enim elixorum ſpiri-
tuoſum aqueū ve fuerit,ab eo calore qui in humido
exiſtit,coquitur,mollitur,digeriturque. Que qui-
dem elixa a frixis in hoc differunt,quod frixa ab ex
trinſeco calido patiuntur,ad ſe humiduꝫ(in quo fri
xa iacent)rapiente,et ipſum ſicciꝰ aridiuſq; redden
te:idcirco hic exterior humiditas trahitur. In eli-
xis autem non ita eſt:ſed oppoſitum euenit. Nam.a.
caliditate exterioris humidi ipſorum interius tra-
hitur humidum.¶Primum corolarium.Quapro-
ter elixa quam aſſa ſicciora ſunt.¶Naꝫ elixa humi-
dum in ſeipſa non trahunt. Preualet enim exterior
caliditas,et que foris eſt,ei que interior habeť. Si
tamen aliquando preualuerit interior,ad ſeipſam,
vtique trahet.¶Secundum.Euenit etiam vt non
omne corpus ſit elixabile.¶Nam illa in quibus pe-
ne nulla eſt humiditas,vt lapides: et illa in quibus
quidem eſt,ſed ob groſſitieꝫ obtineri nequit,vt ſunt
ligna:elixationem non ſuſtinent.Eam autem ſuſtinēt
que humiditate participant,ab igneo circunſtante
feruore in humido exiſtente:bene paſſibili.Et elixa
tionis nomē ad multa transferimus quia nobis apta
deficiant nomina,vt ad aurum,lignum,lac,multum
et alia humida.Aurum quidem,ꝙ in humido deco-
ctum agente circunſtante calido,vim quandam in-
ipſum regerat atq; tranſfundat humidum.Et lignū
ꝙ circunſtans calidum humorem eius ad exteriora
euocet.Et muſtum et lac, ꝙ ab exteriore calido ſa-
porem in humido exiſtentem permutent,pariantur
que aliquid quodammodo vere elixatis ſimile. Et
horum non idem finis eſt. Nam elixorum hec(vt au-
licocia,et proprie elixa)ſunt ad eſcam: et eorum q̄
tranſlaticie dicuntur:hec(vt quedam humida)ad
ſorbitiōes ſunt:hec(vt pharmaca, quas medecinas
dicimus,et que etiam elixari dicuntur)ad ſalutem
exiſtunt:et alia permulta ad multas et varias com
moditates et vſus.¶Tertium.Quapropter iteruꝫ
quecunque humorem habentia,groſſiora, aut ma-
iora,aut grauiora,aut partim talia,et partim diuer
ſa circunſtante calido fiunt, aliquo pacto ſunt eli-
xabilia.¶Sunt enim quedam quorum pars altera
ſegregante calido ingroſſatur:et pars altera fit ſub
tilior,quomodo lac in caſeuꝫ et ſerum diſtribuitur:
et ita de pleriſque alijs. ¶Quartum. Hinc oleum
ſecundum ſeipſum elixabile non eſt. ¶Nam ſi purū
fuerit non ingroſſatur,minoratur,ingraueſcit, aut
aliorum quodcunque patitur.Et de elixatione et p-
pria et tranſlatitia hec dicta ſint. Et nihil refert an
artificio quodam paretur,an nature peragatur inſ-
trumentis et opificio.¶Quarta diffinitio. In elixa
tio eſt indigeſtio elixationi contraria in intermina-
to corporis humido,ob caloris circūſtantis humidi
defectum proueniens. Etiam diximus vbi caloris
indigentia ſit et defectus,illic frigiditatem ad eſſe



oportere: et defectus ille digeſtionis prouenit aut,
propter circundantis humidi frigiditatem:aut pro
pter elixabilis multitudinem.Tunc eniꝫ accidit cir
cunſtantis humidi caliditatem maiorem eſſe quam
vt non moueat:minorem vero quam vt regulet et cō
digerat.¶Corolarium.Hinc que in elixationeꝫ ſuſ
tinent,elixis duriora cernuntur. ¶Nam elixorum
humida magis terminata ſunt magiſque remollita.
Et transfertur huiuſmodi indigeſtio ad multa, ſicut
et elixatio,vt ad metalla fluida et animalia. Anima
libus enim propter immoderatum exercitium pro-
uenit vt calor ille reſoluatur exhaletque digerens.
Sed de elixatione et eius oppoſita indigeſtione,q̇d
ſint,et ob quid eueniant hactenus. ¶Quinta diffi-
nitio.Aſſatio,digeſtio eſt a caliditate ſicca et aliena
facta vt ſi quis quod elixabile eſt nō calido humido
permutet ⁊ digerat,ſꝫ calido ſicco vt igni perficiať
digeſtio:hoc profecto non elixum,ſed aſſum eſſe di-
citur.Quod ſi amplius quam oporteat calidi ſicci,
ſubſtineat exceſſum:tunc dicitur aduſtum, et citius
aſſatio elixatione conſummatur,quod aſſatio a cali-
ditate ſicca que acutior eſt,fiat. ¶Primum corolla-
rium.Vnde fit vt aſſorum exteriora ſicciora ſint in-
terioribus:elixorum autem contra:exteriora humi
diora ſint interiora vero ſicciora.¶Nam aſſatorum
partes propinquiores citiꝰ attingit ⁊ deſiccat ignis
et ita exteriores poros conſtringit,corrugat, coar-
ctatque,hinc humidum intus exiſtens euaporare ne
quit:ſed interius reconditur,donec pori ipſi recluſi
apertique fuerint.¶Secundum. Hac de cauſa ma
iore induſtria ac manus artificis ope quicquam aſſa
ri q̄ elixari eget.Nā difficile ē quicq̄ aſſādo,⁊ exte-
riora ⁊ interior regulariter incaleſcere, ſemper eīn
igni viciniora deſiccantur citius.Et licet elixatio et
aſſatio arte liquido facte conſpiciantur nihilo minꝰ
conſimiles natura ſpecies habentur:ſed in nomina-
te quidem ſunt:ars enim naturam imitatur. Et ali-
menti in corpore digeſtio,elixationi ſimilis ē: fit eīn
a corporis caliditate in humido.Et indigeſtio alimē
taris ſimilis eſt eius oppoſite indigeſtioni,et exteri-
oris calidi defectu paritur:nec animalia, vt tinee ro
tunde,generātur in ipſius digeſtiōis loco(vt aliqui
putauerunt)ſed ex ſecretione facta et putrefacta in
inferiore aluo:illic enim ſegregatum putreſcit:ſed
quam ob cauſam alio dicendum eſt loco:deinde ge-
nite aſcendunt ad ſuperiorem ventrem:qui locus ē
digeſtionis.Et oſſium digeſtio, ſimilis eſt aſſationi,
eorum vero indigeſtio, eius oppoſite indigeſtioni.
¶Sexta diffinitio.In aſſatio,indigeſtio eſt aſſatio-
ni cōtraria,ex defectu calidi ſicci extrinſeci in aſſabi
li proueniens.¶Sic enim ſe habet inaſſatio, ad aſ-
ſationem, ſicut in elixatio ad elixationem, et huic
non eſt nomen impoſitum. Et accidit hic aſſationis
defectus aut propter exterioris ignis defectum,
aut eius quod igni vicariū ſit, aut propter ipſis aſſa
bilis humoris exceſſum. Tunc eniꝫ calor maior erit,
quā vt non moueat:minor autem quam vt digerere
ſufficit.¶Sed q̇d maturatio,q̇d cruditas,q̇d elixa
tio q̇d inelixatio q̇d aſſatio,q̇d inaſſatio ſatis dictū ē.

## ¶Caput quartum.

QUartum caput continet quin-
que concluſiones,et vnum corolarum ad ter
tiam. ¶Prima concluſio. Paſſionum hu-
midorum, et ſiccorum determinande ſunt ſpeci-
es. ¶Nam humidum, et ſiccum, corporum prin-

elpſa rant paſſiua: ex quibus mixta omnia conſtant. Et quecunque magis humido natura participant, ea magis humidi natura paſſiones participabunt, que autem ſicco magis et ſicci. Et humidorum quedam ſunt actu humida, vt liquores, quedã vero potentia, vt liquabilia. Itidem ſiccorum quedam ſunt actu ſicca: vt liquabilia prius quam ſint fuſa: quedã vero potentia: vt eadem liquata. ¶ Secunda concluſio. Corpora mixtorum ex humido et ſicco ſunt terminata. ¶ Nam humidum facile terminabile eſt ſiccum vero difficile, adinuicem tamen bene. Inſpiſſantur enim, partiunturque aliquid ſimile pulmentis: et ſalſamentis: et humidum ſicco vt terminetur cauſa eſt: ſiccum vero humido vt conſtet: et ne concidat et defluat, cauſa exiſtit. Et vt paucis abſoluamꝰ vtrunque alteri vt gluten habetur ſitque naturale mixtum ex humido et ſicco: quemadmodum (vt vult in phiſicis Empedocles) aque conglutinatur farina. Mixtorum igitur corpora ex humido et ſicco ſunt terminata. ¶ Tertia concluſio. Terminata corpora minime ſine aqua et terra conſiſtunt. ¶ Nam elementorum propinquiſſime ſiccum dicitur terra humidum, vero aqua terminantur autem omnia humido et ſicco. Non igitur ſine aqua et terra conſiſtunt corpora terminata. Et quod plus terre ſecundum potentiã habuerit, magis terreũ eſſe videbitur: et quod minus, videbitur et minus et: quod plus aque: magis videbitur aqueum, et quod minus, minus. ¶ Corolarium. Hinc euenit vt in aqua et terra ſolum animalia reperiantur, et non in aere et igne. ¶ Nam hec precipue ſuorum corporum ſunt materie. ¶ Quarta concluſio. Mollities et duricies terminatorũ corporum ſunt prime paſſiones. ¶ Nam quicquid ex humido et ſicco terminatum eſt durum aut molle ẽẽ neceſſe eſt: durum quidem, ſi magis ſicco terminatũ eſt molle autem ſi magis terminatum eſt humido. Eſt enim durum quod non cedit in ſeipſum ſecundũ ſuperficiem, molle vero, quod cedit ſecundũ ſuperficiẽ in profundũ, et non circunſtat pellens. Hinc aqua ipſa non dicitur mollis. Nam ſecundum ſuperficiem non cedit in profundum, ſed protinus diuiſa ipſum ambit, et circunſtat impellentem. Sunt igit̃ molle et durum, prime terminatorum corporum paſſiones, vt que immediate humidi et ſicci collinimentum terminationemque ſequantur. Et quoddam eſt ſimpliciter durum, quod ſimpliciter tale eſt, quoddam vero durum ad alterum, quod ad aliud tale dicitur: ita et molle diducitur. Et ſunt magis vel minus talia, ſecundũ quod magis aut minus humido et ſicco ſunt terminata. ¶ Quinta concluſio. Durum, et molle ſimpliciter, determinamus tactu. ¶ Nam oĩa ſenſibilia et determinamus ſenſu, at tactus in quadã mediocritate: mediaq̃ mollis et duri ꝓportiõe cõſiſtit. Excedẽs igĩ duricie mediocritatẽ illã dicimꝰ deficiẽs vo molle, nã id mollitie medietatẽ excellit. Tactu igĩ durũ et molle ſimpl'r diſcernimꝰ.

## ¶ Caput quintum.

Quintum caput continet: quinque concluſiones, vnum corolarium ad primum, et vnam diuiſionem ad quartã. ¶ Prima concluſio. Omne corpus proprio termino contentũ durum aut molle eſſe neceſſe eſt. Nã omne tale aut tactum ſuſtinet non cedens, et durum eſt, aut tactum non firme ſuſtinens cedit, fugitque: et id eſt molle. ¶ Corolarium. Quo fit vt de coagulatione poſt apta incumbat determinatio. ¶ Nam omne corpus terminatum et conſtans, durũ aut molle eſt: et ſine coagulatione non terminatur et conſtat. Poſt igitur apta erit de coagulatione determinatio. ¶ Secunda concluſio. Coagulatorum, liquatorum, exiccatorum, et humectatorum, varie ſunt cauſe. ¶ Nam materiam habent: preter quam et efficientem, vt cauſam vnde motus: et paſſionẽ, vt vnde ſpecies naſcitur et forma, rurſũ habent. Et efficientes cauſe (vt diximus) due ſunt, calidum, et frigidum: et paſſiones itidem due, humidum, et ſiccum. Patiunt̃ enim corpora coagulationem: liquationem, exiccationem, humectationem, aut preſente calido id quidem faciente, abſente vero frigido: aut frigido preſente faciente: et abſente calido. Sunt igitur coagulatorum: liquatorum, exiccatorum, humectatorum que varie cauſe. ¶ Tertia concluſio. Prius de exiccatione determinandum eſſe videtur: ¶ Nam coagulari, quodammodo deſiccari eſt. ¶ Quarta concluſio. Frigidum magis quam calidum paſſiuorum eſt. ¶ Nam paſſiuum, aut humidum aut ſiccum eſt, aut ex his coalitum atque compoſitum: humidum enim corpus aqua prebet, ſiccum autẽ terra, et hec humidorum et ſiccorũ maxime ſunt paſſiua. Atqui frigidum et aque et terre eſt, hec enim natura frigida ſunt, et calidum aeris et ignis eſt, ſunt enim contra naturã calida et actiua. Frigidum igitur quam calidum magis paſſiuorum eſt. Agit tamen frigidũ. Nam corrumpit et multas et per ſe et per accidens operationes perficit. Circunſtans enim frigidum, calidi virtutem coniciens et adunans: nonnunquam calefacere et vrere dicitur: non quidem vt frigidum eſt ſed per accidens. ¶ Diuiſio. Deſiccabilium hec ſunt aqua, hec aque ſpecies, vt vinum, vrina, ſerum. Et aque ſpecies dicimus, que non propter viſcoſitatem, paucum aut nullum ſedimentum, hypoſtaſinque habent: eſt enim quibuſdam viſcoſitas cauſa vt hypoſtaſi nulla aut pauca fiat: quemadmodum in oleo: et pice exiſtit. Et hec humiditatem habent ſuperinductam: vt lana aqua perfuſa, hec vero naturalem, vt lacticinia. Et hec omnia deſiccari dicuntur, quoties naturalis reſoluitur humiditas remanẽte ſicco, aut quoties ipſa aliis ſuperfuſa reſoluantur. ¶ Quinta concluſio. Quecunque deſiccãtur (ſiue calefacta ſint, ſiue frigefacta) a calido aut exteriore aut interiore deſiccantur. ¶ Nam quecunque deſiccãtur, aut calefacta aut frigefacta deſiccantur. Calefacta quidem exteriore calore humiditatem educente atque ſoluente, quemadmodum in elixatis cernitur, frigefacta vero, cum humidum paucum fuerit, et circunſtante frigido interior calor expiret ſecunque humidũ educat et rapiat. eſt enim calidi educere atque reſoluere. Quecunque igitur deſiccantur, ſiue calefacta, ſiue frigefacta a calido aut interiore aut exteriore deſiccantur. Et tribus modis aliqua humectari dicuntur. Primo, cum circunſtans aer frigore denſatus, tandem cogitur, concreſcitque in aquã. Secundo per coagulati liquationem: et tertio per humidi infuſionem. Sed nunc de coagulatione et liquatione agamus.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet, vnam diuiſionem: nouem concluſiones vnum corolarium ad tertiam, et vnum ad nonam. Diuiſio. Coagulabiliũ hec ſunt aqua, aqua, aut aque ſpecies, hec autem aque et terre. Prima concluſio. Quecunque calido ſicco coagulantur, frigido humido ſoluuntur. Nam quecunque coagulantur, aut calido aut frigido coagulantur, et a ſuis contrariis ſoluuntur, calidi autem ſicci contrarium eſt frigidũ humidũ, vt aqua, igitur quecunque calido ſicco coagulantur, frigido humido ſoluuntur, hinc que ignis coagulat, aqua ſoluit, que frigida eſt et humida. Sed petes fortitan, cum mel elixum in aqua poſitum concreſcat: denſeturque, an hec concretio atque coagulatio ab humiditate fiat aque? Non, ſed potius a frigido humori commixto: eſt enim frigidi cogere et coadunare. Secunda concluſio. Aqua et aque ſpecies non coagulantur ab igne. Nam congelate: coagulateque ab igne ſoluuntur: at idem circa idẽ contrariorum coagulationis et ſolutionis cauſa per ſe non erit. Per ſe dico. Nam per accidens nihil prohibet: que enim adueniens calor per ſe ſoluit: eadẽ abſcedens et abſens per accidens coagulat. Tertia concluſio. Aqua et aque ſpecies a frigido coagulantur. Nam que a calido ſoluuntur, a ſuo contrario coagulantur. Contrarium autem calido frigidum eſt: talia igitur a frigido coguntur, atque coagulantur. ¶ Corolarium. Unde fit vt talia coagulata non ingroſſentur. ¶ Nam ingroſſatio proprie fit abeunte humido, et conſtante ſicco, at frigido congelante atque coagulante, non abit humidũ, remanente ſicco. Et adde aquam humidorum ſolã ingroſſari nõ poſſe. ¶ Quarta concluſio. Que communia ſunt aq̃ et terre calido et frigido coagulaſcunt. ¶ A calido quidem humidum educente, humido ſiquidem euaporante, ſiccum ingroſſatur, denſat coagulaſcitque. A frigido autem, quod calidum expellat, quo cum ſimul euaporat humidum, aut totum comprimit, et velut humida coarctat et ſtringit. ¶ Quinta concluſio. Que mollia ſunt parum coagulando ingroſſantur mixta, multum autem humida, vt lac ingroſſatur, et multum. ¶ Nam mollia parum humida: pauco exeunte humido coagulantur, vt coctꝰ later, commixta autem multum humido multo coagulaſcunt exeunte aut ſeparato humido. ¶ Sexta concluſio. Multa coagulandorum prius humeſcũt vt groſſa, vt prius infrigidata, vt incoctus later. ¶ Nam primum extrahitur ad exteriora humor, ipſorum molleſcere faciens, humidiuſque reddens ita vt in fornace cum coquantur lateres, ſepe peruertantur, vt concidant, aut incuruentur. ¶ Septima concluſio. Quecunque a frigido coagulantur aque et terre communia plus aque habentia, plus item et terre quoties a frigido coagulantur, calido quidẽ abeunte, et non euaporante humido, iterum adueniente calido ſoluntur. ¶ Id enim frigido induratũ lutum oſtendit. ¶ Octaua concluſio. Quecunque propter infrigidationem toto pariter calido educto coagulata non niſi forti excellentique igne ſunt ſolubilia, hec debiliori calore ſunt, mollificabilia. ¶ Hoc oſtendunt ferrũ et cornu, que debiliori igne molleſcunt, non autẽ ſoluntur niſi facta fuerit ignis vehementia. At cum fit ignis vehementia, ferrum liquatur quod quidem faciunt hi qui ferrum elaborant et humidum apparet, et iterum coagulatur, quod ſi ſepe fiat, rareſcit, fitque chalybs. Nam eius fex atque ſcoria ſubſidet, atque ita purificatur. Hoc autem artifices facere non ſepius attentant, quod ferrum illa purgatione plurimum et quantitate, et pondere minuatur. Et id ferrum melius eſt: quod liquefactum pauciorẽ relinquit ſcoriam id enim eſt ſue puritatis indicium. Item valente igne lapis pyrimachus tandem ſtillat et flueſcit, et conſimiliter mole, et lutea, et terrea: que iterum coagulata concreſcunt. ¶ Nona concluſio. Eorũ que a calido coagulantur, quedam indiſſolubilia ſunt, quedã vero diſſolubilia. ¶ Nam quorum ab igne terra combuſta fuerit, vt laterum, et lapidum quorundam, vt molarium, hec indiſſolubilia ſunt, non enim humido peruia ſunt, vt eo ſolui poſſunt, ſoluerentur autem frigido humido: que autem frigido humido peruia ſunt hec diſſolubia ſunt, vt nitrum, et alie ſalium ſpecies. ¶ Corolarium. Quo fit vt talia aqueo humido, et eorum que aque ſunt ſpecies: liqueſcant non autem liqueſcant in oleo. ¶ Nam calido ſicco contrariũ eſt frigidum humidum quale eſt aque, et ſpecierum aque. Et ſi vnum contrariorum coagulauerit, ſoluit eius contrarium, ſic enim contrariorum contrarie erunt cauſe.

## ¶ Caput ſeptimũ.

Septimum caput continet ſex concluſiones. ¶ Prima concluſio Sales, vt nitrum, later, lapis et ſimilia, plus terrea quam aquea exiſtunt. ¶ Nam que plus aque habent ingroſſantur ſolum ab igne, que autem plꝰ terre, coagulantur talia autem ab igne coagulatur et non ingroſſantur, plus igitur terre quam aque retinente. At oleum ancipitẽ ſe prebet nature ſi enim plus aque haberet a frigido vt glacies gelari, ſi plꝰ terre: deberet vt later coagulari a calido. Hoc autem non fit, Nam a neutro coagulatur: inſpiſſatur, tamẽ ab vtroque. Si cauſã requiris, hec eſſe videt̃ quod oleum maxime ſit aereum, hac enim de cauſa, ſupernatat aque, fertur ſurſum aer, frigus itaque, ipſum circunſtans aerem in eo exiſtentẽ ingroſſat qui ſpiſſior factus conuertitur in aquã, ingroſſatq̃ oleum. Semper enim quod ex oleo et aqua commixtum fuerit vtroque denſius ſpiſſiuſque habetur, calidum vero reſoluit aqueum, hinc albeſcit oleum. qđ tamen temporis tractu inſpiſſatur: marceſcente calido aereoque rurſum in aquam coacto. Liquet itaque oleum vtroque et calido et frigido inſpiſſari, ſꝫ non eodem modo, a frigido ſiquidem per ſe inſpiſſari videtur, a calido vero per accidens. Et neque deſiccatur coagulatur ve a calido, neque a frigido, nõ ſolum quia viſcoſum (viſcoſitas enim impedit eius humiditatem extrahi educique aut a calido humido elixando, aut calido ſicco aſſando) ſed et quia ſit aereum, aer enim neque aqua neque igne deſiccabilis eſt. Et ea que plus aque quam terre habent, iure aquea dici poſſunt, que vero contra plus terre, dici poſſunt terrea. Quod ſi equã aque et terre retinẽt portionem communi appellatione aquea et terrea dici merentur et hec omnia (vt diximus) coagulari poſſũt ſoluique coagulata. Et que plus aque obtinẽt elixationẽ atque ingroſſationem vt vinum et multũ et ſimilia cum enim coquuntur elixanturque: aquea reſoluitur humiditas cuius indiciũ hoc eſſe poteſt quod ſuper poſita manu: aut aliquo huiuſmodi concreſcente vapore aquã colligere poſſis: quare quod relinquitur, plus terreum exiſtit et denſius, atque ſpiſſius. ¶ Secunda concluſio. Que non ingroſſantur a frigido: ſed coagulantur: euaporantia quidẽ

ab igne, magis ſunt aque: vt vinum, acetum: ſerum: lixiuium vrina. Nam hec a calido ingroſſantur: et ipſa coagulat frigiditas. Et non ſolum coagulat: vt aquea: ſed etiam ingroſſat vt aerea: aerem enim cō uertit in vaporem: quemadmodum de oleo dictum eſt. ¶ Tertia concluſio. Que a frigido ingroſſantur non euaporantia, aut terre aut aeris, aut aeris & aq̄ ſunt communia. Hac enim de cauſa mel quod terre et aeris eſt: et oleum quod aeris et aque frigido denſantur: aerem eniȝ denſat frigus in aquā. Quarta concluſio. Lac et ſanguis: aque et terre ſunt communia: et nitrum et ſales, et ex quibuſcunque conſtant lapides: magis terrea. De lacte enim hec ſunt indicia, ſi non ſeparetur ſerum, totum euaporat decoquēdo, velut aqua. Et ſi ipſi tepefacto imponatur coagulum (vt medici facere ſolent) conſtat terreſtre ſeparatum ab humido, paraturque hoc pacto caſeꝰ et ſerum: quod quidem ſeparatum non amplius ingroſſatur: ſed vt aqua euaneſcit i vaporē. Et ſi lac aliquod caſeum non habeat, aut admodum paucuȝ ipſum magis aque eſt, minuſque vſui redditur aptū hec itaque moſtrant lac aquee et terreſtris eſſe nature. De ſanguine autem hoc idem manifeſtum eſt. Inſpiſſatur enim euaporationem faciente calido, et coagulatur frigido, ſiccaturque. Qui autem prompte non coagulatur: vt ceruinus magis aqueus eſt, poros viaſque frigori (velut aqua non prebens: quapropter et fibras non habet, fibre enim, et quod ſolidum eſt terreſtre eſt vnde fit vt ipſis extractis non coaguletur, neque deſiccetur humidum vt neque ſegregato caſeo deſiccatur ſeruȝ. Et huius rei adhuc ſignum eſt: quod morbidus ſanguis (vt neque aqua pituita, et ſanies) coagulari non vult, hec enim indigeſta ſunt, et a natura inſuperata. De nitro, et ſalibus et ex quibus conſtent lapides, conſtat, Nam illa potius humido ſoluntur, & non calido. ¶ Quinta cōcluſio. Eorꝫ q̄ terra ſunt, q̄dā ſunt ſolubilia, q̄dā indiſſolucilia et indiſſolubilium, quedam mollificabilia, quedam vero minime. ¶ Nā nitrū et ſales, ſolubilia ſunt, later coctus et ferrū, indiſſolubilia ferrū et cornuꝰ mollificabilia, coctile vero & lapides, imollificabilia. Et horum omniuȝ cauſa exiſtere videtur quod contrariorum contrarie ſunt cauſe. Hac enim de cauſa quecunque duobus frigido et ſicco coagulantur, hec calido et humido ſoluntur vt igne et aq̄ ſimul et quecunque ignis ſolus coagulat, aqua diſſoluit, et quecunque frigidum ſolum, diſſoluit ignis. Quecunque vero a duobus contrarijs, vt calido, et frigido, coagulata fuerint, maxime indiſſolubilia: ſunt quod accidit quocies calidum, multum humidum expreſſerit, vt in coctilis decoctione, cum rurſum toto expirante calido ipſum amplius frigidum coagulat, comprimit et coarctat, ita vt humido amplius non preſtetur aditus, tale tunc certe maxime indiſſolubile eſt. Non enim ſoluetur a calido vt igne Nam ſola ſoluit, que a ſolo frigido coagulata ſunt. Neque vero a frigido vt aqua ſoluetur. Naȝ ea ſola ſoluit, que calido ſicco ſunt concreta. Et licet later poros habeat, per quos ſubtiliſſimus ſpiritus exit, humido tamen groſſiori non prebent aditum ꝑ quod ſolum ipſum coagulatum eſſet diſſoluendum. Mollificabilia quidem ſunt aquea et terrea: que calidum ſoluit, et frigus coagulat, vt ferrum, et humoris indigentia oppoſitum preſtat, vt in coctili et lapide. ¶ Sexta cōcluſio. Ligna (excepta habeno, et alijs eius generis) aeris et terre ſunt communia. ¶ Naȝ hanc ab cauſam ligna ſunt vſtilia, non mollificabilia non liquabilia & aq̄ ſupernatātia. At hebenus aque non ſupernatat ipſa enim magis terre exiſtit, et ex ipſa habeno nigra exſpirauit reſolutus aer. Sed d̄ coagulatione et liquatione hactenus.

## ¶ Caput octauum

Octauum caput continet vnam concluſionem: tres rationes ad eam enumerationem paſſionem mixtorum perfectorum, et recollectioneȝ determinationis coagulabilis et incoagulabilis, liquabilis, illiquabilis. ¶ Concluſio. Calidum, frigidum, humidum et ſiccum: omnibus mixtis perfectis communia ſunt. ¶ Primo. Quia vt dictum eſt calido et frigido cōſtant corpora, calidum enim et frigidū ingroſſantia et coagulantia, ipſorum operationes faciunt, & quāto magis ipſis deficit caliditas, tanto magis abundat frigiditas, et patiuntur per humidum et ſiccuȝ Sunt igitur calidum, frigidum humidum et ſiccuȝ talibus omnibus communia. ¶ Secundo. Perfectoruȝ homeomera (quas ſimilares partes dicimus) ex aqua et terra conſtare conſpiciuntur, vt in animalibus oſſa, caro, neruus, in plantis cortex et lignum, et in ipſis foſſilibus aurum argentum, et cetera id genus, talia autem ſine calido perfici non poſſunt. Erunt igitur hec ipſis communia. ¶ Tertio. Differunt hec omnia adinuicem penes ſenſibilia propria, et poſſe agere, vt penes colores album et nigrum, & ſimiles penes ſonos vt penes acute aut grauiter ſonare, aut ſimilia penes odores, et ſapores: dulce et amarum et ſimiles penes tangibilia calidum frigidum, humidum et ſiccum, et penes poſſe aliquid agere in ſenſum. Conueniunt igitur ipſis calidum et, frigidum prima actiua, ſine quibus non videntur in eſſe poſteriora: et multo magis paſſiuis differūt, vt que magis paſſiuis cōſtent, et quibus paſſionum plurime conueniant vt paſſiones ſecundum quas coagulabile, liquabile, mollificabile: et ſimiles. dicuntur q̄ et oſſi et carni et neruo cortici, ligno, metallo, lapidi, et vnicuique homeomerorum conueniunt, que ſi ipſis conueniunt et prima paſſiua humidum, et ſiccū eiſdem conuenire neceſſe eſt, omnibus igitur talibus calidum frigidum humidum et ſiccum cōmercio veniunt, habenturque communia. Et vt paſſionū numerus ſecundum quas differunt, aliquo modo haberi poſſit nominibus tumque potentiam important que important impotentiā inferius deſcribimꝰ

| | |
|---|---|
| Coagulabili | Incoagulabile. |
| Liquabile | Illiquabile. |
| Mollificabile | Immollificabile. |
| Intingibile | Non intingibile. |
| Flexibile | Inflexibile. |
| Frangibile | Infrangibile. |
| Comminuibile | Incomminuibile |
| Impreſſibile | Non impreſſibile. |
| Formabile | Informabile. |
| Capibile | Non capibile. |
| Trahibile | Intrahibile. |
| Ductibile | Non ductibile. |
| Fiſſibile | Infiſſibile. |
| Detruncabile | Indetruncabile |
| Viſcoſum | Fragile. |



| | |
|---|---|
| Commaſſabile | Incōmaſſabile. |
| Exhalabile | Inexhalabile. |
| Vſtibile | Inuſtibile |

Et de coagulabili, incoagulabili, liquabili et illiquabili prius determinatū eſt de quibus quaſi paucis ꝑſtringentes eorum que diximus adhuc hoc repetamꝰ. Coagulabilium quedam a calido coagulantur, quedam vero a frigido. A calido quidem humidū deſiccante a frigido vero calidum exprimente. Quapropter hec indurationem et coagulationem humidi abſentia patiuntur, vt quecunque ſunt terre hec vero abſentia celidi, vt quecunque ſunt aque. Et quecunque humidi abſentia coagulata ſunt, humido ſoluntur, niſi ita compreſſa ſint, et anguſti conſtrictique pori relicti vt aquee molis introitum non admittant: quemadmodum de coctili diximus que, vero eius ingreſſum admittunt, vt nitrum, ſales, ex ſiccatumque lutum, humido ſoluuntur omnia et quecunqꝫ calidi priuatione vt glacies, es, plumbum, a calido ſoluuntur. Incoagulabilia autem ſunt, quecunqꝫ humiditate aquea carent, aut non ſunt aque (vt que plus calidi habent) et terre, vt mel et muſtuȝ ſunt enim calida, et velut efferuentia, et queaque q̇dem ſunt, ſed plus aeris habent, vt oleum. et argentum viuum: et quicquid pingue et viſcoſum eſt, vt glutem. Sed nunc ad cetera determinanda nos cōuertamus.

## ¶ Caput nonum.

Nonum caput continet ſexdecim diffinitiōes et carū aliquo pacto declarationes. ¶ Prima diffinitio Mollificabilia ſunt coagulata ab igne humiditate ad exteriora ducta tādem tactui ceſſibilia ſunt, et non debent eſſe aque ſolum vt glacies necqꝫ terre a quibus ignis totum humiduȝ euaporare faciat vt nitrum & ſal necqꝫ talem, vt later, irregularitatem habentia: ſȝ terrea magis aut trahibilia aut ductibilia non intingibilia non aquea ſed que molliantur igni vt ferruȝ atqꝫ cornu. ¶ Immolificabilia ex opoſito cognoſcuntur. ¶ Secunda, Intingibilia ſunt terrea q̄ latiores poros habentia mollem aque admittunt molliora qꝫ fiunt madefacta ſolidiora tamen aqua, nam talia pertotum aqua facta ſolum dicerentur liquabilia: et intingibilium quedaȝ liquabilia ſunt, vt es, et coagulatum lutum quedam vero non ſunt liquabilia vt lana. Similiter non intingibilium quedam ſunt liquabilia vt nitrum et ſales: et quedam non liquabilia vt later. ¶ Sed queres cur lutum intingitur et liqueſcit humido nitrum & ſales liqueſcunt: et nō intinguntur. Hec cauſa eſſe poteſt quod in nitro et ſalibus pertotum ſunt pori aque peruij ideo ſtatim ſoluuntur ab aqua atqꝫ liqueſcunt indurato autem luto non ſic ſed permutatim hi magni habentur hi vero ſtricti et qui aquam non admitant ideo prius intingitur, mox deniqꝫ ſoluitur et liquatur. ¶ Et non intingibilia ex oppoſito cognoſcuntur. ¶ Tertia. Flexibilia ſunt quecūque a rectitudine in circūferentiam: aut a circūferentia in rectitudinem duci queunt, vt calamus et vimen. ¶ Que ſi a rectitudine ad conuexum ducantur: reflexa dicantur ſi vero ad concauum deflexa atqꝫ circunflexa et ſi a conuexo aut concauo ſint ad rectitudinē ducta directa dicantur. Non enim idem eſt reflecti deflecti et dirigi ſed aliud et aliud impoſſibile enim eſt rectum reflexum aut reflexum eſſe: et ſi omne tale reflexibile eēt aut deflexibile. ¶ Inflexibilia vero ſunt, quorum moles a rectitudine in circunferentiam aut a circunferentia in rectitudinem duci nequeunt vt later et lapis. ¶ Quarta Frangibilia ſunt que flexibilitatem non omnino perferentia in duas partes abeunt diuiſa: vt lignum. Infringibilia vero, que hanc diuiſionem non admittunt: vt glacies. ¶ Quinta. Comminuibilia ſunt que in quaſcūqꝫ minutas partes abeunt diuiſa non facile duarum ſolum diuiſionem admittentia. ¶ Incomminuibilia vero horum oppoſita Et q̄dā ſunt frangibilia & nō cōminuibilia vt lignū q̄dam comminuibilia et infringibilia vt glacies et lapis quedaȝ vero frangibilia et comminuibilia ſimul vt later. Et differunt fractio et comminutio, quod fractio magnarum et duarum partium ſit: comminutio vero quaruncunque et duabus plurimuȝ: Et q̄ multos et magnos non viciſſim non alternatim ſeſe habentes poros habent hec frangibilia ſunt que vo paſſim et viciſſim poros habent quam plurimos minutiſſimos hec ſunt comminuibilia et que vtraque hec pororum genera tenent hec et frangilia et comminuibilia. ¶ Sexta. Impreſſibilia ſunt quorū exterior ſuperficies aut pulſione aut forti ictu percuſſione ve: aut tactu in profundum cedit: vt es, et cera. Non impreſſibilia autem ſunt, que hoc pacto non cedunt. Et impreſſibilium quedam ſunt mollia vt cera alia vero dura vt es. Similiter non impreſſibilium hec ſunt mollia, vt aqua que cedit in profundum nō manente ſuperficie eque, dura vt later cuius ſuperficies in profundum non cedit. ¶ Septima. Formabilia ſunt bene manu impreſſibilia et non reſilientia vt cera q̄ impreſſionē manu pertractata ſeruat. Que vero hoc pacto impreſſionem non ſeruant nonformabilia dicimus. Et horum non formabilium quedam facile ſunt impreſſibilia: vt lana et ſpongia quedam difficile vt es et lignum quedam non impreſſibilia, vt later & aqua. ¶ Octaua capibilia ſunt quecunqꝫ ſecundum ſuperficiem non diuiſam aut traſmutatā in ſeipſa ſecundum profundum facile ſunt cedentia vt ſpongia cera caro que pulſa et indiuiſa in ſuos ſecundum profundum facile cedunt poros. Et capibilia omnia connaturales habent poros in quos poſſunt cedere preſſa ſiue ipſi inanes ſint quales dicuntꝰ cum ſint inſenſibiliori corpore vt aere pleni ſiue quidem pleni ſed corpore molliori quam quod in ſeipſū indiuiſum cedat vt ſpongia humetacta ſemper eniȝ in ſuos cedūt poros ipſo intercluſo aut cedente aut expreſſo corpore. ¶ Incapibilia auteȝ ſunt que hoc pacto in ſeipſa non cedunt vt aqua lac fluidum oē et durum: ꝙ tales poros non habeant in quos cedere poſſint vt aqua aut habent quidem, ſed duriuſcula durioribus corporibus plena. ¶ Nona. Trahibilia ſunt quorum ad latus traſferri poteſt ſuperficies: ipſa quidem ſuperficie continua manente: vt pilus: coriuȝ neruus paſta et gluten. Trahi vero eſt ad mouens transferri ipſo ſemper plano manente continuo. ¶ Non trahibilia autem ſunt que ad latus hoc pacto transferri non poſſunt vt aqua et lapis: Et trahibilium: hec capibilia ſunt vt lana hec vero non, vt phlegma. It idem capibilium hec trahibilia ſunt, vt lana et cera hec non trahibilia vt ſpōgia. ¶ Decima. Ductibilia ſunt quecunque eadem percuſſione ſimul et in latus et in profundum ſecundum ſuperficiem et ſecundū ꝑtē transferri poſſunt vt es & ferrū.

Non ductibilia vero que hunc in modum traſferri nõ poſſunt vt lapis atq lignum: ⁊ omnia ductibilia impreſſibilia ſunt non autem omnia impreſſibilia ſunt ductibilia. Nam lignum impreſſibile eſt. non autem ductibile fere tamen ductibile et impreſſibile quo ad omnia conuertuntur ⁊ ductibilium quedam capibilia ſunt vt cera et lutum: quedam non: vt lana, et ſunt neque capibilia neque ductibilia vt aqua. ¶Undecima. Fiſſibilia ſunt quorum diuiſio precedit diuidẽs pluſquam diuiditur quam diuidens aſſequitur vt lignũ. Infiſſibilia autẽ: que talia non ſunt. Et nullum ſimpliciter molle. fiſſibile eſt. Dico enim ſimpliciter. Nam ad alterum. ferrum molle eſt: vt ad chalybem: neq omne durum fiſſibile eſt vt ferrum. ſed talia eſſe debent: que neque ſint liquida neq ductibilia. neque cõminuibilia, talia autẽ ſunt que ſecundũ longitudinem poros hñt. ſecũdũ quos adinuicẽ adnaſcunt̃ et adherent. non aũt ita ſecundum latitudinem habent: ¶Duodecima: Detruncabilia ſunt quorum diuiſio non precedit diuidens: ſed ſolum diuiditur et non cõminuitur quod aſſequitur diuidens. ¶Et indetruncabilia ſunt que hoc pacto diuidi nequeunt: et detruncabilium q̃dam ſunt mollia vt cera: quedã dura et non fiſſibilia: vt ductibilia quedã vero detruncabilia et fiſſibilia ſimul: vt lignũ quodquidem vt plurimum ſecundum longitudinem fiſſibile ſecundum autem latitudinem detruncabile quod cũ diuiſibile ſit et in longũ: et in latum cum a diuiſibile ſecundum longũ. fiſſibile eſt: qua vero ſecundum latum dicit̃ detruncabile. ¶Decimatertia. Viſcoſa ſunt que ad multum extendi poſſunt et bene cõuenire. Et hec trahibilia aut humida et mollia ſunt quorum partes partibus adherent parteſq ſequuntur velut concatenate colligateque ¶Que autem mollia talia non fuerint non viſcoſa et fragilia dicũtur. ¶Decimaquarta. Cõmaſſabilia ſunt capibilia que manſiuã habent capturã vt cera et paſta que impreſſionem ſeruant: et non reſiliunt. ¶Incõmaſſabilia vero que omnino capibilia non ſunt: aut que capibilia quidẽ manentẽ non ſeruant capturam: vt aq̃ vt lana. ¶Decimaquinta: Exhalabilia ſunt que humiditatem habent quidem ſed quam non ſine ſicco igneo ſeorſum euaporent. Eſt enĩ vapor: calido ſeparante igneo quedã ab humido madefactiuo ſegregatio: que nunc in aerem cedit: nunc in ventum: nũc vero in imbriferam nubem concreſcit. Exhalatio vero hinc nuncupatur: que fit a calido igneo cõis ſicci et aerei humidi ſegregatio: et ideo vapor madefacit: exhalatio autem non: ſed potius colorat. Ex exhalabilium hec in aere tempore diſſoluuntur diſparentia et ſicca: hec vero ipſorum remanentia fiunt terrea differt tamen id quod ipſorum tpis tractu in aerem ſegregat̃ exhalat: a vapore q̃ id exhalationis: neq cedit in ventum aut nubẽ neq madefacit. q̃d facit ipſe vapor: Lignorum quoq corporis exhalatio ꝓprie fumus dicit̃. Nomine aũt lignorum corporis oſſa: pilos et cetera id genus intelligi volumus. non enĩ habemus nomen aliud cõmune quo ipſa nuncupemus quãuis ſecundũ analogiam ea omnia ſub eodẽ ſint: quod ſatis innuit Empedocles: cum pilos: et auium denſas plumas: et piſciũ ſquamas: et arborum folia: ex eiſdem et conſimilibus oriri aſſerit. at pinguis corporis exhalatio. fuligo dicit̃: vnctuoſi vero. nidor q̃ Greciſſam vocãt. Et hinc iterũ cognoſcere prõptũ ẽ cur oleum ⁊ aqua elixari: calidoq ingroſſari nõ poſſint nam oleũ totum exhalabile eſt; et non vaporabile aq̃ vero contra tota vaporabilis. non aũt exhalabilis. Iridẽ dulce vinũ, quod dulce ẽ halat. eſt enĩ pingue et multa cũ oleo cõmunia tenens: vt frigore non coagulat̃: vt neq oleum: ſed adurit̃ iflammatur q vt oleum vt nomine vinum dicatur opera autẽ vini non faciat humore que parũ vinoſum habeat hac de cauſa ipſum: vt alia faciunt non inebriat: ſed parum exhalationis habet: ideo flammam emittit. ¶Inexhabilia autem dicunt̃ que cũ ſicco humidum nõ reſoluũt ¶Decimaſexta. Uſtibilia ſunt quecunq poros habent ignis ſuſceptiuos: et in poris ſecundum directum humiditatem igne quidem debiliorem: vt lignum os lana que in commaſſabilia ſunt. Inuſtibilia ſunt que huiuſmodi poros non habẽt: aut que fortiorem ipſo igne retinent humiditatem vt lapis glacies et viride lignum. que eſſe prius poſita ſunt in cõmaſſabilia. Item et alio modo latius dicuntur vſtibilia corpora quecũque in cinerem redigibilia ſunt Et hec ſunt quecũq coagulata ſunt calido ſolo: aut ambobus ſimul, calido ſcilicet et frigido. his enĩ omnibus videtur ignis preualere. Carbunculum tamẽ pretioſam gemmã excipio: cui ignis non preualet: ⁊ vſtibilium hec inflammabilia ſunt: vt quecunq humida exhalabilia ſunt: vt pix: oleum: cera: et cũ aliis q̃ per ſeipſa magis ſunt inflammabilia et quecũq fumum emittũt. hec autem carbonalia ſunt: vt quecunque plus terre q̃ fumi habeant: et inflammabilium quoddam eſt illiquabile: velut lignum. quod per totum continuum ſit humidũ habens aptum vt purget: quoddam vero liquabile. vt thus. At vero os et ſi liq̃bile ſit inflammabile tamen non eſt quod ſi partes p̃tibus propinquas habeat humidũ tamen ſicco non ſatis continuum et counitum habet: quod etiam minus eſt quam vt flammam efficiat. Et thus duobus aſſimilatur duorumque tenere naturam videtur. ligni ſcilicet. et aeris ligni quidem q̃ fumum quo inflãmetur preſter aeris vero q̃ humorem quo mollificetur et liqueſcat et inflammantur exhalabilia. non liquabilia. q̃ magis ſint terre que ſiccum igni commune habet ſi itaq id ſiccum calidum fiat fiet ignis atque flamma. hinc enim flamma exiſtit ſicci ſpiritus aut fumi ardor. Et iam diximus lignorum exhalationem fumum eſſe. et cere et thuris et picis et piciferorum omnium et ſimilium exhalationibus nomẽ fuliginis coaptari olei tamen et quorumcunq vnctuoſorum eſſe nidorem: et quedam ſola paucum inflammari: quia paucum ſiccum habeant: adiuncta autẽ aliis: vt que pinguia ſicca aut vnctuoſa fuerint citiſſime inflammari. nam humida per ſe vt oleum, cera; pix magis exhalant ſicca autem magis ardent: ⁊ de his hactenus.

## ¶Decimum caput.

DEcimum caput quindecim propoſitiones que ex precedentibus dictis aliquo pacto cognite eſſe poſſunt: recolligit. ¶Prima. Similarium partium corpora. que homoemera dicunt. vt in animalibus caro. os. nerui vngues pili fibre vene ex quibus conſtant ea que diſſimilium ſunt partium que dicuntur a nomoemera diſſimilariumq partium tota vt pes manus: facies: et in plantis lignum: cortex: folium radix: et in foſſilibus; aurum; argentum; ferrum;



ſtannũ lapis et ſimilia/aſſignatis differentiis ab inuicem differunt. que potiſſimũ tactu dignoſcunt̃. differunt et ſaporibus odoribus coloribus et varietate ſonorũ. ¶Secunda. Alia ſunt ex quibus hec cõſiſtãt et a quibus conſiſtãt. Nam ex quibus conſiſtũt, ſunt mã. humidũ ſcilicet et ſiccũ q̃re aqua et terra que manifeſtiſſimas has gerunt potentias. Ea vero a quibus conſiſtunt efficientia ſunt duo: ſcilicet calidum et frigidũ: hec enĩ conſtare faciunt. cogunt et coagulãt. ¶Tertia Eorum que homoemera ſunt, ſimiliariũq partiũ: quedã ſunt aque aut aque ſpecies: quedam terre: terre ve ſpecies. quedã vero cõia. ¶Quarta Compoſitorũ quedã ſunt liquida: quedã mollia: q̃dã dura De mollibus autem et duris iam dictũ eſt: nũc de liquidis reſtat agendũ. ¶Quinta. Quecunq liquidorũ euaporant, ea ſunt aque. ¶Sexta. Quecũque non euaporant: hec ſunt terre aut cõmunia terre et aque: terre et aeris: aut aque et aeris: vt lac: mel. oleum. ¶Septima. Que calido ingroſſantur. cõia ſunt. Sz dubium aſſurgit: cuius ſit vinũ videtur enim nunc aque eſſe, quia euaporat: nũc vero cõmune: quia nouum vt muſtum calido ingroſſatur. Dicimus duplex eſſe vinum recens ſcilicet: et antiquum et recens plus habere terre q̃ antiquũ hinc calido ingroſſatur, magiſq calidum eẽ: iõ minus conſtringitur et coagulatur frigido: et eſt vinũ in archadia ſic terreſtre et calidum: vt in vtribus ita a fumo exſiccetur: vt eductũ appareat coagulatum. Et ſi omne vinum fecem habet: omne eſt aque et terre: et cuius magis habz: eius magis eſt. ¶Octaua. Que a frigido ingroſſantur: terre ſunt. ¶Nona. Que ab vtroque calido: ſcilicet: ⁊ frigido: cõia: vt oleum: mel dulce vinũ. ¶Decima. Quecũq ſolo frigido conſtãt et coagulantur: aque ſunt vt glacies nix. pruina. grando. ¶Undecima. Quecũq ſolo calido, terre: vt later caſeus: nitrum: et ſales ¶Duodecima. Quecũque ab ambobus calido et frigido coagulantur: aq̃ et terre communia ſunt: et ſunt hec que calidi et humidi priuatione coagulaſcunt; vt ſanguis et genitura. Nam ſal et que ſyncera cõſtant terra: ſolius humidi priuatione concreſcunt: glacies autem ſolius calidi: ſanguis vero genitura vtriuſq. ¶Decimatertia. Quorũ totus exudauit humor: vt later lachrimarum genera: vt electrum thus. mirrha: et ſimilia gũmi: frigido coagulantur: que et palam: et nobis cernentibus coagulant̃: quod intercepta plerunque animalia: vt formice et conſimilia animalia oſtendũt diſtillat aũt electrum in fluuiũ. et velut mel coctum: in aquam demiſſum cũ calido humidum euaporatione amittit. Et eorum hec ſunt terre ⁊ magis q̃ immollificabilia et illiquabilia ſunt: vt electrum et quidã lapides: vt ſpelearum tophi: ques greci poros vocant Que vero mollificãtur aut liqueſcunt ab igni vt ferrum et cornu: non tota ſunt terre: ſed aquoſiora: thus quoque: et mirrha et his ſimilia conſimiliter: vt ligna euaporant: et quedam ſunt cõia: vt cera. ¶Decimaquarta. Quecũque liq̃ſcũt ab aqua: hec ſunt terre: ¶Decimaquinta. Que neque igne neque aqua liq̃ſcũt: aut terre ſunt: aut vtriſq cõia ex quibus per manifeſtum eſſe põt. ſi cõpoſita omnia: aut fluida aut coagulata eſſe oporteat neq harum paſſionũ ſit mediũ. que ipſorum erunt terre: que aque et que pluribus cõia: et an calido: vt igne: an frigido an vtroque cõſtare debeant. Notum item eſt argentum: ſtãnum es plumbũ: vitrum et lapides multos innominatos que facile liqueſcunt calido; eſſe aque; et vinũ quoddam acetum vrinam lixiuium ſerum et ſaniem: que frigido coagulantur: iridem eſſe aque. Et quod ferrum. cornu, vngis: os: neruus pilus lignum: cortex folium electrum: mirrha: thus lachryme: thophus: omnes fruges: vt legumina et triticum: ſunt terre et ipſorũ quedã ſunt magis terre: quedam minus: quedã enĩ ſunt mollificabilia: et quedã exhalabilia: et frigido coagulata ſimili modo terre ſunt nitrum: ſales: et lapidum genera: que neq infrigidatione fiunt: neque frigido coagulantur et ſanguis: et genitale ſemen: aeris: aque et terre ſunt cõia. Attamen ſanguis ille qui plures fibras habet: magis terre eſt: ideo frigore coagulatur: et humore liqueſcit: et qui fibras non habet: magis eſt aque: quare et frigido non coagulatur Genitale aũt ſemen frigido coagulatur expirante calido ſecum humidum rapiente educẽteq,

## ¶Caput vndecimum.

CApit vndecimum cõtinet quattuor concluſiones, vnum corollarium ad tertiam, et duo ad quartam ¶Prima concluſio. Quecũq aq̃ ſunt vt plurimũ frigida ſunt niſi alienã habeant caliditatem quemadmodũ ĩ habent lixiuiũ. vrina: et vinũ. Nam maxime frigidũ dominans habent elementum. ¶Secunda. Quecũq terre ſunt: vt plurimum calida; hec ob calidi operationem ſunt calida. Hoc oſtendunt calx et cinis. Nã omnibus ignitis ineſt caliditas aut amplior, aut minor alioqui frigida ſunt. nã terra frigida eſt. ¶Tertia. Hec ſecũdum materiam accipienda ſunt eẽ frigida. Nam materia humidum et ſiccum eſt. Sunt enim hec paſſiua et humidum et ſiccum maxime aq̃ et terre ſunt: que terminantur frigido, et magis aq̃ Sunt igitur ſecundum materiam accipienda eẽ frigida. Corollarium hinc perpalam euadit quecũque ſunt ſimpliciter aque aut ſimpliciter terre. frigida eſſe: modo alienam non habeant caliditatem. Nã aq̃ maxime frigido determinata eſt deinde terra alienam autem habent calidi operationẽ: vt eſſeruẽs aq̃ ab igni, lixiuium a cineribus quibus ipſum concoctum fuerit. In omnibus enim ignitis caliditas, aut maior, aut minor adeſt, et ita de aliis. ¶Quarta. et ſi ſecundum materiam frigida eſſe debeant: accidit tamen plerũque alienam caliditatem propriam eſſe et ipſa terminare. Nam que putreſcunt manifeſtum eſt alienam caliditatem habere: ⁊ tamen ipſa ꝓpria fit digerens et terminans, vt inde prodeant animalia, que illa caliditate conſtent et terminentur ſicut licet intueri in iis quo facile ex putrefactione vermibus defluunt et ſcatent. Similiter vinum/ſanguis/medulla genitale ſemen lac, et ſimilia plurima q̃ cõmunia ſunt propria et naturali caliditati conſtant ⁊ que digeſſit. ¶Primum corollarium. Hinc fit vt ſanguis, medulla, genitale ſemen lac et ſimilia que propria naturali et digerente caliditate conſtant. corrupta et a natura egredientia, non amplius videantur eſſe calida. Nam eorum materia: vt terra aut aq̃ que frigida eſt, relinquitur. ¶Secũdum hinc itẽ euenit vt quidam hec iudicent eſſe calida quidã vero eſſe frigida. Nam qui ea reſpiciunt in propria permanentia natura calida eſſe cenſent. qui autem a propria ſeparata natura iudicant eſſe frigida eſt tamen vt de ipſis determinatum eſt. Et vt paucis et quaſi ſub epilogo dicta perſtringamus quibuſcunque eſt materia aque plurimum, hec frigida

ſunt oppoſita enim maxime igni caliđiſſimo, quibuſcūqȝ vero terre aut aeris hec minꝰ ſunt frigida: Frigidiſſima tñ ⁊ calidiſſima aliena caliditate ⁊ frigiditate fieri ꝯtigit: ⁊ potiſſimū que maxie coagłata ſolidaqȝ ſunt fortiter eñ caliditatis et frigiditatis īpreſſionē admittūt: et īpreſſam retinēt. hinc ſolidiora caliditate priuata frigidiora apparent: itidem ⁊ calefacta apparent calidiora fortiuſqȝ exurunt: vt aqua calidior apparet fumo: et lapis ignitꝰ calidior aqua fortiuſqȝ exurit.

## ¶ Caput duodecimum.

plantis: id animalium multis conuenire non poteſt.
non enim plante et animalia reſpirant omnia :Et
qui eam conſtitutam ex elementis eſſe volunt non ex
omnibꝰ eſſe compoſitaꝫ tenere neceſſe eſt:naꝫ ſuffice
ret altera contrarietas et ad ſe et ad ſuum ꝓnoſcen
dum cõtrariũ. etenim rectum et ſui ⁊ obliqui iudex
et regula obliquum vero:neque recti:neque ſuimet
iudex eſt. ¶ Quarta ſententia eorum minime pro-
banda videtur:qui animã toto perfuſam permixtã
que vniuerſo cenſuerunt.Hac de cauſa.Thales mo-
ueri potuit vt oĩa plena dijs aſſereret.Sed id non
videtur.nã qua ratione igni perfuſa et aeri animal
non efficiat cum ſimpliciorum corporũ perfectiores
putent animas:perfuſa autem confuſis ⁊ mixtis cor
poribus animal efficiat.Utrum voluerint concedãt
ignem et aerem animata eſſe:id ſane ſine ratione dic
tum apparebit:aut ignem et aerem non eſſe anima
ta:et tunc quoque que animam habebunt:non erunt
animata:et falſe innitebantur rationi:ꝙ quia queli-
bet animalis pars eadeꝫ ſpecie exiſtit:pars igitur

aeris pars aque, animal conſtituens animata hac ratione ſit: quare ⁊ aerem et aquam eadem anima perfuſam et animatam eſſe neceſſe eſt. Ita certe dicentes pluris faciunt noſtris elementorum animas: vt immortales indiſſolubileſque: noſtras autem diſſolubiles. ¶ Queſtio cum animal vegetet nutriatur: indoleſcat minuatur cū ſentiat audit videat olfaciat guſtet et tangat cum appetat gaudeat triſtetur: miteſcat: iraſcatur: confidat: metuat: amet: odiat: ſecundum locum ſe agitet: ſerpat: natet: obambulet: ſe in aera volatu ſuſtollat cū contemplet: intelligat, cōponat: diuidat: ratiocinetur: an omnia hec a tota proficiſcātur anima: an a diuerſis: an hec ab vna parte hec ab altera illa vero iterum ab alia. Reſpōderūt aliqui plane alio vegetare, alio ſentire alio appetere alio mouere: alio denique contemplari ac intelligere: ſed quomodo: ſi plures ſint anime ſi ſint diſſecte eas ſuſtineri contineríque ne ſe diſſocient: ne ve effluant oportet. Id enim corpus efficere non pōt: q̄m potius anime officium eſt: ne concidat ne ēfluat continere egebunt igitur altero cōtinente: quicquid id fuerit: Verius animam dicere licebit. et de illo cōtinēte iterum licet inquirere an ſectum an diuiſum ſit Quod ſi ſic egebit iterū altero cōtinente et hoc abibit in infinitum: aut tandem dabitur vnū quod veriꝰ naturam imitabit anime. ¶ Secundo. Si tota anima totum corpus cōtinet: ſi partes habeat diſcretas diuiſaſque. et pars partem continebit. Sed quam obſecro potius continebit intellectus eis non liceat fingere. ¶ Tertio. Diſecte plante oſtendunt per totum eandem animā ineſſe et conſimili vita partes viuere: ſimilēque virtutem habere ſi ſurculum ſi ramū iterū terra obrueris. alimentum ſumit radicē inſtrumentum attrahēdi aptius ſibi format ac aggenerat Ita potentie animalis in animali non ſeparantur: vt ſenſitiuum a vegetatiuo: vegetatrix vero et plantis: et animalibus ſola cōmunis inuenitur: in plantis a ſenſitiua ſeiuncta; ſed animali: vt dictum eſt nunquam.

## ¶ Incipit ſecūdus Liber de Anima

### ¶ Caput primum.

SEcūdus Liber de Anima continet quattuordecim capita. Primum caput continet ſex diuiſiōes tres concluſiones anime diffinitionem: eius declarationem et duo corellaria poſt tertiam concluſionem. ¶ Prima diuiſio: Eorūqꝫ ſunt hoc ſubſtantia eſt illō accidens. ¶ Secūda ſubſtantiarum hoc materia et hoc ſpecies et forma. illō vero tertiū ex vtriſque compoſitū: et materia eſt potentia. forma autē actus et perfectio per quam eſt hoc aliquid cōpoſitum vero ex his cōflatū hoc aliqd eſt. ¶ Tertia. Duplex eſt actus. hic primus ille vero ſecundus quēmadmodū ſcientia et conſiderare. ¶ Quarta: Subſtantiarum he ſunt corpora: que ⁊ precipue naturalia vt ſunt ignis aer aqua terra: et ex his compoſita, ſubſtantias nuncupamus de talibꝰ enim noſtra determinatio eſt hec autem corpora non ſunt. ¶ Quinta. Corporū hec ſunt naturalia: ⁊ hec artificialia quibus naturalia principiū preſtant. Sexta. Corporum naturaliū hec vita participant. illa vero vite ſunt expertia. Dicimꝰ enī ea vitā habere que per ſeipſa alimentū ſuſcipiunt, nutriuntur augeſcunt: minuuntur Unde fit vt omne corpus naturale vite particeps ſubſtantia ſit et quidē cōpoſita, Prima concluſio. Anima ſubſtantialis actus ē corporis in potentia vitā participātis. nā aīa corpꝰ hmōi vita participans non eſt tale enī corpꝰ in ſubō nō eſt: aīa aūt in ſubō ē: neque ſubiectū ipſū. id enī materia eſt: et anima ſubſtantia eſt et nullorū niſi vita participantiū corporū eſt igitur anima ſubſtantialis actus corporis in potentia vitā participātis nihil enī aliud quod ipſa eē poſſit. relictū eſt. Secunda anima eſt actus primus. nā cū duplex ſit actus. hic vt ſcientia. hic vt conſideratio anima actus: vt ſcientia eſt quia ſicut ſcientia ſe habet ad conſiderare ita anima ad corporis viuentis operationes vt enim ſcientiā habens nunc conſiderat nūc vero nō habitū tamen habet ita animā habēs nunc vigilat ceteras opationes exercens. nunc vero opprimente ſomno ceſſans a ſenſu et motu animā habet vt habitū. Atqui ſcientia prior eſt et preuenit conſiderare: igitur et anima prior reliqua viuentis corporis operatione. Tertia. corpus anime moderamē ſuſcipere idoneum organicum eſt. ¶ Nam anima actꝰ primus eſt et ſubſtantialis corporis in potentia vitā habentis. Omne autem tale organicum eſt. qđ plane in animalibus licet intueri vt os ad accipiendū cibū venas ad deferendū oſſa ad ſuſtinendū ⁊ fulciendū corpus. Idē fruticibus et plantis euenit: radix enī in ipſis. vt os habetur: attrahit enī vtrunque alimentum fibre per totum porrecte: vt animalium vene lignū vt oſſa folia ſunt inteſtulariū folliculorumque fructuum coopcrimentum: folliculi vero: in ipſius operimentum: fructus eſt. igitur corpꝰ anima moderandum organicum. Anime diffinitio. Ex his licebit hanc cōmunem anime diffinitionem elicere. Anima eſt primus ſubſtantialis actus naturalis organici corporis in potentia vitam habentis. neqꝫ querendum eſt cur anima et corpus ſimul vnum ſint ſint. vt neque cur figura ⁊ cera vnū ſint: et vniuerſaliter cur materia ⁊ que materie adueniunt: et cum vnum et ens dicatur multipliciter: vnū et ens actu: principaliſſimum eſt. Et dictum eſt actus ſubſtātialis. nam ſi dolabra animal eſſet: ſpecies ⁊ ratio a qua dolabra nominat eſſeqꝫ accipit actus eiꝰ eſſet et ſubſtantia: qua non exiſtente non amplius eſſet dolabra niſi nomine tm̄ et equiuoce: eſt enī animal talis actꝰ nālis corporis eā in ſeipſo habentis: ſui motꝰ ⁊ ſtatꝰ principiū. Iridē ſi oculꝰ animal eſſet aīa vtiqꝫ viſus eſſet: et viſus eius actus et ſubſtantia quo quidē abſente actu: non ampliꝰ eſſet oculus: niſi equoce vt lapideꝰ aut pictꝰ: vt igit de parte vt oculo conciperes ita quoque de toto animali concipito: vt enī pars ſenſus ad partem et totus ſenſus ad totū ſentiens ꝓportionē habet: et ſicut viſus et pupilla illic ſunt oculus: ita hic aīa et corpꝰ animal et oībus ad ſuas functiones organis vtitur anima. ¶ Primum corollariū ex his manifeſtum eſſe poteſt animam actum perfectionemque non eſſe ſeminis neque cadaueris. ¶ Nam hoc viuere deſijt: illud vero nondum viuit: nōdumque formatum organis et ſi ſemē organicū ſit potentia vitamque potens accipere nondum tamen



organicum eſt in potentia vitam vt nutritionem indoleſcentiam, diminutionem habens, quale oportet omne viuens habere. Sicut enim formate ſerre inciſio eſt actus et non inexciſi, et nondum formati ferri, et viſio formati oculi, ita vita non huius eſt quod nondum viuit, ſed in potentia vitam iam actu habentis. ¶ Secundum. Ex his item non eſt obſcurum pcipere totam animam non eſſe a corpore ſeiunctam neqꝫ partes ſi eam diuiduam concedamus et cuius partes corporis partibus aſciſcamus, quemadmodum viſum oculo earum actus perfecioneſque quandoquidem tota corporis forma ita ſeſe habere corpori videatur vt figura ſerre et vt viſus pupille. Nō tamen ita de omni parte ſentire neceſſe erit nihil. n. prohibere videbitur quādam eſſe abſolutā ſeparatamque et que neque toti corpori neque parti addita ſit vt actus et perfectio qualis mens et intellectꝰ eſſe videtur. Nondum tamen id a nobis diſcuſſum ē an eius vis ita ſit humani corporis perfectio, vt ſit tamen a corpore ſeiunctus et ſeparatus quemadmodum gubernator a naui, cuius tamen perfectio eſt non adherens. Sed hec de anima in generali, et nōdum omnino exacte diſcuſſa hic ſatis ſint, et ſufficiant.

### ¶ Caput ſecundum.

SEcundum caput continet quinque concluſiones tres queſtiōes earum ſoluciones, et vnum corolariū ad tertiam, concluſionem, vnum ad quintam cum ſecunda anima diffinitione et tria ad tertiam queſtionem. ¶ Prima concluſio. Ex operibus anime ipſam perquirere et notam facere: par atque rationabile eſt. ¶ Nam incertiora natura notiora tamen nobis: ducunt nos in certiora et notiora nature et rationi, ab illiſque ordiendum eſt opationes aūt aie nobis certiores ſunt. Par eſt igitur ex talibus animam inquirere. Et debemus non modo diffinitione anime eſſe contenti querem declarat eſſe ſed et eam habere exploratam que et cauſam adhibeat: vt quid eſt tetragoniſmꝰ diffinitio, quod figura ſit equilatera rectāgula figure altera parte longiori rectangule equalis quod ſit tetragoniſmus oſtendit cauſam nō adhibens et demoſtrationis concluſionem ſubiens et diffinitio, ꝙ ſit medie linee inuentio cauſam adhibet et qua concluſionem efficias et demonſtres. ¶ Secūda concluſio. Anima principium eſt, quo viuimus. ¶ Nam animarum ab inanimato vita differt et quāuis anima multis viribus polleat ſenſu, appetitu motu, et intellectu, vna tamen eſt que ſolum viuere miniſtrare dicitur et hec vegetabilis nuncupatur cuiꝰ opera ſunt, alere, augere minuere gignere, et qua viuentia quodammodo in contraria porrigantur loca. Unde fit vt plante manifeſte viuere dignoſcātur arbores enim radices deorſum in terram porrigūt ramos autem in aperto aere in altum extendunt, et hoc eſt proprium omnibus viuentibus. nā nō modo ſurſum alimentum mittunt: augmentumque ſuſcipiunt: ſed et deorſum omnique ex parte et viuunt quā diu alimentum ſuſcipiant et nutriantur, Et eo pacto animam principium eſſe quo ſentimꝰ, quo mouemur et quo intelligimꝰ oſtenderetur. ¶ Tertia. Vis anime vegetandi a ceteris anime viribus ſeiugari poteſt alie vero ab ipſa minime. ¶ Nam plantis vis vegetandi ⁊ vita, ineſt quibus neqꝫ ſenſus vllus neque appetitus neque motus neqꝫ intellectus adeſt. At animalis ſenſum aut ceterarum virium vllā in rebus mortalibus nunquam ſine altrice reperias. ¶ Corolarium. Unde fit vt viuentia omnia viuentia omnia viuere et principiū habere vite a vi vegetatrice nō ab re dicantur. ¶ Quinta. Quicqꝫ eſſe animal, ob ſenſum primum nūcupamus. ¶ Nam ea que ſe e ſede et loco transferre nequeūt fruticū more, modo ſenſum habeant vllū animalia nuncupamus tolle aūt ſuenſum nō amplius dicimus, aīalia eſt igitur, ſentiēdi vis, animalis principium. ¶ Quinta primus ſenſuū omnium tactus eſt. ¶ Nā ſicut vis vegetatrix a ceteris ſeparari pōt vt i ſtirpibꝰ a ſenſu appetitu, et reliquis ita tactus a ceteris ſenſibus ſeiunctus cernitur cuius cauſam aliquando dicturi ſumus eſt igitur tactus omnium ſenſuum primus. ¶ Corolarium. Unde fit vt ſicut vis vegetandi viuentium ſit principiū ita tactus ſentientiū nulliſque animal ſine tactu reperiri poſſit vnqꝫ. ¶ Secūda anime diffinitio. Ex his iterum hanc anime diffinitionem elicere poterimus, Anima eſt primum principium viuendi ſentiēdi mouendi et intelligendi. ¶ Prima queſtio. An horum ſingula vegetandi virtus, ſenſus motus et intellectus ſint anime an potius anime partes. ¶ Secunda. Si ſint anime partes an locis et ſubiecto diſtincte ſint an ratione ſola. ¶ Reſponſio. In aliquibꝰ nihil difficile eſt videre eandem animā toto corpore perfuſam vt in ſtirpibus et plantis que diuiſe in qualibet ſeparata parte eandem, et conſimilēm vim viuendi retinent cum tamen diuiſe non ſunt vnam totius actu habent animam potentia vero plures diuiſe autem fiunt actu plures. Ita et de inſectorū animaliū (q̄ mutilata viuunt) aīabus euenire videtur, quorꝫ partes ſimilē vitā ſenſū et motum retinent ⁊ ſi ſenſum et motum concedimus etiam appetitū cōcedimus etiam appetitum concedere oportet, vbi enim ſenſus ad eſt et voluptatem et triſtitiam adeſſe neceſſe ē vbi autem hec et appetitum. Et nihil hic de intellectu, et contemplandi virtute intendimus: videtur enim genus alterū quod ſeparabile ſit ſicut incorruptibile a corruptibili cetere autem loco ab inuicem ſeiungi non poſſunt quemadmodum nōnulli putare. Ratione tamen ſeparari ſeiungiqꝫ non eſt immanifeſtum ſi enim aliud eſt ſentire et aliud appetere ſenſum et appetitū ratione duo eſſe neceſſe eſt Et differentie animalium ſecundū has ſumunt hec enim habent omnes hec plures hec vnā et idem circa ſenſum accidit. nā hec oēs ſenſus hn̄t hec plures hec vero vnū ſolū. ¶ Tertia queſtio. Cū vt duo ſunt quibus ſcimus vt anima vt ſcientia et duo quibus ſanamur vt ſanitas vt corpus: ita duorum quibus viuimus quibus ſentimus quibus appetimus vtrū duorꝫ illorū eſt anima. ¶ Dicimus animā eſſe primū actū et principium viuendi ſentiendi, et appetendi ⁊ ita aliorum non quidem vt ſubiectum et materia ſed vt ſpecies et ratio quedam quemadmodū ſcientia: et ſanitas ſpecies ſunt eorū q̄ diſcipline capatia ſunt et ſanitatis. Actus enī agentiū in paſſo apto idoneo paratoque recipiunt. ¶ Primū corrolarium. Unde fit vt anima naturalis corporis ⁊ orgāici ſpecies ratio forma et actus bene poſita ſit. Triplici enim exiſtēte ſubſtantia hac materia hac ſpecie et forma hac vero toto et compoſito neqꝫ materia et ſubiectū eſſe cognita eſt neqꝫ corpus ⁊ totū: ſed actus ipſū diſpoſitū moderās. ¶ Secūdū. Fit etiā vt recte ſenſerint nōnulli animā neqꝫ eē corpꝰ neqꝫ ſine corpe. ¶ Corpꝰ

ènim eſſe, iam ſatis manifeſtum eſt. ¶Sed ideo,
non ſine corpore quia ſit in corpore eius primꝰ et pre
cipuus actus. ¶Tertium. Fit iterum, vt qui animā
omne corpus ingredi poſſe putauerunt, indigne de
anima locuti ſint. Nam vt dictuʒ eſt, vniuſque actum
in potentia exiſtenteʒ in propria accōmodataque,
materia fieri et vt fieri natus neceſſe eſt. Sed quo-
modo anima ſit actus et quis et in quo, ſatis abūdā
ter dictum eſt.

## ¶Caput tertium:

TErtium caput continet du
as concluſiones. Prima cōcluſio. Po
tentiarum anime (que ſunt quinqꝫ ve
getandi virtus ſenciendi, appetendi
mouēdi et intelligēdi) qbuſdā inſunt
oēs quibuſdā multe quibuſdā vō vna
ſola adeſt. ¶Nā ſtirpibꝰ vis vegetādi ſola adeſt aīa
libꝰ oībus vis ſentiēdi cui ſemꝑ appetitiua cōiuncta
eſt. Primo, quia appetitus ſunt cupiditas, ira, et vo
luntas; cuilibet autem animali vel imperfectiſſimo
ineſt cupedia etſi ira ⁊ voluntas deſint vt enim tactꝰ
ſenſuuʒ obiectiſſimus ⁊ infimus eſt, ita cupiditas ap
petitionū abiectiſſima et infima, ſine qua (vt ſine tac
tu) nulla ſubſiſtunt aīalia. Secundo cuicunqꝫ ineſt
ſenſus illi eidem delectatio et triſtitia ineſt, cuilibet
auteʒ animali ineſt ſenſus, habent eniʒ tactuʒ omnia
igitur cuilibet animali ineſt delectatio et triſtitia,
cur auteʒ hec in ſunt ineſt appetitus eſt eniʒ delecta
tio conuenientis et delectabilis cupiditas, dolor cō
trarij tediuʒ. Tertio, quia omne animal ſenſuʒ habʒ
alimenti, is auteʒ tactus eſt qui calidūʒ, frigidum:
humiduʒ et ſiccum percipit, quibus aluntur anima-
lia, animalia eniʒ calidis frigidis humidis et ſiccis
aluntur omnia. Et quicquid alimenti ſenſuʒ haberī
terdū eſurit ⁊ ſitit quicquid aūt eſurit aut ſitit appe
tit, eſt enim eſuries calidi et ſicci appetitus, ſitis ve
ro, frigidi et hūidi. Et q̄cunqꝫ gula preter hec expe
tit ex ſuperfluo ⁊ accidenti expetit. Quid ſonꝰ quid
color, quid odor, alimento ꝯducit: oē igiẗ aīal appe
tit. Quibuſdā ꝑter has potētias virtꝰ mouēdi adeſt
vt bipedibus ⁊ quadrupediqꝫ omnibus quibuſdā
intellectus vt homini et ſi quicquam homine preſta
bilius eſt homini enim intellectus ⁊ cetere anime po
tentie in ſunt. Et igitur notum potentias anime qui-
buſdam in eſſe omnes quibuſdam plures et quibuſ-
dam tantum vnam. ¶Secunda cōcluſio. Anime ra
tio figure rationi ſimilitudinem gerit et anima figu
re. ¶Nam ſicut datur figure communis ratio cun-
ctis accōmodata figuris que nulli figure ſpeciei ꝓ-
pria eſt: itidem et anime cōmunis data eſt ratio om-
bus conueniens: animis ſi que nulli propria eſt. Et ſi
cut preter circulum triangulum et que deide ſequū
tur particulares figuras nulla figura eſt ita preter
eas que dicte ſunt nulla ꝓrſus eſt aīa. Et quēadmo
dū priores figure in poſterioribus clauduntur vt
trigonus in tetragono ita vegetatiuuʒ inſenſitiuo
et priores potētie in poſterioribꝰ et vt figuraꝝ prio
res a poſterioribꝰ abſoluunẗ, poſteriores vō a priori
bꝰ nequaq̄ ita licet intueri i aīabꝰ. Eſt. n. vegetatiuū
ſine ſenſitiuo vt in ſtirpibus ſenſitiuuʒ vero ſine vege
tatiuo nunquam. Tactus qui ſenſuuʒ primus eſt ſine
aliis ſenſibus eſſe poteſt auditu viſu, odoris ſenſu, illi
vero ſine tactu nunquam ſunt enim pleraque anima

necqꝫ auditum necqꝫ viſum, neque odorandi ſenſum
habentia. Et quecunque ſe ſecundum locuʒ mouent
ſenſum habent non autem contra, eſt eniʒ ſenſus pri
or et ideo multa ſunt animalia ſenſum et non motuʒ
habentia. Et cui intellectus ineſt (vt homini) omnes
inſunt et intellectus vltimus minimus atque ſimpli-
ciſſimus eſt quibuſcunque mortalibus adeſt et cete
ras adeſſe potentias neceſſe eſt, non autem contra
fit vt cuicunque aliarum virtutum aliqua aſſit huic,
et ratiocinandi virtus aſſit. Quare manifeſtum eſt
anime rationem figure ratione ſimilitudinem gere
re et animam figure. Et de ſingularum potentiaruʒ
maximeque anime propria atque accommodata ra
tione hactenus dictum eſt.

## ¶Caput quartum.

QUartum caput cōtinet ſe-
ptem concluſiones, vnum corolariuʒ
ad quartam tres rationes ad ipſum,
tres alimenti proprietates: vnam du
bitationem, et vnum corolarium, et
tres alentis et augentis differentias
ad quintam. ¶Prima concluſio. De actibus poten-
tiarum quam de potentijs prior apta incumbit de-
terminatio. ¶Nam conſiderandūʒ eſt quid vnaque
que potentiarum ſit que ve paſſiones conſequantur,
et inſint. At actus operationeſque potentiaruʒ ipſis
potentijs nobis priores notioreſque exiſtunt ipſoruʒ
igitur quam de potentijs prior incumbit determina
tio. ¶Secunda. Eadem quoque ratione de actuum
obietis quam de actibus ipſis prius determinandū
eſt. ¶Nam potentiarum obiecta nobis ſunt actibus
priora et notiora, vt alimentum, ſenſibile: appetibile
locus intelligibile. ¶Tertia. Inter determinanda
alimentum et generatio primum obtinent determi-
nandi locum. ¶Nam vis anime vegetandi omnium
prima eſt que in omnibus ineſt ſine qua nulle aliarū
inſunt, cuius officia ſunt alimento vti, augere, minu-
ere et generare. Et horum naturaliſſimum et preci
puum eſt ſibi ſimile generare omnibus viuentibus (
modo ſint perfecta non capta membris non depra-
uata neque ſpontaneam generationeʒ habentia) cō
ueniens vt animal ſimile generare et plante ſimilem
plantam, Sic enim ſemper ſecundum ſuū ſimile (cū
ea ipſa eadem in numero manere non poſſint) perſ-
euerant et aſſimilationem condicionemque aſſequū
tur diuinam, quantum eis conceditur: quam appe
tunt omnia cuiuſque gratia agunt omnia que ſunt ī
natura. De alimēto igiẗ nutritiue poſſe obiecto ⁊ gē
neratione potiſſimo eius opere et vt aliorum fine nō
ab re primum auſpicamur determinationis locum.
Attamen duplex eſt id cuius gratia res fiant, vnum
quo: vt diuina illa ſempiternaque ratio quam appe
tunt omnia, vt diximus, vt quantum vnunquodque
poteſt ſit eternitatis ſortiſque diuine particeps, il-
lud magis illud vero minus et id ſummum eſt. Alte
rum eſt cui vt ea ipſa quibꝰ hec diuinitatis imitatio
acquiritur, ad que attinet et pertinere videtur, et
hoc infra alterum atque illi inferius eſt. ¶Quarta.
Anima in viuentibus trium cauſarū forme efficiētis
atqꝫ finis vicē obtinet. ¶Speciei q̄dē et forme: qr
viuere viuētibus ē eſſe igiẗ ⁊ anima (q̄ eſt viuēdi cau
ſa) ipſis animatis dat eē ⁊ eorū forma exiſtit. Itē om
nis actꝰ potentie, ſpecies ē et forma anima aūt actꝰ,



eſt potentia eſt igitur forma. Quod efficiētis ſtatiʒ
notum eſt. nam augmentationis motum atqꝫ decre-
mentum preſtat. Nihil enim natura incrementum d
crementumque ſuſtinet, quod non alatur, nihil autē
alitur quod non ſit anime particeps. Et multis (et ſi
non omnibus) ſenſum et motum prebet anima eſt. n.
ſenſus alteratio quedam: que nullis anime expertibꝰ
accidere poſſet vnquaʒ ita et neqꝫ progreſſio et que
cunque animali mutatio a ſe conueniat. Et quod
finis et cauſe gratia cuius etiam vicem obtineat co
gnitu facile eſt. Nam vt que mente et ratione fiunt a
licuius gratia fiunt: ita et que a natura fiunt alicuiꝰ
gratia fieri videntur id enim in viuentibus eſt ani-
ma, ipſius enim gratia et animalium: et plantarum
corporum organa ſunt omnia, ſed vt cui. Dictum eſt
enim duplex eſſe quod gratia cuius: vt quo, et cui.
Trium igitur cauſarum, forme: vnde motus, et cuiꝰ
gratia vices obtinet anima. ¶Corolariuʒ. Unde fit
vt empedocles horum motuuʒ ī animalibus cauſam
non rite aſſignauerit. ¶Dicebat enim viuētia ⁊ plā
tas deorſum augeri, q̄ terra ſuapte natura feratur:
deorſum et ramos et palmites ſurſuʒ extendi et au-
geri hoc faciente igne ſurſum illos rapiente in cre-
mentum que preſtante. Sed hec nō bene dicta eſſe
patet. ¶Primo. Quia in ſtirpibus et plantis ma-
le ſurſum et deorſum aſſignat: Nam quod eſt os: et
caput in animali radix eſt in arbore os autem ſurſuʒ
eſt animalis igitur et radix arboris: conſimilia eniʒ
ipſis correſpendent opera quare rami et palmites
e regione radicis que ſurſum eſt ſunt plante deorſuʒ
Necqꝫ putare oportet omnium ſurſum et deorſum, ſe
cundum vniuerſi loca (que nos ſurſum et deorſuʒ nū
cupamus) eſſe deputanda. ¶Secundo. Dicat empe
docles quid terram et ignem taʒ diuerſoruʒ et diſſo
nantium conatuuʒ retinet quo minus in ſua loca euo
lent et diſſipentur viuentia. Nihil preter animaʒ cō
uenienter aſſignare poſſe videbitur quod ſi ita fece
rit animaʒ precipuum eſſe augmenti et decrementi
efficiēs aſſignabit. ¶Tertio. Quia inualida eſt ra
tio qua ſuſpicati ſunt cōplures ignē in viuentibus eē
augmenti cauſam quod elementorum ignis vel ma-
xime ſolus ali nutririque videatur hinc opinionem
traxere viuētia ab ipō igne cremēti ſuecqꝫ nutritio-
nis cauſam ducere. Sed hoc verum nō eſt quamuis
calor augmentationi et nutritioni coadiuuet, coque
vtatur anima vt inſtrumento. Naʒ ignis augmentū
in infinitum fit, quouſque fuerit combuſtile, non au-
tem animalis augmentatio: ſed omniuʒ natura cōnſ
tantium magnitudinis et augmenti terminus eſt et
ratio, huiuſce autem rei officiuʒ eſt anime et ſpeciei,
potius quam ignis atqꝫ materie. Sed vt propoſitū
exequamur, de virtutis nutritiue ⁊ generatiue, que
omniū prima eſt, alimento, nunc agendū ē. ¶Tres
alimenti conditiones. Prima. Nutricio contrarium
eſt alimentum. Secunda. Alimentuʒ tale debet eſſe
contrarium ex quo non modo ſuum contrarium ge-
neratur, ſed et incrementuʒ ſuſcipere natuʒ ſit. Ple
raque enim ſunt contraria que ex ſe inuicem fiunt,
ſed alterum altero non accreſcit: vt ex ſano fit egrū
et ex egro fit ſanum ſed neutrum ex neutro ſuſcipit,
incremētū imo nec nutrimentū. Tertia. Contrariuʒ
corumpere et tranſmutare ōbet alimentū nō aūt cō
tra alimentum ſuum contrarium, quemadmodū hu
midum alere videtur ignem non auteʒ contra ignē
humido alimentum eſſe qđ ignis in ſuaʒ ſpeciē trāſ-
fert hūidū et non e diuerſo. Sʒ huiꝰ rei extitit dubi

tatio opinionumqꝫ diuerſitas: Dixerūt eñi hi ſimilia
ſimilibus ali. nam nutritio perinde eſt atqꝫ augmen
tatio augentur aūt ſimilia ſimilibus, igitur et ſimi-
lia ſimilibus aluntur. Illi vero dixerunt contraria
cōtrarijs ali. Primo quia oportet alimentū trāſmu-
tari et ꝯcoqui trāſmutatio aūt oīs de ꝯtrario ī ꝯtra
rium aut in mediū. Secundo ſimile non patitur a ſi-
mili, alimentum aūt patitur ab alito et non contra:
vt faber ferrum excudens nihil patitur a materia,
hec aūt patitur ab illo alitur igiẗ contrariū contra-
rio. Sic, ita dicentes conciliare poſſumꝰ ſi prius q̄
coctum ſit alimentū vocent, quod et idē coctum vo-
cent alimentuʒ vtroſqꝫ quodāmodo recte ſentire di
cimus et ſimilia ſimilibus ali, et contraria cōtrarijs
Nam in principio alimento incocto indigeſtoqꝫ con
traria contrarijs aluntur tandē vō in exitu ipſo ali-
mento cōcocto ſilia ſimilibus ali cōcedere debemꝰ.
¶Quinta cōcluſio. Animatū vt animatū ē nutritur
¶Nam nihil nutritur qđ nō ſit vite particeps vt ali
mento in viuentis naturā cōuerſo nutriẗ igr̄ anima
tum vt animatū eſt. ¶Corolariū. Quo fit vt alimen-
tum ad animā per ſe et non per accidens referatur
¶Nullo eñi accidente ſuſcepto quicq̄ aliẗ ſed verſa
alimenti natura, viuentis ſpecie accepta. ¶Tres
alentis et augētis differentie. Hinc dephēdi pn̄t alē
tis augentiſqꝫ differentie. Differūt eñi prio. naʒ etſi
ſubiecto vnum ſint ratione tamē et cogitatione ſunt
duo. Idem enim alimentum vt ſubſtantiam miniſ-
trat alens dicitur, vt vero molis amplitudinem at-
tollit dicitur augens. Secundo viuens couſque nu-
triēte eget quouſque perſeuerat: ſaluat enim ipſiuʒ
alimentum non autem ſemper eget augente, ſed ſui
incrementi ſtatū habet citra ſuum finem conſtitutuʒ
. Tertia nutriens: generationem et ortum facit non
illius quod alitur, iam enim eſt, et nihil ſeipſuʒ gene
rat, ſed ſaluat: ſed talis quale ē id quod ſuſcipit ali-
mentum. Unde fit vt animatum alimento priuatum
perſiſtere nequeat, anime enim talis vis taliſque fa-
cultas adeſt, vt ipſam habentē ſaluet, fluxumque re
paret. Id autem efficere non valet, niſi alimentum
patando, aptando coquendoque fluxe corpore ma-
chine reparamento. ¶Sexta. Aequum eſt vim ve-
getandi a generandi facultate vim generatiuam di-
ci, nomēqꝫ hinc ducere. ¶Nā eiꝰ tria precipua ſunt
opera gſiare alere augere altere quidē vt propiam
conſeruet ſubſtantiam a quo vis altrix et nutriendi
dicitur, augere ad magnitudinem natura inſtitutā
conſequendam a quo, augmentatiua virtus nomen
ſortireẗ, gignere, ad prolē edēdā imitandūqꝫ illam
diuinitatis immortalitatem quod opus vt diuinus,
aliorum finis eſt modo autem equum eſt vnunquod
qꝫ a fine denominari. Aequum igitur eſt vim vegen-
tandi ab ea gignēdi facultate vim generatiuaʒ dicī
nomenque ſortiri. ¶Septima. Omne animatum,
in ſitum calorem habere neceſſe eſt. ¶Nam duobus
alimentum ad nutriendum paratur vno vt mouente
et quideʒ immoto: altero vero vt mouente, et moto
quemadmoduʒ nauis duobus intemperatur, guber
natore vt primo, principali, et immoto: et clauo vt
mouente et moto. Paratur itidem alimentum et de
coquitur ab anima vt primo mouente, et immoto, et
a calido, decoctionem enim operatur calidum, vt
mouens et motum: viſque principalis inſtrumentum
¶Habet igitur omne animatum, inſitum calorem.
Sed de alimento, alendi virtute et operibus eius,
tanta ſatis dicta ſint.

¶ Caput quintum.

Quintum caput continet, duas concluſiones, duas queſtiones, earum ſolucioneʒ, tria corolaria poſt ſecundam concluſionem et duos modos potētie poſt ſecundum corolariū Prima concluſio. De ſenſu incumbit determinatio. Nam ſentiendi virtus vim vegetandi ſequitur poſt quam etiam cōmunior habetur. Et prius de ſenſu in cōmuni, deinde de vno quoqꝫ ſenſu agendum eſt. Secunda. Fit ſenſus, cuʒ mouetur ſenciēs cumqꝫ aliquid patitur. Naʒ ſenſus, alteratio quedaʒ eſſe videtur. Et an paſſio a ſimili an a diſſimili fiat, a nobis prius determinatuʒ eſt quodāmodo fieri ab vtroqꝫ. Naʒ id quod patitur, potentia tale eſt, quale id quod facit, actu in principio ſiquideʒ diſſimile, finito completoqꝫ actu, ſimile. Due queſtiones. Prima. Cur ſenſus ſua organa et ſentiendi inſtrumenta non ſentiat, cū ſint ex quatuor elemētis (vt cetera que ſentit) contemperata. Secunda. Cur ſine exterioribus ſenſibilibus non fiat ſenſatio. Reſponſio. Senſus non eſt in actu per ſeipſum: ſed in potentia: ſicut combuſtibile non per ſeipſum actu eſt ſeipſum eniʒ combureret, neqꝫ extero cōbuſtiuo, vt igne cōburēte egeret. Ideo ſenſus neqꝫ ſe neque ſua ſenſoria percipit neqꝫ ſine exteriore ſenſibili quicquam a ſenſu percipitur. Primū corolariuʒ. Dicitur vt ſentire dicatur, hoc vt potentia quemadmoduʒ dormiens, illud vt actu cuʒ iam preſto adeſt rei ſenſatio. Ita audire, videre, odorare et cetera alia conſimiliter dupliciter dicuntur: vt potentie, et actu. Et cuʒ diximus ſenſuʒ fieri cuʒ mouetur ſentiens, et cū quid patitur: id nos ipſi inteligi volumus de ſenſu qui eſt actu et non, vt potentia. Et nos moueri, pati, et operari hic vt eiuſdeʒ vtimur eſt, eniʒ motus proprie operatio quedaʒ et actus ſed imperfectus vt prius aliquando diximus. Secunduʒ corolariuʒ. Unde eſt ſentiens vt a diſſimili pati, et vt a ſimili. Naʒ cū in principio patitur diſſimile eſt cuʒ vero iaʒ paſſum eſt ſimile. Duo modi potētie. Adhuc potentia (vt exactius determinemus) dupliciter dicitur. Primo eniʒ dicitur aliquid in potentia vt ſciens: quia ſit tale ſuapte natura vt ſit ſcientie capax. Secūdo quia iaʒ ſcientiā ipſam habeat ſciendique habituʒ: vt geometriaʒ. Et hi modi longe inter ſe differunt. Nam primi exiliter atque tenuiter ſciētes dicuntur: vt quia apti nati vt tales euadant et vt materia: qui nō cuʒ velint operentur. ſed qui alteratione diſcipline nonūquaʒ etiaʒ ex contrario habitu indigeant. Secundi magis vt qui cuʒ velint operentur niſi ſpeciale ſuperuenerit impedimentuʒ neque tali alteratione egeant ſcientie ſed ſola operatione. Et in primis non ſoluʒ eſt paſſio ſed plerunque contrarij corruptio atque abiectio. In ſecundis auteʒ ſimplex paſſio et perfectio quedam ſaluatur eniʒ ſciens habitu et hoc modo potentia cuʒ contēpletur actu: et non modo ſaluatur ſed perficitur et nihil corrumpitur abijcitur que neque proprie eſt alterari: aut eſt alterū alterandi genus a primo. Abſurduʒ enim videbitur, ſapientem cuʒ contempletur et prudentem cum: vt recte vitam inſtituat conſideret alterari dicere: et non artificem cuʒ aliquid artis moliatur vt domificator cum edificet. Et qui ſapientie aut prudentie habitum poſſidet ſi ipſis vtatur non aliam quaʒ ſapientis prudentiſve denominationem ſortitur. Sed qꝛ docente et actu ſciente ſcientiaʒ capit denominationem cepit quare non alteratur habitu conſiderās aut duo alterationis erunt modi vt dictum eſt. Eſt et aliquid in actu, vt ſciens actu qui maxime ſciens eſt cum ſciens actu conſiderat. Conſimili pene modo de ſenſibus accidit vt aliquid dicatur bifariam potentia ſentiens. Primo vt ſemen, quod natum eſt ⁊ a natura inſtitutum: vt ex eo fiat ſentiens vt aīal. Secundo vt iam factum animal potentiam ſentiendi habens, perſimilem ſciendi habitui. Et cum ſenſibile actu apprehendit, maxime dicitur actu ſentiens et actu ſentire, aſſimilatur contemplari. Hoc tamen intereſt quod que actum ſentiendi preſtant, extera ſunt et ſentienti extrinſeca, vt audibile viſibile odorabile. Que autem contemplandi actum, interna contemplanti nec iniuria quidem quia que actū ſentiendi preſtant, ſingularia ſunt, et extra quꝫ autē ſcientiam vniuerſalia, que quodammodo ſunt in anima. ¶ Tertium corolarium. Unde fit vt inteligere: et conſiderare cum volumus, in noſtra ſit ſituʒ poteſtate, non autem ſentire, ſed ipſum ſenſibile adeſſe neceſſe eſt, ſed de his amplius determinandis alius futurus eſt locus. Et ſatis dictum ſit quomodo potentia nō dicitur vno modo, ſed ſicut puer potentia militans quia poſſit militare, natuſqꝫ ſit ad militiam: ⁊ ſicut maturam etateʒ nactus, potentia militans, ſed quia illis potentie varietatibus nō ſunt impoſita nomina promiſcue vtimur in vtriſque iiſdem nominibꝰ vt alterari, vt pati quamuis nō proprie potentia ſentiens (vt adulta etate militans) ſentiendi actum exercendo dicatur alterari et pati. Et ſentiens tale eſt potentia quale qd ſentitur actu quēadmodum dictū eſt. Patiť autē non ſimile, paſſum aūt ſimile euadit.

¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet duas diuiſiones, et duas ſenſibilium per ſe ⁊ per accidēs differentias. ¶ Prima diuiſio ¶ Senſibilium quedam ꝑ ſe et quedam per accidens. ¶ Secūda. Senſibilium per ſe, ſunt propria: hec vero pluribus ſenſibus communia. Senſibile proprium eſt quod ab vno et nullo alio ſenſu ſentiri poteſt, et circa quod rite ſenſui obiectum non contingit ſenſum errare vt circa ſonum audituʒ circa colorem viſum circa odorem, odorandi ſenſum, circa ſaporem guſtum circa caliditatem, frigiditatem, humiditatem et, ſiccitatem, tactuʒ habet enim has plures ſentiendi differētias tactus, circa quas iudicat vt ceteri circa ſuas, et non errat. Non enim errat viſus iudicando eſſe colorem, et auditus eſſe ſonum ſʒ errare poteſt quid coloratum ſit, vbi ſit: quid ſonum edit et vbi. Communia ſunt que nullus ſenſuū ſibi vt propria vendicat et ſunt hec numerus, magnitudo, figura tempus. motꝰ, et quies que pluribus ſunt cōmunia ſenſibus motus enim et tactu percipitur, et aſpectu. ¶ Differentie ſenſibilis per ſe, et per accidens. Differunt ſenſibile per ſe, et per accidens. Nam ſenſibile per ſe ſenciendo, patitur ſenſus, vt colorem videndo patitur viſus non autem ſenſibile ꝑ accidens, vt huiuſmodi, vt Diaris filius cum ſit albꝰ ſenſibile eſt per accidens, quod ei albedo inſit non, autem vt Diaris filius, ꝙ ve talem ſubeat rationem Et ſenſibilia per ſe propria, proprie ſentiuntur et ad ea per ſentienda, vniuſcuiuſque ſenſus ſubſtantia cōmoda, aptaqꝫ maxime natura inſtituitur.



¶ Caput ſeptimum.

Septimum caput continet nouem concluſiones, vnum corolariū diffinitionem perſpicui ⁊ luminis ad tertiam duas rationes et vnum corolarium ad quintam, et duas ad octauam. ¶ Prima concluſio. Color eſt viſibile. ¶ Nam cuius ſenſibilis viſus eſt, illud eſt viſibile: viſus autem eſt coloris eſt igitur viſibile. Et non modo color viſibile eſt: ſed et pleraqꝫ alia que nomine carent: vt ex determinatione dilucebit. ¶ Secunda concluſio. Color per ſe viſibile eſt, non ratione. ¶ Per ſe quidem quia ex ſe ſpeciem prebet qua videatur. Non ratione, qua abſoluta res eſt que ad viſum non refertur: vt viſibile, que licet nunquam cōſpecta, plāe tamen conſiſtet eritque color. ¶ Tertia Color ſine lumine videri non poteſt. ¶ Nam coloreʒ ita diffiniunt. Eſt qui ſuapte natura mouet actu perſpicuum. Actu autem perſpicuum (quod diaphanes vocant ſine lumine non eſt. Non itaque cōtingit colorem ſine lumine videri. ¶ Corolarium. Unde fit vt dē lumine et perſpicuo prius determinandū ſit. ¶ Perſpicuum enim eſt quod ſuapte natura viſibile non, ē ſed alieno viſibili, vt celum, aer, aqua, et pleraque ſolida corpora. Aer enim vt aer et aqua vt aqua viſibilis non eſt ſed illius ratione quod in ipſis recipitur viſibile. Et lumen eſt actus perſpicui vt perſpicuum eſt: eſt enim lumē quaſi perſpicuoruʒ color. ¶ Quarta. Que potentia perſpicua ſunt tenebre aliquādo ſunt que autem ſemper actu perlucent, nunquam. ¶ Nam que potentia perſpicua ſunt, aliquādo actu perlucent lumine colluſtrata et perſpicua ſunt actu aliquando auteʒ nō perlucent lumine carentia; ſunt igitur aliquando tenebre: tenebras enim dicimus: luminis in perſpicuo carentiā. Que autem ſemper actu perſpicua ſunt ſemꝑ lumen poſſidēt colluſtrās non igitur tenebre ſunt vnquam. ¶ Quinta. Et ſi corpora lucida vt ignis, ſol, et aſtra lumen preſtāt in perſpicuo, ſue lucis ſpeciē, non tn̄ lumen, aut ignis aut ſol aut aſtꝝ aut ab illis corporibꝰ dfluxꝰ eē poteſt. ¶ Primo. Quia ſi quod illorum eſſet aut quidam (vt aiunt defluxus ab illis corpus eſſet et quodcum: ſit toti perſpicuo preſens, duo corpora ſimul erunt atque ſe ſimul occupabunt, quod fieri nō poteſt ¶ Secundo. Quia tenebre ſunt luminis priuatio, non autem ignis ſolis, aſtri: aut corporum defluxus. ¶ Corolarium. Unde fit vt. Empedocles ab ſurde ſatis cenſuerit lumen inter terram et continentis celi ambitum ferri, noſque interdum latere. ¶ Nam dignaretur venia, ſi paruo latum ſpatio latere diceret: ſed in tanto quantum ortu clauditur: et occaſu ſpatio idem ſibi concedi, magnum poſtulat et non a rationis cōpote profecto admittendum. ¶ Sexta. Perſpicuum coloribus vacat: et vt de ſe inuiſibile ē ¶ Nam quod ſonus capit, de ſe ſonis eſt vaccum: et quod odores, inodorum, tale autem perſpicuum ad colores cum potentia ſit quale aer ad potentia ſonū perſpicuum igitur coloribus vacabit, eritque vt de ſe inuiſibile. ¶ Septima. Et ſi propriꝰ vniuſcuiuſqꝫ rei color videatur in lumine, non tamen omnia viſibilia ſpectātur in lumine. ¶ Nam nonnulla ſunt que non in lumine ſed in tenebris cient efficiuntque ſenſum, vt ignita, fungi quorundam animalium cornua piſcium capita: ſquame oculi, putres arborum truncicarie ſituque marcidi quorum non eſt vnum nomen quo ſimul ea complecti poſſimus. Et quam ob cauſam in tenebris et non interdiu fulgeant poſtea dicturi ſumus. ¶ Octaua. Non recte. Democritus putauit: ſi totum quo cernimus ſpaciuʒ vacuum eſſet expedientius acutiuſque ſingula videri: adeo vt medio interſtite vacuo formica in celo a nobis exactiſſime ac expediſſime videretur. Primo. Quia id cognitum eſt quod in lumine ſpectatur colorem eſſe natura enim eius eſt mouere actu perſpicuʒ vt aerē qui cum ſit oculo attiguus mouet oculum, hoc indicio cognitum quod ſi colorem habens ſupra oculuʒ poſueris non videbit oculus: ſed cum fuerit mediuʒ actu perſpicuum. Actus autem perſpicui lumen eſt exiſtente igitur vacuo medio ſpatio nullus percipietur color. Perperam itaque opinatus eſt Democritus res ſingulas tunc expedientius acutiuſque videri. Secundo. Fit viſio cuʒ ſenſus afficitur ipſe autem colore qui videtur affici nequit afficitur igitur a medio. Ipſo igitur exiſtente inani non fieret viſio: quare non modo exiſtente medio vacuo non exactiꝰ videreť ſʒ ne oīno quidē videretur. Et idē ſubit iudiciū de ſono et odore ſapore, et tāgibili. Ea ſiquidē ſupra auditꝰ, odoratꝰ, guſtꝰ, et tactꝰ ſedes locata, ſenſum non efficiunt, ſed medio (vt ſentiantur) hec omnia egent. In ſono enim medium eſt aer in colore pſpicum in odore innominatum eſt, et eſt aer et aqua, aliqua communi paſſione affecta. Aquatiles eniʒ animantes ſenſum odoris obtinent, et cetera que in terra degunt reſpirantia: que ſine reſpiratione olfacere nequeunt. Quid in ſaporibus quid ī tangibilibꝰ ſit medium, et eorum que modo tetigimus cauſas poſterius adijciemus. ¶ Nona. Sunt nonnulla quorum color et in lumine et in tenebris ſe prodit. Nā flamme mouent actu perſpicuum, aliorum colorum naturam imitando, quare interdiu ſe produnt ⁊ medium ipſum afficiunt redduntque actu perſpicuum quare noctu iteruʒ ſe manifeſtant. Ex his itaque notum eſt quod intenditur, et viſibilium has eſſe differentias, hoc ſolo lumine, hec ſolis tenebris, hec vero vtrorumque naturaʒ imitata, et lumine et tenebris deprehendi.

¶ Caput octauum.

Octauuʒ caput cōtinet vnā diuiſionem, vndeciʒ concluſiones, vnū corolarium ad primam, duas ad ſeptimam, vnam queſtionem, reſponſionem, et ſonorum differentias poſt nonam, vocis diffinitionem poſt vndecimam. Diuiſio. Duplex eſt ſonus, vnꝰ actu, alter vo potentia. Nam ſunt que plaga illata actu ſonum edunt vt es, et quecunque plana et leuia corpora, et hic ſonus actu dr̄. Sunt vo q̄ actu pulſa nō ſunt pulſa tamen ſonare poſſunt vt nominatur eorū ſonus potentia nominatur ſunt deinceps que neque actu neque potentia ſonum habent, vt ſpongia, lana ⁊ pili. Prima concluſio. Sonus actu ſi percipi debeat, fit inter corpus ſonās et auditū. Nā fit actu ſonꝰ alicuiꝰ ad aliqd attactu (percuſſio eñ edit ſonum) et in aliquo ſemper, exauditurqꝫ cum de re q̄ ſonat ad aurē delatus medium opplet ſpatiū. Corolariuʒ. Quo fit vt vno ſolo exiſtēte corpore nō eliciať ſonꝰ Nā aliud eſt verberans et aliud verberatū atque percuſſuʒ, ⁊ Eeū ſonus alicuiꝰ ad aliqd attactu et in aliquo

¶Secunda. Sonus non fit ſine motu. ¶Nam per
cuſſio non fit ſine motu ſonus autem non fit ſine ictu
et percuſſione non fit igitur ſonus ſine motu. ¶Ter
tia. Non ex quorunque corporum percuſſione elidit
ſonus. Nam vt diximus, lana et pili coliſa non perſ
trepunt, efficiunt ve ſonum: ſed corpora dura, leuia
et cõcaua. Leuia quidem, ꝙ integre magis feriant
incolumiorque aer: minuſq fractus perducitur ad
auditum, concaua vero, ꝙ refractione complures
poſt primum congeminant ictus, cum aer motus ac
agitatꝰ libere exilire non poſſit. ¶Quarta. Sonꝰ ⁊
in aere et in aqua editur: ſed in aqua ſubobſcurius.
¶Et in aere et in aqua edi notum eſt. ſunt enim hec
media inter ſonans et auditum. Et ꝙ ſubobſcurior
in aqua, ideo ẽ, quia ſopitur hebeſcitq in ea. Quin
ta. Et ſi aer ſonorior ſit aqua non ſufficit tamen ad ſo
ni editionem: neq ſola aqua. ¶Nam (vt dictum eſt
requirunt ſolida corpora, et vt ad aerem ictus fiat
priuſquam diffundatur. Quapropter aer aliquo, vt
virga, cito et vehementer percuſſus, ſonat: tunc duo
rum et percuſſi et medij fungens officio, tunc enim
plana motioq percucientis velocitate diffuſionem
anticipat aeris: queadmodum ſiquis arene cumulũ
cadentem velociter cedat, eiuſdemque caſum velo
citate perueniat. ¶Sexta. Cum fit ſonus, ſemper
redditur echo, et ſi nõ ſemper audiatur. ¶Echo eſt
ſoni reflexio aere ob vas aut locum ipſum circundã
tem, vt pila repulſa, reſiliente. Et ꝙ ſemper reddat,
patet, nam ita fit in ſono, ſicut in lumine. Atqui lumẽ
ſemper repercutitur, alioqui nõ vbiq vt in vmbra
fieret lumen: ſed extra locum illum in quo ſolis ra
dij pertingunt, ſumme eſſent tenebre, hoc autem fal
ſum. Fit igitur ſemper ⁊ ſoni repercuſſio: quare red
ditur echo, et quod non ſemper audiatur, idem vtõ
lumie proditur indicium. Nam non ab omnibus ſic
refringitur lumen, vt ſemper appareat, ſed interdũ
iacitur vmbra vbi minime lumen percipitur: ſed ad
eam terminantur ſenſibile lumen. Sic echo non ſem
per redditur ſenſibilis, ſed cum a ſolidis, concauis
et planis exceptus refringitur ſonus. ¶Septima.
Non longe diſtat a vero, ꝙ antiqui audiendi facul
tatem vacuo atribuerunt. Nam ab audiendum aer
maxime proprius aptuſque videtur, facitque au
dire pcuſſo leui, cũ vnꝰ ⁊ continuus fuerit ad auditũ
vſq agitatu ꝑ latus. Aer aũt eoꝝ opiniõe inãe erat
et vacuum non igitur longe diſtabant a vero. ¶Pri
mum corolarium. Nimirum igitur auditui connatu
ralis congenituſque aer. ineſt. ¶Sic enim exterio
re aere moto, internus aer excitus meliorem preſtat
audiendi facultatem. ¶Secundum. Fit etiam iu
re vt non oĩ ex parte animal audire debeat. ¶Nam
non vbiq tranſit aer, neq talem natiuum habet ae
rem, ad quem agitatus exterior perferatur: ſicut,
neque vbiq aĩal humidum habet pupille. ¶Octa
ua. Aer per ſe inſonus eſt. ¶Quia facile diſſipatur
dijcitur, ⁊ omnia corpori vltro cedit, Si tamen ar
ctior fiat illiſo, diffundique prohibeatur, elicitur vt
dicum eſt, ſonus. ¶Nona. Internus aer auribus in
ſitus, immobilis eſt. ¶Hoc enim ideo eſt, ꝙ omnes
motuum differentias exacte percipiat. Non tamen
omnino immobilis eſt: ſed placide tanquilleque agi
tatus citra turbã, auriſque obſtrepitum. Hinc mem
brana contectus et conuolutus eſt, et auris iter infle
xuoſum atq anfratuoſum factum eſt, ne ledatur ne,
turbetur a ſua ve tranquillitate dimoueatur. Et in a
qua audimus cum viarum an fractus difficultate de
ſenditur, ne aurem ſubiat cum vero ſubit organum
indiſponit, et non amplius audimus. Et cum mẽbra
na qua contegitur congenitus aer, leditur audicio
impeditur, perinde atque leſa cuticula pupillam,
obuoluente prepeditur viſio. Et argumentum inco
lumis auditus eſt ſi auri aliquo (vt manu) cõtra ad
moto, inſonitus et tinnitus quidam aeris vt cornu ſo
nantis obaudiatur. Ille tamen ſonus non eſt inſito
aeri proprius, ſed alienus. Hinc antiqui nos inani,
et vacuo audire (ꝙ illo aere interno determinatoque
egeamus) iterum trahere potuerunt opinionem.
¶Queſtio. An verberans, an verberatum ſonet, an
vtrunque, ſed alio modo. ¶Reſponſio. Sonus eius
eſt quod illo motu agitatur, et reſilit, cum corpora
leuia feriuntur. Debet eniꝫ quod verberatur, planũ
eſſe, et equale: vt inde vniuerſis aer totus concuſſus
reſiliat. Nam non omne verberans et verberatuꝫ (vt
dictum eſt) reddunt ſonum: vt ſi acum acu coliſſeris
ſonum non elicies. ¶Differentie ſonorum actu, he
ſunt acutum, et graue. Sicut enim colores non ſine
lumine percipiuntur ita neque he ſonorum differen
tie ſine ſono actu que a tangibilibus ad ſonos trãſfe
runtur. Nam ſicut tangibile acutum cito tactum pũ
git et penetrat: ita ſonus acutus celeriter audituꝫ,
mouet, quaſi pungens. Et vt obtuſum tangibile tar
de tactum vt trudens obtundit, ita grauis ſonus au
dituꝫ. Non tamen graue et acutum idem ſunt quod
tardum et velox: ſed tarditate et celeritate pariun
tur et obtuſum, lentum efficere videtur motũ acutũ
vero et gracile, concitatiorem. Sed de ſono hacte
nus, nunc de voce aggrediendum eſt. ¶Decima cõ
cluſio. Vox, ſolius eſt animantis, et ſi non omnium.
¶Nam nulla inanima vocem fundunt. Et ſi vocis no
men non nullis attribuatur inſtrumentis, vt tibie ly
reque, hoc proprie non eſt, ſed ſimilitudine quadaꝫ
ad id quod proprie vox eſt: quod imitentur eiuſmo
di ſoni vocis humane ſonoritatem et allocutionem.
Et ſunt pleraq animalia (vt exanguia, et ſãguine ꝑ
dita, vt piſcis) que vocem non eliciunt, et id ſane nõ
ſine ratione euenit. Nam ſonus, motus aeris eſt exã
guibus autem nulla eſt pellendi aeris facultas, et
piſces aerem non attrahunt vt pote qui in aquis de
gunt. Et piſces quos amnis Achelous nutrit, ſonitũ
attritu branchiarum edunt. ¶Undecima. Vox ſo
nus eſt animalis, ſed neque omnis neq ab omni cor
poris parte. ¶Nam manus colliſe ſtrepitum edunt
qui non eſt vox ſed ad gignendam vocem hec requi
runtur, percuciens percuſſum et in quo. Hoc enim,
aer eſt, non omnis: ſed is ſpiritus quem vicario ordi
ne anhelitu accipimus et reddimus. Et quemadmo
dum lingue duplex eſt officium. Primum eſt guſtan
di ad vite neceſſitatem quapropter in omnibus hoc
obtinet officium. Secunduꝫ eſt vt loquele ſit vſui: ita
ſpiritus quem anhelitu ducimus, et alternatiꝫ emit
timus: duplex eſt vſus. Primus eſt ad internum tẽ
perandum calorem neceſſarius quidem: cuius cau
ſa; ex alio requiritur loco. Secundus eſt ad effingẽ
dam vocem boni quidem gratia, et nõ ad vite neceſ
ſitatem: Mentis enim interpretatio, nimiume bo
ni gratia adhibita eſt: et ei commoda aptaque tra
dita ſunt inſtrumenta fauces ⁊ pulmones. Non ſine
ratione igitur ea ſola animalia vocem eliciunt que
reſpirant, et aerem attrahunt. Et hec ea ex parte ce
teris ſunt calidiora: vt que aere egeant atracto ad
precordiorum calorem; temperandum et quoquo
pacto refrigerãdũ, ¶Diffinitio. Ex his vocis diffini



tioneꝫ elicere facile eſt. Vox eſt ſonus aeris ab ani
ma reſpirati: percuſſi ad vocalem arteriam cũ alicu
ius ſignificationis imaginatione, non enim ſatis eẽt
reſpirari aeris percuſſi emiſſio vt tuſſis ſed ad gur
gulionem percuſſio fiat oportet: et cũ quadã interio
ne affectione ue ſignificandi quod ⁊ neceſſaria ſit ad
gurgulionem et ſonantem arteriam aeris percuſſio
hinc ſumitur indiciũ quod nõ contingit expiranteꝫ
et reſpirantem vocem vnquã emittere ſed aereꝫ cõ
tinere oportet: et ita internum concutere. Hinc iteꝫ
fit cognitum cur piſces ſint ſine voce. nam gurgulio
nem non habent. quia non reſpirant: et qui eos reſpi
rare arbitrantur. peccant. Sed cur non reſpirent:
alio differendum eſt loco.

## ¶Caput nonum.

Nonum caput ꝯtinet quat
tuor ꝯcl'oẽs. 4. rões ad pmã duas ad
ſecundam cum corolario prime: tres
modos inodorabilis poſt tertiaꝫ: vnã
queſtionem eius reſponſionẽ tres ra
tiones quod non reſpirantia odorãt:
et vnum corollariuꝫ poſt quartã. ¶Prima cõcluſio
De odore ⁊ odorabili non vſque adeo vt dedictis fa
cilis et prompta determinatio eſt. ¶Primo. Qeia
non eſt ita facile deprehẽdere quid ſit odor ſicut qd
color: quid lumen: quid perſpicuũ: quid ſonus. Hoc
enim ideo euenit: ꝙ olfactum per debileꝫ habemus
odoratur enim praue homo et multis aĩalibus: vt ca
nibus vulturibꝰ hoc ſenſu inferior eſt. ¶Secundo.
Quia nos non ſine delectatione aut faſtidio odoruꝫ
differentias percipimus. hoc autem in viſu ⁊ auditu
non accidit: et ideo hic ſenſus homini datus eſſe vi
detur ad menſurã non vt odores quales in ſe ſint ꝑ
cipiamus; ſed quales ad nos perueniunt. Itaq dif
ficilior ipſorum deprehẽſio eſt. ¶Tertio. Quia odo
ruꝫ ſenſorium minus cognituꝫ exploratũq habemꝰ
¶Quarto: ita homines odores ipſos cõprehende
re vident: quibꝰ odorandi ſenſorium obtectuꝫ eſt vt
animalia duros oculos habentia apprehendũt colo
res. Atqui conſentaneuꝫ videtur. huiuſmodi duroꝝ
oculoruꝫ animalia non omnes ſentire colores: ſed
eos qui ipſis terroreꝫ triſtitiaꝫque ingerant. qui ve
voluptate afficiant. quare neque homines quoſcũq
dijudicabunt odores. ¶Secunda: et ſi odoris diffi
cilis ſit nature deprehenſio: ex ſaporuꝫ tamen ſimili
tudine nobis ad hoc patebit aditus. ¶Prĩo. Quia
certuꝫ guſtum habemꝰ ꝙ guſtus quidã ſit tactꝰ: Ho
mo autem certiſſimum habeat tactuꝫ: et cuꝫ hõ a ce
teris in reliquis ſuperetur ſenſibus in hoc vno euin
cit ſuperatq omnia. ¶Corollarium. Hinc fit. vt ho
mo animaliuꝫ prudentiſſimũ cognoſcatur. ¶Atrac
tu eñi mentis aptitudo aut ineptitudo deprehendi
tur: duros eñi carne. mentis hebetes et ineptos: mol
les vero: bene aptos eſſe dicimꝰ. ¶Secundo. Quia
ex ſaporuꝫ nominibus odoribus nomina indimꝰ. Ut
eñi ſaporũ hunc dulcem nominamus hunc amarum:
pinguem acrem acutũ: ita quoque odoruꝫ: tracta ſi
militudine hunc dulcẽ dicimus: atque hunc amaruꝫ
pinguem acrem acutum: et quandoque in odore et
guſtu ſimiles conueniunt denominationes: vt in mel
le et croco. Mellis eñi odor dulcis. et dulcis mellis
ſapor: aliquando vero diſcrepant. ¶Tertia. Olfac
tus odorabilis eſt et inodorabilis. nam vt de viſu: au
ditu: et reliquis ſenſibus, ita et odoratu viſus autẽ ẽ
viſibilis et inuiſibilis, auditus audibilis: ⁊ inaudibi
lis: Eiuſdẽ enim ſenſus eſt cognoſcere ſui ſenſibilis ꝑ
ſentiaꝫ et eius abſentiam. preſentiã quidẽ per ſe: ab
ſentiã vero per accidens: eſt igitur olfactus odora
bilis et ĩodorabilis. ¶Tres modi inodorabilis: In
odorabile multis modis dicit. ¶Primo, quod oĩno
odoreꝫ non habet odorarique natum non eſt vt color
¶Secundo. Quod debilem et vix ſenſibilem habꝫ
odorem. ¶Tertio. Quod prauuꝫ tertumque habꝫ
odoreꝫ. ¶Quarta. Aer et aqua: ol faciendi ſunt me
dia: in aere de nobis conſtat. in aqua vero et ſangui
ne predita: ⁊ non predita illud monſtrant, quia emi
nus alimenti odorem percipientia: properant ad il
lud ſumendũ ad notare, Queſtio. an omnia que ſunt
odorũ capacia conſimili modo odorentur. Reſpon
ſio. non omnium conſimilis eſt odorandi modus. naꝫ
animalia reſpirantia ſpiritum trahendo odorantur
cuius hec ſunt indicia. Si ſpiritum detinet homo:
aut expirat: neque eminus: neque cõminus: etiam ſi
rem olentem in ipſius nares fundas: ſentit. Si enim
in odorandi ſede atque ſenſorio: id per palã eſt. nam
omniũ ſenſuuꝫ cõe ẽ: ſenſibili ſenſorio ſuprapoſito nõ
ſentire. Inſecta auteꝫ animalia: et que ſanguine ca
rẽt vt apes: hoc pacto: cum non reſpirẽt: odorare nõ
poſſunt. Odorant tamen. ¶Primo. Quia conueni
unt longe ad odoriferoruꝫ paſtuꝫ habent igit alium
preter quinque qui aſignati ſunt: ſenſum: aut olfactu
odores diſcernunt. non autem habent alium. habent
igitur olfactum. Senſus enim tam bene quã male
olentis in nimirum olfactus exiſtit. Secũdo. Gra
nium odorum ſuffitu. vt vituminis et ſulfuris fumo
corrumpuntur: ſicut et homo. Odorantur igitur nõ
reſpirantis et alio quam ſpiritus attractione modo
¶Tertio. Quia vt animalium oculi diuerſi ſunt: ho
rum enim ſunt moles: et hec palpebras pro oculi mu
nimento habent, quibus non apertis deuelatiſq: nõ
contingit animal videre, horum vero duri ſunt oculi
que hoc genere foliculorum coopercułorumque ca
rent: et ſemper colores apertos et occurrentes hẽnt
ita huuc in modum diuerſi ſunt odoratus. nã in reſpi
rantibus adopertus et reconditus eſt quem cũ ſpi
ritum ducimus: aperimus; ampliatis viarum meati
bus. Non reſpirantium vero apertus: et per ſimilis
duris animalium oculis: ita que ſemper habẽt ocur
rentes et in aperto odores: non autem reſpirantia.
niſi ſpiritum ducendo ſenſorium reuelẽt ac aperiãt,
¶Corollarium. Hinc fit vt reſpirantia in aqua non
odorentur, Nam in aqua reſpirare nequeunt. Et eſt
odor ſicci, ſicut ſapor humidi hinc res cum adolent,
incenduntur, caleſcunt, ſuauius fragrant. Et cũ res
non percipitur olfactu talis eſt odorandi ſenſus po
tentia, qualis ipſa ſit actu, cum autem olfactu perci
piuntur actu, et talis ſenſus eſt actu, Et de odore et
odorabili hactenus.

## ¶Decimum caput.

Caput dcimum ꝯtinet quat
tuor concluſiones. duas rationes. et
duo corollaria ad primam, vnum co
rollarium ad ſecundã et ſpecies ſapo
rum ad quartaꝫ, ¶Prima concluſio,
Guſtabile, quidam tangibile eſt.
¶Primo. Quia qđ non extrinſeco medio: ſed ſolũ
ſentitur intraneo, tangibile eſt guſtabile autem nõ
extraneo, ſed ſolo ſentitur intraneo, eſt igitur quidã
tangibile. Secundo. Quia illud in quo vt in ma

teria conſiſtit ſapor et ſine quo ſentiri non poteſt, eſt humor, humor autem ſolius tactus eſt, eſt igitur guſtabile, quidam tangibile. Primū corollariū. quo fit vt exiſtentes in aqua: ſaporem vt dulcē deprehendamus: non quia aqua guſtandi ſit medium, ſed ꝙ ſapor humori permixtus ſit quemadmodum in liquore quē bibimus. Neque ſimile eſt vt de colore, ſono et odore non eñ ideo per aerem aut aquam percipiuntur quia immiſceantur ſed quia hec ſunt media ipſis vt ad organa deferantur apta. Sine eñ aliquo a ſenſu abiuncto viſus auditus odoratus ſenſationē explere nequeunt. quod facit guſtus. Secundū. Fit etiaꝫ vt quicquid guſtandi ſenſum afficit humiduꝫ ſit, aut actu, aut potentia: nam abſꝗ humore vt dictuꝫ eſt. nihil afficit ſaporis ſenſuꝫ. Et ſunt quedā huid a potentia que ſtatim ad actuꝫ ſunt reducta: vt ſal cum primū admotus fuerit lingue ſtatim liqueſcit. linguāꝗ humectat. Secunda, Guſtus guſtabilis eſt et inguſtabilis: nam id ita fit in ceteris ſenſibus: vt viſus viſibilis eſt vt coloris. et inuiſibilis, vt tenebrarum. quas reputat inuiſibiles et auditus audibilis vt ſoni et inaudibilis vt ſilentii et odoratus. odorabilis: vt odoris ꝛ inodorabilis vt odore priuati. et ſicut inuiſibile tribus modis dicitur quod non eſt aptuꝫ videri vt ſonus quod debiliter videtur qđ praue vꝛ quo ꝺ excellentia viſum offendat. aut corrū par ꝛ inaudibile, tribus quod audiri nequit vt color quod debiliter. praue et inodorabile tribus qui dicti ſunt: ita inguſtabile tribus dicitur. quod guſtari nequit. quod debileꝫ obtinet ſaporem ꝛ quod terrū prauūque. Ut enim moderatum. nature amicum eſt et guſtuꝫ ſaluat: ita prauuꝫ et excellēs ipſuꝫ corrūpit. Tertia. Omne potulentū et tactui: ꝛ guſtui cōmune eſt. Tactui quidē. quia ſit actu humiduꝫ guſtui vero quod ſapore preditū. Quarta. Guſtādi natura inſtitutuꝫ ſenſorium neque actu debet eē hūidum neque tale vt humido diluí diffundiꝗ nequeat. nam debet eſſe potentia tale quale guſtabile actu ē. ſine humore autē non ſentitur guſtabile. Corollariū hinc fit vt cuꝫ lingua nimiuꝫ areſcat. nimium ve hūeat. quod in egrotātibus perſepe accidit guſtare nequeāt. Aegrotātibus enim ſepe omnia accidit amara videri ꝙ lingua amaro ſit humore infecta. Species ſaporum ſunt dulce, amarum contrarie conſequens dulce pinguis conſequens amaruꝫ ſalſus medie ſunt acre auſteruꝫ ſuaue acutum acerbuꝫ acidū vt ſpecies colorum digeſte. et guſtandi ſenſoriuꝫ: vt iaꝫ dictum eſt tale eſt potentia. quale guſtabile actu faciens autē ipſum tale guſtabile, et de guſtu et guſtabili hactenus.

## Caput vndecimum.

Undecimum caput cōtinet duas queſtiones. poſt quas tres concluſiones: duo corollaria ad ſecūdaꝫ: vnaꝫ queſtionem. eius reſponſionē tactus ad alios ſenſus cōparationeꝫ et vnū corollariuꝫ poſt tertiā. Prima queſtio, An vnus. an plures ſint ſenſus tactus. Secunda Quid ſenſoriuꝫ tactus an caro in carneꝫ habentibus et in ceteris quod carni rñdet emulūque eſt. an aliud ꝗcquam intermediū interiꝰ latēs Prima concluſio. Plures ſunt ſenſus tactꝰ. nā ōis ſenſus vnꝰ vnius eſt contrarietatis. vt viſus, albi ꝛ nigri auditꝰ acuti et grauis odoratus et guſtꝰ dulcis ꝛ amari. Tactus vero pluriū vt calidi frigidi humidi et ſicci grauis leuis mollis et duri. ſunt igit̃ plures tāgendi ſenſus neque ſufficere videt̃ ſolutio quā adhibent viſus et auditus conſimiliter plures eſſe contrarietates vt in voce non ſolū acutū ꝛ graue contraria ſunt ſed magnitudo paruitas lenitudo et aſperitas vocis et ita in colore. Sed vt de tactu ſimile non eſt Naꝫ magnitudo paruitas lenitas aſperitas tranſlatitie in voce ſunt vox grauis et acuta et hec tranſlatitie omnibus ſenſibus applicari poſſunt continentur que in viſu et auditu ſub eodē ſenſus obiecto: vt ſub ſono ſub colore. ita auteꝫ de calido frigido hūido: et ſicco dicere nō poſſumꝰ. Secūda ꝯcl'o. Caro nō eſt ſenſoriū tactus ſed ſentiendi mediū, naꝫ ſenſibile ſenſui ſuprapoſituꝫ nunꝗ ſentit̃ carni aūt ſuprapoſitū tangibile ſentit̃. nō eſt igit̃ caro tangendi ſenſoriū Porro ſenſibile oē medio quodā ſentit̃ carni aūt ſuprapoſitū tangibile ſentitur et non eſt caro ſenſoriū eſt igit̃ ſentiendi mediū. et nihil eſt id quo moliuntur efficere carneꝫ eſſe ſenſorium tactus quod carne contacta illico perſentiatur. ita enim fieret ipſa tenui ſiteolo aut mēbrana conuoluta: nullus autem idcirco dubitauerit mēbranā eſſe tangendi ſenſoriuꝫ. ita neque de carne addubitandū eſt; ſed in toto corpore vt tecmem ſenſorium tactꝰ potiꝰ exiſtimanda eſt ꝗquideꝫ ſenſoria plura ſunt: vt plures tactꝰ; quāuis latentia ſenſum: quēadmodū ſi congenitus aer vt auris intelligatur nā totus noſtrū corpꝰ cingens et circundās eade facilitate putare poſſemꝰ nos eodeꝫ organo ſonos colores et odores deprehendere qđ coꝝ deſitreſcerent organa eſſetꝗ idē congenitꝰ aer audiendi videndi odorandi mediū: vt eñ illic plures ſenſus: viſus auditus olfactus guſtus et plura eorum ſenſoria ita et hic ſub eodeꝫ velamine plures tactꝰ et tangēdi ſedes et machinamenta: Primū corollariu. vnde fit vt mediū tangendi aer: aut aqua eſſe non obuerit. nam corpꝰ animatū ſolidū et firmū eſſe debet: et cum tactus intra corpus latitet debet igitur eē mixtū ex ipſis que firma conſtans et defluxibile minꝰ efficiunt vt terra ceteris cōmixta qualis eſt caro: aut quod carnis vice obtinet. Secūdū corolariū quo fit iterū vt ſi quis ignea aut aerea ſtatuerit aīalia difficile ſit quinque ſenſus et eoruꝫ ſenſoria in ipſis collocare, Tertia. Argumento lingue plures produnt̃ eſſe tactus. nam eadē in parte ꝛ intraneo medio omnia tangibilia et guſtabilia ſentit, eſt tamen alius ſenſus tangibilis ꝛ alius ſaporis. Si igitur toto corpore ſic promiſcue tangibilia et guſtabilia perciperemus poſſent guſtus et tactus vnus ſenſus videri: vt calidi frigidi humidi et ſicci vnus tactus modo aūt quia non ita guſtus et tactus toto corpore coniūcti ſunt manifeſtum eos eſſe plures ſenſus ita et tactus plures et ſi toto corpore cōiuncti ſint intelligere opꝫ Queſtio An tactio ſimiliter vt viſio auditio et olfactio ſit medio ſcilicet interueniente extraneo, Reſponſio. mollium corporum vt aeris: vt aque que nullo interhiante medio carnem ſuis extremis attigūt fit bene tactio nullo interueniente extraneo medio. Duorum vero corporū aliquid cū tanguntur interiacet medium. nam ea aut tangimus in aere: aut in aq̄ atqui videmus nos in aqua ſic ea tangere non poſſe: quin ſemper medius humor percipiatur: ipſumque tangendo excludere non poſſumus quin medius interſteſcꝫ extremis non manentibus ſiccis habeatur Quod ſi in aqua ita fuerit. tanto minꝰ ſubtiliorē aerem nobis licebit excludere medium et illa in aere ſine medio tangere; tametſi in aere ob ipſius inſenſi-







bilitate magis ſenſum lateat, et quāuis ita ſit vt nos firma et dura interueniente medio tangamꝰ tactus tamen hoc a viſu auditu et odoratu differt, ꝙ hi eminus ſua ſenſibilia ſuo medio apprehendunt ille vero cōminus et pene nihil diſtante ſic vt mediū quemadmodum de membranula diximus lateat: Et in viſu auditu et odoratu ſpatium afficitur et ſpecies offert tangendo autē non id neceſſariū eſt ſed intraneum medium ſimul cū extraneo afficit̃, quod quidē quia afficiatur, et non quia huiuſmodi externum medium tangitur, ſed vtrunque ſimul affici contingit. quemadmoduꝫ percuſſus clypeus geruluꝫ non percutit: ſed vtrunque ſimul percuti accidit. Corollarium, Unde fit vt quemadmodū aer ꝛ aqua ſeſe habēt ad viſum auditum et olfactum: ita caro et lingua ad tāgendi ſenſorium: et in ceteris videtur tactus alios imitari ſenſus: vt quemadmodū is aliis ſenſibus ſenſibile ſuprapoſitum nullum parit ſenſum: vt albuꝫ ſuprapoſituꝫ oculo nullam viſionem. ita eſt et in tactu. Hinc ſub carne tactus ſedem delitere oportet: quādoquideꝫ res tangibiles carni ſuperpoſite ſeſe preſtant perceptibiles: et res tangibiles ſunt: calidū frigiduꝫ humidum et ſiccuꝫ: que prius ſimplicium corporuꝫ differentias locauimus et ſenſorium tactus, tale potentia eſſe debet quale ſit actu ipſum tangibile. Hinc tactus eque algida: eque leuia et aſpera nō ſentit: ſed extrema ſuperabundantias atque defectus. Eſt enim mediocritas: quedam et mediuꝫ extremorum iudex eſt. Et qui omne calidum et omne frigiduꝫ percepturus ſit calidi et frigidi actu ſit expers oportet potentia futurus et calidum et frigiduꝫ quemadmodum viſus album aut nigrū percepturus neꝗ actu albuꝫ neque nigruꝫ exiſtit: et ſicut viſus eſt viſibilis et inuiſibilis, et ceterí ſuoruꝫ oppoſitoruꝫ: ita tactus tangibilis eſt et intangibilis: et ſicut inuiſibilis et aliorū inſenſibilium tres ſunt modi itidem intangibile tripartitum eſt: quod tangi non poteſt: vt vox: quod debiliter tangitur. vt aer: quod praue: vt ignis tactum corrumpens; ſed de tactu et quolibꝫ in particulari ſenſu; hoc pacto paucis diffinituꝫ ſit.

## Caput duodecimum.

Caput duodecimum continet duas concluſiones vnum corollarium: vnā queſtionem. eius reſponſionem ad ſecundā. Prima concluſio Id ſenſuū cōe eſt: rerum formas ſine materia ſuſcipere. Nā ſicut ſigillū: ſigilline effigiē formabilis cera ſiue ferro ere: aut auro recipit: eo pacto patitur ſenſus ab eo quod colorem habet. quod ſonuꝫ: quod odorem: quod ſaporē: et non vt vnūquodꝗ eſt, ſed vt tale: taleque habens ſpeciem: et quamuis hec idē ſint: ipſorū tamen eſſe diuerſa ſunt: quāuis etiam ſenſoriū magnitudo quedā ſit. eſſe tamen magnitudini non ideꝫ. non enim ſentit vt magnitudo: magnitudinēue habens: ſed vt rationem: potentiamꝗ ſentiendi. Secunda concluſio. Senſibilium exuperationes, et excellentie ſenſum corrumpūt. nā huiuſmodi ſenſibiliū fortes motiōes ſenſorium rationem atque temperamentū diſſoluūt eſt enim ſenſus vt concentus quidā. Fidibus eñ vehementius pulſis canora contundit̃ diſperitque harmonia: tēperatūque omne ab intemperato diſſoluit̃ Corolarium. Unde nimirū cognoſci pōt cur plante, et ſi quādaꝫ anime parte obtineant: et tangibilibus afficiantur caleſcant, frigeſcant: humectentur, areſcant non ſentiant. nam huiuſmodi que ad ſentiēdum requiritur mediocritatem non habent. neꝗ rerum ſenſibiliū formas ſine materia apprehendūt. ſꝫ eas cū materia obtinent. Queſtio. An aliud a ſenſu pati poſſit a ſenſibili: vt aliud a viſu patiat̃ a colore aliud ab auditu: a ſono: aliud ab olfactu: ab odore: et ita in ceteris. Reſponſio. A ſenſibili vt ſenſibile eſt quemadmodū a viſibili vt viſibile ab audibili vt audibile odorabili: vt odorabile. nihil aliđ a ſenſu patitur. Non enim a colore vt viſibile eſt: quicquā niſi viſus patitur: eſt enim color vt viſibile prout eſt a viſu perceptibile: itidem a ſono vt audibile eſt, ſolus auditus patitur. Quod autē tonitruo diſcinduntur ligna et lapides: hoc non facit ſonus: ſꝫ ſpiritꝰ cum ſono eliſus: et ita de odore et ſapore Patiūtur tamen plane ab ipſis non vt ſenſibilia ſunt. ſꝫ vt ſunt affectiones: paſſioneſue quedam: vt aer aliquid paſſus ſpirat ꝛ olet: odoratuꝗ capitur. Hinc fit vt videre audire olfacere guſtare tangere: non ſit his paſſionibꝰ affici atꝗ pati; ſꝫ ipſis aliquid affectū ſentire.

## Incipit Tertius liber de Anima.

## Caput primum.

Liber tertius de anima continet tredecim capita. Primuꝫ duas concluſiōes: vnū corollarium ad primaꝫ vnam queſtionem: et eius reſponſionē ad ſecundā. Prīa concluſio nullus preter quinꝗ viſuꝫ: auditū olfactū guſtuꝫ et tactuꝫ: alius ſuperēſſe exiſtimandus eſt ſenſus. Prīo. Oēs ſenſus habemꝰ: et nos ſolos quinque nominatos hēmꝰ. Tamet ſi eñ plures tactus poſuerimꝰ: qꝛ tñ oīa tangibilia vt tangibilia ſunt: tactu percipimus. illos vnius ſenſus nomine cenſemꝰ: non eſt igitur alius a poſitis quinꝗ ſupereſſe exiſtimandus ſenſus. Secūdo. Si aliq̄s ſenſus nobis abeſſet: et aliquod nobis ſentiendi organū abeſſe oporteret. At vero nobis nullū deficere apparet: naꝫ organi corpus vno aut pluribus elementis conſtat: ex humore autē conſtat pupilla et viſus: ex aere auditus olfactus vero promiſcuus: nūc ex hoc: nunc ex altero eſt. nā aquatiliuꝫ odoratus ex aqua ceteroruꝫ ex aere: ignis nullius eſt ſed oīuꝫ cōmunis: oībuſque cōtemperatus habetur: ꝙ nihil p̄dictū ſenſu: calore vacet. Ex terra etiaꝫ nulluꝫ eſt organuꝫ ꝙ ineptiſſima ſit ad ſentienduꝫ maxime tamē tactui eſt ſimixta. nulluꝫ igitur videt̃ nobis deficere ſentiendi organū. Corollariuꝫ. Hinc fit vt extra aerē et aquam nulluꝫ ſit ſentiendi organuꝫ: Aquatilibus enim ad percipiendos colores ſonos et odores ſufficit aqua et terreſtribꝰ aer: et vtrunque vtriſque cōe eſt. et idoneum: et non modo homines oībꝰ ſenſibꝰ et oīuꝫ ſenſuuꝫ ſedibus pollent. ſed et animalia perfecta omnia: et non aliquo membro capta: imo et talpa oculos habere videtur ſub cute latentes: ſi igitur preter quattuor elementa: et que ex his concreta ſunt: nihil ſenſibiliuꝫ exiſtat nullus profecto ſenſus: nulla que ſentiendi ſedes deficere videtur. Quarta. Nō

exiſtimare oportet vllū deficere ſenſuꝫ cōibus ſenſibilibus deprehendendis aptuꝫ: eaque quolibet poſitorum ſenſuuꝫ per accidens deprehendi. Cōia ſenſibilia ſunt vnius. numerus magnitudo. figura: motus et quies: que falſuꝫ eſt a quolibet poſitorum ſenſuuꝫ per accidens deprehendi. naꝫ magnitudo viſui ſpecieꝫ ſuam imprimit: oculum que mouet. quare et figura. eſt eñ figura. magnitudo quedā: et vnuſqſque ſenſuū vnum et numeruꝫ proprij ſenſibilis: continui priuatione dignoſcit ⁊ motus vt magnitudo cognoſcitur. ⁊ quies motus priuatione. non itaqꝫ deeſt que ſenſibilia cōia per ſe cognoſcantur. non neceſſarius igit quicūque alius pro ipſis deprehendendis aſſignaretur ſenſus. et haud ſecus atque ab eo deprehenduntur. non igitur alius exiſtimandꝰ eſt deficere ſenſus. Unde que per accidens ſentimꝰ forma ſpecieqꝫ ſenſuꝫ non afficiunt. fitque id duobus modis. ¶ Primo. quō dicimus nos ſentire Cleonis filiuꝫ non. quia filius ſit Cleonis. ſed quia albꝰ ſit cui accidit eē cleonis filius. ¶ Secundo quomodo ſinguli ſenſus ſenſibilia reliquorū ſenſuum ſentire dicerentur. non quidem ipſorū ratione. ſed quia omnes in vno cōi, de quo futurus eſt ſermo. cōueniūt. Exempli cauſa: aliquis fel flauuꝫ vidit quod ſeorſuꝫ guſtauit. ⁊ inuenit amaruꝫ ideo viſo atque inſpecto flauo putat eē amaruꝫ. Et huiuſmodi iudiciū non tā viſus eſt quā cōmunis interioris ſenſus. non eñ eſt aut guſtus. aut viſus talia vnū aut plura eſſe iudicare diſcrimenque internoſcere. Clare igitur dilucet plures ſenſus quā quinqꝫ eē non poſſe. ¶ Queſtio. Sed queret aliquis cur natura plures ordinauerit ſenſus. non vno ſenſu contenta. quo omnia ſenſibilia vt cōmunia diſcerneret? ¶ Nos huic queſtioni hanc adhibemus reſponſionē quo ſenſibiliū differentie nobis perſpectiores exploratioreſqꝫ habeantur. et quo ſenſibilia propria magis a cōmunibus cognoſcantur differre. ſitqꝫ diſtinctionum rerum maior certitudo. Si enim ſolus eſſꝫ viſus. et hic albi. magis nos lateret albedinis ⁊ magnitudinis diuerſitas (quia ſe mutuo ſequūtur) quā cum alio quoqꝫ ſenſu magnitudinem percipimus, quo non percipimus albedinem. ita ſi omnium eſſet vnus ſenſus. non vſqꝫ adeo exploratа eſſet eorum diuerſitas. et hec vel ſola ratio ſufficere poteſt.

## ¶ Secundum caput.

SEcundum caput continet ſex concluſiones. duo corollaria ad ſecundaꝫ vnū corollariū ad quartā vnā inſtantiaꝫ. et eius ſolutioneꝫ ad ſextā. ¶ Prima cōcluſio. Dubitatio exiſtit nec immerito. cū ſentimus nos videre et audire: an id eodem ſenſu percipiamus. an alio. Nam ſi alio dixeris eiuſdem obiecti duos ſenſus facies: cū ſcilicet qui primo obiectū: vt colorem intuetur: et eū qui primuꝫ ſenſum coloreꝫ intueri iudicabit: qui vt prius coloreꝫ apprehendet. Fieri eñ nequit vt ſenſus aliquis viſum colorem apprehendere iudicet qui pariter non apprehendat et coloreꝫ, et ita de auditu: et ceteris. Et ſi fuerit alius, vt poſuiſti cur non erit iterum qui de ipſo ſecundo iudicet ⁊ iterum alius qui de tertio: et hoc abeat in infinitum: aut tandem decūbat in aliquo qui ſeipſum cognoſcat: quod ſi ſic: cur primus eadem ratione ſeipſuꝫ nō ſentiebat: ſed eſto dicas modo nos non alio ſenſu ſentire: vt videre: et percipere nos videre. Primo hoc ingeret difficultatē ꝙ idē ſenſus ſentiet ſeipm. Secūdo quod a viſu percipitur: color eſt: aut colore affectum. eſt enim color, eius ꝓpriū obiectum ſi igitur percipit ſe videre: et eius viſionem colorā aut coloratam eſſe oportet. Tertio. non eodē modo ſemper diſcernit viſus. naꝫ diſcernit lumen ſpeciem ſuſcipiēdo. tenebras itidē diſcernit. ſed nihil ſuſcipiēdo. nōne igitur ſentit ſe ſentire tenebras. cū nihil ſentiat. Hec nimirum dubitationeꝫ ingerunt: q̄d potiſſimū hac in parte ſit ſentiendum. ¶ Secūda. Quod ſentit, vt quod colorē perſpicit aliquo pacto ſenſibili: vt colore: delibutum affectumqꝫ eſt. nam inſtrumētū omne quo ſenſus adminiſtratur: ſenſibiliuꝫ formas: vt iam dictum eſt: ſine materia recipit: vt colorē: vt ſonū. vt odorem citra materiam: eſt igit quod ſentit quodāmodo ſenſibili delibutum. atque affectuꝫ. Primum corollarium. Hinc euenit vt ſenſibilibus remotis ſenſationes in ſenſibus aliquandiu perdurare videantur. nam huiuſmodi ſpecies citra materiam ſuſcepte. aliquandiu abſentibus ſuis obiectis reſides permanent. fitque his perdurantibus ſenſatio: nam rei ſenſibilis actio: ſenſatioqꝫ vna eademqꝫ eſt. eſſe aūt non idem: vt idem actu ſonus et auditus actu. nō autem id dico de auditu potentia. fit enim qui taleꝫ auditū habeat: non audiat. et neque de ſono potētia qꝺ eñ talem ſonū habet. non idcirco ſonum elicit, cum autem aliquid ſonum elicit. audituſqꝫ fit actu alterū ſonationeꝫ et alterū auditionem dicimꝰ. ¶ Secūdū corollariū. fit iterū vt ſonꝰ actu et auditio in eo ſint quod patitur et quod potentia tale eſt. Nam motus actio et paſſio in eo eſt quod patitur ac mouetur: et ſonus actu ſiue ſonatio ſonantis eſt actio: auditus vero actu ſiue auditio eius quod audire poteſt paſſio: ſunt igitur ſonus actu et auditio in eo quod patitur et quod potentia tale eſt: agentis enim vt mouentis operatio: in eo fit quod mouetur. quo fit: vt quod mouet non oporteat motu moueri. ¶ Tertia. Veteres nature interpretes haud ſane aſſeruerunt colorem ſine viſu et ſonnum ſine auditu. et ita in ceteris: eſſe non poſſe. ¶ Nam cum ſenſus ſit duplex, actu et potentia: ita ſenſibile duplex eſt: actu et potentia et quilibet in particulari ſenſus itidem duplex ⁊ particulare ſenſibile duplex vt viſus actu viſus potētia auditus, actu auditus potentia, olfactus actu, olfactus potentia ita de guſtu et tactu. Senſibilibꝰ vero aliquibus nōia poſita ſunt vt in auditu ſonus ⁊ ſonatio in olfactu odor et odoratio in viſu non habemus quomodo a colore nomen actus deriuemꝰ. nec in guſtu nomen guſtus a ſapore. Modo quāuis actu ſenſibile ſine ſenſu eſſe non poſſit. id tamen de ſenſibili potentia vt colore. odore ſapore perperā aſſereretur. non itaque ſimpliciter eorum ſententia. ſenſibile ſine ſenſu eſſe non poſſe. probanda eſt. Quarta. ꝙ ſenſus rationes quaſdā ꝓportiones harmoniaſqꝫ aſſerunt. haud irrationabiliter loqui videntur. naꝫ cū vocum ſint harmonia et concentus coloruꝫ picture: odoruꝫ pigmenta atqꝫ fragrātie et ſenſus vt auditꝰ nunc ſit ſonus. nunc vero non: aliquando fit concētus et ratio. et ita de viſu odoratu et ceteris. Et cum ea que moderamen ꝓportionēqꝫ excellunt. ſenſus corrumpant vt exuperans graue et acutum auditu. nimiū ſplendidum et tenebroſum viſum vehementer: et grauiter olens ſiue dulce. ſiue amarum olfactū nō ab re dictum eſſe videt. ſenſus ratiōes quaſdā ꝓportioneſqꝫ eſſe. Corollariuꝫ. Qua ꝓpter ſenſibilia. ſyncera atqꝫ ſimplicia: vt ſimplex acutuꝫ graue, dulce: ſalſum. cū adinuiceꝫ miſcentur. bonaqꝫ ꝓportione tēperātur, ſenſui iucundiora atqꝫ delectabiliora ſunt. vt auditui delectabilior concentus. ꝙ ſimplex graue aut acutum et tactui calido frigido humido et ſicco contemperatum rationemqꝫ habens. amicū eſt ⁊ iucundū ſimplex autem calidū aut frigidum. non. Sēſus enim in quadaꝫ ratione proportione ve conſiſtit. quaꝫ exuperātia doloreꝫ afferens corrūpit. ¶ Quinta. Alterū ſenſum: qui diuerſoruꝫ ſenſuū ſenſibilium differentias diiudicet: eſſe oportet. naꝫ vnuſquiſque ſenſuum. de quibus hactenꝰ egimus, eſt vnius ſenſibilis obiecti: cuiꝰ differentias in ſua ſede diſcernit ac iudicat: vt viſus: albi et nigri. auditus acuti et grauis: olfactus et guſtus. dulcis et amari. Atqui ſenſibilia albū et dulce vi quadā ſentimꝰ differre. non autem viſu nam dulce non apprehendit neqꝫ guſtu: qꝛ non apprehendit albuꝫ eſt igit alter ſenſus illorum diſcerniculuꝫ et differentiaꝫ apprehendens, vt ſenſibilia ſenſu: quēadmoduꝫ rationabile eſt: internoſci diſcernique dicantur. eſtqꝫ is ſenſus interior occultiorque quā tangendi ſedes. Male itaque putaretur vltimaꝫ carneꝫ eſſe tangendi ſedē: que tangēdo diſcerneret. ¶ Sexta. Sicut vnꝰ ſenſus ē qui iudicat albuꝫ differre a nigro: ita et vnū ſenſum: qui huiuſmodi differentias diſcernit: eſſe oportet: naꝫ ſi diuerſe ſint vires: quarū altera hoc apprehendat: altera vero illud, nulluꝫ diſcrimen inter ſenſibilia conſtituere poterunt: non ſecus ac ſi tu clāmie aliquid perceperis ego vero clam te alterum perceperim. non fieri poteſt vt ab vtroque noſtruꝫ neque ſimul. neque ſeorſuꝫ que apprehenſa ſunt cognoſcantur diuerſa ac euariantia. ſed vnū eundēque qui vtrūnque cognoſcat eē oportet, neque igitur ſenſibilia a diuerſis ſenſibus apprehenſa ſed ea diſcernens et iudicans eſſe diuerſa vnuꝫ eſſe oportet. Sicut igitur vnus ſenſus iudicat album a nigro differre ita qui iudicat albuꝫ differre a dulci, vnus erit. Et non mō ſenſus ille vnꝰ ē ſed et ſimul tempore diuerſoruꝫ affert iudiciū. ⁊ duo vt pulcrū et amarū. malum et bonuꝫ iudicat nūc eſſe diuerſa. et non per accidens: quia nunc dicat eſſe diuerſa. ſed dicit eſſe nunc diuerſa, quo fit vt vnus inſeparabilis et tempore inſeparabili diuerſa diſcernat. Sed inſtabis. impoſſibile eſt ideꝫ et indiuiſibile. et tempore indiuiſibili. motibus agitari cōtrarijs. dulceſaureꝫ et amarū ſenſuꝫ mouent motibus contrarijs pariter et album et nigrū non igitur ſimul illa iudicat. ¶ Dicimꝰ ſenſuꝫ vnum eſſe. et nuūero īpartibilē et tēpus in quo ſentit, ipſum tñ ratione eſſe diuerſuꝫ et ſic vno modo. vt nūero indiuiſibilis eſt altero vero modo: vt ratione diuiſibilis. Sed hoc non ſatis eſt. nā idem numero. et ſi ratione multa ſit varieqꝫ diuiſibilis, ſimul albū pariter et nigrū eſſe non poteſt.

¶ Proinde ipſuꝫ numero inſeparabilem, indiuiſibileꝫ et vnū eſſe dicimus, ſimilēque circuli cētro ad qꝺ vndiquaqꝫ ex circūferētia linee dirigūtur. Ita quoque is ſenſu quē cōem. et aliorū principeꝫ nominare poſſumꝰ: alioruꝫ ſenſuuꝫ vt cētrū ē: et vndequaqꝫ ex vnoquoqꝫ ſenſu ſenſibiles ad ipſum dirigunt linee ꝙ vnꝰ et idē manens apprehendit: diiudicat et diſcernit. Quo eñ diuiſibilis. diuerſas apprehēdens lineas: vt varia et diuerſa apprehendit. quo vero vnꝰ. et numero indiuiſibilis: eadeꝫ plane vt vnꝰ apprehēdit et apprehenſa diſtinguit.

## ¶ Tertium caput.





CApud tertium cōtinet vnā queſtionem antiquorū rñſioneꝫ, tres concluſiones: tres rationes ad primaꝫ partem prime: et duas ratiōes ad ſecundā: quinque ad primā parteꝫ tertie, et duas rationes: vnū corollariuꝫ phantaſie definitionē: declarationem duo corollaria differentiā ſenſus et phantaſie: et que animalia natura phantaſia regant: poſt quartā partē eiuſdē. Quō Cū anima motu ſecūdū locū ſenſu diſcretione et intellectuꝫ maxime diſcernat: an intellectus a ſenſu diſcrimen patiat: ⁊ plane antiquorū ſentētia ē: ipſa non diſtare et intelligere ſapere: et ſentire eidem eſſe. Canit eñ Empedocles.

Sic homini vt reliquis augeſcit aduſqꝫ voluntas.
Hinc homini ſemper mens et ſapientia creſcit.
Et Homerus.
Talem animum plane mortalibus eſſe neceſſe eſt
Qualē quotidie primo deus efficit ortu.

¶ Et hi intelligere et ſape perinde atqꝫ ſentire credunt eſſe corporis: et ſimile: vt ſuperius dictuꝫ eſt ſuum pernoſcere ſimile. ¶ Prima concluſio. Non idē eſt ſenſus et intellectus. neque cognitionis ſufficientem cauſaꝫ adhibuerunt. nam cū animal plus ſit in errore quā ſcientia. dicere debuerunt vnde error: ⁊ deceptio cognoſcendarū rerū naſcatur. et ſiue negauerint eſſe deceptionē vllā. dixerintqꝫ que apparent omnia: vera eſſe: ſiue deceptionē fateant ex diſſimilium contactu abſonuꝫ vtrūque videbit. naꝫ qui vnuꝫ contrarioruꝫ cognoſcit: cognoſcet et alterū, et ꝙ circa vnū errat: errabit et circa alteruꝫ. contrarioruꝫ enim ſcientia eadeꝫ. idēqꝫ error habetur. et quod alterū ſit ſenſus, et intellectꝰ ſtatim cognitū ē. ¶ Primo. Quia oībus animalibus adeſt ſenſus. intellectꝰ vero per quā paucis: ¶ Secundo: Intelligendo. recte percipimꝰ, et non recte. et huiuſmodi recta perceptio. prudentia: ſcientia et opinatio vera dicit. nō recta vero, cōtrarijs nominibꝰ. At ꝓpriuꝫ eſt ſenſus vt ſemper ſit verus. et omnibus aſſiſtens animalibꝰ. ratiocinatio autē plerūque falſa eſt. ¶ Tertio. Cuicūque intellectus adeſt: eideꝫ. adeſt et ratiocinandi virtus: et cui illa non adeſt: neqꝫ eidē intellectus aderit. Atqui cōplura ſunt animalia quibꝰ ratiocinādi virtꝰ abeſt. aberit igitur et intellectꝰ. non itaqꝫ ideꝫ erit ſenſus et intellectus ſentire et intelligere. Secunda concluſio. Imaginatio: quā et phantaſiaꝫ nuncupamus: ab exiſtimatione altera eſt. ¶ Primo. Qꝛ imaginatio in noſtra poteſtate ſita eſt: vt cū volumus que lubet effingamꝰ. quēadmodū facere ſolēt ꝙ pro ſaluanda memoria imagines ſimulacraqꝫ qualia volunt: ſibi pſentia fingunt. Exiſtimare vero minime in noſtra ſituꝫ eſt poteſtate cū volumus: ſed cū id: aut verū aut falſuꝫ eē deprehendimꝰ. ¶ Secūdo. Cū exiſtimꝰ malū aliquod, aut terribile nobis futurū. conturbamur. et ſi e diuerſo bonū aliquod aut preſidiuꝫ: cōtrario motu mouemur. atque confidimus. Sed cuꝫ talia imaginamur fingimuſqꝫ pſentia. non hunc ī modū turbamur: paſſionibuſue afficimur: perinde vt neque nobis talia repreſentante pictura moueremur. non eſt igit phantaſia, exiſtimatio. Cuiꝰ prudētia ſcientia opinio vera: et coruꝫ cōtraria: ſpecies ſunt. et differentie. de quibus exacte diſſerendi alius requiritur locus. ¶ Tertia concluſio. Imaginatio. neqꝫ ſenſus. ſcientia. intellectus. neqꝫ opinio eſt. naꝫ imaginationeꝫ qua phantaſmata ſimulacraqꝫ rerū ſola in no

his efformamꝰ. et non aliqua quacūq3 nominis tranſlatione ſumimus. que quod non ſit ſenſus oſtenditur quia ſenſus aut potentia: aut operatio eſt vt viſus et viſio At imaginatio: neutrū horū eſt: Senſus em̄ potentia non ē, q2 is ſemp adeſt. nō aūt imaginatio neque quidē ſenſus actu et operatio. ¶ Primo. Q2 in quiete et ſomno imaginatio adeſt; nō aūt ſenſus operatio. ¶ Secūdo, oībus animalibꝰ operatio ſenſus conuenit: non aūt imaginatio, vt api. formice vel vermi. ¶ Tertio. Operationes ſenſuum ſemp vere ſunt imaginationes vero plurimum falſe. ¶ Quarto, cū exacte circa preſentia ſenſibilia intendimus. atque ea perfectiſſime ſentimus. nō dicimꝰ nos imaginari ſed ipſis aut abſentibus. aut eminꝰ et dubie apparētibus. non eſt igit ſenſus. ¶ Quīto. Q2 clauſis oculis iā viſa imaginamur, que tamē neque videmꝰ: neque alio quoquā ſenſu ſentimꝰ: non eſt igit imaginatio ſenſus: et q non ſit ſcientia aut intellectꝰ: ſic cognoſcitur. Scientia; nanque et intellectus ſolorum ſunt verorū atqui imaginatio et phantaſia vt plurimum falſorum eſt: neque quidem erit opinio. ¶ Primo. Quia opinionē ſequit aſſenſus et fides: non autem imaginationē. ¶ Secūdo. Opinio pſuaſioni annectitur: perſuaſio aūt rationi eſt em̄ opinio: quedā cū ratione aſſenſio. non aūt de imaginatione ita eſt. feris em̄ quibuſdā imaginatio ineſt. quibus nulla pſto adeſt ratio. ¶ Corollariū. vnde fit vt imaginatio nō ſit ſemper ſenſui coniuncta. ſemper ne cōiuncta opinioni: aut vtriuſq3 ſenſus et opinionis cōnexio. Nam illa ſenſus et opinionis cōnexio eiuſdem eſſet obiecti. fieri enim neqret vt eſſet diuerſorum: vt opinio boni et ſenſus albi. Sed pfecto hec cōplexio accidit. nam eiuſdem rei plerūq3 accidit opinionē ſenſui diſcredere et verā eſſe: ſenſus iudicio exiſtente falſo: vt videtur ſol pedaneꝰ. et opinat ſol maior terra, et vere quidē: que igit ex hac opinione vera et ſenſu: falſa cōnexio erit. Si fieri debeat. aut re ſaiua quiſquā verā ſui reiiciet opinionē: aut opinioni noue aſſentiet ſenſus: que ſi prima manet eiuſdē non modo erit vera et falſa opinio: ſed eadē vera et falſa, phantaſie et imaginationis diffinitio. cū imaginatio nihil eorum que dicta ſunt: eſſe poſſit, talis ei aptari poterit diffinitio. imaginatio. motus eſt a ſenſu actu in cōmuni ſentiendi poteſtate factus. Cū em̄ ſenſus mouetur a ſenſibili: ſenſus motꝰ mouet interiorē poteſtatē ſimili quo mouet motu: atq3 ſimile veſtigiū ex apta interioris potentie diſpoſitionē impreſſū relinqt et talē interioris potentie motū. phantaſiā nuncupamꝰ. ¶ Primū corollariū. Hinc perfectū eſt phātaſiā ſine ſenſu fieri nō poſſe: ſed eam ſenſū habentibus et ſentientibus accidere. ¶ Secundū. Fit etiā vt phantaſiarū vera ſit aliqua et aliqua falſa. nā pēdet ex ſenſu: qui propriorū obiectorū ſemp verꝰ eſt. aut vt pauciſſimū falſus et qui circa ppria ſenſibilibꝰ accidētia: vt numerū magnitudinē et cōia ſenſibilia plerunque fallitur. atq3 errat. Senſus em̄ iudicando eſſe albū. non mentitur, ſed iudicando hoc vel illud eſſe albū vnū vel plura magnū vel paruū longe: vel ppe etiā crebro decipit: qre et aliqua phātaſia vera erit: et aliqua falſa: et accidit eā in tribꝰ eſſe falſam. Primo iudicando propria, vt albū in abſentia et lōge a tempore ſenſus. Secūdo iudicando hoc vel illud eſſe albū. Tertio iudicando de cōibꝰ ppria ſenſibilia conſequentibꝰ. ¶ Et in his tribus differt a ſenſu. nā ſenſus illorū ſolū preſentiū, et quaſi in proſpectu ē Phantaſia vero et preſentiū et abſentiū; et magis circa abſentia: errat, atque fallax eſt. Et quia viſus, perſpicaciſſimꝰ ſenſus eſt: qui ſine lumine percipere non poteſt. hec interior potentia, eiuſq3 operatio a lumine nomen phantaſia ſortita eſt. eſt em̄ vt lares interior oculꝰ, et ſenſus ⁊ vt finē verbis faciamꝰ: quia imagines diu ſeruat: eſtq3 ſicut perpetuꝰ ſenſus pleraq3 animalia illa vi ducunt. ſuaſq3 exercent operationes q2 ſuperiorē non habeant: vt belue: Alia vero animalia. vt homines: qui ſuperiorē habent virtutē aliquando ēt ob īpedimentū: vt morbū: aut ſomniū. phantaſia rapiunt imaginationēq3 ſequunt. Sed qd phantaſia quomado animalibus accidat. Satis dictum putetur.

## ¶ Caput quartum.

Caput quartum cōtinet quinque concluſiones, vnū corolariū ad ſecundā. duo ad tertiam vnum corollarium. duas queſtiones et earum ſolutiones ad quintam. ¶ Prima concluſio. Conſiderandum ſe offert de parte anime qua contemplamur: conſultamus atq3 diſcernimꝰ an a ceteris loco et magnitudine diſcluſa ſit: quomodo fiat intelligere. quo ve pacto ab imaginatione differat. nam tantillo determinato, pene vis illius anime natura deprehenſa erit: quam preceteris cognoſcere operepreciū eſt. ¶ Secunda. Intellectus ab intelligibili patitur. Nam vt ſenſus ad ſenſibile. et intellectus. ad intelligibile pari proportione reſpondet. Patitur autem: vt iā cognitū eſt. ſenſus a ſenſibili. Patit igit et intellectus ab intelligibili. ¶ Corollariū. Quo fit vt eius id impaſſibile exiſtat. illud vero paſſibile. ſpecierū ſuſceptiuum: et potentia tale: qualia ſunt actu intelligibilia. nā vt ſenſus ad ſenſibilia: ita intellectus ad intellibilia. Senſus autem id impatibile eſt ſenſationis effectiuum: id vero paſſibile. ſenſationis ſuſceptiuum, ¶ Tertia. Neque male probandum eſt anaxagore dictum. intellectum eſſe immixtum. nullamque natura ſpeciem certam determinatam. precipuamque habere. ¶ Sic enim fiet: vt faciliime omnia cognoſcat qui omnium ſpecies potentia retinet. nullam intus propriam retinens: que extraneas et aduentitias excludat. Intus profecto apparens prohiberet extraneum. Aliiſque obſtrueret aditum. ¶ Primum corolarium. Unde fit iterum: vt cum ante intelligere nihil eorum actu habeat que intelligit: eſt enim purus; immixtuſque: duplicis ſe prodat eſſe nature cuius hec agens. hec paſſibilis nuncupari poteſt. ¶ Et de eo loquor: quo anima intelligit atq3 contemplatur: et non de imaginandi virtute. ad quā nonunquam intellectus transfertur vocabulum. ¶ Secundum corolarium. Quo rurſus recte euenit vt intellectus non admiſceatur corpori. Nam eius inſtrumentum, organumque. quia corporeum, nunc calidum, nunc frigidum vt ſenſuum organa, fieret: eſſentque talia intellectionibus impedimento. perinde atque plerunque ſenſibile ſenſationibus nihil autem tale eſt. ſed quemadmodum nonulli prob: . Dixerunt animam locum ſedemque eſſe ſpecierum. ¶ Non totam ſed intellectiuam qua poſſibile eſt et non quidem actu natura, ſed potentia, vt dictum eſt, ¶ Quarta. Non eſt ſenſus ⁊ intellectꝰ



ſimilis paſſibilitas. ¶ Nā ſenſus maiore ſenſibili occupatus vt forti colore ſono aut odore alia non vidē audit, aut odoratur. Intellectus autem ⁊ ſi excelentiꝰ quicquam contemplatus fuerit non minus intelligit infima. Et id certe organorum diuerſitas preſtare videtur quod ſenſus nō ſine corpore ſentiat intellectus vero ſeparatus ſit ſuas in corporeo functiōes atq3 operationes abſoluens. Et intellectus cum factus fuerit in actu, vt ſciens (hoc enim tunc eſt cum per ſe contemplari et conſiderare poteſt) ſeipſum poteſt intelligere: qui tam etſi adhuc ſit in potentia completior, tamen abſolutiorque eſt atque bona diſpoſitione iutus. At priuſq3 quicq3 inuenerit aut didicerit non ita fieri poteſt. ¶ Quinta: Senſus et intellectus iudicandi virtus altera et altera eſt. Nam ſenſus iudicat calidum frigidum et ea quorum ratio quedam eſt intellectus autem non modo illa ſed eorum eſſe atque eſſentias. Aliud enim magnitudo, et aliud magnitudinis eſſe, vt aliud aqua, et aliud aque eſſe et caro, et carnis eſſe et ſimus et eſſe, ſimi et ita in multis aliis at non in omnibus ſed in quibuſdam idem eſt. Et intellectus eſſe carnis, et carnem vt alio aut aliter ſe habente diſcernit, ſicut circunflexa linea ſeſe aliter habet ad ſeipſam rectam aut, vt alio eē carnis reque ipſa a carne ſeparo: ⁊ ita in aliis Etiā quibꝰ ab ratione vtimur vt in recto et curuo, duplici intellectiōe vtimur, vna vt in ſimo et vt ſimul cum continuo et materia apprehendimus altera vo ſine materia eſt enim alterum, quod quid, erat eſſe recti et rectum. Et cum intellectus totum concretū et compoſitum intelligit intellectio vt. compoſita et vt dualitas eſt cum vero formam, ſimplex, et vt vnitas et ad primam et compoſitiorem intellectionem adminiculo ſenſus vtitur: ſecundam vero propria, virtute nixus operatur. ¶ Corolarium. Unde fit vt quo modo res ſeparabiles ſint eo modo eas contempletur ſi enim omnino abiuncte ſint omnino materiā a ſua contemplatione reiicit ſi non re ipſa neque re ipſa ſeiunctas intelligit ſed ſola ratione atque cogitatione precidit. ¶ Prima queſtio. Si intellectus ſimplex eſt et impaſſibilis nullam ſpeciem et formā (vt dixit Anagoras) retinēs: cū intelligere ſit quoddam pati quomodo intelligit igitur. ¶ Reſponſio. Utriſque et agere et pati, ipſius intellectus aliquid commune eſt vt enim agens agit et vt paſſibilis patitur. ¶ Secunda queſtio. An intellectus ſit intelligibilis: ſi enim ſeipſum per ſe ⁊ ſine ſpecie intelligat: cur et de aliis non ita futurum ſit et alia per ſe intelligat. Si vero mixtus ſpeciemq3 habēs ſe intelligit igitur aliquid habebit quod ipſum (ſicut cetera) facit intelligibilem. ¶ Reſponſio. Diximus ipſū priꝰ ſecundum aliquid pati et eſſe potentia quod ammodo intelligibilia, actu vero prius quam intelligat nihil quemadmodum tabula in qua nihil actu ſcriptum eſt hinc ipſum (vt cetera intelligibilia) intelligibilem eſſe dicimꝰ. Et in ſeiunctis a materia idem eſt intellectus et quod intelligitur vt idem ſpeculatiua ſcientia et actu ſcibile. Non tamen ſemper noſter intellectus intelligit, nam non ſemper factus eſt in actu vt ſciens et per ſe conſiderandi virtutē habēs ¶ In iis vero formis que materie addicte ſunt: et coniuges non idem eſſe poteſt intellectus: et quod intelligitur ē enim intellectus ſine materia. Talium tamen: vt intelligibilium potentia, intellectus eſt et earum vnaqueque, reuera, erit intelligibile.

## ¶ Caput quintum.

Quintū caput cōtinet vnā concluſionem, ſeptem intellectus agētis proprietates et vnam vtrique, et agenti et patienti communem, vnam queſtionem et eius ſolutionem. ¶ Cōcluſio. Intellectus duas actus et potentie obtinet differentias. ¶ Nam quecunque natura fiunt eorum aliquid vt materia eſt, ad omnia q illo genere fiunt potentia aliqd vero forma illorum, que fiunt, effectiuum principium. Ita igitur erit in anima atque has aptare conueniet differentias. Eſt enim intellectus hic in omnia fieri et omnium intelligibilium potentia vt in ſenſibilibus omnium ſenſibilium materia hic vero in omnia facere intelligibilia que omnium effectiuum principium vt omniū rerū naturalium forme et actus et hunc intellectum nuncupamus illum vero intellectum potentie. Et intellectus agens rerum notiones in intellectum potentie inducit: vt habitus et ſpecies et vt lumen. Quomodo enim lumen exiſtentes colores actu facit intellectus agēs ſuſceptis materalibus et ſingularibus notionibus eas diſtinguit diſtinctaſq3 apparere facit. Et notiones vniuerſales nunc has nūc illas efformat que nunquam ſine ipſo (vt neque ſine lumine colorū varietas) apparerent. ¶ Septem intellectus agentis proprietates. Eſt abiunctus impaſſibilis immixtus eius ſubſtantia eſt actꝰ intellectu potentie honorabilior eſt, eſt enim agens honorabilius patiente, ⁊ ſpecies et forma honorabilior materia: idem intelligens et intelligibilis, vt ſcientia actu et quod ſcitur eſt intellectu potentie tempore poſterior: q non quā primum eſt intellectus potentie intelligat: et cū tunc non intelligat poſtea intelligit non tamē omnino poſterior eſt neque quidem tempore, nā ſubſtantia ſemper adeſt actiōe vero non ſemper. Et intellectus ſolum id ſeparabile eſt, quod vere eſt atque id ſolū immortale atque perpetuū. ¶ Queſtio. Cur poſt mortem non reminiſcimur, ¶ Reſponſio. Intellectus q ſeparatur: vere eſt impaſſibilis nullaque diſſolubilis morte is vero quo reminiſcimur ⁊ ſine quo anima nō reminiſcitur (modo eum liceat vocare intellectum) paſſiuus eſt mort. que diſſolubilis hinc merito poſt mortem non remiſcimur.

## ¶ Caput ſextum.

Sextum caput continet duas operationes intellectus tres modos indiuiſibilis et vnum corolariū ¶ Due intellectꝰ operatiōes. ¶ Prima. Primum intelligit ſimplicia que decem predicamentorum generibus ſunt digeſta circa que non eſt verū aut falſum. ¶ Secunda eſt ſimplicium compoſitio, vt ex quibus fiat vnum componit enim ſimplicia intellectus non ſicut aceruum, ſed taliter vt ex ipſis ſimplicibus nor diſſociatis atque diſcollectis vnum efficiat ſimiliſq3 eſt ei mēbrorū compoſitioni. q̄ ē pedocles cernit a cōcordia factā. Sicut. n. apud ēpedoclē non eē mēbrorum in vnum congeſtum cōponit animal, ita neq3 omnis notionū cō geries facit cōpoſitionem. Et hec cōpoſitionū vera eſt vt q̄ componit diameter a

ſymmetro hec vero falſa: vt qua componit diametrū
ſymmetro. Et iterum compoſitionum hec preteri-
torum eſt qua intellectus res ipſas factas genitaſq;
intelligit: hec preſentium qua res ipſas intelligit:
vt preſentes et quaſi preſenti coaſſiſtentes atomo:
hec vero futurorū qua res tanquam gignende et fu
ture concipiuntur vt intellectus apprehendit quod
Cleon fuit albus Cleon eſt albus ꝙ ve futurus eſt al-
bus. Et que hoc modo cōiuncta ſunt contingit nega
tiōe diuidere omnia atque ita intelligere. Cleon nō
fuit albus non eſt albus non erit albus: Eſt enim ne
gatio diuulſioni diuiſioniq; ſimillima, et affirmatio
compoſitioni. ¶ Tres indiuiſibilis modi. Primo in-
diuiſibile eſt, quod neque actu neque potentia diui-
di poteſt. Secundo quod actu indiuiſibile eſt poten
tia vero diuiſibile: vt linea ſuperficies corpꝰ tempus
et omne continuum. ¶ Tertio dicitur indiuiſibile,
non ſecundum quantitatem: ſed ſecundum ſpeciem.
vt homo. Et cum intellectus intelligit indiuiſibilia
primo, vt immateriales formas vtrunque et intelle
ctus et tempus indiuiſibilia ſunt. Et cum indiuiſibi-
lia ſecundo vt longitudinem tunc actu indiuiſibilis
eſt intellectus et tempus indiuiſibile. Non enim ma
gnitudinis hanc partem prius, et illam poſteriꝰ in-
telligit ſed totam ſimul, nam tunc non vnam, ſed plu
res intelliger et magnitudines, ſi tamen eā diuellit
pariter diuellet et tempus et in tempore intelliget
Et in diuiſibilia tertio intelligit notione anime indi
uiſibili et tempore indiuiſibili. Et non intelligimus
quomodo voces et vocabula diuidue proferuntur.
Per accidens tamen intellectionem di iduam eſſe
et non ſuapte natura ſed vocabuli culpa (quod cum
mora, vociſque protractione effertur) concedere:
nihil apparet incommodi. Et cum in omni magnitu
dine et quod ſecari poteſt inſit aliquid impartibile,
quod ſeparari non poteſt et quod vnum et continuū
eſſe efficit, vt punctus longitudinem vnā; et nunc tē
pus vnū: huiuſmodi impartibilia vt priuationes ap-
prehendit intellectus, quemadmodum malum et ni
grum ex ſuis quodammodo apprehendit cōtrariis
¶ Corolarium. Quo fit vt intellectus noſter poten-
tia ſit cognoſcens. ¶ Nam ſi quis eſt potentie nō nixꝰ
ſuoque iunctus contrario (potentia enim actui quo
dammodo contraria eſt) is ſemper ſe ipſum cognoſ
cit et eius ſubſtantia maxime actus eſt ⁊ proprie ma
ximeque ſeparatus rerum priuationes contraria ⁊
informia haud intelligens perinde atque ſi oculum
fingas ſemper videntem et auditum ſemper audētē
nunquam hic ſilentium percipit ille vero tenebras ꝑ
ſentiet. Eſt igitur intellectus qui priuationes appre
hendit et contrarium ex contrario, potentie nixus,
ſuoque quodammodo iunctus contrario. Et ſicut
oculus circa proprium viſibile non errat: ita neque
intellecus fallitur cum quid ſimplicium tractat vt
formas ſine materia. At ſi enunciat vt ſi affirmat al-
terum de altero ſepe ipſum falli contingit falſumq;
dicere: quemadmodum oculum iudicando hoc vel
illud eſſe album per ſepe falli contingit.

## ¶ Caput ſeptimum.

Eptimum caput continet
decem ſenſus et intellectus conueniē
tias atque comparationes. ¶ Decē
ſenſus et intellectus conuenientie at
que comparationes. Et ſi intellectus
lōge dignitate ſenſū antecedat mul
ta tū cū ſenſu cōmercia multaſq; cōueniētias tenet
¶ Prima. Sicut ſenſus, potentia, actu, ſenſu tem-
pore prior eſt et idē ſenſibile actu et actu ſenſus, ita
intellectus potentia intellectū actu tpe ꝑuenit: ⁊ idē
ſcibile actuq; ſcientia. ¶ Secunda. Quēadmodū
ſenſus neq; proprie paſſio, alteratio motuſue eſt (nā
motus actus eſt imperfectus actio aūt ſenſus abſo-
luta ſempꝑ perfectaq; habet) itaq; neq; intellectus,
paſſio alteratio aut motus eſt ſed perfectio quedā
¶ Tertia. Sicut ſenſus aliquando ſimplex vt flauū
apprehendit aliquando vero alterum cū altero ne-
ctit, vt cū flauū apprehendit pariter ⁊ dulce ita inte
llectus interdū ſimplicē rei eſſentiā intelligit inter-
dū vero eam cū altero nectit et dicit eā pulchrā aut
bonā eē. ¶ Quarta. Sicut ſenſus cū ſolā, flauitiem
apprehendit neq; appetit neq; fugit cū vero coapꝓ
hendit dulce aut amarū protinus appetit aut fugit:
hunc in modum intellectus ſolam ſanitatis eſſentiā
neq; proſequit neque fugit, ſed ſimul atque ſanitatē
cum bonitate iunxerit proſequitur. Quantum enī
voluptas i ſenſu tantū bonitas operat i intellectu et
quantum in ſenſu dolor tantum poteſt in intellectu
malicia. Ut enī ſenſus voluptate trahitur refugitq;
dolorē: ita intellectus bonitate rapitur malitiamq;
repellit. ¶ Quinta Sicut in ſenſu appetitiuū aut fu
gitiuū a ſenſitiuo aut a ſe inuicē ſeiuncta nō ſunt ſed
eſſe ſolaq; ratio altera eſt itidē et in intellectiuo ꝓſe
cutiuū refugitiuumque. ¶ Sexta. Quemadmodū
cum ſenſus ſenſibilia vt voluptaria apꝑhendit, pro-
ſequit cum vero triſtia atq; dolorifica, fugit ita quo
que cū intellectuali anime quedam ſimulacra (que
phantaſmata dicuntur) aſſiſtunt, que cum bonitate
aut maltia affirmādo aut negādo nectit toties, aut
proſequitur aut fugit neque enim ſine phantaſmate
intelligit aīa. ¶ Septima. Sicut aer motꝰ mouet
pupilā et pupilla interiorē et abditū ſenſum: et aer
motus mouet auditū et auditus cōſimiliter eūdē in-
trorſus ſenſum ꝙ ſubiecto vnus eſt et in medio cōſti
tutus vt centrum ratione tamen multa (eſt enī ille:
qui prius poſitus eſt diſcrimen albi et dulcis apꝑhē
dere et nō modo duorū ſed et triū ⁊ quattuor ⁊ q̄nq;
ſenſuum ſenſibiliū diſcrimina diiudicat) ita ad phā-
taſmata intellectꝰ ſeſe habet. Nihil enim refert indi
care non ſimilia et iudicare contraria, vt ſi ita albū
ad b nigrum ſicut c albū ad d dulce, et apprehēdēs
a et b idem ſubiecto: ſic ita apprehendens c et d idē
ſubiecto erit, et ita tranſmutatio apprehendi modo
¶ Octaua. Sicut ſenſus ſimulacris vtiſ ſeruatis, ⁊
mouetur animal abſentibꝰ ſenſibilibus ita intellectꝰ
ſaluatis phantaſmatibus inuenitque in ipſis quod ꝓ
ſequatur aut fugiat, et ſepe ex preteritis aut p̄ſenti
bus futura coniecta deliberat que proſequi aut fu-
gere. Et hic intellectus ꝙ modo ꝓſecutionē mō fugā
molitur practicus actiuus adminiſtratiuꝰ nomina-
tur cōtēplatiuus vero nihil mouet, ipſa rei appre-
hēſiōe cōſpectiōeq; cōtētꝰ. ¶ Nōa. Sicut voluptas
et dolor ad ſenſum bonum et malum ad intellectum
actiuum: ita ſe habet veritas et falſitas ad ipū cōtē-
platuū. ¶ Decima. Sicut ſenſꝰ nō ſeparate cognoſ-
cit ita intellectus aliq̄ vt ſimum ſecundū ꝙ ſimū intel
ligit non ſeparate non enim ſimitatem a naſo prece-
dere pōt quādoquidē naſū in ſuo eē ſuaq; diffinitio
ne claudat eſt enim ſimitas naſi cauitas. Mathema
tica tamen et in qbꝰ vtiſ abſtractione aliter intelli-
git tametſi reipſa mathematica ſepata non ſint ea ta
men vt cogitatiōe et intelligentia ſeparata, ſine ma



teria reſpicit. Et omnino intellectus qui purꝰ actꝰ ē
abſolutiſſima atq; abſtractiſſima intellegit. ¶ Utrū
aūt intellectꝰ qui non oīno ſeparatꝰ eſt aliquid intel
ligat earum formarum que omnino a materie cōſor
tio imunes ſunt et abſolute alius et alio loco futurꝰ,
eſt ſermo.

## ¶ Caput octauum.

Ctauū caput cōtinet tres
concluſiones et vnum corolarium ad
ſecundam. ¶ Prima concluſio. Ani-
ma quodammodo omnia eſt. ¶ Nam
omnia aut ſenſibilia aut intellegibi-
lia ſunt que omnia ſunt ſcibilia intel-
lectuq; apprehēſibilia. Atqui actu ſcientia nihil ali-
ud eſt quā res ipſe actu ſcire, vt ſenſus actu nihil ali
ud eſt quā ipſa actu ſenſibilia: eſt igitur anima quo
dammodo omnia vt ſenſus ſenſibilia. Quod adhuc
vt clarius diluceat, ſenſus et ſcientia diducuntur in
potentiam et actum. Potentiam quidem cū non in,
opera et; functione ſunt in actum vero cū ſuam ex-
ercent operationem. Et cum ſenſus eſt in potentia,
res ſenſibiles (que ſenſibilia dicimus) eſt potentia: ⁊
ſenſus ſenſitiuum dicitur et cum eſt actu illa eſt actu
Ita cum anima eſt in potentia res intelligibiles po
tentia eſt et potens ſcire dicitur et res ipſe dicuntur
ſcibilia: cum vero eſt actu eſt ipſa intelligibilia actu
¶ Secunda, concluſio. Anima, res ipſa cū materia
non exiſtit. Nam anima quodammodo eſt omnia ne
ceſſe igitur eſt aut ipſa ſit cū materia aut ipſorū ci-
tra materiā ſpecies et forme non antem eſt ea ipſa:
cum materia vt neque ſenſus cū materia ſenſibilia:
lapis enim non eſt in anima ſed lapidis ſpecies: eſt
igitur citra materiam omnia. ¶ Corolariū. Quo
fit vt anima ſicut manus habeatur. ¶ Ut enim ma-
nus organū organorū ē et ꝙ oībus vtimur inſtrumen-
tis: ita anima ſpecies ſpecierum eſt et qua omnibus
vtimur ſpeciebus et formis itidem et ſenſus ſpecies
ſenſibilium eſt. ¶ Tertia. Rerum ſenſibilium et que
ſine magnitudine non percipiuntur ſenſibiles ſpeci
es a materia ſeparate intelligibilia ſunt. ¶ Nam hu
iuſmodi ſenſibilium ſiue habitus ſiue paſſiones ⁊ abſ
tractor atq; mathematicorum, vt linee ſuperficiei,
circuli trianguli: intellectui habentur vt ſenſibilia,
ſenſibus. Hac de cauſa ſi defuerint ſenſibiliū ſenſus
vt linearum et magnitudinum neq; diſcet neque in-
telliget, fieriue geometer poterit vnquam et ita ſi nō
fuerit ſenſus aliorum ſenſibilium. Talia enim cum
ſpeculetur intellectus neceſſe eſt pariter phantaſma
aliquod ſpeculari. Phantaſmata enī ſicut ſenſibilia
ſunt: preter hoc ꝙ preter materiā exiſtunt. Sed ab
affirmatione et negatione differunt, ꝙ affirmatiōes
et negationes vere aut falſe intellectus cōplexiōes
ſunt, non autem phantaſmata. Hinc neq; phantaſma
ta prime ſenſibiliū intellectiones ſunt ex quibus cō
ſtant affirmationes et negationes, non tamen he pri
me intellectus notiones ſine phantaſmatis exiſtunt.

## ¶ Caput nonum.

Onum caput continet ſex
concluſiones quattuor rationes ad ſe
cundā duas ad tertiā et tres ad ſecū
dam partē ſerte. ¶ Prima conclo.
Nunc de mouendi potentia determi
nādi ſe aptꝰ offert locꝰ. Nā aīa duabꝰ
potiſſimū differētiis diſcernit atq; diffinitur cogni-
tiōe vcʒ et motu. De ea ꝙ ꝙ cognitionē explicetq; ſen
ſum intellectū diſcretionēq; continet iā, āple diffu
ſeque diſſeruimus. De motu igitur et de loco in locū
mouendi facultate nunc opportunus determinandi
ſe ꝓbere videtur locus. Et de ipſa queſtio eſt: an ꝑs
ſit anime a ceteris anime partibus magnitudine, ſu
biecto loco que differens atque diſcluſa: an ratione
ſola an tota ſit anima. Et ſi pars ſit iterum an ſit vul-
gatarum anime partium que nuncupari ſolent con-
cupiſcibilis iraſcibilis et rationalis: an alia quelibꝫ
¶ Secunda. Anima non eſt tribus partibus concu
piſcibili iraſcibili et rationali diſcreta diuiſaque:
vt volunt aliqui. ¶ Primo. Quia quibus diſcrimi-
nibus cupiditas animoſitas atq; ratio differant lice
ret ob couſimilia et conſimiles differēdi occaſiones
animam in infinitas partes ſecare. ¶ Secundo: q̄
videntur alie anime potentie amplius quā he tres
diſtare. Nam vegetatiua virtus (que et plantis, et
animantibus cōmunis eſt) plus videtur a tribus his
differre quā ipſe inter ſe et ſenciendi virtus ſimilr
quā neq; rōnalē neq; irrōnalē facile putare poſſis.
In has autem animam non paciuntur, et ſecant mi-
nus igitur et in tres predictas eam ipſam ſecari de
bere putandum eſt. ¶ Tertio. Non modo ſenſus ſed
et imaginandi virtus ab his diſtare videtur et tamē
ſi anima i has tres partes eſſet diſſecta imaginariā
virtutem aut concupiſcendi facultatem aut iraſcen-
di aut volendi eſſe oporteret. Sed dicant quam il-
larum efficiant. ¶ Quarto. Appetendi virtus alte
ra potentia ratione eſſe ab omnibus concederetur.
Atqui hanc ſequeſtrare diuellere ⁊ precidere incō
ueniens videtur quod tamen fieri neceſſe foret ⁊ eiꝰ
vna partium in cōcupiſcibili vna in iraſcibili et vna
rationali abiret et ſunt enim concupiſcentia ira volun
tas appetitus non eſt igitur hoc pacto ſecanda ani-
ma ſed has partes (quemadmodū ceteras) ſola ra
tione diſtare ſeiunctaſque eſſe putare oportet. Sed
nunc quid moueat animal, diſquirendum eſt: et alio
quoque loco de ſpiratione et reſpiratione ſonmo et
vigilia futurā determinationē relinquemus. ¶ Ter
tia cōcluſio. Uegetatiua virtus animal non mouet.
¶ Rati enim ſunt nonuli altricem potentiam mo-
uere ob augmentum et diminumentum que ab ipſa
proficiſcuntur. Sed id non ita eē oſtendimꝰ. ¶ Pri
mo. Quia ſemper de loco ad locum motus alicuius
fit gratia cum imaginatione proſecutione vel fuga
modo ſponte et non coacta vi fiat. At nutritiua virtꝰ
et imaginatione caret, et (qui ſenſum et imaginatio
nem ſequitur) appetitu. non igitur vegetatiua virtꝰ
animal mouet. ¶ Secūdo, Stirpibus ineſt vegeta-
tiua virtus ſi igitur ipſa eſſet motiua ipſis natura ali
quod tribuiſſet organū ad ſe de loco in locum tranſ-
ferendum nihil enim in natura ſine vſu ⁊ otioſū. Id
autem factitatum non comperitur nō mouet igitur
vegetatiua virtus. ¶ Quarta. Senſualis virtus
animal non mouet. Nam pleraque animalia ſenſum
habent: quibus virtus motiua non adeſt. Feciſſet
enim ipſis natura ad illum exequendum inſtrumen-
ta ſi nihil fruſtra facit et in neceſſariis non deficit niſi
forte orbata laceſſita et mutila excipias qualia non
ſunt hec, vt que augmentum et decrementum ſumāt
pariter et generēt. Non igitur ſenſitiua virtus moti
ua eſt. ¶ Quinta. Uirtus appetitiua motiua nō eſt.
¶ Eadem cum ſuperiori ratio duci poteſt. Et con-
cupiſcentes et iraſcentes, vt continentes non ſe-
quiuntur appetitum et minus rationales, ſed intelle

etiam rationemque ſequuntur. Intellectus autẽ (vt modo probabitur) nõ mouet. ¶ Sexta. Motus vir tute intellectiua non proficiſcitur. ¶ Nam duplex ẽ intellectus contemplatiuus et actiuus ſed eorum neu ter mouet. Contemplatiuus enim non mouet: quia õ ſingularibus proſequendis fugiendiſue nihil conſi derat motus autem proſequentis aut fugientis eſt. Neque quidem actiuus et ſi proſequendis fugẽdi ſue vis illa conſultatrix preſit. ¶ Primo. Quia ſepe cum vis illa que non contemplatur aliquid horren dum et fuga dignum intelligat ita vt cor tremat, in horreſcant pili: non tamen mouet. Et cum aliquid ꝓ ſequendum videat vt pars altera voluptate proſeq̃n di trahatur plerunque tamen non mouet. ¶ Secun do. Quia frequenti vſu euenit vt cum ratio precipi at aliqua fugere non moueamur aut aliqua proſeq, itidem non proſequamur: ſed ſpreto rationis impe rio quocũque concupiſcentia trahit ſequamur vt in continentes facere ſolent. ¶ Tertia. Medicus non ſemper ſanat et ſi medendi ſcientiã habeat et eques non ſemper equitat et ſi equeſtrẽ poſſideat diſcipli nam. Itidem neque prudens conſultans ſemper mo uebit, quaſi alterius ſit proprium mouere quam ſci entie et conſultationis et ſciendi conſultandiue fa cultatis. Non igitur vis intellectiua mouet.

## Caput decimum.

DEcimum caput, continet quattuor concluſiones, vnum corola rium: vnam queſtionem cum altero corolario ad tertiam et vnum corola rium ad quartam. ¶ Prima concluſio Hec duo intellectus et appetitus ani mal mouent. ¶ Sub intellectu phantaſiam et ima ginationem potius quam diſciplina et conſilio regũt et cetera animalia quia prudentia carent ſolꝰ phã taſie vſum habent. Et nos de intellectu practico in telligimus quia contemplatio fine differt. nam con templatiui finis ſola veritatis inſpectio eſt practici vero et adminiſtratiui, appetitio atque proſecutio. Et quod hec duo moueant patet. Nam omnis appe titus propter aliquid eſt aut proſequendum aut fu giendum et cuius eſt appetitus: hoc principium eſt pratici conſultatiuique intellectus vltimum enim et in quod reſoluitur actionis principium. Igitur cum actiua cognoſcẽs virtus mouet appetite rei gratia mouet non igitur ſine appetitu mouere poteſt. Non immerito igitur hec duo intellectus et appetitus, animal mouent. ¶ Secunda. Intellectus et appeti tus vt vnum mouens mouent. ¶ Nam vnum eſt quod vt obiectum mouet appetibile ſcilicet eſt enim prin cipium et illius gratia intellectus non ſine appetitu mouet ſunt igitur vnum mouens. Si enim vt duo mo uerent non ſcõm cõmunẽ vtriuſq; ſpeciẽ motꝰ mouerẽt ſ; hoc vna ſpecie illud altera qδ nõ fit cũ. n. ratio mo uet conſimiliter voluntas mouet eſt enim voluntas, appetitus. Non tamen cum appetitus mouet ratio nem mouere oportet. nam cõcupiſcentia et ira appe titus ſunt qui ſine ratione (vt cum imaginatione) ta men mouere poſſunt. Hoc tamen inter rationem et voluntatem parte ex vna phantaſiam et appetitum parte ex altera intereſt. quod rationalis intellectus et voluntas ſemper recta ſunt phantaſia vero et ap petitus recta et non recta. ¶ Tertia. Non omne bo num appetitum mouet ad animal mouendum. Nam appetibile ita mouet appetitum. Appetibile autem hic dicimus quod bonum eſt aut bonum apparet cõ tingens et in noſtra poteſtate. Non autem omne bo num tale eſt non igitur omne bonum appetitum ciet ad animal mouendum. ¶ Corolarium. Hinc fit vt iterum nonequa fuiſſe dignoſcatur tripartita ani me diuiſio in concupiſcibil in iraſcibilẽ et rationalẽ ¶ Nam appetitiuo vna eſt que cum practico intelle ctu aut cum imaginatione animal mouet. Non ita que hoc pacto fuit anima ſecanda ſed ſi ſecanda fuiſ ſet longe in plures particulas (vt dictum eſt) ſecan da fuiſſet vt vegetatiuam, ſenſitiuam, intellectiuam contemplatiuam, et actiuam que plus differre adin uicẽ videntur ꝙ concupiſcibilis et iraſcibilis: ¶ Queſ tio. Si appetitiua virtus vna ſit in nobis quo pacto euenit nos appetitus ſentire contrarios. ¶ Reſponſio Sicut potentia ſentiendi vna eſt quinq; diuerſis vſa ſenſuum functionibus ita appetendi virtus vna eſt in tres diffuſa actus concupiſcentiam iram atque ratio nem. Et quoties ratio aduerſatur contraque it cupi ditatibꝰ et ire hos contrarios appetitus in nobis ex perimur. ¶ Corolarium. Quo fit vt hec appetituum diſſentio his ſolis animantibus accidat que itellectũ habent et temporum diſcretionem. ¶ Nam concupiſ centia cum preſens delectabile et quod titillet attẽ dit tanquam, ſummum bonum fit ſceleri manus dat victas quia nihil de futuro preuidet: intellectus vo futurum proſpiciens ex tum atq; finem ipſum retra hit ſuoq; renititur vitio: Et hinc illa appetituũ in no bis dignoſcitur pugna. ¶ Quarta. Unum eſt ſpecie mouens quod non mouetur et vnum ſpecie quod mo uet et mouetur. Nam primum eſt appetibile quod ap petitum ciet pellitq; et non mouetur. Secundum eſt appetitus qui (vt dictum eſt) ab appetibili median te intellectu aut imaginatione excitatur, qui et mo uet animal. ¶ Corolarium Hinc fit vt ad pariendum motum quattuor requirantur mouens quod et pri mum immobile vt bonum mouens quod et idem mo uetur vt appetitiuum; quod mouetur: vt animal: et quo mouetur vt ſenſibile et corporum organum: de quo in eo loco qui de operibus corporis et anime cõ munibus diligentius conſiderandum eſt: huiuſmodi enim corporeum organum tubera, vertebra conca ua que ad commiſſuras et compages tent Eſt et iun ctura cõmunis parti quieſcenti et mote ratione diſ ſidens reuoluiturque vna pars in alterius concauo et motus ille pulſu et tractu completur eſtque aliqd circa quod reuoluitur (vt in circulo quieſcens. Et hactenus ſatis dictum eſt quomodo appetitiuum q̃δ non ſine imaginatione eſt vt tale animal mouet. Et imaginationem intelligimus aut rationalem que in hominibus reperitur, aut ſenſualem que et in homi nibus et aliis conſpicitur animalibus.

## ¶ Caput vndecimum.

VNdecimum caput contiẽt tres queſtiones et earum ſolutiones. ¶ Prima queſtio. A quo imperfecta animalia, vt muſce et vermes (quibꝰ diximus prius non adeſſe phantaſiã) moueantur. ¶ Reſponſio. Sicut il la indeterminatum habent et vagum: motum: ita indeterminatam imaginationẽ habent et appetitum



la indeterminatum habent et vagum: motum: ita indeterminatam imaginationẽ habent et appetitum Perfectam enim phantaſiam eis adeſſe negauimus. Uidetur enim ipſis letitia et triſtitia ineſſe, quare et concupiſcentia et appetitus quibus etiam imagina tionem phantaſiamque indeterminatã ineſſe conce dimus. ¶ Secunda. Cum imaginatio ſenſualis: ce teris animantibus que ſe mouent inſit, hominibus vero et ſenſualis et rationalis, que harũ an ſenſualis an rationalis mouet in homine, ¶ Reſpõſio. Cum do ceri volumus ex duabus quantitatibus vtra earum fuerit maior certa conſtitutaque vtimur menſura, vt palmo aut cubito vt huiuſce rei certitudinem ex periamur. Ita duobus propoſitis cupiẽtes cognoſ cere vtrum eligibilius ſit nos aliquid vnum vt dele ctabile aut vtile loco menſure (ad quam ea confera mus) conſtituere oportet. Et in nobis appetitus vnꝰ cum ratione, et ſyllogiſmo habetur eſt et vnus qui eſt preter opinionem et ſyllogiſmũ et vehementior: et valentior debiliorem rapit et ſuperat: hinc ſepe euenit vt rationalis moueat irrationalem cũ vehe mentior fuerit. Euenit item et ſepe verſa vice irratio nalem mouere rationalẽ atque ſecum rapere cũ ipſe vehementior fuerit non quidem ꝙ deqilior ſuũ mo tum deſerat, ſed alterius fortiore et validiore motu rapitur: quemadmodũ in ſpheris celeſtibus ſphera que vltimum celi ambitũ coercet orbes planetarum motus pernicitate et velocitate precellens ſecũ ra pit ſuos tamen in contrarium circuitus efficiunt ita eſt et in nobis. Hoc tamen intereſt: ꝙ in mundo ſem per is motus vincit qui natura eminentior et nobili or eſt et alios ſecum rapit vt is qui primo et ſupre mo attribuitur circulo. In homine vero fit plerunq; vt natura ſuperius preſtantiuſq; ab inferiore ſupere tur vincatur atq; rapiatur vt incontinentium cõſtat argumento: et tribus cognoſcantur agitari motibꝰ inferioris, ſuperioris et quodãmodo tertio raptus. ¶ Tertia queſtio. Cũ duplex ſit extiſtimatio ſiue ap prehenſio: hec vniuerſalis vt omne liberalitatis opꝰ honeſte fit, et fieri debet hec vero particularis vt hu ic philoſophie operam ſtudioſe nauanti, et quidem indigenti erogare, liberalitatis opus eſt que harum motum imperat. ¶ Reſponſio. Utraque ſed vniuer ſalis minus vt que ſtando quieſcendoq;, magis mo ueat et ab actione remotior. Particularis vero ma gis vt q̃ actioni vicinior propinquiorque immineat

## ¶ Caput duodecimum.

DUodecimum caput conti net ſex concluſiones, vnum corolariũ ad quintam et quomodo animalia a longe ſentiant poſt ſextam. ¶ Prima concluſio. Quicquid viuit a genera tionis initio ad ſuũ vſq; obitũ interi tũq; vegetatricẽ animã retinere neceſſe eſt. ¶ Nam omne tale a ſue generationis initio ad ſtatũ (modo impedimentũ tollatur) augeſcit, ſtatũ habet, poſt quem ad obitum vſq; minuitur. Id autem ſine alimẽ to fieri nequit ineſt igitur ipſis ſuo toto durationis tp̃e vegetatrix anima. Secunda. Non oĩbus viuentibus preſto adeſſe ſenſum neceſſe eſt. Nam plantis non ad eſt et ſi vitam poſſideant earũ enim corpꝰ nimis ſim plex terreum et ad ſentiendum ineptum. Non igi tur habent tactum quo non habito, vt ceteri deficiãt neceſſe eſt ſine enim tactu ſenſum vllum impoſſibile eſt. ¶ Tertia. Omne animal ſenſum habet. ¶ Nam omnia que natura ſubſiſtunt, propter aliquid ſunt et natura nihil temere et fruſtra facit habebunt igitur ſenſum que progrediũtur et que ſe de loco in locum transferunt vt cibum a longe ſibi queritent et aqui rant alioqui ſine carebũt aliq; non potuerunt. Et pa riter ſenſum habebunt que ſedi nixa alio ſe transfer re nequeunt vt coniunctũ diſcernat alimentũ. Neq; licet dicere corruptibile animal motu preditum in tellectum habere ſufficere ad diſcernendũ et ſenſum non habere neq; quidem incorruptibile. nam aut id ſic melius eſſet corpori aut anime non autem anime, quia non melius ſine ipſo intelligit neq; itidem cor pori quod propter ſenſus animalibus datum eſſe vi detur. ¶ Quarta. Animalis corpus ſimplex eſſe im poſſibile eſt, ¶ Nam ſi ſimplex eſſet tactum non ha beret tactum autem ipſum habere neceſſe eſt nõ igi corpus ſimplex ſed cõpoſitũ mixtũq; habet. ¶ Qui ta, Tactus maxime animali neceſſarius eſt. ¶ Nam cum animal corpor cum ſit ipſum proxima ꝯtingere corpora neceſſe eſt oportuit igitur ipſum muniri tan gendi facultate qua ſalubria ab officiẽtibus diſcer nere queat ſalutẽq; ſuam efficiat alioqui vitã nõ ſal uat ſit enim tactus per quidam internum. Quo mo do igitur dignoſceret animal ea que proſunt vt pro ſequatur et ea que officiunt nocentq;, vt fugiat ſine tactu: quo preſidio deſtituta animalia vt ſtatim dep cant neceſſe eſt. De viſu autem auditu et odoratu nõ ita ſit ſed medio quodam hauriuntur extraneo. ¶ Co rolarium. Hinc fit vt guſtus quodammodo animali ſit neceſſarius. ¶ Nam guſtus vt tactus quidam eſt, et alimentum tangere neceſſe eſt, eſt igitur (vt tactꝰ) quodamodo neceſſarius. Sexta concluſio. Uiſus au ditus et odorandi ſenſus non ſunt vt tactus neceſſa rij. ¶ Tactum enim et guſtum diximus animali ne ceſſarios ꝙ tactus alimenti ſit ſenſus ſine quo non cõ tingit animal eſſe poſſe, non autem de viſu auditu, aut odorandi ſenſu ita eſt. Color enim ſonus et odor alimentum non preſtant augmentum et decrementũ natura pleraque animalium his ſenſibus non munie uit ſed boni gratia aliquibus ipſos addidit et potiſ ſimum progreſſiuis que a longe victum queritãt. Nec mirum, nam hoc horum ſenſuum preſidio ipſa ſalua ri neceſſe eſt neque ad ſuam ſalutem tactus munitio ſufficeret. ¶ Et ſi queras quomodo a longe ſentiant vt videant audiant odorentur. ¶ Dicimus ſenſibile medium mouere medium vero motũ ciere mouereq; ſenſum perinde atque ſi mouens aliquid pellat quod pulſum alterum pellat ſicut primum mouens nullo pellitur, et vltimum pulſum ſolum pellitur, et non pellit media vero nunc plura nunc pauciora et pel lunt et pelluntur, ſic in ſenſatione hoc excepto quod in huiuſmodi ſenſus alteratione vnum manens et in eodem loco alterat pellens autem locum mutat: quemadmodum cum cere ſigillum imprimis quan tum pellendo cera cedit ſigilli veſtigium profunde tenet vbi vero non cedit vt lapis non retinet, ita et aqua et aer, et maxime aer vnus et idem manens patitur, et ſenſum mouet. Et ita dicere ſatius, vide tur quam putare dum videmus oportere radios ab oculis egredi: qui a colore et figura paſſi: et den ſitate repercuſſi, ad oculum redeant. At leuis: vt complanatus aer, vnus, infractuſque manens colo ribus et figuris affectus melius dicitur viſum icere et ſenſum coloris et figure facere, haud ſecus quam ſi ſigillum ad finem vſque ingrederetur cere, illic ſi gilli veſtigium relinquens.

## Caput decimum.

DEcimum caput, continet tres concluſiones et vnum corolariū ad ſecundam. ¶Prima concluſio. Animalis corpus ſimplex eſſe impoſſibile eſt. Simplex intelligo, igneum aereum aqueum aut terreum. Nam ſine tactu animal eſſe non poteſt neque aliorū ſenſuum vllum habere. Atqui tactus ſimplicis corporis eſſe non poteſt etſi viſus auditus odoratus poſſint vt aquei et aerei, per que vt media ſentire faciunt tactus enī per intraneū et tangendo ipſa ignea aerea aquea et terrea ſentit hinc tactus nomen ei inditum eſt animalis igitur corpus ſimplex eſſe nō poteſt. At tibi forte videri poſſet terreū eſſe poſſe ſed ſane ita eſſe nequit, nam tactus ſuſceptiuus eſt omnium tangibilium vt medietas quedam et non ſolū differentiarum terre ſed calidi frigidi humidi et ſicci et omnium tangit poſſibilium hinc oſſa pili et plāte non ſentiunt quia terrea ſunt. ¶Secunda. Animalia tactu priuata mori neceſſe eſt. ¶Nam ſine co (vt diximus) neque animal eſſe poteſt neque ſenſuū vllus immo cum ſit ille ſenſus animal eſſe neceſſe eſt, et cum ſit animal hunc ſolum ſenſuū haberi pariter oportet. ¶Corolarium. Hinc fit vt excellentie ſenſibilium aliorum ſenſuum non animal corrumpant, ſed ſolum ſenſum niſi per accidens excellentie vero tangibilium et tactum et ipſum animal per ſe corrūpunt. ¶Excellens enim ſonus vt tonitrus animal nō corrumpit ſed auditum: niſi per accidens vt cū ſpiritus ſimul cum ſono eliſi percuſſio animal exanimet Neque excellens viſibile animal corrumpit, ſed viſum niſi per accidens vt cū viſu ſic terrore afficitur animal vt e vita emigret ſecedatque et ita de odore et ſapore. At excellentie tangibilium calidum frigidum humidum ſiccum molle et durum tactū per ſe corrumpunt et animal non enim corrupto tactu animal ſuperuiuere contingit et omnis ſenſibilis ſuper excellentia ſenſum corrumpit. ¶Tertia. Solus tactus aīali ad eſſe neceſſarius ē alij vero ꝓpter bene, eſſe. Naꝫ ſolus tactus animali vt viuat haberi eſt neceſſarius et alij corrupti non interimunt animal qui ꝙ ob bene eſſe animali ſint conceſſi ſtatim cognitum eſt Uiſus enim additus eſt quo vitam in aere aut aqua aut aliquo perſpicuo ſibi vendicet auditus quo ei aliquid indicetur; odoratus, quo odore a longe ꝑcepto ad alimentū ſe conuertat guſtus quo iucundū ſit ei alimentū et triſte refugiat, poſtremo lingua adhibita eſt, vt ſapores diſcernat voceſque effingat Eſt itaque notum ad eſſe animali neceſſariū eſſe tributum, ceteros vero non ad eſſe ſed ob bene eſſe.

## ¶Queſtiones lucidiſſime ſuper tribus libris dē anima a magiſtro Petro ſpinoſa edite

PRimo dicit philoſophus circa textū bonorū honorabilium notitiā opinātes magis autem alteram altera: aut ex eo ꝙ certiorū, aut ex eo, ꝙ honorabiliorū hiſtoriā de anima rationabiliter in primis ponemus, prodeſt autem ſcīa de anima ad omnes ſcīas, preſertim ad eam que de natura eſt.

PRo declaratione huius notandū eſt quod aliquam ſcīam eſſe altera honorabiliorē contingit dupliciter, primo q̄dē certitudīe demōſtrationis quo modo mathematica ē certiſſima quia vt dicit phs.2.methaphiſice mathemetice ſunt in primo gradu certitudinis et ſequūtur eas ſcie naturales, alio modo vna ſcīa dicitur perfectior alia quia tractat dē nobiliori ſubiecto quomodo methaphiſica eſt preſtantiſſima omniū ſciarum: et de hac ſcīa dixit philophus.16.de animalibus magis concupiſcimus de rebus altiſſimis pauca et ī certo modo ſcire quā de rebus minimis multa et certo modo ſcire ⁊ propterea dicit philoſoph⁹ propter vtraque hec tam propter certitudinem demoſtrationis quā propter nobilitatem ſubiecti ſcia de anima cunctis alijs eſt perfectior et vocat ſcīam de anima hiſtoriam: q2 breuiter doctrinā de anima peragit ipſam complens in libro de animalibus et in paruis: quia hiſtoria ꝓcedit breuiter modo dicit preterea prodeſſe hanc ad omnem ſcīam et que eſt de natura preſertim namque ſi anima ſe ipſā non dignoſcit male dignoſcet ea que ſunt extra ſe.

## ¶Dubitat Auguſtinus nimphus.

Utrum liber de anima ſit computandus circa partes philoſophie naturalis vel non: circa quod eſt opinio temiſtij in parafraſi de anima dicentis ꝙ liber de anima eſt medius inter naturalē et methaphiſicam et ꝙ eſt mathematicus iohannes, philoponus credit ſuper primo periharmenias hunc librum eſſe methaphiſicum Alexander aphrodiſeus credit eſſe naturalem. hanc q̄ōē Ariſ. mouet ſuper primo libro de partibus aīaliū.5.c. arguitur ꝙ iſta ſit ſcīa naturalis: q2 eſt aliqua anima que eſt principiū motus ꝙ autem non ſit naturalis arguitur: q2 in hoc libro de anima tractatur de intellectu: et ad eandē potentiam pertinet tractare de intellectu et intelligibili ergo ad ſcīam de anima pertinet pertractare de intelligibili, non ergo eſſet dabilis alia ſcientia preter librum de anima quod eſt falſū preterea dicit ariſ. ꝙ anima eſt triplex vegetaua: ſenſitiua et intellectiua, quia vegetatiua dep̄ēdet ex corpore et ſenſitiua tantundē et ideo de anima vegetatiua et ſenſitiua ꝑtinet tractare philoſopho naturali: ſed de anima intellectiua pertinet tractare methaphiſico eo ꝙ anima intellectiua ſub ea ratione qua intellectiua non dep̄ēdet materia operando: ergo iſta ſcīa libri de anima partim naturalis et partim methaphiſica, eſt dicenda ⁊ ad themiſtiū qui dixit ꝙ eſt mathematicā dico ꝙ ariſto.6. mathaphiſice ponit triplex genus philoſophie naturalis.ſ. methaphiſicā et mathemacam dicitur autem mathematicā eſſe medium inter eas negatione extremorū. quia nulliū extremū eſt: ita dicamus librū de aīa mathephiſicam mathemace negatiōe extremorū: quia nec totus eſt naturalis nec totus eſt mathematicus: ſed medius.ſ. nec naturalis nec methaphiſicus. ¶Duplex traditur diffinitio, aic prīa materialis, et ſecūda formalis, materialis eſt illa que datur per effectum aut per rem extraneā vt diffinitio quadranguli per medie rei inuētionem et diffinitio ſimitatis qua dicitur ꝙ eſt concauitas naſi eſt materialis. Diffinitio et formalis eſt illa que datur per cauſam vt ira eſt appetitus vindicte: quadrangulus eſt figura plana quattuor rectis lineis contenta longior quam latior et ſi aliqua diffinitio cōprehendat cauſam et effectū dicitur dēmōſ-



ratio ſola poſitione differens exēplū. Ira eſt appetitus vindicte propter ebulitionē ſanguinis ad cor illa.n. in quantū cōprehendit cauſas equiualet premiſſis et in quantū cōprehendit effectū equiualet concluſioni et ſic eſt tota demoſtratio virtualiter niſi ꝙ non habet tres terminos cōpoſitos et ordinatos ſm debitā ſubiectionem et predicationē ariſt. duas tradit diffinitiones, ipſi⁹ anime vnā formalē reliq̄ ſbo mālē diffinitio formalis ē aīa principiū vegetādi ſentiēdi ſʒ locū mouēdi ⁊ ītelligēdi. Scōa ē mālis.ſ. anima eſt actus primus corporis phiſici organici in potentia vitā habentis: declarabo hanc diffinitionē materialē. Primo dī actus ad differentiam prime materie: q2 prima materia non eſt actus dī primus circa quod noto ꝙ duplex eſt actus ꝑmus et ſecūd⁹ primus eſt id quod habet facultatem operandi ſiue operetur in actu ſiue non taliter ē in actu primo ſcīe litteratus qui dormit: actus vero ſecundus eſt ipſa operatio vt aſſenſus ſcientiſicus in habēte habitum ſcīe proueniens ab illo ſic dici ſolet ꝙ duplex eſt vita q̄dam in actu primo, q̄dam in actu ſcōo. Uita in actu primo ſupponit ꝓ aīa cōnotādo ꝙ ſit pñs in corpore. Uita in actu. 2. ſupponit ꝓ operatione anime: et ſic dixit phs in hoc.2.de anima ꝙ vita in actu primo cōparatur ſomno: et vita in actu.2.cōparatur vigilie. Dixit actus primus ad differentiam operationū vitalium que non ſunt anima eo ꝙ nō ſunt actus primi dicitur ſubſtantialis ad differentiam caloris naturalis, quia quamuis ꝑ illū fiant opationes naturales non eſt actus ſucſtantialis dicitur phiſici q2 ſicut anima eſt perfectiſſima formarum potentium exiſtere in materia: ita conuenit ei ſubiectū eſſe maxime perfectum.i. corpus naturale, et non artificiale poſſem⁹ etiam dare bonam rationem in hoc dicit phs.2.phiſicorū in hoc diſtinguntur naturalia ab artificialib⁹ quia naturalia poſſunt ꝓducere ſibi ſimile artificiale vero nullatenus. nam ſi ſcannū viride intra terrā ſepeliatur non germinabit ſimile ſcanū: ſʒ arborem ſimilem illi vnde genitum eſt: quare cū cūcta animata vim habeāt ſibi ſimile faciendi bene merito dicit animam fore actū corporis phiſici.i. naturalis ſi enī eēt actus corporis artificialis non eēt vis generādi in reb⁹ animatis. Dicit organici quod exponūt aliq: vt de aliaco in libris de anima.i. inſtrumentalis: naꝫ organū: grece inſtrumentū eſt latine et aīata mēbra inſtrumenta ſunt anime: dicitur alio modo aquibuſdam vt a truſiano primo thegni organici: q2 proprie membra organica ſunt que animātur vt cōplexionātur quod hac ratione ſuadet, q2 videmus mēbra cōſimilia taliter eē graduata in ſuis cōplexionib⁹ ſicut expediens eſt toti organico. namq̄ ſi caro que eſt in manu ꝑ ſe eſſet creata calidior eēt creata q̄ cū creata eſt prope neruum: ſed hoc eſt falſum: q2 membra conſimilia ſunt que primo animantur: et primo complexionantur et deinde organica: quia totum nihil aliud eſt q̄ ſue partes: ideo aliter exponitur organici.i. manifeſtatiue: q2 opera anime maxime manifeſtantur in organico.

## ¶Poſſumus dicere aliter organici:

quia tunc vocamus organicum totum organicū: aut partē organici et bene merito dixit phs organici: quia id quod ē viuere pluribus indiget organis.4. politicorū quanto.n. aliquid habet vitam perfectiorē tāto pluribus organis indiget et inſtrumētis: dicitur potentia vitam habentis; quod exponit diuus thomas habentis vitam.ſ. in actu.2. potentia.i. per potentias, alio modo exponitur habentis vitam.i. exercentis opera vite potentia. ſcʒ. propinqua: q̄ potentiam propinquā voco que eſt ſine acquiſitione vel deperditione alicuius ſubſtantie: non.n. intelligas ꝙ ſi potentia negat actum: q2 impoſſe eſt preſertim in animalib⁹ perfectis viuere in actu quominus fiat aliquod opus vite actualiter q2 niſi reſpirauerit pulmo et cor non poteſt viuere ſic.n. apopleticum q̄ſi mortum iacētem indicant eſſe mortuum ſi non poluerit ſpeculū poſitū ad os: vel ſi cotum carminatum non mouerit vel ſi vrceum plenū aqua poſitū ſuꝑ pectus non ſteterit.

## ¶Itē philoſophus ſecundo de anima

dicit ꝙ virtus nutritiua ſemper eſt in actu quod licet veritatem non habeat in plantis ⁊ animalibus imperfectis vniuerſaliter tñ verū eſt in eis qui abūdant in calore et ſanguine ideo potentia vitam habentis, de propinqua vt dixi dicitur ad differentiā forme embrionis tenēdo ꝙ vſq̄ ad inſtans perfecte organizationis non producitur aliqua anima, quia illa forma ſit actus corporis phiſici organici non tñ vitā habentis: idem dici poteſt de forma oui: et vt bñ dicit apolinar⁊ forma cadaueris ē act⁹ prim⁹ ſubalis corporis phiſici organici, ſʒ nō potētia vitam hñtis.

## ¶Alia eſt diffinicio formalis in qua

explicantur quattuor genera animatorū. nā dicitur vegetandi propter vegetatiuū qui cōprehēdit tres potentias.ſ. nutritiuā que conuertit alimentū quod eſt potentia animatū in corpus actu animatū in maiores partes minores aut equales q̄ ſint deperdite augmentatiuū cuius eſt extendere mēbra trina dimetro non: n. eſt augmentatio ſi vna dyametro ſolū aliquid accreſcat: ex quo patet ꝙ augmentatiuū nō includit in ſua ratione formali conuertere alimētū in maiores partes: generatiuū vero eſt quod per extranſmiſſionem rem ſibi ſimilem extra ſe facit.

## ¶Secundum genus animatorum ē

ſenſitiuū: qui cōuenit tā perfectis q̄ imperfectis animalibus.3. eſt ſʒ locum motiuū quod alio nomine dicitur progreſſiuū qui conuenit animalibus abundātibus calore et ſanguine.4. genus animatorū eſt intellectiuū qui dicitur deforis ab ariſtotele.16. de animalibus: quia non educitur de potentia materie circa genus ſenſitiuorum ad quod doctor ſanctus in prohemio methaphiſiſne explicat de differentijs animaliū: dicit aliqua ſunt animalia que nec habent auditum nec memoriam illa, ſcʒ. que habent ſibi nutrimentum coniunctum nec progredi: poſſunt illa enīꝫ q2 hñt ſibi nutrimentū coniunctū naturam prouidit illis omnia neceſſaria prope ſe non indigent auditu nec memoria. Animalia autē que non habent nutrimentū propeſe indigent memoria: vel auditu: q2 ſiq̄runt nutrimentum de longinquo et carent memoria obliuiſceretur in media via et non continuarent ſuum vſq̄ ad finem hec: ergo animalia que non habent nutrimentum propeſe quedam habent memoriam ſed non auditū et talia ſunt prudentia: ſed non diſciplinabilia vt ſunt apes et formice, ꝙ autem iſta habeant prudentiā patet: quia prudentia ſecundū tuliū ī. 2. rethorice habet tres partis.ſ. memoriam depreteritis intelligentiam de preſentibus: et prouidentiā de futuris: ſed in iſtis animalibus habentur iſte tres partes; ergo ſunt prudētia; et ſi arguas apes ex ter

ſentur per ſonum: ergo audiunt nego cõſequentiã: qr motus fortis factus in aere concutit alias illaruȝ apiũ et ſic exterrentur. Alia vero ſunt animalia que habent auditũ et memoriam et iſta ſunt prudentia: et diſciplinabilia animalia: vero primi generis nec ſunt prudentia nec diſciplinabilia quartũ vero genus ideſt quod habet auditũ et non memoriã non eſt dabile. Nota de mente doctoris ſancti. 27. ꝙ tres ſunt anime quattuor gradus animatorum quinque potentie de potentijs patet: qr ponitur iſta potentia appetitiua ſuperaddita illis quattuor gradibꝰ animatorum et dat cauſam: quia numerus animatoruȝ ſumitur ab opere nullatenus reducibili in alterum: et quia tria ſunt talia opera vegetare: ſentire: et intelligere tres dicimus tm̃ eſſe animas et potentiaꝝ numerus ſumitur ab opere ſimpliciter quod eſt quĩtuplex ſcilicet vegetare: ſentire, appetere: ſm̃ locum mouere: et intelligere ſed numerus graduum animatorum ſumitur ab opere ſm̃ quod diſtinguit eſſe et viuere et quia ſolum ſunt quattuor gradus viuentium notabiles et maxime diuerſi in perfectiõe ideo ſonum ponunt quattuor gradus in viuentibus.

Queritur an potentie anime diſtinguant ab anima, in qua queſtiõe tres ſunt famoſe opiniones. Prima eſt diui thome. p. parte queſtione. 77. aſſerentis potentias anime fore diſtinctas ab anima, et eſſe accidentia coniuncta ipſi anime de ſecunda ſpecie qualitatis ſub nomine naturalis potentie vel impotentie rationes eius et impugnationes vide per gregorium ariminenſeȝ in ſecundo ſententiarũ diſtin. 17. q. 3. que prolixe ſunt et inutiles. ¶ Secunda eſt opinio ſcoti in. 4. ſententiarum. d. 45. q. 3. qui diſtinguit de potentijs ſciliceȝ quedam ſunt organice quedam non organice nõ organicas vocat intellectum voluntatem et memoriaȝ quia ad operandum operationes illarum non indiget anima organo corporeo et has dicit ſcotꝰ diſtingui ab anima formaliter ſȝ potentias organicas vocat viſum: auditum: olfatum et has dicit eſſe aggregatum ex anima et organo quare concedit ſenſationes omnes fore extenſiuas et concedit ſenſuȝ perfectiorẽ eſſe intellectu eo ꝙ totuȝ corpus perfectius ẽ ipſa anima et hec eſt opinio communis quam inſequuntur multi tertia ẽ opinio gregorij ariminenſis: tenentis ꝙ potẽtie anime omnes identificantur ipſi anime quare concedit ꝙ ſenſus eſt intellectꝰ et ꝙ ſenſatio eſt ſpiritualis et inextenſa ſicut intellectio non tamẽ ꝓpterea concedit ꝙ ſenſatio eſt intellectio: qr dato ꝙ vtraqȝ eſt indiuiſibilis ad ſenſationem concurrit partialiter effectiue ipſum organum et ad intellectionem non cõcurrit et probatur hoc vna bona ratione memoria ſenſitiua eſt memoria intellectualis: ergo eadem ratione ſenſus eſt intellectus nota ẽ cõſequentia et antecedens probatur ſumo aliquem hominem qui ſit capite percuſſus in parte potentiori ꝗ̃ habeat multas ſpecies intellectuales, et ſenſibiles per quas et recordari per intellectum et reminiſci per ſenſum valeat alicuius ſingularis iſte poſt paſſionem nec per intellectum nec per ſenſuȝ valet memorari et illud eſt: quia a memoria ſua ſenſuali abolite ſunt ſpecies et ſic amiſit illas ab intellectu, quia eadem eſt memoria intellectiua et ſenſitiua tho. tamen de garbo tracta. 5. ſue ſume que. 2 et. 3. dicit ꝙ ſi iſte potentie conſiderentur in recto, et eſſentialiter ſunt idem ꝙ anima ſi vero conſiderentur in obliquo prout conotant talem aut talem operationem ſic diſtinguũt aut ſi conſiderentur diſpoſitiue et organice ſic potẽtie diſtinguuntur ab anima et interſe illud tamẽ ſubtiliter eſt annotandum ꝙ iſte potentie naturales ſcilicet que agunt opera nutritiue quedaȝ ſunt miniſtrantes quedam miniſtrate miniſtrantes ſunt attractiua, retentiua digeſtiua expulſiua: miniſtrate vero ſunt tres nutritiua augmentatiua generatiua et notabis ꝙ iſte virtutes miniſtrantes: quedaȝ ſunt vniuerſales: quedam vero particulares voco vniuerſales ꝗ̃ faciunt ſuas operationes in membris cõmunibus vt in ſtomacho epate et reliquis membris et tales diſtincte ſunt diſpoſitiue: vel inſtrumentaliter qr alijs inſtrumentis operatur ſtomachus quando digerit ſcilicet calore naturali et alijs quando attrahit ſcilicet vilis longitudinalibus: et alijs quando retinet ſcilicet vilis tranſverſalibus et alijs quando expellit ſcilicet vilis latitudinalibus ſed in membris particularibus que faciũt officia per ſe dumtaxat vt calor: os. Cartilago. &c. non agunt alio inſtrumento virtutes: miniſtrates: et miniſtrate. Nam mediante eodeȝ calore naturali attrahunt membra particularia retinet digerunt et expellunt nutriuntur: augmentant: et generantur. ¶ Alia eſt potentia que vocatur animalis et hec eſt duplex ſenſitiua et motiua: ſenſitiua eſt que producit ſenſationes ad quas adiuuat ſpiritus animalis cerebri ſenſitiuus qui producitur in ꝑte anteriori cerebri: et eſt ſubtilis diaphanus partiȝ declinãs ad frigiditatẽ animalis motiua exercetur in parte poſteriori cerebri per ſpiritꝰ animales motiuos qui ſunt groſſiores et calidiores quos cerebrũ trãſmitit per nucham et per neruos motiuos vt per illos vniuerſa membra moueantur. ¶ Tertia eſt potẽtia ſeu virtus que vocatur vitalis et eſt qua mediante cor mouet arterias et nutrit ſpiritus ad extra: et trahit ad intra: et ſm̃ Ariſt. eſt agens vniuerſale concurens ad omnes operationes dẽptis his ꝗ̃ ſunt intellectus et volũtatis et in corpore hũano comparant ſoli in macrocoſmo. Nam ſicut ſol ſua caliditate et radijs omnia operatur que ſunt in macrocoſmo ita concurrit ad omnes operationes in microcoſmo cor ſua virtute vitali.

Queritur vtrum in homine ſint plures anime tenenda eſt hec concluſio cum diuo thoma in prima parte queſtione. 76. ar. tertio et de potentia dei queſtione. 3. et articulo nono. et capreolus ſingulariter in abreuiato ſecũdo ſententiarum diſtin. 15. qõne. 1. ꝙ ſolum eſt dabilis in homĩe vna anima indiuiſibilis tota in toto, et tota in qualibet parte anima rationalis quam etiam concluſionem tenet gregorius ariminẽſis in ſecũdo ſententiarum eadem diſtinctiõe: et auguſtinꝰ nimphus ſecundo de anima. cõ. 52. quam probant hac ratione fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora: ſȝ per ſolam animam intellectiuam poſſunt omnes operatiões fieri, itaqȝ id ꝙ reliqui ꝑ tres animas faciũt ſola vna anima ſaluatur adiuo thoma et ab iſtis nãqȝ ſicut trigonũ in tetragono, ita vegetatiuum in ſenſitiuo et ſenſitiuum in intellectiuo continentur igitꝰ ſi intellectiuuȝ eminenter alia continet poterit operari quicquid ſenſitiuum et quicquid vegetatiuũ et ſic ſola anima intellectiua ſufficiet.

¶ Sed contra hanc concluſionem inſtatur ab omnibus ſequitur primo ꝙ ſimul in eodem eſſent iudicia contraria conſequens eſt falſuȝ nemo



ambiget ſequella probatur quia: cum aliquis videt baculum pro medietate immiſſum in aqua iudicat eſſe fractum per ſenſum et non eſſe fractuȝ per intellectum: ergo ſimiliter in eodem ſunt duo iuditia contraria. Ad hoc argumentum reſponderet Diuꝰ thomas ꝙ non ſunt ſimul in eodem iudicia contraria: quia talia iudicia ponuntur in diuerſis potentijs, et ita non ponuntur in eodeȝ ſubiecto, ſed quid huic argumento diceret Gregoriꝰ qui tenet ſenſum eſſe ipſam animam. Reſpondeo ꝙ talia iuditia ſunt in eodem ſubiecto et de contradictorijs ꝓpoſitionibꝰ nõ ſunt cõtraria iuditia, quia a diuerſis cauſis tenẽtibꝰ ſe ex parte potentie proueniunt ſic non ſunt contraria triſtitia in anima chriſti que ſequitur portioneȝ inferiorem et gaudium: quod ſequitur portionem ſuperiorem.

¶ Secundo arguitur contra hanc opinionem: ſequitur, ꝙ iſta propoſitio eſſet falſa homo generatur quod eſt contra philoſophum ſecũdo phiſici: dicentem ſol et homo generant hominem: ſequella probatur: quia anima rationalis non generatur ſed creatur: vt fide credimus, dicendum ad hac cũ Diuo thoma loco citato ꝙ in anima rationali poſſemus duo conſiderare ſcilicet eſſe eius et informationeȝ eius primo modo ſcilicet quoad eſſe eius creatur ſecũdo modo quoad informationẽ ipſius generatur hoc enim eſt generari facere ꝙ forma informet materiam: ſi enim ab eterno vna forma fuiſſet preſens materie quã non informaret: ſed modo inciperet informare hec eſt vera hoc ens nunc generatur et tamen forma non incipit de nouo eſſe: ſed tamen iformat materiam de nouo igitur quamuis qualitatiue diſpoſitiones non concurrant effectiue ad productionem anime concurrunt tamen effectiue, vt anima informet corpus et hoc eſt hominem generari: ſtat enim eumdum effectum eſſe effectum formalem vnius cauſe et effectum cauſe efficientis reſpectu alterius cauſe. nam eſſe albuȝ eſt effectus cauſe formalis reſpectu albedinis et effectꝰ cauſe efficientis reſpectu dei ſic in propoſito animam informare materiam eſt effectus formalis ipſius anime et effectus preuiarum diſpoſitionũ hominis tanquaȝ cauſe efficientis et ſic hominem generare non eſt animam generare: ſed facere ꝙ anima informet corpus: et ſimiliter hominem corrumpere non eſt animam corrũpere: ſed facere ꝙ anima non informet ipſum corpus ꝑterea arguitur cum ad introductionem anime intellectiue requiratur animam ſenſitiuam precedecedere in eadem materia videtur ꝙ illa anima ſenſitiua maneat ſimul cum anima rationali: quia nullã habet repugnantiam cuȝ illa. Ad hoc reſpõdetur ꝙ corrumpitur illa anima ſenſitiua ꝓpterea ꝙ ſuꝑflua eſſet in illam materie eo ꝙ aĩa intellectiua ſufficit facere opera ſenſitiue. ¶ Preterea arguitur ſequitur contra thomam ꝙ anima intellectiua produceret ſe ipſam patet quia virtualiter ẽ ſenſitiua ergo producit ſenſitiuam: quia omne cõtinens aliud virtualiter habet vim producendi illud, ſed anima intellectiua virtualiter continet ſenſitiuam et ipſammet eſt ſenſitiua: ergo producit ſe. ¶ Dicendum ad hoc ꝙ non ſequitur producere ſe: quia triplex eſt continentia. ſcilicet formalis et virtualis et eminentie anima vero intellectiua non continet ſenſitiuam niſi formalr̃ ideoqȝ non habet vim producendi ſe.

¶ Vlterius arguit auguſtinꝰ nimphꝰ cõ. 32. de anima ſequitur ꝙ homo non poſſet nutriri quoniam tranſiret anima de ſubiecto in ſubiectum naturaliter: patet: quia tranſit a materia que exalauit ad materiaȝ alimenti. Dicendum vt ſupra diximus in primo phiſicorum ꝙ nutritio hominis eſt miraculoſa: ſed rectius dicerem non eſſe inconueniens ꝙ anima tranſeat de ſubiecto in ſubiectum quando quod aduenit vere facit vnum cum preexiſtẽte ſicut enim angelus quãdo eſt in loco minori maximo põt multiplicare ſe ad maiorem locum ita et anima propter habere ſubiectum diſpoſitum poteſt multiplicari ſe ad maiorem locum: ita et anima propter habere ſubiectum diſpoſitum poteſt multiplicare ſe ad locum maiorem illo quem habet: inter tenẽtes tantuȝ vnicam eſſe in homine formam quidam dicunt ad illam precedere tantũ in materia plures animas ſcilicet vegetatiuam et ſenſitiuam quas ponunt corrumpi in aduentu rationalis, alij vero dicunt non corrũpi quidam autem tenent non precedere animas ad productionem rationalis: ſed ſolam formam embrionis cum organizatione: tenet preterea Diuus tho. in corruptione ſubſtantiali deueniendum fore vſque ad materiam primam tam in ſubſtantijs quam in accidentibus cuius contrarium tenent nominales: et Scotus. Quo modo auteȝ ſaluaret diuus Thomas ꝙ leproſus generet leproſuȝ: atque quomodo generet fomes peccati originalis in nato diximꝰ modũ ſuper primo phiſicoꝝ. Materie de potentijs anime adde et quod auerrois in libro deſtructionis deſtructionum diſputatione. 8. in ſolutione. 6. dubij et augꝰ nimphus ſecundo de anima cõmen. 39. dicunt ꝙ anima non concurrit ad ſuas potentias in genere cauſe efficientis: ſed ſolum ſubiectiue et finaliter quod hac ratione ſuadet quidquid eſt cauſa alicuius proprij accidentis eſt etiaȝ cauſa eſſentie ſuper qua fundatur illud accidens ponit exemplum deus eſt cauſa mundi, quia eſt cauſa motus celeſtis quod eſt proprium accidens eius et ſimiliter intelligentia ẽ cauſa celi: quia eſt cauſa motus celeſtis: ſi igitur eẽt aĩa cauſa effectiua ſuarum potentiaruȝ que ſunt accidẽtia propria et connaturalia ipſi eſſet anima cauſa ſuimet. Item inquit auerro. nihil poteſt ſimiliter eſſe in actu et in potentia niſi ſit compoſitum ex materia et forma. namqȝ ſi aliquod mere indiuiſibile poſſȝ ſimiliter eſſe in actu et in potentia ſequeretur ꝙ non poſſet probari primum motorem eſſe inmobilem: quia ſemper diceretur ipſum eſſe mobilem: quia partim eſt in actu et in potentia: ſed diceretur animam eſſe cauſam ſubiectiuam ſuarum potentiarum et cauſaȝ finalem operationes enim ſunt propter animam: et potentie propter eandem hec Auerro. et nimphus locis preallegatis.

Dubitatio hec fiunt ab Ariſtotele mota primo quia Ariſtoteles dixerat ſecũdo de anima cepitulo de tactu ꝙ ſenſus tactꝰ eſt plures hec tamen ratio non vſqȝ quaqȝ ſuadet nã intelligitur ꝙ ſenſus tactꝰ ẽ plures pluritate diſpoſitionum qualitatiuarum in organo repertaꝝ pro ꝑcipiendis diuerſis contrarietatibus non reducibilibus in vnam contrarietatem: ſecunda ratio eſt quia aliquis ſenſus percipit grauitatem et leuitatem: et non niſi ſextus igitur dicas ad hoc ꝙ immo ſenſus tactus percipit grauitatem et leuitatem: tertia ratio cadauer hominis mortui quando tertia die pellitur ſuper aquas eſt leuius aqua, et tamen ſentitur grauiꝰ

ea a ſenſu tactus: ergo errat circa grauitatem. Dabilis eſt, ergo ſenſus proprius circa grauitatē minor probatur quia ante quam aqua impleretur erat grauius ea, ergo et modo conſequentia patet, quia propter hanc rationem dicit auerro. quarto de celo ꝙ veſica inflata peſundat amplius quam non inflata quarta ratio de gelu quod eſt leuius aqua: et tamen equalis quātitas eius cum aqua ponderat magis aqua. Dicas ad hoc illud eſſe ex diſparitate forme. 5 ratio titillatio ſentit et nō niſi ſexto ſenſu: igitur qui a nō tactu qꝛ vbique fieret. Dicas a certo modo motus ſexta ratio ſemine ſolum tāgente virile mēbruꝫ delectatur totuꝫ corpus, ergo ſentit ſenſu aliquo et nō tactu. Dicatis ad hoc ꝙ ex tranſmiſſione ſpirituū a principalibus delectatur et hec delectatio a natura fuit inuenta ne natura abhorreret turpem actum

¶ Textus hic mihi repetēdus habetur ab ariſtotele ſi themiſtio ſimplicio atq; grecis omnibus expoſitoribus credit, in principio libri. 3. de anima: quos imitatur Doctor ſanctus commentor tamen auerro. illum facit eſſe ſecundo de anima cō. 128. quem fere omnes moderni inſequūtur vbicunq; ergo ille ſit ariſtoteles mouet tres queſtiōes quas intēdo ī hac noſtra lectiōe examinare. ¶ Prima eſt an ſit dabilis ſenſus preter quinque ſenſus ſecunda queſtio an vltra quinque ſenſus ſit reperire ſenſum interiorem que mouetur ibi quoniam autē ſentim⁹ qd̄ videm⁹ et audim⁹ eodē ſecundo de aīa tex. commenti. 136. tertia queſtio eſt an intelligere et ſapere ſit idem quod ſentire que habetur ſecundo de anima textu commēti. 150. ad prime igitur queſtionis examem notabis tamen vt themiſtius hic ꝙ propter. 2. petitur queſtio auerrois commentationeꝫ inſequendo qui melius, grecis fuit commentatus in hoc vt aguſtinus nimphus teſtatur ponitur iſta concluſio non eſt ponendus ſextus ſenſus preter quinq; quod ariſto. tribus de moſtrationibus deducit ſcilicet amedijs ab organis et abiectis primas duas dicit auerro. quaſi demoſtrationes materiales tertiam vero preſtantiorem vtpote que cauſe finali innitatur que inter oīa genera demonſtrationis obtinet primum locum Ariſto. ſecundo poſte, prima igitur demoſtratio eſt talis omnis ſenſus ſentit per medium intrinſecum aut extrinſecum Sextus ſenſus non ſentit per medium intrinſecum aut extrinſecuꝫ ergo conſequentia eſt nota in baroco maior patꝫ oē medium eſt intrinſecum aut extrinſecum omne ſentiens ſentit per medium ergo omne ſentiens ſentit ꝑ medium intrinſecum aut extrinſecum conſequētia eſt nonta in barqara nec obſtat ꝙ complexū ex mō et termino tenenti ſe ex parte eius in minori ſupponit pro aliquo pro quo non ſupponebat medium in maiori. nam id verum eſt in negatiuis non autem in affirmatiuis in nega. non ſequitur nullum album eſt nigrum brunellus eſt albi equus: ergo brunellus nigri equus non eſt: maior eſt nota nam vel medium ē coniunctum organo vel non ſi primum ſic eſt intrinſecum ſi ſecundum extrinſecum: minor tamen perſuadetur ex ariſtotele libro ſecundo d̄ anima intus exiſtens prohibet extraneum recipiens denudatum eē debet a natura recepti. Secundo patet experientia que vt Auerrois ſermonū verū ē vt conueniat rebus ſenſatis auicē. 2 ca. de experimento experimētis, que non ſunt ꝑ ratiōnē accidit ꝙ nec vnū valeant quia tactus non ſentit ſuas qualitates alias eēt in continuo actu ſimiliter aſſimili non ſit paſſio: ergo nec ab eodem preterea cum odores fragrantes percepimus videtur ꝙ et ſi repleti eis non immutamur ab eis. Item ſi comedit quis alea, vt alter non olfacit illum ſed alius ita quia ſenſibile ſuper organum: ergo indiget medio ſimiliter inuiſibile ſi ſuper viſuꝫ eſt cum non fiat actu color non videtur ergo intentū ergo omne ſentiens indiget medio ꝑ quod ſentiat: in oppoſitum ſunt ariſtotelis multe rationes: Prima ꝙ exiſtens in oculo videri queat. Itē punctus in neruo dolet et eſt ſenſibile ſuper ſenſuꝫ igitur. Preterea ratione ſic ſi ſit in organo ſimilis qualitas ei que eſt in medio quid prohibet ꝙ ſentiatur illa qualitas q̄ ē in medio: naꝫ poſſunt produci ſpecies intentionales productiue notitie qualitatis illius: vt vnus oculus videt alterum ſimilē omnino: ergo et qualitatem q̄ eſt in eo cuꝫ ſit melius applicata. De hac re ſenſerūt multi diuerſiſſime, preſertim ſuper organo tact⁹ aſſerentibus quibuſdam carnem de mente ariſtotelis vt patet ſecundo de partibus anima tractu ſecundo capitulo primo quibuſdam neruum, vt patet ſecūdo de anima: vbi loquens de tactu dicit: nō ſentit caro ſed quod intus: vnde Conciliator differentia. 42. dicit ꝙ ſenſibile ſuper ſenſum naturaliter diſpoſitum non cauſat ſenſationem bene ſuper neruum diſpoſitū preter naturam. Themiſtius dicit cum dicit ariſto. carnem, intellige cordis: que ſe ipſa, vt Auicenna d̄ anima: 5: ſentiat. Sed aliter etiam dicunt quidam ꝙ neruus non eſt organum prope cerebruꝫ bene diſtanter ab eo: ſaltem caro organū eſt: vt patet in neruo abſciſo qui non renaſcitur et ſentit caro ſola irradiatione Truſian⁹. 3. thegni illo cano. et nerui et tenantos dicit ꝙ caro muſculoſa eſt organū tactus: et ſic dens quia ſecundū euꝫ eſt mēbrum carni proportionatum ſentit ſe toto et ſic dicit non indigere medio vt patet per iam dicta: preſertim in guſtu odoratu et tactu: ſed in viſu, et auditu de per accidens indigemus medio: et quia viſus non videt niſi illuminatum, et: quia ſonus ſit cum quodā aeris motu. Confirmant ꝙ non indigemus medio in ſenſu paniculorꝫ et ideo Ariſtoteles intelligatur vt dicit Thomas de garbo tracta. 5. queſtione. 24. de ſenſu ab extra: et eſt optima ſententia quare Buridanus queſtiōe. 24 ſecundi de anima qui nititur ſaluare Ariſtoteleꝫ nō habet finem ſuū vniuerſaliter. Ad rationes in oppoſitum. Prima ratio de neruo puncto dico ſentire ſolutionem continuitatis carnis ad ſecundam de oculis que eſt fortior ratio. Dic ꝙ nō ē ſuꝑ organo.

¶ Deinde textu pro ſequitur probans numerum ſenſuum exteriorum ex organis dicēs ꝙ ſola tria elementa poſſunt dominari in ſenſib⁹ terra in tactu et guſtu aqua in oculo cuꝫ maxime viridi in ſanitate delectet ſicut in egrotante nigro: ⁊ eius infuſio in aqua frigida conſeruet eius ſanitatē et aer auditu et olfatu quoad odorantia cum reſpiratione aer quo ad odorantia ſine reſpiratione aliquomodo aqua ignis nullius eſt cuꝫ ſit maxime edax et conſumptiuu et pro anime operibus minime congruat calor vt patet in capite frenetici propter calorem delirantis ſi eſſet ſextus ſenſus eēt quintū elementum: ibi dominans.

¶ Hic de dominio elementorum agatur quo ad molem et omnes qualitates primas ſecundas et tertias ⁊ ſimiliter grauitatē ⁊ leuitatē,



¶ Tertia demonſtratio eſt ab obiectis: ſi eſſet ſextus ſenſus eſſet aliqua ſexta qualitas ſenſibilis que non ſentiretur a. 5. ſed talis non eſt ergo nō eſt ſextus ſenſus ſuper hoc applicabuntur bone tres difficultates.

¶ Sed diceres ille ſext⁹ ſenſus erit ſenſibilium cōmuniū contra omne quod ſentitur a. 5 ſenſibus non habet ſenſum propriū: ſed ſenſibile cōmune ſentitur. a. 5. ſenſibus, ergo non habet ſenſuꝫ proprium vnde dicit ſenſibile comune non eſſe per accidens, quia ſentiretur ab aliquo ſenſu proprio: et eēt illius obietum adequatum ſuper hoc queratur an ſit aliquod ſenſibile cōmune.

¶ Secūda queſtio ē talis: an preter ſenſus exteriores ſit dabilis ſenſus interior.

¶ Tertia queſtio an ſapere et intelligere ſit ideꝫ ꝙ ſentire ariſtoteles recitat ꝙ ſic auctoritate empedoclis dicentis, voluntas hominum ſemper augetur vnde eis ſapere ſemper altera preſtat idest cum breui tempore alteratur vnde nouitas temporis ſemper altera ſapere preſtat: ergo breui tempore mutatur ⁊ eſt corporalis vnde homerus talis eſt intellectus in terrenis qualem deducit pater hominum deorumq; ꝙ autem voluit Homerus fuit. ꝙ ſol producit noſtruꝫ intellectum: ſed nil vltra gradum ſue perfectionis igitur ſed Ariſtoteles probat ꝙ nullatenus ſit ſenſus: quia ſenſus conuenit omnib⁹ animalibus, ſed non intellectus igitur ſecundo: qꝛ ſenſus non errat circa ſenſibile proprium: ſed non intellectus tertio: quia ſemper intellectui cōiungitur ratio, ſed non ſenſui igitur.

Scðā rō Alberti

¶ Secunda ratio quocunque motu dato dabilis eſt in duplo tardior illo ſup eandē reſiſtentiaꝫ: et in quadruplo tardior. ⁊ ſic ſine ſtatu: ergo quocūque exceſſu dato qui poſſit motum inchoare ſuper aliquam reſiſtentiaꝫ minor illo ſufficiet inchoare motū ſuper illā reſiſtētiā: ergo q̄cquid ſufficit ad continuandū ſufficit ad inchoandum iſte rōnes bene probant de motu locali non tamen de motu alterationis: ſed ſubtiliſſimo cauilo probabo rōneꝫ Alberti poſſe concludere vnū maxime fſm qō eſt ꝙ quicūqꝫ exceſſus ſufficit ad portandū vnā librā ſufficeret ad portandū deceꝫ: ɔñtis falſitas nota eſt.et ſequella ꝓbatur: nā vel infinite maior exceſſus requirit̄ ad portandū decem libras ꝙ̄ ad portandū vnā vel finite maior non primū: qꝛ tunc nemo poſſet portare decem libras: nec ſm̄: qꝛ tunc habet̄ intentū.dato eñ quocunque exceſſu quo poſſit portari vna libra ſi ad portanduꝫ deceꝫ requiret̄ in duplo maior exceſſus: ſit ita ꝙ vno gradu exceſſus poſſit portari vna libra arguit̄: decima gradus exceſſus potentie ſuper reſiſtentiaꝫ vnius libre ſufficit portare vnam libram: et vn⁹ gra eſt in decuplo maior quam illa decima ergo vn⁹ gradus ſufficit portare deceꝫ libras: dicendū ꝙ licet ad portandū decē libras ſufficiat in decuplo maior exceſſus quā ille qui ſufficit ad portanduꝫ vnā, non tñ quilibet in duplo maior ſufficit: ſꝫ in decuplo maior compoſitus ex gradibus ſimul coniunctis excedentibus reſiſtentiā decē librarū.

¶ De organo auditus dicam breuiter auris extra poſita eſt: et facta eſt cartilaginoſa: non quidē carnoſa ne facile figuram ſuam amitteret: ne facta ē oſſea ne facile frāgeret̄ iōqꝫ media facta ē inter duriciē oſſis ⁊ moliciem carnis ⁊ eſt intra reflexa pl̄ib⁹ an fractib⁹ ne vehementes ſoni lederent auditum quodquideꝫ facile fieret ſi ſolum eſſet vn⁹ porus rectus: et hec pelicula texta neruis continet in ſe corpus vere animatū quod d̄r aer organicus: ⁊ ille aer colocatur intra ipſum os petroſum vt maxīe ſeruetur īmunis a leſione.

¶ Circa mām de voce dixi multa in ꝓbleumatibus, nota ꝙ quēadmodū ad hoc ꝙ actus exterior ſit meritori⁹ requirit̄ ad ipſum principaliter effectiue concurrere actuꝫ voluntatis, ita ad aliquam repercuſſionem aeris factam a cana pulmonis eſſe vocem requiritur ꝙ ad illam principaliter effectiue concurrat imaginatio: qꝛ licet tuſſis ſit repcuſſio aeris facta a pulmone: et ab eius cana: atamē non neceſſario concurrit ad illam tuſſim imaginatio et licet aliqua vox non ſit ſignificatiua: vt voces auium: atamen illa eſt ſignificatiua tanquā inſtrumētū naturale ſicut effectus repreſentant ſuam cauſam reliqua de voce vide in probleumate facto a me de voce.

¶ Circa materiam de odore noto: ꝙ quamuis Auerrois tenuerit organum odoratus eſſe naſum verior eſt ſnīa ꝙ ſunt quedam caruncule mamillares ad finem naſi exiſtentes quia videm⁹ animalia quedam non poſſe odorare niſi reſpirādo quia tolitur tale velamen quod eſt ante eas: et illo ablato fit bene odoratio. Hic odoratus viget ſiccitate quia humiditas hebetat omnes ſenſus et hinc eſt: ꝙ hō inter oīa animalia peſſime odorat: quia eſt maximi cerebri et breuiſſimi vultus ratiōe cuius he caruncule multum humectātur ⁊ ad odoratū hebetātur. ¶ Sed contra hoc arguitur probando ꝙ homo non ſit maximi cerebri inter animalia: Ariſtote. 25. probleuma.querit propter quid homo prudentiſſimus eſt animalium: ad quod reſpondet: quia paruicipitis quod videtur repugnare illi ꝙ dicitur ꝙ homo eſt maximi cerebri. Ad quod dicendum ꝙ caput eſſe magnum ſtat dupliciter: Uno modo merito contenti: hoc eſt ratione cerebri: que eſt ſubſtantia medularis, et hoc modo caput hominis eſt maximum: quia ſic expediebat illi qui facturus eſt plures operationes animales: quam cetera animalia. Alio modo caput dicitur maximum merito membrorum continentium, hoc eſt oſſium, et aliorum et hoc modo multa capita excedunt noſtrum caput in magnitudine: et quando dicitur hominis caput eſſe maximum, intellige conſiderata quantitate corporis. Nam elephas cum ſit maximi corporis non eſt verū ꝙ excedat quantitatem cerebri in magnitudine, et homo habet cerebrum frigidius et humidius; quod intellige de complexione innata: aut innata actuata per influentem cum ſit ex angue maximarum ſuperfluitatum multiplicatiuum per multa expurgatoria que illi natura tradidit, vt nares et os ad ſuperfluitates flegmaticas: oculus ad melancolicas, et aures ad colericas: ſed complexione organica ſatis calidum eſt cum illi correſpondeant ſiſtoles: et diaſtoles continue.

Dubitatur vtrum homo ceteris brutis preſtātiores efficiat vniuerſas operationes: et tēperat⁹ homo excellentius faciat ſuas opatiōes ceteris hominibus diſtemperatis: et arguit̄ vtraqꝫ pars affirmatiua et negatiua: homo perfectiorem habet animam: ergo perfectiorem operationem facit ceteris: in opoſitum videtur philoſophus ſecundo de anima dicens: ſumus eniꝫ nos homines prauiſſimi odoratus: et optimi tact⁹: itē aues que viuunt de rapina habent digeſtionē fortiorem: qꝛ digerūt carnes crudas ⁊ hñt viſum altiſſimuū eo ꝙ de longinquo debent capere predā. Similiter anſer excedit nos in auditu et aranea tactu quia ſentit beſtiolam diſtantem a ſe ſenſu tactus quod non faceret tactus noſter; ⁊ vultures excedunt nos odoratu



Pro alia parte eſt etiam multiplex argumentū prio ꝙ temperatus facit meliores operationes: palam eſt dicente gale.ſecūdo thegni canone.16.determinat autē ea magis et minus in operationibus in quo vult dicere corpora temperata magis perfectas habere operationes ipſis corporibus diſtemperatis in oppoſitum tamē arguitur; quia colericus eſt calid⁹ et melius digerit; et flegmatic⁹ eſt frigidus magis: et melius appetit iuxta illud gale.ſecundo thegni, capitulo de ventre. Calidus quideꝫ venter digerere quidem bonus: appetere vero non bonus. Item cuꝫ melācolia conſiſtat in ſiccitate: et melancolicus pl⁹ habeat diſcco magis erit memoratiuus. Itē ariſto. 25.probleuma.inquit propter quid omnes homines qui fuerūt excellentes ſm philoſofiā naturalē: et moralem et poeſim: et rethoricem fuerunt melancolici ergo aliud corpus a temperato habebat perfectiores operationes. In hac queſtione fuerunt quidam dicentes generalem concluſionem.ſ.corpus temperatum omnes operationes facit perfectiores omnibus aliis corporibus; ſiue ſumatur ly omnes collectiue: ſiue diſtributiue: et homo excellētiores facit operationes cunctas quam bruta: et ꝙ homo faciat oēs operationes collectiue perfectiores ꝙ̄ bruta nemini cadit in dubium; quia facit operationes intellectiuas que nō reperiuntur in bruto: ſed ꝙ homo faciat omnes operationes diſtributiue perfeciores grāde ſtat dubium propter premiſſa argumenta: ſed dupliciter aiunt illud poſſe ſaluari prout dicit thomas de garbo tractatu quinto ſue ſumme queſtiōe propria de hoc ꝙ ſubordinantur operationes exteriores ſenſum operationibus interioribus que ſunt perfectiores: in homine quam in bruto, ſed hoc nihil valet: qꝛ perfectio notitie vt notitia eſt non ſumit̄ niſi ex claritate qua attingit obiectum; non ergo ex hoc ꝙ ordinetur ad perfectiorem potentiam immutandam: qs enim dicat viſionem hominis; iam tam prope mortē eſſe perfectiorem in genere notitie: viſione aquile de eodem obiecto: et tamen debet dicere illud: qꝛ viſio hominis ſubordinatur perfectiori potentie ꝙ̄ viſio aquile: Item ſi illud valeret aliquid ſequeretur ꝙ appetitus naturalis cum immediate ſubordinatur directori infallibili reliquis eſſet perfectior: ideoqꝫ iſte modus Thome de garbo eſt refellendus.

Tho. garbo

¶ Reſpondendum igitur ad hanc queſtionem hoc modo ſm veritatem: ꝙ homo in genere notitie non omnes facit operationes perfectiores. Naꝫ diſtinctius videt aquila quam homo: ſed in genere entitatis pfectiores ſunt hominis opatiōes: quia fiunt a perfectiori anima et a perfectiori inſtrumento: de operationibus tamen naturalibus nullus debet dubitare: ꝙ pfectiores fiāt ab homine licet intenſius multe fiant operationes a brutis quaꝫ ab homine: ex quo patet alia queſtio de homine temperato comparato ad homines diſtemperatos: nanque ſi loquaris de operationibus animalibus perfectiores facit operationes homo temperatus quam diſtēperatus non ſolum in genere entitatis: ſꝫ in genere notitie: quia a perfectiori temperamento perfectior profluit operatio: et quando argumētabamur de frigido ventre qui melius appetit: et de calido ſtomacho qui melius digerit dicenduꝫ ꝙ non melius: ſꝫ intenſius: et ad illud quod dicitur ꝙ melancholic⁹ habet meliorem memoriam infra reſpondebitur.

¶ In bono ſenſu puto hoc intelligẽdum hoc modo: ꝙ ſenſus exterior percipit priuatiuum ideſt eſt occaſio ſenſui interiori percipiẽdi priuatiuum: qr ex hoc ꝙ ſenſus interior non percipit aliquod obiectum per ſenſus exteriores: ſeqtur ꝙ ſenſus interior percipiat priuatiuum aliquod: non tamen intelligas ꝙ ſenſus exterior percipit priuatiuũ qr tunc de re que non eſt nec eſſe poteſt exterior ſenſus formaret notitiam.

Dubitat ꝯ formiter ad Matinũ de magiſtris in ſuo libro de temperantia. q. quarta, vtrũ bruta animalia percipiant odores rerum que ſibi non conferunt ad comeſtionem: nec ad venerem. circa primum tenuit buridanus: et idem videtur ſentire Auerro. ꝙ bruta animalia non ꝑcipiunt tales odores: aut ſi percipiunt non cum delectatione: cuius contrarium tenet martinus loco citato: et mouetur bonis rationibus. Pria ratio videmꝰ picas quando docentur loqui eſſe bene attentas. et dociles et gaudentes in ſermone humano quem audiũt ergo delectantur in talibus ſonis: item maſculus delectatur in cantu maſculi: et non ordinãdo ad coitum: nec ad releuationeꝫ partus. ergo de per ſe in talibus delectantur: item legitur de delphinis ꝙ maxime delectant. in voce et cantu humano imo plinius libro nono hyſtorie naturalis inquit de quodã delphino qui ferebat vnũ puerũ quaqꝫ die ď vna parte maris ad aliam in ſcolã ⁊ mortuo puero delphinꝰ mortus eſt pre treſtitia. Item de olore dicitur apud ouidium ſic vbi fata vocant ad vada mgaudri cocinit albus olor. namque morteꝫ ſuam preſagiens cantat donec intercat, vt cum ſuauitate cantus ſubleuet laborem mortis.

¶ De modo multiplicationis odoris: duplex eſt opinio quedã tenet odorem multiplicare realiter: et hec eſt opinio Auicẽne: quam experientrõs ſuadet: qr videmus res aromaticas in ipſa odoratione in cris pari. ſecũdo probat: quia ventus prohibet odores quod non eſt ob aliud niſi quia aufert fumales euaporatiões. tertio videmus coquos cum odoribus cibariorum quos dequocunt fieri pinguiores: et minus comedentes: ergo multiplicatur odor realiter. 4. gal. ſecũda apho. cõmento illius facilius eſt repleri potu quã cibo dicit omnium velociter: et copioſe nutrientium eſt vinum facilius vero nutrimur odore: ſꝫ ſi odor multiplicaretur pure intentionaliter. Non poſſet nutrire igitur. 5. odores replent caput et dolorem capitis cauſant: vt pꝫ ex hipo. 5. apho. vbi dicit muliebria educit ex aromatibus calefactio ad multa vero conferens eſſet niſi ꝙ capitis dolorem facit. Oppoſituꝫ tenuit Auerro. ꝙ odores tantum multiplicantur intentionaliter. Cuius rationes ſunt pauci momẽti. ſed ſi placeret conciliare iſtos auctores poſſemus dicere: ꝙ odores ad paucaꝫ diſtantiam multiplicantur realiter. Ad multam vero ſolũ intentionaliter: vnum tamen concedere oportet: ꝙ animalia que odorantur per reſpirationeꝫ indigẽt magis fumali euaporatione in odore que vero odorantur ſine aliqua reſpiratiõe ſicut piſces penitus non indigẽt fumali euaporatione poteris etiaꝫ huic addere ꝙ odor eſt paſſio ſicci ideſt eſt paſſio rei que tempore odorationis deſiccatur.

¶ Circa materiam de guſtu.

Nota ꝙ saporis ſpecies ſunt ſeptem ſcilicet acutus ſtipticus. ponticus accetoſus, dulcis, vntuoſus, amarus, et ſi placet. 8. qui eſt inſipidus: ſed ille magis eſt priuatio ſaporis proſequẽdo ſigilatim de eis. Primus qui eſt acutus fit a calido: et aſicco: et ad iſtum poteſt reduci ſalſus et iſte fit ex mixtione inſipidi cuꝫ amaro vt dicit Auicenna doctrina. 4. de humoribus capitulo pmo ſic videtis: ex cineribus adutis qui ſunt amari cuꝫ aqua que eſt inſipida tranſeunte ſaporem ſalſum in lexiuo et iſte ſapor ſalſus ſemper fundatur in quadaꝫ ſubſtantia leui ſuper natant in ore ſtomachi ratione ſuper cuius farmaca iubetur dari ius ſine ſale ne pſalẽ qui eſt ſubſte leuis ſuper natantis in ore ſtomachi contingat fieri vomitum qui contrariatur intentioni ſoluendi per inferius. Secundus ſapor eſt qui fundatur ſuper frigiditate, et ſiccitate talis eſt ſapor granatorum. Tertius ſapor eſt ponticus: ⁊ fundatur ſuper qlitatibꝰ ſuper quibꝰ fundatur ſtipiticus: ſed vincit magis ſiccitas talis ſapor eſt ſorbarum: et pomorum non dum maturoruꝫ. Quartus ſapor eſt accetoſus: et hic cauſatur duobus modis vno modo ex indigreſtionem: vt in ageſta et iſte ſapor eſt ſapor cordialis. Alius eſt accetoſus per putrefactionem: et hic eſt ſapor acceti. Nam ꝗ in vino ebuliẽte euocato humido aereo per exhalationem: et extinctionem inati calidi putrefit: et accetoſatur ⁊ huius modi accetoſitas differt a precedente: quia eſt maxime penetratiua habet enim accetum incudem et maleum: vt dicit arnaldus deuilla non a ꝓpter ꝑtes accutas derelictas ex putrefactione penetrat: ⁊ propter ſtpiticas frigidas partes penetrantes cõprimuntur et magis penetrant conuenit tamen cuꝫ precedenti accetoſo ꝙ omnia accetoſa preſeruant a putrefactione. Quare tempore peſtis conueniens eſt in omnibus cibis vti agreſta ⁊ acceto: ⁊ irrigare domus cum acceto.

Notabis de mẽte Auicenne, fen. prima quarti ſuma de efimeris ꝙ accetoſitas quandoqꝫ cauſatur a calido: et quãdoqꝫ a frigido quod a frigido moſtrat experientia ď illis quibus: accetoſatur cibus in ſtomacho, propter calorem debilem quod a calido moſtratur in viuis, que vertuntur in accetuꝫ tempore eſtiuali magis ꝙ hyemali, et ſimiliter panis poſitus ad fermentandũ cuꝫ fermento qui accetoſatur in eſtate dulcis autem ſapor cauſatur ex debita proportione qualitatũ primarum omnium aliquando poteſt complexio declinare ad frigiditatem: ailquando vero ad caliditatem exemplum primi patet de melonibus qui ſunt frigidi: ſecundum vero patet in carnibus que ſunt calide: ſapor vero vntuoſus cauſatur ex multa ſuper abũdantia humiditatis vntuoſe: vt videre eſt in adipe: et pingudine et ideo omnia ſita ſunt humidiora ⁊ ſuper natant in ſtomacho: et faſtidiunt ⁊ ſatiant os ſtomaci relaxando. Nam ſicut frigidum comprimẽdo ſanguinem in membra concitat appetitum ſic nimis humidum relaxando faſtidium cauſat et abominationem amarus autem ſapor cauſat ꝓpter multã frigiditatem quod monſtratur in glandibus et caſtaneis ante maturitatem: aut ꝓpter multum calorẽ cõſumẽdo partes aereas in quibus ſapor ſubiectat quo modo agmidale proter antiquitaten ſuam efficiuntur amare eo ꝙ conſumpte fuerunt eis partes, dulces. Conciliator tamen opinatur omne amaruꝫ ſo



re calidum: quia habet quaſdam partes calidas: et ſi arguatur de Opio quod eſt amarum, et eſt ſatis frigidum, dicit ꝙ illa ſua amaritudo cauſatur propter aliquas partes calidas aduſtas quas hebet inſipidus autem ſapor. Propter abundantem humiditatem.

¶ Contrauerſia tamen eſt inter gallenum ⁊ Ariſtotelem que facile ſedari poteſt qui nã ſint ſapores extremi. Nam Ariſtoteles dicit eſſe ſaporem dulcem et amarum Galenus vero ſtipticum et acutum iſtorum tamen controuerſia ſedatur athoma de garbo tracta, quinto ſue ſumme queſtione ꝓpria. De hoc ꝙ ſi iſtorum ſaporum attendatur extremitas penes qualitates tãgibiles ſic ſtipticus et acutus ſunt extremi quia acutus fundatur ſuper calore multo ⁊ ſtipticus ſuper frigiditate multa ſi vero iſtorum extremitas attendatur penes diſtantes modos immutandi ſic dulcis et amarus ſunt ſapores extremi. Nam dulcis: immutat ſuauiter, et amarus non ſuauiter et gentilis ſecundo canone credit expreſſe quod ſapores extremi ſunt amarum et inſipidum: ⁊ dicit dulcem non deberi vocari extremum: ſed medium.

Queritur vtrum omne amarum ſit calidum: circa quam queſtionem due ſunt opiniones famoſe. Prima eſt Auerro. ſecundo de anima co. 150. et. 5: coli. ca. 27. tenentis, ꝙ amarum quandoqꝫ eſt calidum: ⁊ quandoqꝫ eſt frigiduꝫ ad quod mouetur multis rationibus. Prima ratio eſt ſicut eſt de ſapore dulci ita debet eſſe de ſapore amaro: ſed dulce quandoqꝫ eſt calidum: et quandoqꝫ eſt frigidum: ergo et amarum: maior patet de ſapore dulci ipſius melis qui eſt calidus et de ſapore dulci melonis qui eſt frigidꝰ Secundo probatur illud: quia videmus glandes: et caſtaneas amari ſaporis frigidas tamen immo opium eſt amariſſimum: ⁊ tamen frigidiſſimum paraliſim inducens.

¶ Tertio arguitur nõ eſt aliquis color qui non cauſetur a calido et frigido: ergo non ẽ aliquis ſapor qui non cauſetur a calido et a frigido

¶ Oppoſitaꝫ ſententiam tenet gal. omne amarum calidum eſſe quam ponit concili: ad longum differentia. 145. ar. 5. et ſecundo cuius motiua ſunt egregia primo autoritate Ariſtotelis. 75. probleumatuꝫ probleumate. 24. vbi dicit ꝙ amarũ et ſalſum verſantur penes idem: ſed ſalſum ſemper eſt calidum: ergo et amarum: immo amarum ponit calidius philoſophus quaꝫ ſalſum: quia dicit loco citato. Salſum per aduſtionem efficitur amarũ. Iteꝫ amarum viſcera excoriatur opilationes apperit ab ſterſiuuꝫ eſt que omnia ſunt certa inditia caliditatis

¶ Sed ꝓ ſolutiõe rationum auerro premittit Con. ꝙ non eſt aliquod mixtum quin conſiet ex diuerſis ſubſtantĳs ſcilicet quibuſdaꝫ calidis alĳs frigidis quibudam ſtipticis: alĳs purgatiuis: vt patet de lentibus: et ipſis bletis quarum primum ius eſt purgatiuum ſecundum vero ſtipticum quibꝰ declaritis notat ꝙ dulce contingit frigidum eſſe: et calidum: non tamen fit ex frigido: ⁊ calido immo ex debita proportione qualitatum primaꝝ: et ad aliud quod dicitur caſtãee et glandes ſunt amari ſaporis dicit falſum eſſe immo ſunt pontici ſapores vel dicit aliter ꝙ ſunt amari ſaporis ipſarum tamen amaritudo fundatur ſuper partibꝰ qbuſdã aduſtis. Calidis exiſtentibus et ad illud de opio dicit quod eſt amaꝝ quia fuit aduſtum ſuper laminam ferream et ad tertium quod arguit de colore dicit nimis extraneum, eſſe argumentum de colore ad ſaporem: quia color ſm pytagoram eſt ſenſus epiphans quaſi diceret ſuper apparentem quãdam telam que parum iudicet ſuper ſubſtantiam rei.

¶ Circa materiam de tactu dubium eſt et non paruum quod eſt organum ſenſus tactus circa quod duplex opinio verſatur: quedam eſt ſimplicĳ dicentis organum tactus fore carneꝫ eo: quod illa videtur optime complexionis quod etiam ariſt. li. 4. de partibus animalium capitulo primo ſenſit ſecunda eſt opinio themiſtĳ quam ſequitur Albertꝰ magnus dicens organum tactus fore ipſum cor qꝺ Ariſtoteles ſecũdo de anima ſenſit quando dixit organum tactus non eſt caro: ſed quod intus. ¶ Tertia eſt opinio auerro. dicentis ꝙ organũ tactus ẽ neruus cui opinioni aſſentit conci. differentia. 42 dicẽs ꝙ per ly intus: intelligit neruum de quo maxime auguſ. nimphus miratur. Nam dicit nunquam. Ariſt. poſuit neruum obidqꝫ dicit ꝙ originatiue: et principaliter organum tactus eſt cor: ſed diſpoſitiue eſt caro: et quantum ad perfectionem eſt neruus: ⁊ ſubaudiendum tamen eſt ꝙ cuꝫ membra ſpermatica abciſa nequeant renaſci nec neruus renaſci poterit ſentiet tamen caro illa per quandam irradiatiõem ſpicies animalis: nec propterea ſequitur ipſum os ſentirꝰ: quia habet complexionem naturaleꝫ nimis terreſtrem diſtantem nimis a complexionem organica nobiliſſima per quam neruus ſentit.

¶ Sed aliquis argueret cõtra hoc probando: ꝙ caro ſit organum tactus: quia caro eſt melius complexionata quam neruus. Dicenduꝫ ad hoc: aliquod membrum eſſe bene complexionatum poteſt ex duobus attendi: aut ex complexione organica que eſt aſtantia ſpirituum: aut ex complexione innata que eſt tale vel tale temperamentum primaꝝ qualitatum ſi primum ſic neruus eſt melius complexionatꝰ quia habet qualitates magis conformes ad ſentiendum vtpote temperamentum ſpũum animalium: et iſta complexio organica eſt maxime conueniens operationibus animalibus obidqꝫ ex illius carentia in abundanti quantitate caro non eſt organũ ſenſus: quia magis abũdanter participat neruus ď ſpiritibus. ¶ Nota tamen: ꝙ in nerui abciſſione ſuplet caro vicem organi per ipſus irradiationem nõ tamen iſtã ſuplere poteſt os, qr eius complexio maxime terreſtris eſt et diſſonans a temperamento ſpirituum animalium.

¶ Dubitaret aliquis quare cum ſenſus tactus ſit ſenſus maxime terreſtris in quo elemẽtum terre maxime dominatur quare iudicat ſuper intellectus bonitatem. Dicendum ad hoc: ꝙ ideo ẽ: quia ſenſus tactus eſt ſenſus vniuerſalis: et ipſius bonitas indicat cõplexionẽ per totũ corpus eſſe bonã. Ex quo ſequitur intellectum habere bonam diſpoſitionem in ſenſibus, ⁊ ideo molles carne dixit philoſophus aptos mente. Notandum tamen eſt in preſentiarum: ꝙ ſenſus omnes ſentiunt per medium quandoqꝫ quidem intraneum quandoqꝫ vero extraneum medium intraneum voco quod eſt conſunctum corpori, et pars; extraneum vero econuerſo, Senſus vi

ſus auditus: et olfactꝰ ſentiunt per mediū extraneū ſed ſenſus guſtus et tactus ſentiunt per medium intraneum. Commentator tamen Auerro. Queritur ſuper iſta parte vtrum duo corpora dura poſſint immediate ſe tāgere ſine aliquo medio: quam propoſitionem multi philoſophi volunt moderari, ꝙ ſit intelligenda de corporibus mixtis: et non de elementis quia duo elementa bene poſſunt eſſe immediata: et dicunt intelligendum de duris, quia plumbum liquatum: et aurum liquatum poſſunt eſſe immediata: ſed vt dicit Auguſtinus nimphus in ſecundo de anima cō. iij. ſuper vacue tot conditiones addiderunt. Nam cum dicit corpora dura ibi intelligitur mixta. Nam duricies eſt qualitas ſecunda: vt habet metheo. 4. que non poteſt niſi in mixtis reperiri. itē quidam addunt ꝙ debent eſſe dura diſcontinua. nam dicunt due medietates vnius continui bene ſe tangūt immediate ſine aliquo medio: ſed hec omnia cōprehenſa ſunt cum dicitur impoſſibile eſt duo corpora dura ſe tangere: tactus enim ſolus eſt proprie dictus inter res diſcontinuas: mouet autem Auerro, ad hanc propoſitionem aſſerendam per rationem illam cōmunem, ꝙ ſequeretur aut dari vacuū: aut penetrationem dimenſionum ſi duo corpora dura ſe tangerent immediate patet de duabus tabulis quadratis quarum vna ſuper ponatur alteri immediate volo, ꝙ vna ab altera ſeparetur eque cito quo ad omnes ſuas partes quod cum fiat ingrediatur aer ab extremo illarum tabularum vſqꝫ in medium in inſtanti et ita daretur motus localis inſtantaneus quod eſt falſum: aut ſi ille aer moueatur ſucceſſiue, ſequitur in medio tabularū dari vacuum propter que inconueniētia euitanda; dicit Auerrois inter illas tabulas quantumuis leuigatas ſemper exiſtere medium: ſed contra hanc opinionem eſſent alique inſtantie: Prima ſequeretur ꝙ quantumuis magnum graue ſubſtineret quantumuis paruū leue, et ſequella patet de modico aere exiſtenti inter illa corpora dura. Secundo ſequeretur ꝙ in entibus naturalibus non eēt determinatio quo ad paruitatem. Nam quocunque aere dato exiſtenti inter illa corpora dura minor poſſet eſſe: quia poſſunt magis leuigari: et fieri imediatiora: et ꝙ aer medians eſſet minoris quātitatis propter que inconuenientia videtur mihi rectius dicēdum: ꝙ duo mixta bene poſſunt eſſe imediata: et ad incōueniētia que affert auerr. Dico ſicut bene dicit Thomas de garbo in tract. 5. ſue ſumme in queſtione de ſono: ꝙ qr eleuatio eſt motus: et ſit per vltimum non eſſe ſequitur ꝙ quēadmodum imediate poſt hoc fiet eleuatio. Ita imediate poſt hoc fiet aliquis motus aeris: et immediate poſt hoc erit aliquis aer vſqꝫ ad mediū nec ſequitur propterea: ꝙ aliquis motꝰ localis ſit inſtantaneus.

¶ **Capitulo vigeſimo tertio in ſolu**tione primi argumenti libri de anima Paulus venetus tenet: ꝙ eadem ſpecies eſt in toto medio nec habet pro inconuenienti: ꝙ idem accidēs ſpirituale ſit in pluribus ſubiectis diſcontinuis et concedit idem numero in vno loco eſſe vigoroſius ſe ipſo ī alio: imo idē in vno loco eſſe puriꝰ ſeipſo in alio nec propterea concedit idem eſſe vigoroſius ſe: aut idem eſſe puriꝰ ſe eſt enim arguere a dicto ſecundū quid ad dictum ſimpliciter.

¶ **Et nota ꝙ ſicut iſta conſequentia** nihil valet eadem anima numero ē in vna parte corporis: et in alia et deficit ab vna: ergo illa anima corrumpitur ſic pari modo non valet eadem ſpecies numero eſt in aere et in aqua: et deficit ab aqua, ergo illa ſpecies corrumpitur; nego conſequentiam: ſed ſolum infertur: ꝙ deſijt eſſe in aqua ex quo non ſequitur: ergo deſinit eſſe: quia arguitur negatiue ab inferiori ad ſuum ſuperius: ex parte prime exponentis de ly deſinit ex ponendo per primum non eſſe ac ſi argueretur non eſt in aqua: ergo non eſt ens.

**Queritur cur dicatur ſenſus in**terior: et an in ſenſu cōmuni fiant omnes ſenſationes ſuper quo nota ꝙ ſenſus non vocatur interior: qr ſit in interioribus ſituatus: quia etiam tactus ſituatur in paniculis interioribus corporis: nec vocatur interior: qr ad ſui opationē reqrat preuiā alteriꝰ ſenſus ſenſationē. Nā illo mō ſenſus guſtꝰ eēt interior: quia nunquam operatur percipiendo ſapores quin tactus preſenſerit humiditatem: ſed vocatur interior ſenſus: quia ad ſui operationē prerequirat operationē alterius ſenſus in alio organo exiſtētis.

¶ **Ad ſecundum nota id quod tenet** Buridanꝰ in libro de ſomno et vigilia: ꝙ ſenſus exteriores non ſentiunt: ſed illud quod ſentit eſt ſenſus communis ille enim facit omnes ſenſationes omnium ſenſibilium: et ſenſus exteriores non faciunt niſi predis ponere ſpecies ipſas in materializando qḋ monſtrat duabus experientijs. ¶ Prima eſt: quia freneticus/et ſi multa viderit inter delirandū non iudicat ſe vidiſſe: quia ſenſus communis fuit in diſpoſitus ergo in ſenſu cōmuni principaliter cauſantur iſte ſenſationes. ¶ Secunda ē ꝙ dormientes et ſi multa audirent non iudicant ſe audiuiſſe: quia ſenſus cōmunis fuit indiſpoſitus: ergo in ſenſu communi principaliter cauſantur iſte ſenſationes; ſed falſum dicit facit enim ſenſus exteriores non eſſe perceptiuos quo nihil eſt abſurdius: et ſue experientie nihil valent: ſolum probat nos non memorari de rebus ſic viſis propter ſpecierum turbulentiam et in diſpoſitionem/q̄ ineptitudine non ſufficiunt facere nos rememorari.

**Queritur vtrum in oculo domi**netur aq̄ in auditu aer: et in odoratu ignis, et in alijs terra ad quam queſtionem reſpōdet Buridanus in libro de ſenſu et ſenſato ī queſtione quadam; vbi loquitur de dominio elementorum in mixto aſſeueratiſſime credit ī quolibet mixto dominari terram quoad molem: quod etiā phs aſſeuerat in libro de proprietatibus elementorum credit etiā in quolibet mixto dominari terram quoad grauitatem ꝙ ſi aliqua mixta leuigant vt patet de piſcibus mortuis et de lignis illud eſt propter multas partes ventoſas admixtas cuius indicium eſt: ꝙ ſi piſcis ille infruſtra ſcindatur ⁊ lignum puluerizetur puluerem concidunt in terrā propter exhalationē partium ventoſarum: ſed de calore credendum eſt in rebus animalis quibus licet dominari calidū quo ad operationem: ſed non quo ad denominationem qualitatiuam qḋ gale. nono de ingenio ſanitatis mōſtrat in apibꝰ in quibus cum ſint exangues frigidum ſuper calidum dominatur: et tamen quoad omnes operationes vtitur apes caliditate: quia ad operationes vitales ineptiſſima eſt frigiditas.

¶ **Ad queſtionem dico dominari a**quam in oculo ꝙ totus ſit aquoſus humoribus plenus; et ꝙ aqua conſeruetur: et in auditu aer eo ꝙ eiꝰ organum maxime illi proportionetur, et corpora aerea ſint magis ſonora, et in odoratu ignis: quia viget odoratus calido et ſicco.

¶ **Vtrum nerui obtici ſe crucient in** capitulo. 25. in prima concluſione errat in hoc paulus venetus deceptus opinione Alberti magni cogitantis neruos obticos fore concauos et in crucem quod falſum eſt: Namque ex illo clare ſequitur dextera apparet ſiniſtra ⁊ ſiniſtra dextera obidque rectiꝰ eſt, neruos illos piūgi verſus cerebrū, et poſtea vnūquemque procedere ad occulum correſpondentem directe illi parti vnde neruus trahit originem: iſte autem contactus neceſſarius eſt tam in neruis obticis quam auditiuis ne vna queqꝫ res appareat due res quod bene monſtratur in depreſſione oculi per digitum, nec motiuū alberti valet aliquid vt declaraui ſuper problematibus debent autem eſſe poroſitatum valde latarum: non tamen concaui: quia nō differrēt a venis.

¶ **Vtrum in capite ſicut membro re**gali vbi vigent omnes ſenſus determinentur figure re ad quam queſtionem reſpodeo: ꝙ caput quattuor figuras habet vt bene declarat conciliator differentia. 12. Prima eſt: quia totum caput eſt ſphericum: et ſic tale eſt in diſpoſitum quoniam ſpecies vagantur non recte tranſeūtes ad poſterius: nec celeriter redeuntes ad anterius. Secunda figura capitis eſt vbi deficit eminentia anterior: et eſt planities quēadmodum in ethiopibꝰ, et iſti propter compleſſionem ventriculorum anteriorum ſunt leſi quoad cognoſcitiuas potētias. Tertia figura eſt quando deficit eminentia poſterior: et in talibus leditur memoria. Quarta figura capitis eſt quam dicit Hippo. Non poſſe reperiri ꝙ. ſ, maior ſit diſtantia a tempore in tempꝰ quā ab occipitio in ſyncipur ſed Conci, et Vgo ſe. ſecūdo tegni dicūt ſe vidiſſe bononie: ſed figuras, capitis nālis nulla iſtarum ē: ſed ē ſicut dicit gale. ſecundo teg. tanq̄ figura ſpherica cerea a lateribꝰ leuitur compreſſa: et factum eſt hoc vt parti anteriori ſit locus amplus: et capax pro operationibus cognoſcitiuis: pars vero poſterior etiam eſt facta capax: et rotunda quoniam eſt archa reſeruatiua ſpecierum ſenſualium media vero pars ſtricta facta eſt vt ſit celerimus tranſitus ſpecierum abante in retro et econuerſo ex quo infertur ꝙ cum pars anterior ſit amplior per illam purgantur plures ſuper fluitates immo per aures obidqꝫ organum auditus non ita humectatur: ſicut humectatur organum olfatus: et ratio eſt: quia poroſitatas auditus ſunt anfractuoſe intra quas ſi humiditas complicaretur tantum eſſet nocumentum vt homo fieret ſurdus propter difficultatem extrahendi illas immunditia: vel dic aliter, ꝙ quamuis organum auditus preter naturaliter humectetur tamen de complexione eſſentiali ſiccum ē poſſemus dare ac comodatam ſimilitudinem de pulmone qui de complexione eſſentiali ſit calidus et ſiccus cum nutriatur ſanguine colericiſſimo ō accidentali ſit frigidus et humidus eo quod ſit receptaculum plurium flegmatum deſcendentium a capite ne ex continua flabelatione cordis areſcat.

¶ **Vtrum ſit aliquod ſenſibile cōmu**ne ad quam queſtionem noto: ꝙ ſenſibilia cōmunia ſentiuntur quedam immediate ſine aliquo diſcurſu: et illa ſolum ſunt quinqꝫ ſcilicet numerus; magnitudo: motus: quies: figura: alia vero ſentiuntur aliquo diſcurſu iuuante que ſolent poni. 16. vt dixit Cantuarienſis. nota tamē quod iſta propoſitio magnitudo eſt ſenſibile cōmune intelligitur ſm ſentētiam realium in rigore. Nam aliqua magnitudo eſt ſenſibile cōmune vtpote quantitas que diſtinguitur a re quanta ſed ſecundum nominales in rigore illa eſt falſa. Nam vel tu demonſtras magnitudinem que eſt ſubſtantia et ſic illa ſingularis eſt falſa: quia ſubſtantia non eſt ſenſibile per ſe; ergo nec cōmune vel tu demonſtras magnitudinem que idemtificatur accidenti: et ſic iſta eſt falſa: iſta magnitudo eſt ſenſibile cōmune: quia quod cumque accidens demonſtres diſtinctum a ſubſtantia illud non ſentitur a pluribus ſenſibus: ideo debet iſta propoſitio magnitudo eſt ſenſibile cōmune cōcedi: aut ly magnitudo ſupponēte materialiter ita ꝙ ſignificet iſte terminus magnitudo, ſignat plura ſenſibilia a diuerſis ſenſibus: et ita illa propoſitio de actu exercito ſumitur loco vnius ō actu ſignato: aut debet ly magnitudo ſupponere ſimpliciter: quare non licebit dare aliquas ſingulares.

**Dubitatur an ſenſus exteri**or cognoſcat ſenſibile alterius ſenſus ⁊ quo modo ſaluabuntur omnia ſine ſpeciebꝰ ⁊ an ſpēs ſenſus exterioris et interioris differāt ſpetie ad p̄mū nota: ꝙ ſenſus exterior nec de pſe nec de p accidēs cognoſcit ſenſibile alteriꝰ ſenſus ſiue ꝯcurrant in vnum ſubiectiue ſiue non: ſed contingit ex frequentia cōſuetudinis cognoſcendi aliqua eē in vno ſubiecto quod imperciptibiliter vno illorum accidentium cognito a ſenſu exteriori ſenſum cōmunem ratiocinari de alio ibidem cognito quin ſit ſenſatum ab alio ſenſu exteriori.

¶ **Ad ſecundum dico ad omnes ex**perientias reſpondet Ocham ꝙ ſola rerum approximatio ē cauſa cauſandi diuerſas notitias propter diuerſitatem ſitus in ordine ad potētiā: vel ad mediū: vel ad ſpeculum vide a nobis dicta in problematibus.

¶ **Ad tertium egregie probatur ſpe**cies ipſas ſenſus exterioris differre ſpecie ab ſpeciebꝰ ſenſus interioris quoniam iſte ſpecies ſenſus exterioris cauſatur a ſolo obiecto ſed ſpecies ſenſus interioris cauſantur a notitia ſenſus exteris: et a ſenſu interiori quod probatur. ¶ Nam ſi non ita eſſet ſequeretur aliquem poſſe habere notitiam abſtractiuam abſolutam ſingularem diſtinctam de re aliqua cuius nunquam preceſſerit intuitiua falſitas conſequentis nota eſt: et ſequella probatur de aliquo qui cum eſſet intentus in interioribus imaginationibus delata ſub viſu non percipit quorum tamen ſpecies accepit per viſum: et ſi ille met tranſfunderētur ab occulis vſque ad ſenſus interiores ſeq̄retur illatum inconueniens.

**Queritur vtrū ſit dr̄a inter ſpe**ciem et notitiam ad quod reſpondeo: quod inter ſpeciem et notitiam multa ſunt diſcrimina primum ꝙ ipſa notitia ē terminus et ſpecies non ſecundum: ꝙ ipſa notitia repreſentat formaliter ſpecies vero inſtrumentaliter tertium, ꝙ ipſa notitia non repreſentat preuia ſui cognitione: ſed ſpecies repreſentat preuia ſui cognitione: et non qualicunque ſet debet cognoſci illa ſpecies in quan

tum eſt imago ꝙ euenit ex quadam notitia habituali derelicta a notitia intuitiua inclinanti in notitiam ſpeciei, vt imago. Et poſſemus aliam differentiam aſſignare ꝙ notitia non poteſt eſſe in anima, quin per illam anima actualiter immutetur: ſed ſpecies poteſt eſſe, quin actualiter immutet: quomodo autem ſpecies differat ab habitu diximus in problematibus.

## Queritur vtrum ſubiectum ſenſuum ſit

cor vel cerebrum ad quod multas bonas rationes faciunt medici contra Ariſtotelem probantes ꝙ ſenſus communis ſit in cerebro et non in corde. Primo quia ſentire eſt quoddã pati: vt philoſophus ſecundo de anima ſed melius patitur mẽbrum molle quam durum: ergo cerebrum ſentit et nõ cor. Itẽ mẽbrum calidiſſimũ ẽ maxime alienum ad perfecte ſentiendum: vt patet de freneticis qui delirãt propter calorem et de belligerantibus qui tempore belli non ſentiunt vulnera propter calorem cum igitur cor ſit calidiſſimũ ſequitur eſſe ineptũ ad ſentiendum. Item ſi quis habeat diſpoſitiones malas ad cognoſcendum et ad iudicandum ponimus ei remedia in capite et non in corde: ergo cerebrum eſt principium ſenſus. Preterea illud quod eſt principium paſſionum non eſt habens temperamentum: perfectum pro cognoſcendo: patet iſta maior ex themiſtio in ſecundo de anima inſigniter declarãti quomodo pro paſſionibus requiratur corpus eẽ ſub intemperie quaſi agitatum et turbidum, ſed pro cognoſcendo limpidũ et quietum, et purgatum cum ſpiritibus ſplendidis ſed cor eſt principium paſſionis quia ipſum eſt qđ in paſſionibus agitatur et cõturbatur: ergo non eſt aptum principium pro cognoſcẽdo et percipiendo ad idem etiam eſt notandum, ꝙ licet cerebrum ſit principiũ ſentiendi ipſum tamen nõ ſentit quod natura ſagaciſſime fecit. Nam cum cerebrum ſit totius corporis caminus ad quem vniuerſi ſummi corporis aſcendunt natura ſagaciſſima fecit ne ſentiret: quia aliter continuo grauaretur dolore ex aſcendentibus fumis ſecundum etiam medicos cerebrum eſt principium motus quod monſtrat quia corporis in paraliſi que eſt corporis imobilitas et mollities iubemus caput confortare oleis calidis atque nucham ipſam calefacere nerui namque oriũtur a cerebro et a nucha eius vicario bini et bini ab vno quoque ſpondili, et non poſſunt omnes immediate oriri a cerebro: quia grauaret caput in tot neruorum ortu ex quo poteris dare cauſam illius quod in ſeptimo argumento iſte doctor declarat ſcilicet cur dormientes nõnulli exercẽt opera vigilantiũ. ẽ enim notandum ꝙ cerebrum concreat duplices ſpiritus ſcilicet motiuos: et ſenſitiuos: ſenſitiuos quidẽ magis in parte anteriori cerebri ſubtiles dyaphanos minus calidos: et in parte poſteriori concreat alios ſpiritus groſſos: calidos opacos quos per partem poſteriorem: et nucham membris vniuerſis delegat cum quibus mouentur: nondum tamen ſentiunt: quia ſunt opaci: et groſſi. ſed ſentiunt inepte et hec eſt cauſa quare mouentur et ſurgunt de lecto dormientes: quia dato ꝙ ſenſus communis ſit ligatus ne ſentiat per ſenſus exteriores: nõ tamen eſt ligatus ne ab intra moueatur et ſic ſenſus communis moueatur ab intra in quo motu ſentit ſenſus communis aliquid prout conueniens vel diſconueniẽs quo cognito appetitus ſenſitiuus coniunctus ſenſui cõmuni appetit illud fugare vel pſequi: et mouet mẽbra exteriora ad illam proſecutionem vel fugam exercendam.

Complendo magis materiam de ſenſibus interioribus nota ꝙ anathomiſte ſolent diuidere ſenſus interiores quidam ſicut carpus in ſua anathomia diuidunt illos ſecundum ventriculos cerebri in longitudine: itaque cerebrum verſus partes laterales diuiditur in duas partes ſm longitudinem quarum vna tota ab ante in retro eſt ſenſus communis per totum et memoria per totum: ceterũ ſenſus communis magis viget in parte anteriori, et memoria in parte poſteriori: et conſimile in parte ipſa ſiniſtra imaginantur etiam cerebrum diuiſum ſm longitudinem ab ante in retro et per totum ſenſus cõmunis et memoria: ſed magis viget vt prediximus ſenſus cõmunis in parte anteriori et memoria in parte poſteriori ſed per medium: vt aiunt eſt locus qui non ſeruit niſi tanquam medium tranſitus ſpiritibꝰ et ſpeciebus in vna parte et in alia: ſed anathomiſte communes alio modo diuidunt cerebrum ſcilicet ſm latitudinem in tres ventriculos diuiſos quidem: et a ſe ſeparatos per piam matrem que eſt tella ſubtilis velut ſua mater in gremio amplexans cerebrum et veluti telicula diuidit grana pomi granati prior igitur ventriculus in duas ſecatur partes in quarum Prima ſi credamus Auicenne reſidet ſenſus cõmunis in ſecunda phantaſia que reſeruat ſpecies ſub ratione preſentis in ſecundo ventriculo eſt duarum partium ſectio in quarum prima eſt extimatiua eliciens ex intentionibus ſenſatis non ſenſatas: et huius reprobationem in noſtra repetitione viſum eſt.

In ſecunda parte medij ventriculi eſt imaginatiua que vere eſt ratio particularis, in ſingulari omnia ſyllogizans que intellectus in vniuerſali. Poſt has omnes ſequitur memoria in ventriculo poſteriori qui: vt aiunt nõ eſt potentia cognoſcitiua licet teneri poſſet contrarium: quia inconueniens quod adducitur quod eſſet incõtinuo actu cognoſcendi nullum eſt: quia tunc ego poſſem dicere: ꝙ nõ ſequitur quia licet ſpecies prime ſit preſens preſentia reali nõ tamen preſentia obiectiuali.

Vnum tamẽ nota ꝙ memoria nõ reſeruat ſpecies niſi ſub ratione preteriti et non aliter: preterea nota, ꝙ memoratiua non eſt reminiſcitiua quia reminiſcitiua eſt cognoſcitiua: immo in ſolo homine reperitur iuxta philoſophum in primo de hyſtorijs animalium dicentem, ſolus homo reminiſcitur inter animalia: et eſt reminiſcentia inueſtigatio obliti per memoriam quod euenit quia ex memoratis ſillogizat homo ad oblita non totaliter; ſed partialiter oblita: propter remiſſionem ſpeciei, vt dicit Buridanus in de memoria et reminiſcentia.

Notandum eſt vlterius quod ſecundum Ariſtotelem ſi credamus Paulo veneto ponuntur ſolum due potentie ſenſus communis ſcilicet et memoria: licet ſm buridanum ponuntur tres ſenſus communis phantaſia: et memoria: ſed circa ſitum iſtarum potẽtiarũ due ſunt opiniones quedam tenet has potentias eſſe diſperſas per totum cerebrum quod tenet Mathęꝰ de gradi: nono alma. capitulo de litargia et vgo ſenenſis ſecundo reg. capitolo de cerebro ad quod mouẽtur autoritate philoſophi in libro de memoria dicentis bene memorati ſunt tardi ingenij et econtra quod eſſe non poſſet ſi memoria et ſenſus communis haberent diuerſa loca in cerebro; quia poſſet eſſe temperamentum conueniens vtrique quamuis eſſent temperamenta contraria propter eſſe in diuerſis locis: contrarium tenent communiter ꝙ memoria eſt in occipite ſenſus communis in ſincipite et ſic conſequenter, et ad auctoritatẽ philoſophi in genioſa eſt reſponſio ſup tẽperamento illo dico gale. ſecundo theg. capitulo de cerebro vbi dicit facilitas diſcendi mollis difficultas diſcendi dure obliuio vero fluentis memoria vero pmanentis. Ex quo dicto in fertur ſubtilitatem ſpirituum cum eorum caliditate congruere pro ingenij perſpicacitate ꝙ videre eſt in colericis, qđ tñ nocet memorie propter cerebri variabilitatem et fluxibilitatem: quare cito amittit ſpecies: quia habet cerebrum nimis in motu: ſicut deſinit apparere ymago a qua conturbata obidque ingenioſi ſunt male memoratiui.

Galenus tertio de accidenti et morbo: probat multiplicem virtutem interiorem ſore dabilẽ: quia videbat quoſdã homines taliter peccantes: ꝙ in ipſis deficiebat imaginatiua quoſdam vero alios taliter errantes ꝙ malum iudicabant eẽ bonũ et econuerſo: et quandoque dubitabant vtrum malum eſſet malum vel bonum eſſet bonum exemplo declaratur hoc dicit gale. ꝙ vidit quendam hominẽ qui fortiter clamabat vt pellerent ab angulo domus tibicines qui eius caput infeſtabant: iſte errabat ſm imaginatiuam licet non ſm extimatiuam dicit etiam gal. vidi alium hominem qui omnes vrceos domus congregabat et ponebat in feneſtra et poſtea querebat a tranſeũtibus per callem vtrum eſſet bonum proicere illos vrceos in callem iſte errabat ſm extimatiuam non vero ſm imaginatiuam.

## Queritur quomodo ĩtelligitur

iſta propoſitio oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari ad quod dico ꝙ non debet intelligi; ꝙ intellectus intelligat phantaſmata: ſed intelligitur oportet intelligentem in phantaſmata producere quandam qualitatem ſpecialem q̃ mediante phantaſmata ſuperleuent mediãte quodam lumine intellectus agẽtis itaque quiditas que erat ſopita per indiuiduales conditiones propter improportionalitatem quam habebat ad intellectũ agentem iam actualiter poſſit immutare: ſicut dicit Doctor ſanctus ꝙ beatus ad videndam diuinam eſſentiam indiget lumine glorie quod eſt qualitas in intellectu beati eleuans ipſum vt poſſit videre deum et hoc eſt ꝙ philoſophus dixit tertio đ anima intellectus agens facit tranſire de ordine in ordinem. Nam cum phantaſma eſſet potẽtia intelligibile factum eſt actu intelligibile et indigentia huius irradiationis prouenit: quia cum obiectũ ſenſibile ſit mãle et intellectus ſit in materialis eſt maxima in proportio niſi per aliquam qualitatem illud phantaſma de potẽtia intelligibili faciat actu intelligibile.

## Queritur vtrum intellectus humanus

multiplicetur ad multiplicationem indiuiduorum. Pro declaratione huius queſtionis eſt primo notandum: ꝙ naturaliter loquẽtium fuerunt quattuor opiniones. Prima opinio fuit alexandri ponentis; vt recitat Commentator. 3. de anima, ꝙ intelectus multiplicatur ad multiplicationem indiuiduorum ſpeciei humane: et ꝙ eſt generabilis et corruptibilis more aliarum formarum naturalium per nobiliſſimam mixtionem qualitatum primarum et diſſolutionem eiuſdem mixtionis. Secunda opinio fuit Platonis ponentis animas intellectiuas in numero finito correſpondentes aſtris celeſtibus: itaque poſt mortem reuertuntur ad ſtellas et quedam puniuntur: et quedam premiantur ſecundum merita: et poſt multa ſecula infinities reuertuntur ad corpora. Tertia opinio fuit pitagore aſſerentis animas humanas in numero finito. Non tamen dimittere corpora ſimpliciter: ſed in trantes alia corpora in differenter brutorum. Quarta opinio modernorum dicit animam intellectiuam multiplicari ad multiplicationem indiuiduorum et generari: nõ autem corrumpi, et hanc credunt fuiſſe opinionẽ ariſtotelis.

Secundo notandum: ꝙ nulla iſtarum fuit opinio Ariſtotelis ſcilicet ꝙ vnicus ẽ intellectus in omnibus hominibus iuxta impoſitionem cõmentatoris tertio de anima. Vnde ſecundum philoſophum primo et tertio de anima natura nihil facit fruſtra et non abundat in ſuperfluis: nec deficit in neceſſarijs: cum igitur natura alicui ſpeciei non dederit niſi vnum indiuiduum: et alteri plura hoc eſt, ideo: quia vna ſpecies in vno indiuiduo poteſt ſe perpetuo preſeruare: et nõ alia vt ſpecies angelica que perpetuo preſeruatur vna intelligentia: et non ſpecies humana: ſed ita ẽ ꝙ ſpecies anime intellectiue poteſt ſe preſeruare perpetuo ĩ vno indiuiduo: quia anima intellectiua eſt perpetua et eterna ſicut aliqua intelligentia celeſtis: ergo fruſtra et preter intentionem nature ponuntur plures anime intellectiue ſolo numero differentes. Item intellectus venit deforis ſecundum philoſophũ xvi. in libro de animalibus: aut: ergo per creationem; iuxta opi. fidei aut per modum a corporibus celeſtibus; iuxta opinionẽ Platonis; aut per introitum vnus corporis aliud relinquendo iuxta opinionem Pythagore, ergo aut per nouam actuationem vnius corporis humani aliud relinquendo: nullus trium primorum modorũ poteſt aſſignari: quia intuenti libros Ariſtotelis notum eſt ipſum oppoſitum opinari: ergo eſt dare quartum modum: et cum in eodem corpore non poſſint: eſſe plures anime intellectiue ſimul ſecundum omnẽ opinionem; ſequitur ꝙ vnicus eſt intellectus in omnibus hominibus: ſecundum intentionem Ariſtoteles

His viſis pono quattuor concluſiones Ariſtotelis: et cõmenta. tertio de anima quarum prima eſt iſta, intellectus non eſt admixtus corpori: nec virtus organica: patet: quia aliter ſequeretur ꝙ ipſe eſſet qualis ſcilicet calidus vel frigidꝰ, pꝫ conſeq̃ntia: quia reciperet paſſiones corporis: et organi: ſicut cetere virtutes organice, et non eſt intelligenda illa predicatio idẽptice: ſed cauſaliter ſolũ ſcilicet ꝙ intellecus fundatur in calido, et frigido, ſicut cetere virtutes organice Cõmẽtator autem dicit ꝙ dato oppoſito concluſionis ſequitur primo, ꝙ intellectus eſſet virtus complexionalis ſeu ſuperaddita virtuti complexionali quod eſt falſum quia non eſt virtus corruptibilis nec ſenſitiua. Secũdo ꝙ intellectus eſſet ſextus ſenſus aut inſequitur ſenſum ſextum: ſicut imaginatiua ſenſum communem: patet cõſequentia ſi eſt virtus organica et non aliquis ſenſus

interior: conſequens autem eſt manifeſte falſum:

¶ Secunda concluſio intellectus humanus ē impaſſibilis paſſione corruptiua: patet: qꝛ eſt inmaterialis et in mixtus ingenerabilis: et incorruptibilis: ſi enim eſſet materialis non eſſet intellectus reflexus ſupra ſe: nec vniuerſalium cognitiuus quod eſt falſum: et ſi eſſet corruptibilis hoc eſſet ꝑ ſe vel per accidens non per ſe: quia non habet materiam; nec etiam per accidens ad corruptionem corporis: quia ſine illo corpore cuius eſt actus poteſt eſſe: et per illud philoſophi ſecundo de anima ſeparatur hoc ab hoc, tanquam perpetuum a corruptibili deinde conditiones recipientis et recepti debent eſſe ꝓportionate: ſed vniuerſalia que recipiuntur in anima ſunt ingenerabilia et incorruptibilia primo poſteriorum: ergo etiam anima intellectiua: et ideo Ariſtoteles duodecimo methaphiſice determinat ꝙ omnis forma corrumpitur corrupto eo cuius eſt forma preter animam intellectiuam.

¶ Tertia concluſio non ſtat intellectum incipere eſſe: et ipſum eſſe in corruptibilē patet primo quia ſicut generabile, et corruptibile cōuertuntur ita in generabile, et in corruptibile primo celi, ſecundo quia eſſent infinite anime intellectiue quod eſt inconueniens: quia fruſtra eſſent illa: et ex his reſultaret infinitus numerus in actu quod eſt cōtra philoſophum, primo celi et tertio phiſi. et patet conſequentia; quia infiniti homines ſunt corrupti ſi ſpecies ſunt eterne; et cuiuſlibet illorum anima intellectiua eſt.

¶ Quarta concluſio intellectus nō numeratur numeratione in diuiduorum: ſed eſt vnicus in omnibus hominibus; probatur pluralitas indiuiduorum in eadem ſpecie non eſt niſi habentium materiam per philoſopho primo celi vii: et xii methaphiſice vbi probat ꝙ non poſſunt eſſe plures intelligentie ſeparate ſolo numero differētes per hoc medium: quecunque conueniunt in eadem ſpecie et differunt numero habent materiam: ſed anima intellectiua non habet materiam; ſcilicet ex qua nec in qua per inherentiam; ergo et cetera. ¶ Unde arguitur ſic. Anima intellectiua eſt ingenerabilis: et incorruptibilis: tertio de anima. et non contingit dare multitudinem actu infinitam, primo celi. et tertio phiſicorum. et ſpecies ſunt eterna, primo poſteriorum. et octauo phiſicorum. Ergo vnica eſt anima intellectiua omnium. Patet conſequentia: qꝛ ſi intellectiua mutatur mutatione indiuiduorum ſpeciei humane; aut: ergo per generationem: et corruptionem vt poſuit Alexander: et hoc non quia repugnat prime parti ante͞tis: aut per multiplicationem finitam animarum recedentium et ad venientium, vt poſuit plato vel pitagoras: et hoc iterum non: quia omnes ſciunt oppoſitum ſcripſiſſe Ariſtoteles; aut per generationē vel creationem: et in corruptibilitatem; vt ponit fides: et hoc iterum non: quia repugnat ſecunde parti et tertie antecedentis: Ergo oportet dare vnicum intellectum in omnibus hominibus ſecundū opinionem et intentionem ariſt.

¶ Contra predicta arguitur et primo ꝙ anima intellectiua eſt generabilis et corruptibilis: quia anima hominis, et anima equi ſunt eiuſdem generis: ſed anima equi ē corruptibilis: ergo et anima hominis: patet conſequentia quia corruptibile et in corruptibile differunt pluſquam genere. decimo meta. maiorem nota: quia homo et equus ſunt eiuſdem generis: et confirmatur. Nam aliter corruptio hominis non eſſet niſi diuiſio partium ſicut ſeparatio vnius medietatis aq̄ ab alia medietate: conſequens eſt falſum: quia tunc corruptum poſſet redire idem in numero eo ꝙ partes ſeparate poſſent iterum vniri.

¶ Secundo arguitur: ꝙ non ē vnicus intellectus in omnibus hominibus: quia tunc in eodem ſimul eſſent contraria in actu, quod eſt impoſſibile: et probatur conſequentia dato ꝙ ſortes haberet ſcientiam de vna concluſione: et Plato opinionem erroneam de eadem concluſione: tunc patet: quod iſti actus ſint in eodem intellectu: et ſunt contrarii quarto methaphiſice: immo ſequitur ꝙ idem hō eſſet felix et miſer: dato ꝙ ſortes ſit felix: et Plato miſer: felicitas enim decimo ethicorum in intellectu conſiſtit: et ſequitur ꝙ anima ignorantiſſimi viri et viliſſimi ruſtici ſcit omnes artes liberales.

¶ Tertio ſequitur ꝙ ī Sorte et platone eſt idem intelligere numero conſeques eſt falſum: et impoſſibile: quia diuerſorum indiuiduorum nō poteſt eſſe eadem operatio numero: et probatur conſequentia. Nam actio vnius actionis que eſt vnius agentis: non plurificatur niſi ratione ſubiectorum vt vnius caloris non ſunt plures calefationes: niſi ratione pluralitatis calefactibilium: ſed operatio intelligendi eſt in manens in agente: non tranſiens in phantaſmata nono methaphiſice cum: ergo intellectus poſſibilis non plurificetur nec etiam ſuum intelligere.

¶ Quarto arguitur per rationem Commenta. contra ſe inducendo tria inconuenientia. Primum quando cunque ego eſſem tu eſſes: qꝛ continue manere et tua prima perfecio ſecūdo quod aliquis homo generādus eſt genitus: quia ſua prima per fectio eſt genita: tertium quod quicquid tu intelligis ego intelligo: et quādocunqꝫ ego ſcio vnam concluſionem tu ſcies eandem: et quicquid tu intelligis et tu ſcis: intellectus meus intelligit et ſcit: et cōſequenter ego ſcio et intelligo illud.

¶ Ad primum dicitur ꝙ anima intellectiua non eſt eiuſdem generis naturalis cum anima equi: ſed eſt infimus gradus in genere intelligentiarum. Anima vero ſenſitiua ſecundum quam homo eſt animal eſt eiuſdem generis cū anima equi et hec generatur et corrumpitur ideo corruptio hominis non eſt per ſolam diuiſionem partium: quoniā corrumpitur anima cognitiua hominis eſſentialiter diſtincta ab intellectiua.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ non eſt inconueniens duo ꝯtraria intentionalia ſub eſſe intēſiſſimo eſſe in eodē ſubiecto prio: ſed illud eſſet inconueniens de contrariis realibus: et ſicut non eſt in cōueniens eandem animam numero moueri et quieſcere: quia mouetur in manu et quieſcit in pede, ita intellectus ſcit vnam concluſionem et opinatur vel dubitat eandem: in alio tamen et in alio homine ex quo hō ſciens eſt principale: ſed non eſſet poſibile eūdē hominem ſcire et dubitare eandem concluſionem: non tamen concedo: ꝙ idem intellectus ſit felix et miſer; aut ſciens et ignarus ſicut ꝙ eſt ſciēs et dubitās





quia miſeria et ignorantia dicunt priuationem ſimpliciter. non autem dubitatio: et ad miſſo illo caſu dico ꝙ plato nō eſt felix: ſed ſuus intellectus eſt felix: quia felicitas intellectus platonis non depēdet a ſenſibus eius; ſicut dependet a ſenſibus Sortis et conſequenter dicitur ꝙ anima viliſſimi ruſtici ſcit omnes artes liberales. non tamen ille ruſticus: quia a phantaſmatibus illius non dependet aliqua notitia eius intellectus; ſed bene ab aliis hominibus.

¶ Ad tertiam negetur conſequentia et ad probationem reſpondetur ꝙ ſunt plures cauſe effectiue ſcꝫ multa phantaſmata: ad quorum diuerſitatē ſequitur diuerſitas intellectionum Diceret Commentator: ꝙ in duobus hominibus non poteſt eſſe niſi vnum intelligere vniuerſale: licet plura ſint particularia ratione multitudinis phantaſmatum: et ita conceditur. ¶ Sed ego pono in eodem intellectu plures intellectiones vniuerſales: et plura intelligibilia vniuerſalia propter dependentiam ad plura phantaſmata a quibus deriuantur virtute inellectus agentis. ¶ Et dico conſequenter: ꝙ duo abſtracta ſolo numero differentia ſunt in eodem ſubiecto propter diuerſitatem phantaſmatum: et ita conceditur: ꝙ eadem grammatica tua eſt grammatica mea: ſed eſt alia et alia ſicut alia: et alia ſpecies in intellectu: ſed hoc non concederet Commentator.

¶ Ad quartum reſpondetur ꝙ nō ſequitur aliquod illorum inconuenientium. Primum quidem non ſequitur: quia licet maneat continue prima tua perfectio que eſt intellectus non tamen prima tua perfectio que eſt anima tua cogitatiua, Secundum etiam non ſequitur quoniā prima perfectio que eſt intellectus nunquam generatur: nec corrumpitur. alia autem perfectio que eſt anima ſenſitiua non generatur ante quam generet illud cuius eſt prima perfectio. Tertium iterum non ſequitur: quia ſcientia tua et intellectio tua dependet a phantaſmatibus tuis: et intellectio mea cum ſcientia mea dependet a phantaſmatibus meis: phantaſmata autem tua nō ſunt phantaſmata mea: ergo multiplicatur, ſecunda perfectio et non prima multiplicatione phātaſmatum quare et cetera.

Queritur vtrum apud philoſophū aīa rōnalis ſit īmortalis et ſiūt rōnes. prima eſt in libro tertio de aīa dicit philoſophus intellectus eſt immixtus eſt incorporeus ergo non eſt corruptibilis. Secūdo probatur ſecundo de anima ait: ſed videtur hoc anime genus eſſe diuerſum idqꝫ ſolum perinde atqꝫ perpetuum ex eo ꝙ accidit ſeiungi ſeparariqꝫ poteſt. Tertio probatur Ariſtoteles. reddit cauſam quare cum ſenſibile excellens percipimus ſumus ad minora inepti ſed cum percipimus intelligibile forte debilia facilius percipimus. Quarto pbat Ariſtoteles ſecundo de generatione animalium capitulo decimo dicit reſtat igitur vt mēs ſola extrinſeca accedat atque ſola diuina ſit nihil enim cum eius actiōe cōmunicat actio corporalis ſed enim omnis anime ſiue virtus ſiue potentia corpus aliquod participare videtur idqꝫ magis diuinum quam eo que elementa appellantur. Quinto probatur per rationem philoſophus ait quarto ethicorum eſſe morti exponendum fortem pro republica quod non eēt ſi cader et in non eſſe ſimpliciter: ſed quia ex illa morte manet in maiori perfectione ſua anima. Sexto probatur anima rationalis appetitu naturali appetit ſemꝑ eſſe: ergo ſemper erit: tenet conſequentia: quia appetitus naturalis non poteſt fruſtrari ſecundo de celo hāc partem cenſemus probaliorem in Ariſtotele quamuis Alexander peripatheticus tenuerit vt recitat cōmentator ꝙ anima ratiōalis eſſet mortalis et corruptibilis moriens corpore moriente cuius ſententie fuit plinius et Themiſtius et alii plures imaginabantur enim ꝙ ſecundum proportionem qualitatum primarū ita conſurgebat excellētior forma. nam in materia elementorum erat infima proportio qualitatum primarum: ergo conſurgebat infima forma: et in materia plante erat infima proportio ſed maior quam precedens: ergo conſurgebat melior forma; et ſic de anima ſenſitiua et intellectiua quam intellectiuam dicit extenſam corporalem corruptibilem cum meliori tamē concentu quam omnes alie obidque aſcendit adhūc gradum dicit tamen eſſe ductam de poteſtate corporis vel de potentia materie non de foris aduenientem ſunt tamen aliqui latini qui volunt defenſare Alexandrum peripatheticum dicentes hoc ꝓblema in ariſtote. fuiſſe neutrum anne anima rationalis ſit immortalis necne et volunt afferre rationes probantes anime noſtre mortalitatē quam opinionem tenuerunt quidā ſaducei iudeorum negantes reſurrectionem eſſe poſſibilem. prima ratio ſi anima rationalis eſt idem quod ſenſitiua et ſenſitiua corrumpitur pereunte corpore ergo intellectiua. Secunda ratio anima intellectiua incipit eſſe ad inceptionem corporis: ergo deſinit ad deſitionem eius tenendum: ergo animam intellectiuam immortalem vt plato Ariſtoteles galenuſqꝫ teſtantur: et fides noſtra ſacroſancta in qua falſitas nulla eſt:

Volo igitur mouere aliquas q̄ſtiones prima ſit vtrum intelligere ipſius intellectus ſit idem ꝙ ſua ſubſtantia. Gregorius Ariminenſis in ſecundo ſententiarum ponit opinionem cuiuſdam qui dicebat ꝙ intelligere angeli eſt idem ꝙ ſua ſubſtantia, cuius oppoſitum tenet Doctor ſanctus in prima parte queſtione quinquageſima quarta articulo primo capreolus per amplius declarat hoc in ſecundo ſententiarum diſtinctione tertia queſtione ſecunda motiua prime opiniones erāt iſta primum ea que ſunt oppoſita diſtinguntur ex oppoſito, ſed actus primus, et actus ſecundus ſunt oppoſita ergo diſtinguntur ex oppoſito: ſed actus primus eſt forma abſoluta intellectus: ergo actus ſecundus: ſcilicet intelligere debet eſſe reſpectus intelligentis ad rem intellectam dicit. Gregorius huic rationi ꝙ parum conuincit. Nam eodem modo probaret: ꝙ ſi albedo eſt q̄litas nigredo non ſit qualitas cū ex oppoſito diſtinguntur. ¶ Preterea arguit probando: ꝙ intelligere non ſit forma abſoluta: ſic omnis forma abſoluta eſt alicuius operationis et ſi ſic eſſet pro

ceſſus in infinitum quoniam illa cauſaret notitiaꝫ
ſui:et ſic de alia et alia reſpondet negando maio-
rem ꝙ omnis foꝛma abſoluta ſit alicuius operatio
nes. Nam ſecundum Cōmentatoꝛem quarto phiſi
coꝛuꝫ commento quadrageſimo quarto quātitas
et foꝛma abſoluta et nullius eſt operationis. Ter
tia rō illius eſt ſicut ſe habet lucere ad lucens:ita
ſe habet intelligere ad intelligens:ſed lucere ſolū
dicit reſpectum ad lucens: ergo intelligere ſoluꝫ
dicit reſpectum ad intelligens:dicit Gregoꝛius
negando ſimilitudineꝫ: qꝛ lucere eſt actus pꝛim⁹
ſicut albere et calere et tamen intelligere eſt ac
tus ſecundus.

## ❡ Arguitur quarto omne abſolu-
tum poteſt deus ſeparare a ſuo ſubiecto:ſed intel
ligere non poteſt deus ſeparare ab intellectu. Nā
tunc ſi ſepararet ſtaret intelligere ſine intellectu
quod abſurdum eſt. Dicitur ad hoc ꝙ intellectio
bene poteſt ſeparari ab intellectu per eam tamē
nemo intelliget ſi ſit ſeparata: quia intelligere ē
quedam tendentia intellectus per notitiam in ob
iectum.

## ❡ Quito arguit auctoꝛitate Auer
rois tertio de anima cōmēto decimo quarto dicē
tis paſſio intellectus eſt paſſio ſine tranſlatione:
ſed ſi reciperet aliquam qualitatem non eſſet ve-
rum hoc. Dicendū ꝙ illud intelligitur paſſio intel
lectus eſt paſſio ſine aliqua tranſlatione coꝛrup-
tiua.

## ❡ Sexto arguitur ſecundum phi-
loſophuꝫ tertio de anima textu commenti decimi
quinti: et. i2. metha. Auerrois commento. trigeſi
mo quinto. dicunt in his que ſunt ſeparata a ma
teria intellectus et intellectio nihil differunt ipſa
enim met ſubſtantia intellecta eſt notitia intelli-
gentis ita ꝙ intelligentia ſaturni intelligit intelli
gentiam pꝛimam mediante ipſamet pꝛima intel-
ligentia ergo intelligere angeli non dicit aliq̄m
notitiam ſuperadditam ipſimet angelo quodqui-
dem dixit Auerrois in cōmento pꝛecitato vbi di
xit in his que ſunt ſeparata a materia non eſt ali-
quod ſicut cauſa efficiens:ſed ſolum: ſicut cauſa
mouens ſuper qua opinione Ariſtotelis adduci-
tur illud dictum philoſophi indiuiſibile non po-
teſt moueri nota tamen pꝛo intelligentia argumē
ti ꝙ Doctoꝛ ſanctus in quarto ſententiarum diſ-
tinctione quadrageſima quarta. queſtione ſecun
da articulo pꝛimo et pꝛima parte. queſtione deci
ma ſecunda articulo ſecundo:et in libꝛo de veri-
tate queſtiōe octaua articulo ſeptimo credit fuiſ-
ſe intentionem philoſophi:ꝙ intelligentia inferi-
oꝛ intelligat pꝛimam ſine ſpecie:ita ꝙ ipſa pꝛima
cauſa ſuplet dicem actus pꝛimi. ideſt ſpeciei non
tamen:ꝙ intelligat intelligentia inferioꝛ ipſam
pꝛimam ſeipſa:ſed per notitiam ſuperadditam:
quare tenet aſſeueratiſſime iſtam concluſionem:
ꝙ non eſt dabilis ſpecies diſtincta diuinitatis. Ex
quo infert Pauluꝫ in raptu vidiſſe deum per no-
titiam intuitiuam:non habuiſſe tamen ſpeciē per
quam intelligeret diſtincte diuinam eſſentiaꝫ im
mō poſt raptum poterat agnoſcere. Inquit diuus
Thomas qualis erat deus:ſed non quod erat. op
poſitum tamen tenet Scotus et multi nominales
ſcilicet ꝙ eſt dabilis ſpecies diſtincta diuinitatis
qualem dicit habuiſſe paulum poſt raptum. Sed
idem teneri poteſt: vt bene declarat Anges in
pꝛimo de cauſis, pꝛopꝛietate ſexta de ſtatu inno-
centie ipſius Adam:vbi dicit illum ſtatum cognoſ
cendi deum fuiſſe medium inter ſtatum beatoꝛuꝫ
et noſtrum enigmaticum infunderat enim dūs in
Adam ſpeciem diſtinctam diuinitatis, per quam
abſtractiue diſtincte:licet non intuitiue agnoſce-
bat deum.

## ❡ Arguit pꝛeterea ſeptimo pꝛobā
do:ꝙ angeli et intellectus ſeparati non intelligāt
per notitias ſuperadditas:quia ſi ſic:ſequeretur:
ꝙ aliqua creatura eſſet infinite perfectiōis quod
eſſet falſum nemo ambiget: ſequella pꝛobatur:
qꝛ viſio beati eſt creatura:et eſt infinitoꝛum viſio
quod autem ex hoc ſequatur eſſe infinite perfec-
tionis arguitur:quia ſi repſentat et diſtincte duo
obiecta eſſet alicuius perfectionis et ſi quattuoꝛ
in duplo maioꝛis: ergo ſi infinita infinite perfec-
tionis ꝙ autē viſio beati ſit infinitoꝛum viſio patet
quia beatus pꝛeſertim angelus non diſcurrit: er
go ſimul intelligit omnia que intelligere poteſt:⁊
illa ſunt infinita ergo intentum. ſi enim debeat in
telligere aliquod de nouo eſt per illāmet notitiaꝫ
quā habuit:vel per aliam ſi per illam cum infinita
deus poſſit illi reuelare:et omnia illa repreſenta-
ret per illam notitiam:ergo illa notitia eſt infini-
te perfectionis, ſi per aliam repꝛeſentat ei ea que
reuelat deus de nouo, ergo vnus beatus eſt in ſta
tu merendi poſtquam plura videre eſt maioꝛ bea
titudo eſſentialiter. ❡ Item ꝙ illa notitia repꝛe-
ſentet infinita diſtincte. patet quia angelus diſtin
cte cognoſcit omnes ſpecies numeroꝛum que ſunt
infinite adque omnes partes pꝛopoꝛtionales vni
us continui que ſunt infinite: ergo ſi viſio angeli
diſtinguatur ab angelo, illa erit infinite perfec-
tionis eſſentialis. ❡ Item arguitur auctoꝛitate
beati Auguſtini ſuper geneſim dicentis de par-
uulis ꝙ de⁹ loquitur ad intellectuales creaturas
illuminandas per ſuam ſubſtantiam cum iam poſ
ſunt capere locutionem eius qualis ē in verbo ei⁹
ergo non per notitiam ſuperadditam:hoc argu-
mentum eſt egregium ad quod Gregoꝛi⁹ arimi
ni reſpondet diſtinctione ſeptima ſecundi queſtio
ne ſecunda ꝙ beatus videt verbum ſecundum tri
plicem modum: pꝛimo modo videt vna et eadem
viſione ipſum verbum immediate: et creaturas
mediate: et illa viſio eſt tot repreſentatiua ſicut
verbo placet:et quandoq̄ repreſentat plura quā
doq̄ paucioꝛa:nec ſequitur infinita diſtincta repꝛe-
ſentat:ergo eſt infinite perfectionis requiſitum ē:
ꝙ non poſſit dari eo perfectius quod non eſt in ta
li notitia:et hec eſt opinio Ocham in ſecundo diſ
tinctiōe ſeptima cogitantis ꝙ beatus vna notitia
videt verbum immediate: et reliqua etiam adeo
cauſata īmediate videt creaturas et vocat crea-
ture in verbo:quia a verbo eſt cauſata de creatu-
ra. ❡ Tertius modus dicendi eſt beati Thome di
centis ꝙ beatus vna viſione videt creaturas ī ver
bo et omnia alia que poteſt in verbo videre quam
habet a pꝛincipio ſue beatitudinis:nec poſtea no
ua fit ei reuelatio ſed ſemper ſimul et vnico actu:
videt in verbo quecūq̄ in pꝛimis eſt et dato ꝙ illa
repꝛeſentet infinita non eſt iudicāda infinite per
fectionis vt dixi.



## Queritur ſecundo vtrum intelle-
ctus angeli diſtinguatur ab ipſomet angelo
reſpondet ad hanc queſtioneꝫ diuus Tho-
mas in pꝛima parte queſtione quinquageſima quar
ta articulo tertio ꝙ potentie anime diſtinguntur re
aliter ab ipſamet anima quod pꝛobat. quia anima
habet diuerſos actus:ſcilicet:viuere:audire et in-
telligere:ergo potentie anime diſtinguntur ab ani-
ma et potentie angeli ab angelo. Verioꝛ tamen eſt
opinio nomīalium ꝙ potentie angeli diſtingunt̄ ab
angelo niſi ſolum foꝛmaliter et non realiter.

## Dubitatur tertio vtrum in ange-
lo ſunt ponendi intellectus agens et poſſibi-
lis. Ad quod reſpondet ſanctus Thomas in
queſtione allegata articulo quarto quod in angelis
non ſunt ponendi intellectus agens et poſſibilis:qꝛ
illorum officium ſuperfluit:et vacat: nam intellect⁹
agens eſt in omnia facere:facit trāſire de oꝛdine in
oꝛdineꝫ:ideſt de oꝛdine ſpecierum ſenſibilium ad oꝛ
dineꝫ ſpecierum intelligibilium. ſed in angelis non
eſt hoc neceſſarium:quia coꝛū intellect⁹ ſemper ē in
actu infoꝛmatus ſpeciebus intelligibilibus: et quia
ſemper eſt in actu non indiget aliquo extrahente de
potentia in actum oppoſitaꝫ ſententiā tenet Duran
dus et Scotus:et arguit contra diuū Thomā ſic nō
pꝛopter hoc ꝙ ſuperficies ab eterno habuerit albe
dinem:ſequitur ꝙ nō eſt in potentia ad illā et eodē
modo dicit ꝙ intellectus angelicus fuerit concrea-
tus cum ſpeciebus, non ſequitur ꝙ non ſit in potētia
ad illas: ergo requiritur intellect⁹ poſſibilis in an-
gelo, ad quam rationem reſpondet diuus Thomas
ꝙ quia intellectus angelicus non poteſt eſſe pꝛiua-
tus talibus ſpeciebus et repugnat ſibi naturalr̄. idō
huiuſmodi intellectus non eſt potentialis ad illas
ſpecies:pꝛeterea arguit iſto modo contra ꝫ Thomaꝫ
ꝙ eſt perfectionis in natura inferiori non debet ne-
gari a natura ſuperioꝛi ſed intellectus agens eſt pꝛ-
fectio in anima noſtra:ergo non debet negari in an
gelis. Reſpondendū eſt ꝙ intellectus angelicus nō
dicitur pꝛopꝛie intellectus agens ſicut in nobis non
ſoluꝫ:quia non abſtrahit ſpecies:ſed quia nō poteſt
abſtrahere. Ubi notandū ꝙ angelus per ſpecies q̄s
apud ſe habꝫ cognoſcit omnes veritates naturales
ab eo cognoſcibiles de indiuiduo tam neceſſarias
quam contingentes pꝛopter quod non intelligit cō
ponendo:nec diuidēdo:vt dicit diuus Thomas. pꝛi
ma parte queſtione quinquageſima octaua:nec indi
get acquirere ſpecies quiditatum:aut ſingularium
pꝛopter quod nō īdiget ītellectu agēte adhuc Gre
gorius in ſecūdo diſtīctiōe ſeptima, queſtiōe quīta
articulo pꝛimo pꝛobat in angelis ponibilem eſſe
intellectum poſſibilem ſic arguēdo angelus cognoſ
cit modo aliquid intuitiue quod ante non cognoſce
bat intuitiue ergo patit̄ ab obiecto modo a quo an-
te non patiebatur:tenet conſequentia quia obiectū
notitie intuitiue eſt motiuum quod ſi ſic ergo in an-
gelis eſt intellectus poſſibilis. Dicendum ad hoc ar
gumentum:quia eſt bonum ꝙ apud diuuꝫ Thomam
iſta vocabula notitia intuitiua:⁊ abſtractiua non ſūt
ſed notitia intuitiua vocatur notitia viſionis, et no
titia abſtractiua vocat̄ notitia ſimplicis ītelligentie:
et apud Diuuꝫ thomam notitia intuitiua diffinitur ē
notitia dependens a re obiectiue:vel ab aliquo pꝛo
poꝛtionalr̄ viceꝫ eius ſuplente:⁊ ſic credit Thomas
ꝙ illa ſpecies re ipſa exiſtenti in mundo repꝛeſentat
ipſam rem ac ſi illa res eſſet pꝛeſens: et re ipſa non
exiſtenti non cauſat notitiam intuitiuam de re illa
ſimilitudo eſt dum aliquod ſpeculum eſt in alto aſpi
cientibus in illo dum res tranſeuntes ſunt repꝛeſen
tat illa dum vero non, non reppꝛeſentat nec mirabi
le eſt hoc:quia apud Ocham notitia intuitiua exiſ-
tenti eadem ſi res eſt cauſat aſſenſum ꝙ illa eſt, et ſi
non eſt cauſat aſſenſum ꝙ illa non eſt: ita parimodo
ſi illa res eſt ſpecies repreſentat illam, vbicunq̄ ſit
intuitiue:et ſi non eſt repꝛeſentat illam abſtractiue:
et hoc habet ex natura rei illa ſpecies quare non ſe
quitur obiectum notitie intuitiue angelici foꝛe mo
tiuum:ideſt cauſare illaꝫ:eſt enim aliquid pꝛopoꝛtio
naliter vicem ipſius obiecti ſupplens ac ſi obiectum
eſſet pꝛeſens quod eſt ſpecies.

## Dubitatur quarto vtruꝫ an
geli cognoſcant res per eſſentias ſu-
as:an per ſpecies naturales cōcrea
tas circa quod tenet diuus Thomas
in pꝛima parte. queſtione quinquage
ſima quinta intelligentias fuiſſe crea
tas cum ſpeciebus naturalibus concreatis tanquaꝫ
cum quibuſdam ſpeculis lucidis quibus mediantī
bus foꝛment notitias intuitiuas rerum dum ſunt:et
mouetur iſta ratione doctoꝛ ſanctus ꝙ quēadmodū
coꝛpoꝛa celeſtia ſunt creata ſufficienter actu pꝛi-
mo ad omnes operationes pꝛoducendas:et iſta coꝛ
poꝛa inferioꝛa non ſunt ſufficientia in actu pꝛimo
ad omnes operationes pꝛducēdas:quia indigent in
fluxu celeſti. ita ſpiritus ſeparati creati qui in oꝛdi-
ne ſpirituum creatoꝛum ſunt perfectioꝛes ſunt crea
ti ſufficientes in actu pꝛimo per ſpecies concreatas
et ſpiritus creati inferioꝛes coniuncti materie non
ſunt creati ſufficienter in actu pꝛimo et indigent ac
quiſitione ſpecierum a rebus ipſis quas intellectus
agens facit pꝛopoꝛtionatas: vt intellectus intelli-
gat, et imaginatur doctoꝛ ſanctus ꝙ quanto intelle-
ctus angelicus eſt ſuperioꝛ tanto indiget paucioꝛi-
bus ſpeciebus: et quanto ſpecies ſunt vniuerſalio-
res tanto diſtinctius repꝛeſentāt. et quanto minus
vniuerſales tanto repꝛeſentant minus diſtincte: et
poſſet comparatio aduci de hominibus pauci intel
lectus qui indigent pluribus verbis ad intelligen-
dum quam homines multi intellectus: et illud eſt:
quia ſpecies magis vniuerſales ſunt magis ſepara-
te a materia:et ſi contra hoc arguatur ſequeretur
quemlibet angelum poſſe intelligere immo de facto
intelligere infinita in actu patet: quia ſua ſpecies
eſt repreſentatiua infinitoꝛum in actu:ergo intelli-
get infinita quicquid reſpondeat capꝛeolus mihi vi
detur ꝙ non ſequitur ille enim concedit ſequellam:
ego tamen dico ꝙ quemadmodū dictum eſt. ꝙ bea-
tus per ſuam notitiam beatificaꝫ tot intelligit a pꝛi
cipio beatitudinis ſicut poſtea:ita ꝙ tot vel tot cog
noſcere pꝛouenit ex hoc ꝙ plus meruit pari modo
angeli tot intelligunt in verbo quot meruerunt intel
ligere ſecundum ſuam conuerſionem ad deum: et
quia finita meruerunt ſolum finita intelligēt in ver
bo: ex quo patet quam falſa eſt opinio Henrrici de
gandauo quolibeto tertio queſtione decima quarta
negantis ſpecies intelligibiles ſolum ⁊ durandi ne
gantis ſpecies in parte ſenſitiua immo et in parte in
tellectiua.

DUbitatur quinto vtrum angelꝰ intelligat ſeipſum per eſſentiam ſuam et nō per ſpeciem ſuper additam. Ad quod reſpondet diuus Thomas pꝛima parte queſtione quinquageſima ſexta articulo pꝛimo affirmatiue cuius ratio eſt foꝛma actu intelligibilis per ſe pꝛeſens et vnita intellectui eſt ſufficiens pꝛincipiū intellectionis ſui ipſius: ſed ita eſt ꝙ eſſentia angeli eſt ſufficiens in actu pꝛimo reſpectu intellectus angelici ergo ſuplet vicem ipſius ſpeciei: immo tenet Doctoꝛ ſanctus ꝙ eſſentia angeli eſt ſufficiens pꝛincipiū quo angelus intelligit deum naturali cognitione: ita ꝙ eſſentia angeli habet ſe tanquā ſpecies vt intellectus angelicus pꝛoducat notitiam dei eo ꝙ eſſentia angeli eſt ſplendi cantiſſima et perfectiſſima: ⁊ quia talis non eſt eſſentia anime noſtre ſeparate a coꝛpoꝛe: nec dabilis eſt in ea aliqua ſpecies diſtincta diuina eſſentie que faciat animam ſufficienter in actu pꝛoducitur adeo quodā lumen gloꝛie quod eleuet intellectum humanū vt deum videre valeat.

DUbitatur ſexto vtrum angeli intelligant ꝑ diſcurſum. Ad qđ rñdet Thomas pꝛima parte queſtione quinquageſima octaua articulo tertio ꝙ angeli non intelligunt per diſcurſum: quia intelligere per diſcurſum eſt intelligere ignotum per aliquod pꝛius notum: vtpote intelligere per diſcurſum eſt intelligere per vnum pꝛincipium vnam queſtionem ignoꝛando alterā: ſed quia angelicū intelligunt aliquod pꝛincipiū intelligunt omnia que ex illo pꝛincipio deduci poſſunt: ſequitur ꝙ non diſcurrunt: ex quo inferunt duo coꝛollaria pꝛimū eſt ꝙ ad ratione diſcurſus non ſufficit intelligere hoc ꝑ hoc ſꝫ hoc poſt hoc. Infert ſcđo: ꝙ angelꝰ infinitas veritates ſil cognoſcit i actu vtpote intelligēdo omnes methas deputatas eclipſi circa caput: et caudam draconis quā intelligendo terrā inter ponibilē inter ſolē et lunam in eiſdem intelliget poſita eternitate mundi omnes eclipſes futuras poſſibiles.

DUbium eſſet an voluntas poſſit neceſſitari et cogi: et violentari: et difficultari: circa quod bene reſpondet Anges in ſuis moꝛalibus capitulo ſeptimo: et alma in ſuo tractatu de libertate voluntatis. ꝙ voluntas de potētia dei abſoluta poteſt neceſſitari. ideſt taliter cogi: ꝙ non poſſit libere deſiſtere a ſuo actu: vt patet in damnatis etiam neceſſitatur volūtas quo ad pꝛimos motus: vt patet in auctoꝛitate Auguſtini impoſſibile ē quin viſis tangamur ſimiliter ēt pōt cogi quoniā coeſt velle aliquid ipſa nolente velle nam bene ſtat voluntatē habere iſtum actum nolo velle ꝙ dus imitat illum actum volendi violētari tamen non poteſt quoniā violentari eſt recipere aliquid contra eius īclinationem modo cū omnia que recipit voluntas ſiue ſue operatiōes non violentatur recipiendo illas: ſꝫ Doctoꝛ ſanctus in pꝛima ſecunde queſtione decima tertia credit libertatem voluntatis totam pꝛouenire ex indria rationis taliter: ꝙ quando ratio habet aliqua motiua ad credendum vnam rem eſſe bonā vel ad credendum eſſe malam tunc voluntas poteſt velle et nole vnde aſſeueratiſſime credit non poſſe voluntatem velle. niſi precedat aſſenſus: ꝙ hoc ē bonum cuiꝰ cōtrariū habet Scotus in diſtinctinctione ſexta ſecundi queſtione vnica cogitans voluntatem poſſe componere adhuc intellectu non componente vel diuidente: vt dicit de volitione pꝛimi angeli qua voluit eſſe equalis deo ante quam non pꝛeceſſiſſet aliquis aſſenſus: ꝙ bonū eſt equari deo alias ante culpā pꝛeceſſiſſet pena: ſed Doctoꝛ ſanctus huic argumento reſpondet negando: ꝙ aſſenſus de hac bonū eſt equari deo ſit erroꝛ imo eſt aſſenſus verꝰ quo modo licet non eſſet bonū honeſtū eſt bonū delectabile. Dicit pꝛeterea doctoꝛ ſanctus: ꝙ quando taliter intellectus iudicat rem foꝛe bonā. ꝙ nullā in ea videt rationē mali tūc voluntas neceſſitatur ad ſpecificationē actus licet non ad exercitiū quod eſt dicere neceſſitatur voluntas videntis deum ad nō nolendum. licet non ad volendum: et quando taliter iudicat intellectus eſſe malū: ꝙ nulla in ipſa re apparet ratio boni tunc voluntas neceſſitat ad non volendum licet non neceſſitatur ad volendū ſed dominus Ocham tantā libertatē ponit in voluntate: ꝙ etiā ſumum bonum clare viſū dicat poſſe nolle: ⁊ ſummū malum clare viſum velle. Inter quas opiniōes ꝓbabilioꝛ apparet opinio ſancti Thome et confoꝛmioꝛ philoſopho dicenti oīa bonū appetūt: ideſt nō vult voluntas niſi ꝙ intellectus iudicat eſſe bonū: ſꝫ Ochā dicit ꝙ ibi capitur bonum tranſcendenter: itaque valet ens eſſe obiectū voluntatis et voluntatē quodlibet ens poſſe velle.

¶ Sequit̄ de hominis admiratiōe.



¶ Oꝛatio de hominis admiratione et calamitate.

LEgimꝰ in monumentis arabum interrogatū abdalā ſarracenū qđ in hac mūdana ſcena admirabiliꝰ ſpectaretur reſpondiſſe nihil homine admirabilius et mercurius trimegiſtꝰ magnum o aſclepi miraculū eſt homo memoꝛāda me hercule ſnia et digna veſtigatione cur eſt philoſophia teſtatur himeneū quendā ab angelis paulo diminutū eſſe hominē: cur non angelos magis admirabimur: cum de poteſtate angeloꝛum dicat Job: nō eſt poteſtas que illi cōparetur ſuper terrā pꝛeſertim cū inhabitēt domū ſuper celeſtē cū girū celi voluāt cur nō magis illos admirabimur dicendū quidem ex reſpōſione quoꝛūdā philoſophoꝝ licet nō ex a muſim cauſam huiuſce admiratiōis foꝛe ꝙ ſit creaturaꝝ internuntius mundi copula ſtabilis eui ſluxiꝗ temꝑoꝛis interſtitiū que omnia ſigillatim declaro ſicut enim nuntius inter duos affert et refert que inter illos verſantur. ſic inter angelos puros ſpiritus ⁊ res pure materiales vt bꝛuta. plantas lapides et mineralia medius eſt homo ex parte quidem anime totꝰ ſpiritus coꝛpoꝛis vero caducus et terreſtris ruinoſus, et inter omnia animantia calamitoſioꝛ. mūdi copula eſt: qꝛ in eo ſpiritus cū coꝛpoꝛe anectitur: quia et elementoꝛū naturas et celoꝛū figuras, nec non mixtoꝛū cōpagines in ſe compꝛehendit. dicitur ſtabilis eui. fluxiꝗ tēpoꝛis inter mediū ſunt enī. vt doctoꝛes theolo. ſecundi ſen. tres menſure duratiōis rerū eternitas euū: tempus eternitas eſt tota ſimul: et perfecta poſſeſſio: vt Boecius de conſolatione et conuenit deo euū eſt incoꝛruptibile et mutabile qđ conuenit angelis. tempus eſt coꝛruptibilia et mutabilia menſurat: homo igitur quo ad coꝛpus tempoꝛe menſuratur quo ad animā euo igitur fluxi tempoꝛis et ſtabilis eui eſt inſteſtitium ideſt medium.

QUe igitur ſit hominis admiratio audite fratres et benignis auribus perpendite: iam ſummus architetus deus hanc quā videtis mundanā ſcenā: aut domū archane ſapientie legibus fabrefecerat ſuper celeſtē regionē mētibus decoꝛarat ethereos globos eternis animis vegetarat excrementarias ac feculentas domos omnigena animaliū turba repleratet opere cōſumato deſiderabat ſummꝰ opifex eſſe aliquē qui tanti operis rationē perpēderet: pulchritudinē amaret magnitudinē admiraretur. idcirco iā rebus oībꝰ: vt moſes timeuſꝗ teſtant̄ abſolutis de producēdo homine poſtremo cogitauit verū nec erat in archetipis vñ nouā ſobolē effingeret: nec in theſauris qđ nouo filio hereditariū largiret̄: nec in ſubſellis toti us oꝛbis: vbi vniuerſi iſte cōtēplatoꝛ ſederet. Jā plena omnia ſummis mediis infimiſꝗ oꝛdinibus fuerāt diſtributa et non erat paterne poteſtatis extrema infetura quaſi effetā defeciſſe non erat ſapientie cōſiliī inopia in neceſſariis fluctuaſſe ſtatuit tandē optimus opifex: vt cui dari nihil pꝛopꝛiū poterat: commune eſſet quicquid pꝛiuatū ſingulis fuerat: igitur hominē accepit in diſcrete opꝰ imaginis atꝗ in mūdi meditulio ſic eſt alloqutus: nec certā ſedē: nec ꝓpꝛiā faciē nec munus vllū peculiare tibi dedimꝰ oadā: vt quā ſedē: quā faciē que munera tute optaueris: eā pꝛo voto pꝛo tua ſententia habeas et poſſideas diffinita ceteris natura īter pꝛeſcripas a nobis leges coercetur tu nullis anguſtiis coercitus ꝓ tuo arbitrio in cuius manu te poſui vt circumſpicias inde cōmodius quicquid eſt in mundo: nec te celeſtē: nec terrenū efficimus moꝛtalē īmoꝛtalē ve: tutui ipſius quaſi arbitrarius honoꝛariuſꝗ plaſtes atꝗ ſictoꝛ ī quā malueris foꝛmā tute effingas poteris in inferioꝛa que ſunt bꝛuta de generare. poteris in ſuperioꝛa que ſunt diuina ex tui animi ſententia regenerari: o ſummā et admirandam patris liberalitatē ſummā et admirandā hominis felicitatē cui datū eſt id habere quod optat id eſſe quod vellit bꝛuta ſimul cū naſcuntur id ſecum afferūt quod poſſeſura ſunt ex ventre matris, vt ait lucilius ſupꝛemi ſpiritꝰ aut ab initio: aut paulo poſt id fuerūt quod ſunt. naſcenti homini oīfaria ſemina ⁊ omnigene vite germina indidit pater que quiſque excoluerit illa adoleſcent et fructus ſuos ferent in illo ſi vegetalia planta fiet ſi ſenſualia obꝛureſcet: ſi rationalia celeſte euadet animal ſi intellectualia angelus erit: et ſi nulla creaturarum ſoꝛte contentus in vnitatis centrū ſue ſe receperit vnus cū deo ſpiritus ſanctus in ſoli patris calligine q̄ eſt ſuper oīa ꝯſtitutus oībꝰ aū ſtabit

¶ Quis hunc noſtrum chameleōta non admiret̄: aut oīo quis aliud quicquā admiretur magis: quē non imerito aſclepius athenienſis verſipellis huius et ſeipſam tranſfoꝛmātis nature argumento per ꝓtheū in miſteriis ſignificari dixit: hinc ille apud hebꝛeos et pithagoꝛicos methamoꝛphoſeos celebꝛate: nā ⁊ hebꝛeoꝛū theologia ſecretioꝛ nūc enoch ſacctū in angelum diuinitatis: quē vocāt: nūc in alia alios numina refoꝛmant: et pythagoꝛici ſceleſtos hoīes in bꝛuta defoꝛmāt: et ſi empedocli credit etiā in plātas. quas imitatus mahumeth illud frequēs habebat in oꝛe qui a diuina lege receſſerit brutum euadere: et merito quidem: neque enim plātā coꝛtex ſed ſtupida et nihil ſentiens natura: nec iumenta coꝛium: ſed bꝛuta anima: et ſenſualis: nec celum oꝛbiculatum coꝛpus, ſed recta ratio: nec ſequeſtratio coꝛpoꝛis: ſed ſpiritalis intelligentia angelū facit ſi quem enim videris deditum ventri humi ſerpentem hominem frutex eſt non homo quem vides: ſi quem in fantaſie quaſi calypſus vanis pꝛeſtigiis cecutientem et ſub ſcalpenti delinitum ille cebꝛoſenſibus mancipatum. bꝛutum eſt non homo quē vides ſi recta philoſophum ratione omnia diſcernentem. Hūc venereris celeſte eſt animal nō terrenum: ſi purum contemplatoꝛem coꝛpoꝛis neſcium in penetralia mentis relegatum. hic non terrenum non celeſte animal. hic auguſtius eſt numen humana carne circumueſtitū: ecquis hominem non admiretur: qui non imerito in ſacris litteris moſaycis et chꝛiſtianis nūc omnis carnis: nunc omnis creature. appellatione deſignatur: quando ſeipſum ipſe in omnis carnis faciē. in omnis creature ingeniū effingit fabꝛicat ⁊ trāſfoꝛmat. Idcirco ſcribit euantes perſa vbi caldaicam theologiam enarrat: non eſſe homini ſuam vllam et natiuā imaginē: extrarias multas et aduentitia s.

## ¶ De hominis calamitate.

Silen' iudicarit optimum. aut non naſci; aut quã citiſſime aboleri. plinius exiſtimarit nullũ maius homini datũ a ſuperis maius aut melius ꝙ vite breuitatẽ; et interim nulli negatã facultatem abrũpendi vitam. ſi videatur apud lucianũ pythagoꝛas cui' anima fingit ſubinde mutato domicilio per omnia viroꝛum ac mulierũ bipedum et quadrupeduꝫ coꝛpoꝛa fuiſſe peregrinata fateturꝫ ſe longe ſuauius vixiſſe cum eſſet rana ꝙ cum eſſet rex, cui etiã ſententie aſtipulatꝰ illud Ariſt. ſecũdo met. natura humana multipliciter eſt ſerua. nam ſi homo ſtatuꝫ habet inferiorem conqueritur de ſubiectione ad ſuperioꝛes ſi vero habeat ſtatũ ſuperiorem ſi bene rexerit conqueritur de occupatione; et multitudine negotioꝛum adeo factuꝫ eſt vt null' ſua ſoꝛte contentus viuat tandem pono definitioneꝫ vnã hominis qua velut coꝛoni de clauſiſſe libꝛum de anima placebit. Eſt archa quedaꝫ tricamerata: leni corio cooperta elegantiſſima foꝛma cõmenſurata. oſſibus tanquã lignis (inter q̃ vacuitates mollioꝛi ſubſtantia foꝛtiter cõiuncta replentur) edificata: quattuoꝛ mẽbꝛis principalib' quattuoꝛ humoꝛibus q̃ttuor ſpiritibus: quattuor delatoriis. quatuoꝛ ſuperfluitatum gñrib': et quattuor ſuſtentaculis totaꝫ archã ſuſtinentibus atque caꝫ vehentibus cõpaginata. domus anime rationalis. vitam: vegetationẽ ſenſum rationem. et motuꝫ quadriformen largientis et tandẽ capacis diuinitatis eterne. declaratur diffinitio: ſic eſt tanquã archa tricamerata leni corio coopta elegantiſſima forma cõmenſurata oſſibus. ꝛc. Ut patuit ciuſqꝫ ſunt quattuoꝛ mẽbꝛa pꝛincipalia. coꝛ: epar cerebrũ: et teſtes: coꝛ principiuꝫ animationis: epar principiũ vegetationis cerebrum principium mot' et ſenſus: teſtes principium prolificationis. ei' ſunt quattuor humores noti: quattuor etiam ſpiritus vitalis a corde: naturalis ab epate. aĩalis a cerebro ꝛ gignitiuus a teſtibus quattuor delatoria: ſcilicet arteria A corde deferens ſpirituꝫ vitalem cum influxu cordis vena ab epate deferens ſanguineꝫ cũ ſpiritu naturali. Neruus a cerebro deferens ſpiritum animaleꝫ cũ influxu cerebri poꝛus quales ſunt pori vritides et alii per corpus quibus de loco ad locum deferũtur materie et influxus ſunt pariter quattuor ſuperfluitatum genera: ſunt fumi ignei vapoꝛes aerei ſunt aquoſitates vrinales ſudoꝛales atqꝫ alie: et ſunt terreſtreitates pꝛout in renibus lapilli et huiuſmodi: quibus addantur fecea inteſtinoꝛum que omnium illoꝛum generũ eſſe poſſunt. ſunt etiam ipſius arche quattuor ſubſtentacula que in bꝛutis ſunt terre affixa: ſed in homine duo tñ alia etiã duo ſcilicet bꝛachia ad archam vehendam iuuant. Confert enĩ ad curſum motus bꝛachioꝛum quibus archa nititur. eſtqꝫ domus anime rationalis a qua ſunt q̃ttuoꝛ operationum genera: ꝛ quattuoꝛ motuũ operationes ſunt animatio. Uegetatio. ſenſatio et intellectio cõpꝛehenſis actibus appetitiuis. ẽ enĩ anima conſeruatiua diſpoſitionum. quare quodam modo cauſa infoꝛmationis ſue atqꝫ animationis. De aliis autem tribus conſtat: pariter eſt pꝛincipium motus animalis liberi arbitrii: mot' animalis appetitus ſenſitiui motus naturalis pulſatiui ſcilicet gratia refrigerii pꝛout motus pulmonis, coꝛdis et arteriarũ; et mot' naturalis attractiui qualiter mẽbꝛũ attrahit nutrimentum vel certam aliam mãm aut etiam repellit.

## ¶ Expliciunt Libꝛi de Anima

¶ Opus hoc lucidiſſimum philoſophie naturalis Ariſtotelis ſtagirite cũ commentariis Petri a Spinoſa artium magiſtri, excuſſum eſt in alma academia vniuerſitatis. Salmaticeñ. per nobilem virũ Rodericum de caſtañeda. Anno ab incarnatiõe domini. M. D. xxxv. die vero decima Menſis ſeptembꝛis.

¶ Regiſtrum pꝛeſentis operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ s t v u x y ꝫ ꝛ ꝯ ꝝ
A B C D E F G H I K A B C de ſphera
¶ Omnes ſunt duerni pꝛeter. d. c. i. k. l. p. ſ. s. F G H I. qui ſunt terni. Et f g h K. q̃ ſunt q̃terni.

¶ Secunda pars.

A eſt ternus. C D ſunt quaterni

¶ Tertia pars.

a. eſt ternus b. eſt quaternus.

Incipit ſecūda pars operis Tripartiti quam Roſeam vocare appeto, eo ꝙ ſicut roſa parte ſpinea eſt, parte vero pulcherrima et gratiſſima, ſic ē hec ps. Hic inuenietis materias omnes garrulas diſputatiuas: et eſt tractatus Calculationum, quo pretermiſſo eritis muti in philoſophia, in ea procedo per capitula: ſi que tamē calculationes fuerint pretermiſſe per primam partem ponentur.

## Tractatus primus de intenſione Primum Caput.

Queritur apud hoc celeberrimū de intenſione, dubitatiōib⁹ egregiis abſoluā. Prima ſit, vtrum aliq forme intendant et remittantur: Et arguo ꝙ nulle.
Rō pma. Prio ſic: Philoſoph⁹ octauo methaphiſice dicit ꝙ forme rerū ſunt tanꝙ numeri: ſed numeris non cōuenit intenſio nec remiſſio: ergo nec formis aliquibus.
Rō.2. Secundo arguitur, Si albedo intenderetur, ſequeretur ꝙ vna albedo eſſet magis albedo quam alia: quod eſt falſum.
Rō.3. Tertio argr̄ auctoritate authoris ſex principiorū. Forma eſt ſimplici et inuariabili eſſentia conſiſtēs: ergo forma nō habet gradus.
Rō.4. Quarto. Si forma intenderetur et remitteretur ſeq̄retur ꝙ ſortes poſſet eſſe in infinitū calidior Platone naturaliter: et ꝙ hec propō eſſet poſſibilis Sortes infinitam caliditatem habebit: ſequella vtraꝙ probatur Primo prima ſi ſortis caliditas ſit vt quattuor et maneat intacta: caliditas vo platonis remittatur vſꝙ ad nō gradum per totam vnam horam, taliter ꝙ in fine ſit in nō gradu: iam ſequitur ꝙ ſortes in infinitum erit calidior platone in hac hora: q2 in inſtanti medio hore eſt in duplo calidior platone: et in inſtanti terminatiuo ſecūde partis proportionalis (diuidendo horam proportione dupla) erit in quadruplo calidior platone: et ſic ſine ſtatu: ergo ſortes in infinitum erit calidior platone in hac hora: et hoc naturaliter: ergo intētum. Sequella ſecunda probat. Volo ꝙ in hac hora creſcat caliditas ſortis a non gradu vſꝙ ad octo excluſiue: ita ꝙ in inſtanti terminatiuo hore ſortes deſinat eſſe per primum non eſſe: et in illo caſu manifeſtum eſt ꝙ non dat maxīa caliditas quā habebit ſortes q2 ſi aliq̄ futura eſſet maxima quā hēbit ſortes, eēt maxīe illa q̄ erit in īſtāti termīatiuo hore: ſ3 nulla talis erit: ergo intentum. ſ. ꝙ infinitam caliditatē habebit ſortes ſyn. per non tantum quin magis: ita ꝙ aliquā caliditatē habebit ſortes: et quacunꝙ data quā habebit aliquam maiorem habebit: ergo vtraꝙ ſequella probata: Sed hoc videt inconueniens naturalr.
Rō.5. Quinto arguitur. Si aliqua forma intenderet habens aliquas partes intēſiuas ſit maxime aliqua que habeat partes. a. b. Et ſic arguo: vel intenditur a. et hoc non: quia. a. non ſit maior: vel. b. et hoc non: quia. b. non prefuit nec totum aggregatum eadem ratione. Dicit enim Philoſophus primo de generatione capitulo de augmentatione: ꝙ id quod auget neceſſe eſt antea idem prefuiſſe.

Pro deciſione queſtiōis noto ꝙ apud veteres iſte queſtiones de intēſione et remiſſione formarum nō erāt in vſu: ſed primus qui cepit eas balbutire fuit Zenocleates, poſt quem Ariſtoteles. 6. et. 7. phiſicorū. Declarādum igitur primo eſt quid gradus: quid nō grad⁹. quid latitudo forme: et cuius forme ſit aſſignanda latitudo: et cuius non. Secundo quot ſunt latitudinis ſpecies. Notandum igitur quid eſt gradus in cuius ꝯſideratione: aliter dicunt aſtrologi. aliter medici. aliter phiſici. aliter calculatores. Gradus apud aſtrologum eſt. 360. pars cuiuſuis circuli celi et eſt tanta pars in celo cui in terra corɼeſpōdet ſpacium ſeptingentorū ſtadiorū. Gradus vero ſm medicos eſt tanta pars in quauis medicinā quanta poſſit ſenſibiliter alterare tactum medici temperati et quartus gradus eſt qui tantum alterat donec interficiat. Gradus autem ſm phiſicum eſt id quod ſubitaria actione producit minimum agens. Pro cuius declaratione eſt notandum ꝙ datur minimus exceſſus quo agens ſi excedat agit: et ſi minori exceſſu excedat non agit. Et ſic datur maximum pōdus quod ſortes poteſt portare. ſ. illud quod excelleri t potentia ſortis minimo exceſſu: ex quo ſequit ꝙ ſi eſſet minimus exceſſus proportio dupla agens quod ſuper paſſum haberet ſolum ſequi alteram non ageret in paſſū: ſed ne aliquibus hoc mirum appareat: legāt que ſcripſi in capite de maximo et minimo. Nota ꝙ alicuius forme partes poſſunt eſſe duplices quedā ſm quas exiſtētes in eodem ſubiecto forma dicitur. maior vel minor et vocantur graduales. alie vero ſ3 quas non exiſtentes in eodem ſubiecto: forma dicit maior vel minor et vocantur extenſiue. Gradus vero ſm calculatores nil aliud eſt quam octaua pars latitudinis totius intenſionis caliditatis: ita ꝙ imaginando maximam intenſionem quam poteſt habere aliqua qualitas illius octaua pars eſt gradus, et due octaue ſunt due gradus. Ex quo ſequitur ꝙ forma gradualis apud calculatorē eſt cui⁹ plures partes ſunt in eodem ſubiecto adequato: Non gradus vero eſt terminus priuatiuus apud calculatores, et ſupponit pro aliquo cōnotādo ꝙ careat gradu quo priuatur: ita nō gradus abſolute diceretur materia prout eſt omni gradu orbata, ſed in ſpeciali dicim⁹ nō gradus caliditatis ſubiectum nil habens caliditatis: et pari modo non grad⁹ frigiditatis ſubiectū nil habens frigiditatis. Et pari modo dicimus non gradus intenſionis nulla intenſio et infinitus grad⁹ remiſſionis: et non gradus remiſſiōis nulla remiſſio et infinitus gradus intenſionis: Dicamus iam quid latitudo et q̄uis author de latitudinib⁹ vocatus Nicolaus horem crediderit idem eſſe latitudinem forme intenſibilis ꝙ intenſionem, id tamen falſum cogitamus: ſic enim in habitu latitudinem daremus qō eſſe falſum: et predictus doctor autumat tumetiam quia nomen latitudo preſupponit longitudinem, et ex conſequenti in latitudine ſunt due dimēſiones. ſ. longitudinis et latitudinis quales non ſunt in habi

Quid gͣdus apud phiſicos: medicos: Aſtrologos calculatores

Nō dtur maximū pondus ꝙ ſortes pōt portare.

tu et in qualitatibus ſpiritualibus:ideo latitudo aliter eſt fingēda. Latitudo eſt duplex queddam eſt intenſionis,alia vero extenſionis. Prior quidem pſupponit duas lineas methaphorice dictas tales.ſ.longitudinis et altitudinis,in latitudine intenſiōis prima linea.ſ.longitudinis eſt extēſio,ſecunda linea.ſ. altitudinis eſt intenſio,que videtur quaſi pfundum ſubiecti petere ⁊ ipſi intimari et ideo altitudinis vocatur et prima linea bene merito vocatur longitudinis quia eſt maior linea:ſemper enim longitudo eſt maxima dimenſionū in corpore inequaliter dimenſionato. Alia eſt latitudo intēſiōis:et hec eſt triplex quo ad ſubiectum tantum,qualis eſt extenſio forme ſubitaria actione pducte que habet latitudinem extenſionis ſubiectiue,non quo ad tempus,cum in ſua pductione nō occupet tempus. Alia eſt latitudo extenſionis quo ad tempus tantum,et eſt que tempori coextenditur partibiliter genita,ſed non eſt extenſa ad extenſionē ſubiecti:tale eſt motus qd pho egregie contra quoſdam qui aiunt in motu duplices eſſe partes diuiſibiles ad diuiſionem ſubiecti que inſunt ipſi mobili. Alie vero diuiſibiles ad diuiſionem temporis que ſucceſſiue labantur. Sed has partes motus ſic impugno,ſequeretur aut motum non eſſe entitatem permanentem,aut motum componi ex mutatis eſſe,quorū vtrumq̃ eſt falſuz. Primū patet eſſe falſum quia ab omnibus approbatur motum entitatem fore ſucceſſiuam. Secundum patet eſſe falſum et contra Phm.6.phiſicorū ꝙ aliquod continuū conflaretur ex indiuiſibilibus. Sequella tamē pbatur, quia vel ille motus ad diuiſionem temporis conſtat ex motibus qui diuidantur ad diuiſionē ſubiecti vel non: Non ſecundum,quia eēt aliquod accidens ſine ſubiecto. Si primum,ſic arguo:vel motus qui nunc eſt in ſubiecto permanet cum motu poſt hoc: et ſi ſic ergo motus eſt entitas permanens cum plures partes ſimul permaneant:vel non permanet: et ſi ſic ergo ille motus raptim tranſit et ſic eſt mutatum eē et ex talibus debet componi motus diuiſibilis ad diuiſionem temporis:ergo ex mutatis eſſe fit motus: ergo hec diſtinctio de duplicibus partibꝰ motus ꝗuis quibuſdam modernis placeat eſt tamen inintelligibilis et falſa. Alia eſt latitudo extenſionis quo ad tēpus et ſubiectum ſimul vtpote latitudo caloris non minimi partibiliter producta per vnum ſubiectum eſt quidem extēſa quo ad tempus quia partibiliter producitur,et quo ad ſubiectum quia habet eſſe extenſa per partes ſubiecti. Declarandum eſt ſecūdo ꝙ alique forme ſunt intenſibiles et remiſſibiles:alique vero non q̄litates de prima ſpecie et tertia ſunt intenſibiles et remiſſibiles:non autē de ſecunda ſpē et quarta ſpecie. Nam nec triangulus eſt intenſibilis et remiſſibilis,nec pprietas occulta eſt intenſibilis et remiſſibilis:de relationibus quiddam aiunt ſimilitudinem eſſe intenſibilem et remiſſibilem vt patet: quia Philoſophus in predicamento ad aliquid dicit quedam relatiua ſuſcipere magis et minus,⁊ exemplificat de ſimili et diſſimili que ſuſcipiunt magis et minus. Unum tamen nota quoſdam Thomiſtas velle dicere ꝙ aliq̄ forma intenſibilis eſt duplex intenſione diſcreta et intenſione continua: primo mō fit intenſio cum habitus poteſt comparari ad plura differentia ſpecie ſub vnitate obiecti formalis ꝗuis ſit diuerſitas materialis,vt dixi in poſterioribus ca. 12.et eſt ſimplex habitus tota ſcientia intenſibilis intenſione diſcreta vt numeri partes que faciunt vnū

Alia eſt intenſio continua quam habet habitus non referibilis ad diuerſas cōcluſiones. ¶ Ultimo,vidēdum eſt quot ſunt latitudinis ſpēs.: et hic loquimur de latitudinibus intenſiuis. Diuiditur latitudo intēſiua in duas partes:quedam ē vniformis alia difformis. Uniformis eſt cuius omnes ſubiecti partes extenſiue equales gradus habent penetratiue. Difformis vero eſt cuius ſubiecti partes extenſiue non eq̄lem ſortiuntur intenſionem. Et hec eſt duplex difformiter difformis et vniformiter difformis. Hec ſecūda eſt cum alicuius latitudinis mediū.i.intenſio q̄ ē in puncto medio ſubiecti tātum excedit quod eſt in altero extremo remiſſiori quantum intenſio maior que eſt in altero extremo excedit illud medium: et hic loquor de exceſſu geometrice per proportionez et per exceſſus arithmeticos,ita ꝙ ſi alicuius latitudinis partes ſic progrediantur vt medium in eadez pportione excedat infimum qua exceditur a ſuperiori,eſt vni.diffor.vt ſi vnum extremum eēt vt octo aliud vt duo et medium vt quattuor: aut ſi arithmetice pportionabiliter pcedant vt ſi in extremo intēſiori eſſet gradus vt octo et in alio nō gradus:in medio ſi ſit gradus vt quattuor erit vniformiter difformis latitudo. Latitudo vero difformiter difformis definitur per negationem amborū extremorū vt eſt illa que nec eſt vniformis nec vniformiter difformis. Exemplum. Si in vno ſubiecto per vnam quartam eſſet gradꝰ vt vnum:et in alia vt duo:in alia vt quinq̃:in alia vt decē eſſet hec latitudo diffor.difformis. Ad rationes autem que probabāt ꝙ nulla forma intendatur quia ſunt ſicut numeri,dic illud intelligi ꝙ forme ſunt ſicut numeri de quidditatibus vel perfectionibus eſſentialibus,et non eſt verum hoc quo ad omnia,ſed quo ad aliqua, de quo dixi in predicabilibus:et ſi dicas q̄ ſunt illa,dic eſſe omnes numeros inequales in naturali ſerie:ſic etiam ſunt omnes ſpecies in vniuerſi ordine diſpoſite incipiēdo. Relatio. Quantitas. Qualitas. Subſtantia. et Inſubſtātia materia prima forma compoſitum:incompoſito vero elementum elementatuz:inelementato inanimatum metheorologicum quod ē imperfectum mixtū inanimatum et perfectum vt metallum. Atq̃ viuēs ī quo genere accipitur animatum,vt planta:brutum homo:viuens ſimplex non animatum angelus deus. Ecce quomodo in vniuerſi compagie ſic omnia ſunt inequalia,vt in naturali numerorum ſerie. Uel aliť ꝙ quemadmodum eſſentia numeri cōſiſtit in indiuiſibili,ſic etiaz et perfectio eſſentialis que nullas partes intenſiuas hēt,alioqui duo eſſent indiuidua eiuſdem ſpeciei quorum vnum eſſet altero perfectius. Ad ſecūdam rationem ꝙ vna albedo eſſet magis albedo quam alia nego ꝯñam:bene tamen dicitur magis intenſa. Ad tertiam rationem que innititur authoritati Gilberti,dic ꝙ forma ſimplici eſſentia conſiſtat quo ad eſſentialia eo qd pfectio eſſentialis ī indiuiſibili conſiſtit:non autem quo ad accidentalia q̄ tangunt intenſionem. Ad quartam,rationem concedatur vtraq̃ ſequella libenter ſumendo in prima ly infinitum ſyn.per reduplicationem ſpecierum et in ſecūda ſyncathe.per non tantum quin magis:non tamen concedetur iſta,ſortes habebit infinitam caliditatem quia ibi(vt diximus in exponibilibus) ponitur a parte predicati,et capitur cathegorematice.

## ¶ Capitulum ſecundum.



## Utrum intenſio ſit motus continuus.

In hac queſtione tenet Auguſtinꝰ nimphus celebris philoſophus in octauo metha. ꝙ intenſio non eſt motus cōtinuus,quod ſuadet hac ratione. In alteratione dabilis eſt minima qualitas intenſiue et extenſiue,qua data id minimum dicitur vnus gradus quod habet plures partes in potentia materiales minores minima que non poſſunt per ſe exiſtere:et ſi eſt minimum quo ad eſſe p ſe:ergo quo ad fieri. Ergo cum qualitas conſtet ex talibus minimis et vnumquodq̃ eorum fiat in inſtanti, inſtantia vero nequeant continuari,nec erit iſta intenſio continua,ſed fiet in tēpore cum interciſione tamen. Nā da oppoſitum,eſt continua: ergo in qualibet parte temporis quam aſſignaueris vbi forma intendatur erit forma intenſior quam prius:ſed hoc eſt falſum, quia vel in quolibet inſtanti erit intenſior quam pus per minimum,vel per pluſquam minimum,vel p minus minimo. Si primum vel ſecundum cum dentur infinita inſtantia in quouis tempore paruo producerentur infinita minima;et ſic quelibet forma foret infinita. Si vero per minus minimo falſum ē,q2 nō datur minimum quo ad productionem quod ſubitarie debet pduci,quod eſt falſum. Supponimꝰ enim dari minimum quo ad productionem quod pducitur minimo exceſſu. Eſt enim dabilis minimus exceſſus quo potentia po.eſt agere: vt declarabo de mente philoſophi in de maximo et minimo. Et hec eſt opinio diui Thome et Smpli et Themiſtij:ergo intenſio eſt motus ſucceſſiuus,ſed non continuus:quā eſſe opinionem Ariſtotelis ⁊ Auerrois egregie deducā

Prima autoritas

Primo eſt authoritas Auerrois octauo phiſicorum commento 23,vbi dicit ꝙ ſi auctio eſſet motus continuus tunc in fine quantitas aucta eſſet infinita quod

Secūda autoritas

valet per fundamenta declarata. Item tertio phiſicorum Auerrois cōmento.6.arguens ſi augmentuz vel alteratio eſſet motus ſimpliciter continuus ⁊ vnꝰ tunc ſm quodlibet minimum tempus ſenſibile menſurans auctionem et alterationē eſſet aſſignare minimam partem forme ſenſibilem habet conſequens tanq̃ impoſſibile,quare concludit auctionem ⁊ alterationem non eſſe vnum et continuum motum: ſz cōpoſitum ex pluribus motibus et pluribus quietibus vnde expreſſe tenet Auerrois(locis citatis)ꝙ nullꝰ alius motus eſt continuus niſi motus localis quia velociſſimus motuum,vt dicit Auerrois. Dicit commētator tertio phiſicorū cōmento.6. Motus igitur augmenti de initio motus ad finem cōponitur ex pluribus motibus et quietibus,et idem credo in alteratione,ſed non eſt ſic in motu tranſlati cui nulla interponitur quies:dicit in fine cōmēti quia vidimus aliqua augeri per annum vno digito et remotuz eſt vt ille digitus diuidatur per omnes partes temporis illius anni quoniam minimum tempus ſenſibile non habet ex eo partem ſenſibilem.

## ¶ Tertium capitulum.

Sit de mō quo fit intenſio. Super quo recitabimus aliquas opiniones que in hac parte verſantur. Prima opinio eſt Scoti in ſecundo ſententiarum et omnium nominalium: ꝙ intēſio fit per additionem gradus ad gradum in eodem ſubiecto vnitiue et penetratiue. Unitiue eſt ꝙ ex preexiſtenti gradu et ex aduenienti vnum intēſius conficitur;quare illa que ſe intendunt debent eē vnius ſpeciei accidentia:iuxta illud philoſo.5.methaphi. Accidentia ſolo numero differētia ſunt que in eodem ſubiecto exiſtentia differentiā non habent Uocamus autem gradum quandam partem qualitatis ad modum vncie vel libre in quātitatibus: nō tamen omnia accidentia ſolo numero differentia in eodem ſubiecto exiſtentia de neceſſitate ſe intendūt apud eundem Scotum: vt videre eſt in relationibꝰ Scdm ſcotum enim due paternitates eiuſdem ſpeciei ſunt in eodem patre et tamen non ſe intendunt quia terminantur ad diuerſos terminos: vt nos diximus de mente Scoti in primo capitulo predicabilium. Similiter hoc confirmatur de duabus notitijs iſtius propoſitionis homo eſt homo mētalis: que quidem ꝗuis ſunt eiuſdem ſpeciei non faciunt vnum ſaltem in eſſe notitie: quia inter illas mediat aliquod coniūgibile: nemo enim experitur ſe cognoſcere intenſius hominem per iſtam mentalem homo eſt homo ꝙ per ſolum ſubiectum: de quo latius ſcriptum ē in tertia queſtione antepredicamentorum. Ad idē ſuppoſita opinione Scoti in diſtinctiōe.13.tertij ſententiarum de ſumma gratia anime Chriſti. Si deꝰ illi ſūme gratie alium gradum adderet in eodē ſubiecto non vniret ille gradus priori gratie,quia quādo aliquid eſt in termino nō appetit ſibi aliquid aliud vnire: ergo in tali caſu accidentia ſolum numero differentia poſſunt eſſe in eodē ſubiecto et ꝙ non faciunt vnum. Immo conceditur iſtud corolariū ſtat per potentiam dei.a.b.c. Accidentia ſolum numero differentia eſſe poſſe in eodem ſubiecto et ꝙ.a.et.c. cum.b.faciant vnum intenſiue:non tamen.a.cum.c. quia deus poteſt concurrere ad vnionem.a.cū.b.et b.cum.c.non cōcurrente deo ad vnionē.a.cum.c.habes bonam analogiam in quantitatibus continuis de tribus tertijs vnius continui,a.b.c.quarū extrema vniuntur cum tertia inter media: inter ſe tamen non vniuntur,ſaltem immediate. Ex quo ſequitur corolarium ꝙ vna qualitas intenſa vt duo habet infinitos gradus communicantes,ſic pbatur. Diuidatur vnus gradus ſm intenſionem,et ſimiliter alius ⁊ accipiatur prima pars pportionalis vnius pportione dupla et prima pars alterius, ecce vnꝰ gradus deinde ſumatur totum reſiduum dempta prima parte pportionali vnius gradus et alterius gradus ſumatur prima pars pro ſcdo gradu,ſumatur de vno gradu reſiduū dempta prima parte pportionali et ſecunda cum prima parte proportionali et ſecunda alterius gradus,ecce tertius gradꝰ:et ſic ſine ſtatu Sed Ludouicus coronel octauo phiſicorum nō credit iſti imaginationi de partibus communicantibus:non enim vocat partes cōmunicantes illas quarum vna et eadez pars eſt pars cōmunis. Sed partes cōmunicantes vocat partes immediate ſe habētes,et partes non cōmunicantes partes mediate ſe habētes,ita ꝙ ſi ſumatur vnius bipedalis quarta extremalis vnius et quarta extremalis alterius: ſunt non cōmunicantes. Pedale tamen.a.et pedale.b. quia ſunt immediata dicit eſſe cōmunicantia: quod argumento ſuadet. Fiat vnum pedale medium cōſtatū ex medietate.a.et ex medietate.b.tūc arguit ſic,iſta tria ſunt communicantia: et iſta tria ſunt.a. et.b.ergo.a.b.ſunt cōmunicātia: ppter quod credit nō poſſe dari aliquam qualitatem ſpiritualem quin illius omnes partes ſint cōmunicantes,quia omnes partes ſunt immediate ſe habentes. Hanc tamen credo falſam opinionem et debili motiuo fulcitā. Nam

ꝙ non ſemp accidentia ſolo numero dr̄ia in eodem ſubō ſe intendant.

Corolī.1.

Corolī.2.

ꝙ ille ſyllogiſmus expoſitorius de quo loquitur ſi bene concludat veruꝫ concludit. Nam iſta duo ſunt aliqua cõmunicantia videlicet illa tria cõmunicantia. Uel dicas aliter negando conſequentiam, quia ly communicantia denotat diuerſam relationem in antecedente denotatur ꝙ iſta tria ſunt communicantia inter ſe: et in conſequente ꝙ illa duo ſunt communicantia inter ſe, vbi patet diuerſam eſſe relationeꝫ.

Primum pricipale. SEd contra hanc opinioneꝫ primo principaliter arguitur, argumento duodecimo, quod facit Balterus burleus in ſuo tractatu de intenſione et remiſſione formarum. Sequeretur ꝙ ſi intenſio fieret per additionē gradus ad gradum vnitiue et penetratiue ſe habentes in eodem ſubiecto: ꝙ luminoſuꝫ vt octo produceret lumen infinite intenſum. Conſequēs eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequella probatur: ſit vnum luminoſum potens ꝓducere lumen ab octo vſqꝫ ad non gradum per diſtantiam decupedalē, et in illius diſtantie puncto medio applicetur quoddaꝫ oppacum in qđ producat in illa parte lumen vt quattuor: tunc ſic diuidatur illa diſtātia quintupedalis per partes ꝓportiōales dupla ꝓportione minoribus terminatis verſus illud oppacum: tunc volo ꝙ illud luminoſum appropinquet verſus illud opacum per totam primam partem ꝓportionalem. Tunc ſic arguo hoc luminoſum eſt in duplo propinquius iſti opaco, et eſt tāte actiuitatis ſicut in principio: ergo tantum et magis producit ſicut in principio: ſed a principio ꝓduxerat quattuor gradus, ergo et modo alios quattuor: et vltra ſi iterum appropinquet per ſecundam partem ꝓportionalem in duplo magis appropinquat ꝙ in fine prime partis proportionalis, ergo cum ſit tāte actiuitatis alios quattuor gradus ꝓducit: cum ergo ſint infinite partes ꝓportionales et per quancunqꝫ ſequentē in duplo magis appropinquet ꝙ in fine immediate precedentis ſequitur ꝙ cum tale luminoſum fuerit immediate illi opaco, infinite intenſum lumen producet.

¶ Ad argumentum reſpondetur ꝙ quota pars fuerit appropinquationis reſpectu medij per quod diſtat luminoſum ab opaco tota pars erit ꝓductionis illius quod reſtat reſpectu illius qđ reſtat ad integram aſſimilationem. Exempli gratia Si appropinquat aliquis per primam partem proportionalē que eſt medietas ſpacij per quod diſtat et produxerat quattuor gradus: et reſtant alij quattuor gradus: pro facienda integra aſſimilatione, ꝓducetur medietas illorum: videlicet duo gradus: et cū dicitur luminoſum eſt tante actiuitatis ſicut fuerat et eſt ꝓpinquius et antea ꝓduxerat quattuor gradus ergo et modo: nego conſequentiam. Obſtat enim paſſum ꝓ parte eſſe aſſimilatum. Actio vero non tātum fit ꝓpter habere ꝓportionem maioris inequalitatis, ſed ꝓpter non habere paſſum aſſimilatum. (vt amplius ſcripſi in prima queſtione phiſica noſtrarū ꝓportionum.)

Secūduꝫ pricipale. SEcundo principaliter arguitur. Suppoſito qđ libet elementum habere duas qualitates. Unā in ſūmo, reliquam vero citra ſūmum: ſed ſupra medium. Sit verbi gratia in terra vbi eſt frigiditas citra ſummū: et applicetur aliquod agens frigefactiuum quod intendat illam vſqꝫ ad ſummum: ſi illa intenſio fiat per additionem gradus ad gradū: ſequitur illam alteratiōnē ſubito fieri debere: conſequēs eſt falſum; ſequella probatur; quia vel in frigiditate que eſt in terra eſt aliqua caliditas vel non? Si dicatis ꝙ eſt aliqua caliditas ergo terra habet tres qualitates primas quod eſt falſum, cum quodlibet elementum ſit corpus ſimplex. Si vero non habeat niſi frigiditatem ſine caliditate: ſequitur ꝙ cum nil reſiſtat introductioni illius caliditatis, tota illa caliditas fieret in inſtāti: et ſic alteratio fieret ſubito: quia omnis actio alicuius agētis que fit ſine reſiſtentia fit in inſtanti: vt Auerro. 4. phiſicoꝝ.

¶ Ad hoc argumentum dupliciter poſſumus reſpondere. Primo dicere poſſumus tenēdo ꝙ in elementis ſunt ſoluꝫ due qualitates ꝙ introductio illa caliditatis fiet ſucceſſiue propter reſiſtētiam forme ſubſtantialis terre, cui diſcōuenit maior frigiditas ſuma, quam opinionem tenet Paulus venetus in ſua ſuma: in libris de generatione capitulo ſeptimo in ſolutione argumenti quarti. Aliter tamē et melius reſpondeo ꝙ ibi eſt cū illa frigiditate aliqua caliditas vſqꝫ quo ſumma latitudo adimpleať ex ambabus qualitatibus contrarijs: et cuꝫ dicitur philoſophus dicit quodlibet elementum non habere niſi duas qualitates, dicit verum eſſe ſupra medium eleuatas: non tamen aliter. Quam opinioneꝫ tenet Marſilius ſecūdo de generatione queſtione. 6. articulo ſecundo cōcluſione prima corolario tertio. Et ſi contra hoc arguatur ſequitur omnia elementa eſſe ſymbolizantia: patet quia quelibet elementa cōueniunt ſaltem in vna qualitate: ſi enim aliqua non ſymbolizarēt, maxime ignis et aqua: ſed iſta ſymbolizant: ergo intentum. Minor ꝓbatur. Humiditas aque non eſt ſumma: ergo ſiccitatem habet adimplētem: et ſic ſymbolizant in ſiccitate. Hoc argumentū nil probat quia vt elementa ſint ſymbolizantia opus eſt cōmunicare in aliqua qualitate ſupra mediū exiſtente in vtroqꝫ elemēto: et ratio huius eſt quia qualitas infra medium nil denominat: ergo que in tali qualitate conueniunt non denominantur ſymbolizātia. Tertio reſpondeo conformiter ad Marſilium ſecundo de generatione queſtione quarta; tenendo vt aliqui tenent ꝙ frigiditas aque et frigiditas terre ſunt diuerſe ſpeciei quod illa frigiditas terre nō ſumma impoſſibile ē ꝙ fiat ſumma. Nam ſi ſit ſumma peto a quo ſit ſumma, vel a frigiditate alterius terre, et hoc non; quia nulla eſt maior iſta, vel a frigiditate aque: et ab illa non; quia eſt alterius ſpeciei: ergo a nullo poteſt fieri ſumma. Et ſic patet ad argumentum reſponſio.

Tertium pricipale. TErtio principaliter arguitur. Sequeretur albedinem vt quattuor fore infinite perfectam: conſequens eſt falſum: ſequella probatur. Continet infinitas perfectiones equales non communicantes maiores vna certa data: ergo eſt infinite perfecta: Conſequentia eſt nota et probatur antecedens, diuidatur illa albedo vt quattuor per partes proportionales dupla proportione ſm intenſioneꝫ: illa albedo eſt infinite perfecta. Patet quia continet infinitas partes proportionales equalis perfectionis quarū vnaquequꝫ eſt perfectior quam vna nigredo.

¶ Ad hoc argumentum reſpondeo ꝙ illa conſequentia quā aſſumis nil valet ſcilicet cōtinet infinitas perfectiones equales non cōmunicantes etc. Sed dicturus eras continet infinitas perfectiones maiores et maiores vna certa data. Sic enī opus eſt argumentari in quantitate virtutis. Quis ille modus arguendi ſit ſufficiens ad ꝓbandum infini



tam quantitatem in quantitate molis. Dico ſecundo negando antecedens. Nam captis duabus rebus eiuſdem ſpeciei: non eſt concedendendum illas habere duas perfectiones eſſentiales; quia nomen perfectionis eſſentialis eſt nomen perfectionis ſpecifice: modo de hac perfectione ſpecifica non plus habent duo homines quam vnus homo: vt patet ex Porfirio ca. de ſpecie participatiōe ſpeciei plures homines ſunt vnus homo: quod autem non ſint vocande perfectiones eſſentiales in plurali perfectiones Petri et Joannis; patet; quia eadem ratione ſequeretur ꝙ vocarentur perfectiones eſſentiales perfectio Petri et ſue manus: et ſic magis eſſentialiter conuenirent Petrus et ſua manus; cū magis eſſentialiter conueniāt Petrus et ſua manus quam Petrus et Joannes: ſequeretur aliquem conceptum abſolutum ſignificare Petrum et ſuam manum; et omnes partes Petri nō ſignificando alios homines; et ſic daretur conceptus abſolutus quidditatiue inferior illi termino homo. quod eſt falſum; vt ſcripſimus in predicabilibus capitulo de ſpecie. Itaqꝫ volo dicere ꝙ ly perfectio eſſentialis et perfectio eſſentialis ſpecifica conuertuntur: et quia in plurali perfectiones eſſentiales ſpecifice non verificantur de duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei; ideo bene nego illud antecedens: loquor hic naturaliter ſm Porfirium et Ariſtotelem.

Quartuꝫ pricipale. QUarto principaliter arguitur. Lumen aliquando eſt intenſius quam fuerat vt patet in die ſplendidiſſima: et tamen hec intenſio non fit in eo per additionem gradus ad gradum; ergo opinio nominalium nulla. Minor probať authoritate Cantuarienſis in prima parte perſpectiue propoſitione ſeptima vbi dicit. Radios diuerſorum luminoſorum in permixte ideꝫ medium illuſtrare debere; per quod nil aliud videtur poſſe intelligi quam ꝙ non faciunt vnum nec ſe intendunt. ꝙ autem ita ſit patet ſi tātum lumen produceretur ante oppacem ab vno ſolo luminoſo: illud vnam vmbram duntaxat efficeret: ſed tantum eſt productum a duobus: cur ergo fient due vmbre: niſi ꝙ lumina diuerſorum luminoſorum differunt ſpecie.

¶ Ad hoc argumentum reſpondeo ꝙ illa authoritas Cantuarienſis intelligi debet hoc modo: ꝙ cuilibet luminoſo annexus eſt inceſſus rectus in ſua productione: quare cum vmbra ſit priuatio illius inceſſus recti; ſequitur ꝙ diuerſis luminoſis habentibus diuerſos inceſſus rectos ſit diuerſitas vmbrarum; ꝓpter priuari ad diuerſas partes illos inceſſus rectos; et ſic cauſabuntur due vmbre diuerſe; vult ergo dicere cantuarienſis ꝙ vno luminoſo habente ſuum inceſſum rectum ad vnam partem: eo ꝙ aliud luminoſum aduenient producens ſuos radios alio inceſſu non tollit primo ſuum proprium inceſſum quē habat et hoc eſt dicere radios impermixte ſe habere: hoc ē nullum deuiare a ſua rectitudine propria: eo ꝙ alterius radij ſe penetrent cum radijs alterius. Hinc ſequitur ꝙ in perſpectiua permiſceri radiuꝫ eſt ꝙ a rectitudine deuiet: ſicut eſt in radio fracto ꝓpter obuiationem medij alterius dyaphancitatis. Sed ego in meo tractatu de luminoſis tenui omnia lumina diuerſorum luminoſoruꝫ differre ſpecie: vt videbitur infra.

¶ Poſſemus opinioni nominalium obuiare authoritatibus. Primo dicitur tertio thopicorum illa ſunt magis talia que ſunt impermixtiora ſuis contrarijs: ergo non ſit intenſio ad ditiōe gradus ad gradum ſed depuratione a contrario. Item quarto phiſicorum textu cōmēti octuageſimi quarti. dicit philoſophus ſic ex calido remiſſo fit magis calidum nullo facto in materia calido qđ nō eſſet calidum quando erat minus calidum: et ita apparet de raro et denſo.

¶ Ad has ſecundas autoritates reſpondeo ꝙ duplex ē contrarium ſcilicet priuatiuum et poſitiuū. Contrarium priuatiuum voco nō gradū. Poſitiuū vero vt frigiditatem reſpectu caliditatis. Dico ergo philoſophū velle dicere tertio thopicoꝝ que ſunt impermixtiora ſunt magis talia idest que magis diſtant a non gradu ſunt magis talia. Ad aliam dico (que videť nimis fauere opinioni doctoris ſancti de ſua radicatione) quod Ariſtoteles ibi ponebat vnam cōcluſionem contra quoſdam antiquos dicentes ꝙ rarefactio fit per introductionem corporum extrinſecorum in foramina quedam. Et condenſatio per excluſionem corporum intra illa foramina incluſorum. Et arguebat contra illos iſta ratione, quemadmodum ex minus calido fit magis calidum non per aduentum alicuius corporis calidi aduenientis de nouo: igitur nec ex denſo fit rarum per introductionem corporis de nouo; nō ergo vult dicere ꝙ intenſio non fiat per additionem gradus ad gradum.

Aluarus Thomas. ¶ Pro complemento huius opinionis noto de mente Aluari thome vlixbonenſis non immerito apud parhiſienſes nomine philoſophi anthonomatice nuncupati, in ſuo triplici motu tractatu quarto capitulo pr̄io notabi. pr̄io: ꝙ triplex eſt forma ſcilicet intenſa tantum, extenſa tantum, intenſa et extenſa ſimul. Forma intenſa tantum ē cuius quelibet pars cuilibet alteri cōtinuatur penetratiue et vnitiue; neqꝫ ex hoc ſequitur quātitatem corporis Chriſti in ſacramēto alteris (eſto ꝙ diſtinguať ipſa quantitas a re quanta) eſſe formam intenſam tantū quamuis enim quelibet pars quamlibet aliaꝫ penetret non tamen cuilibet vnitur: et ſi enim ibi ſecundū Scotum non ſit diſtantia ſituationis, eſt tamē diſtantia continuationis, hanc diſtantiā continuationis appellat ſcotus poſitionem, que eſt differentia quantitatis ſine qua quantitas nō poteſt eſſe, in quarto ſenteň. diſtinctione decima queſtiōe pr̄ia forma vero extenſa tantum eſt forma diuiſibilis non intenſa, vt forma ſubſtantialis aſini. Alia ē forma intenſa et extenſa ſimul, et eſt illa que habet plures gradus ſiue partes eiuſdem ſpeciei cum ipſa penetratiue et vnitiue: et quelibet pars cuilibet alteri vnitur. Ut albedo, caliditas.

¶ Noto ſecundo ꝙ aliud eſt motus intenſionis, et aliud eſt motus alterationis: ſunt enī termini impertinentes: nam velocitas motus alterationis attenditur penes qualitatem acquiſitam: et velocitas motus intenſionis attenditur (Sumendo intenſionis motum pro motu quo qualitas aut ſubiectum efficitur intenſius.) Penes ſucceſſiuam acquiſitionem maioris denominationis. Ex quo ſequitur ꝙ ille terminus motus intenſionis et motus alterationis ſunt impertinētes: neqꝫ enim vnus alterum infert neqꝫ ei repugnat. Non enim ſequitur hoc magis alteratur ergo hoc magis intenditur; namqꝫ ſi eſſet Notab. 2.

vnum ſubiectum bipedale cuius vna pedalitas eſſet calida vt octo, et alia eſſet frigida vt duo, et per totum bipedale acquireretur frigiditas vt duo: iam totum illud ſubiectum magis alteratur, et tamen non intenditur ſed remittitur: nam illud ſubiectum ante hoc erat calidum vt quinq̧, et nunc ſolum ē calidum vt tria: in hoc enim caſu alteratur acquirendo frigiditatem, et tamen mediante ea nō intendit'. Item poteſt aliquod ſubiectum intendi, et nullo pacto alterari: vt patet poſito ꝙ vnius pedalis vna medietas ſit alba vt octo: et reliqua ſit nigra vt octo: et rareſiat medietas nigra reliqua quieſcēte, nulla penitus qualitate acquiſita. Tunc illud intendit' qꝛ eſt nigrū cum antea non erat nigrum: et tamē nullo mō alterat': qꝛ nullam qualitatem acquirit. ¶ Ex hoc ſequuntur duo coꝛolaria. Pꝛimū eſt aliquid continue et ſucceſſiue alteratur ad caliditatem: et ipſum continuo remittitur in caliditate ſiue efficitur minus calidum. Pꝛobatur. Capio vnum pedale cuius vna medietas ſit calida vt ſeptem ſine admixtione contrarij: et alia frigida vt duo: ⁊ acquirat medietas calida vt ſeptem medium gradum caliditatis ipſa nō rarefacta neq̧ condenſata: medietas vero frigida ſine acquiſitione qualitatis rareſiat acquirendo ſemipedalem quantitatem. Quo poſito in tempoꝛe illius rarefactionis et alterationis pedale illud alteratur acquirendo caliditatem: nihilominus remittitur ſiue efficit' minus calidū. Quod pꝫ, qꝛ in pꝛincipio alterationis erat illud pedale caliduꝫ vt duo cū dimidio: in fine vero erit calidum vt vnū cū vna ſexta. Hec patent calculanti.

Egregia regľa calculandi.

¶ Sed ne te lateat huiuſmodi calculatio: pono tibi regulam egregiam de cognoſcenda intenſione totius cuius partes ſunt diffoꝛmiter q̄liſicate, aut cum admixtione cōtrarij regula ſit hec: ſi fuerit diffoꝛme pꝛopter intenſionem diſſimilem partium cū ſimilitudine ſpecifica qualitatū: vt ſi eſſet pedale cuius medietas eſſet calida vt quattuoꝛ: ⁊ alia vt duo ſine admixtione contrarij: tunc extende qualitatem que eſt per p̄tem vniformiter per totū: et in ea pꝛopoꝛtione qua pars eſt minoꝛ toto, in eadē denominatio partis p̄ totū debet eſſe minoꝛ denominatione partis per parteꝫ: vt in exemplo pꝛedicto: caliditas illa vt quattuoꝛ denominat totum vt duo: et caliditas illa vt duo que eſt per partē denominat totum vt vnum: ergo totū eſt vt tria: ſi vero ſiat hec diffoꝛmitas ex admixtione qualitatū contrariarū: ita ꝙ ſit caliditas octo per vnam medietatem: et frigiditas vt duo per aliam ſine admixtione contrarij in eodem ſubiecto adequate extende frigiditatem vt duo per totū vniformiter ⁊ erit frigiditas vt vnum: poſtea extende caloꝛem vt octo per totum et erit caliditas vt quattuoꝛ, et quia excedit caliditas, vt q̄ttuoꝛ frigiditatem vt vnum per tria erit calidum vt tria: ſi vero ambabus qualitatibus contrarijs extenſis per totum neutra excedit aliam: tale ſubiectum a nulla denominabit'. Exemplum ſi in vna medietate eſſet caliditas vt octo et in alia eſſet frigiditas vt octo. Facta extenſione per totū, inuenit per totū caliditas, vt quattuoꝛ et frigiditas vt quattuoꝛ et tale ſubiectū nec eſt calidum neq̧ frigidum.

Secūda opinio Burlei

¶ Secunda opinio eſt Galteri burlei: ꝙ intenſio ſit per pꝛoductionem maioꝛis qualitatis nulla de pꝛeexiſtentibus manente: ita ꝙ imaginatur intenſionem foꝛe attendēdā per diſtantiam a nō gradu: et non permitit qualitatem poſſe habere plures partes eiuſdē rationis penetratiue et vnitiue: q̄re dicit quamlibet qualitatē foꝛe indiuiſibilem intēſiue: et imaginat' ad tranſitum de extremo ad extremū requiri ꝙ tranſeat per omnia media que ſunt infinita: et concedit pꝛoductionē infinitarum qualitatum maioꝛū vna certa data ab agente finito in quāto vis paruo tempe: ſed qꝛ terminus pꝛoductionis ē finitus ideo illa actio cenſetur finita. Similiter ait in coꝛruptione dari vltimum eſſe completū rei p̄manentis: imo cum caliditas agit in frigiditatē eā coꝛrumpit in inſtanti: ⁊ cum non poſſit hec coꝛruptio fieri ſaltu generatur alia frigiditas minoꝛ et minoꝛ: et non ab alio quam a caliditate: ergo concedit ꝙ caliditas generat frigiditatem tanq̄ terminum non vltimate intentum. Concedit dato lumine pꝛoducto a ſole aduenienti cādella incenſa extingui ⁊ aliud maius generari ab ambobus luminoſis: quod eſt certe falſum.

¶ Sed in hāc opinionem pꝛio pꝛincipaliter arguo: ſequeret' aliquam frigiditatē p̄duci: et non ab aliquo qđ eſt: nec ab aliquo qđ fuit, nec ab aliquo qđ erit et con ſimili modo de coꝛruptione: dent' duo agentia que inuicem agant et reagant: et in puncto medio actionis loquamur de eoꝛū qualitatibus: que ſint caliditas et frigiditas: que vocentur a. et. b. a. caliditas ⁊. b. frigiditas (vt dictum eſt in opinione) Caliditas p̄ducit frigiditatem quādo remittit frigiditatem et frigiditas caliditatem. Ego pero vel. a. pꝛoducit. b. et hoc non: quia eadem ratione. b. pꝛoduceret. a. et ſic effectus eſſet cauſa cauſe: et idem eſſet pꝛius eo quo eſt poſterius, quod eſt falſum: ergo. a. pꝛoducitur ab aliqua caliditate: non q̄ eſt: nec que erit: quia que erit non eſt: ergo non cauſat. a. nec ab aliqua caliditate que fuit quia q̄cunq̧ illa ſit iam tranſiit aliquod tempꝰ ex quo vſq̧ nunc ē coꝛrupta: ergo cum hec frigiditas. a. modo pꝛimo ſit genita non potuit eſſe genita ab illo certo indiuiduo qđ ab aliquo tempoꝛe non fuit. ¶ Dicendum ad hoc argumentum ꝙ frigiditas. a. generat' ab infinitis frigiditatibus: que ante hoc fuerunt terminatis verſus hoc inſtans medium: et idem cenſeo dicendū de coꝛruptione ꝙ coꝛrumpitur frigiditas. a. non ab infinitis caliditatibus que pꝛefuerunt: quia ab illis generat': ſed potius coꝛrumpit' ab infinitis caliditatibus ſequentibus: nec valet coꝛrumpitur ab iſtis: ergo iſte ſunt: ſed ſatis eſt ꝙ imediate poſt hoc erūt vt ly poſt hec impoꝛtet tempus: ſicut enim mixtū generatur ab elementis que non ſunt in pꝛimo inſtanti eſſe mixti: ſed ſatis eſt ꝙ immediate āte hoc fuerint ſic pari modo coꝛrumpitur a frigiditas ab illis q̄ immediate poſt hoc erunt.

Tertia ē opinio.

¶ Tertia eſt opinio doctoꝛis ſancti quam habet in ſecunda ſecunde queſtione. 24. et in pꝛimo ſentētiarū diſtinc. decimaſeptima. q. 2. vbi eam egregie diſquirit capꝛeolus. Notandū eſt igit' ꝙ quelibet foꝛma diſtinguitur a ſuo eſſe qđ quidem eſſe vocat' eſſe exiſtentie: eſſe vero eſſentie eſt idē qđ ipſa foꝛma: vnde ſecundū hanc opinionem quelibet foꝛma nata eſt habere infinita eſſe, quoꝛū continuo vnum eſt perfectius altero: et quanto foꝛma accidētalis habet perfectius eſſe in ſubiecto, tāto dicitur magis radicari in ſubiecto: ⁊ hoc eſt qđ intēdit hec opinio ꝙ intenſio ſit per maioꝛem in ſubiecto radicationem: vnde intenſio foꝛme ſecundum doctoꝛē ſanctum



diffinit' ꝙ ipſa eſt continuo maioꝛ et maioꝛ radicatio in ſubiecto ſucceſſiue et in quolibet tēpe quantum vis paruo pꝛoducuntur infinita eſſe et quodlibet illoꝛum in inſtanti et eodem modo imaginādum eſt de coꝛruptione et generatione iſtoꝛum eſſe ſecundum hāc opinionem quemadmodū imaginabimur de de generatione et coꝛruptione foꝛme in motu alterationis ſecūdum opinionem Burlei. Sequuntur coꝛolaria. Pꝛimum eſt ꝙ foꝛmam intendi non eſt ipſam aliquem gradum acquirere aut effici eſſentialiter perfectioꝛem ſed eſt ipſam continuo habere perfectius et perfectius eſſe qđ eſſe ab ea diſtinguitur: Sequitur ſecundo ꝙ nulla foꝛma intēſibilis ſucceſſiue pꝛoducitur ſed ſubito ſucceſſiue tamen intenditur. Sequitur tertio ꝙ Soꝛtes per pꝛimum actum ſuum meritoꝛum meretur totā beatitudinem quam habebit: et per ſequentes actus meritoꝛios ſolū meretur perfectius eſſe talis beatitudinis. Sequitur quarto ꝙ foꝛma ſubſtantialis non intenditur, hoc coꝛolarium ſic pꝛobat Capꝛeolus: quia ſi foꝛma aſini intenditur: ſequeretur ꝙ eſſe eius coꝛrumperetur: ſed ad coꝛruptionem eſſe ipſius ſequitur coꝛruptio aſini: et ad coꝛruptionem aſini ſequitur coꝛruptio foꝛme aſini: ⁊ ex conſequenti: ſequitnr ipſam non acquirere perfectius eſſe: ⁊ ſic non intendi: ſed cōtra hoc replicatur ſequeretur animam rationalem naturaliter poſſe intendi: ſequella pꝛobatur: quia materia Soꝛtis poteſt melius diſponi Soꝛte manente: igitur illa foꝛma habebit perfectius eſſe et ſic intendetur: conſequeutia eſt nota, et maioꝛ pꝛobatur: quia poteſt mutari complexio Soꝛtis flegmatica in ſanguineam, vt medici cogitant vt Conciliatoꝛ differētia. 22. ſed in veritate quicquid dicat pꝛefatus doctoꝛ argumentum ſaltem concludere de foꝛma aſini ſuper naturaliter adeo conſeruata in materia melius et melius diſpoſita. In hoc tamen credo illud eſſe actualis exiſtentie in foꝛmis ſubſtantialibus eſſe ſpecificum immo eſſe actum ſuppoſiti: nec aliud eſſe in foꝛma ⁊ aliud in materia: ſed vnum eſſe quo totuꝫ compoſitum et foꝛma et materia exiſtant: et quamdiu foꝛma ſubſtantialis eadem permaneat, illud eſſe permanet idem.

4. opinio ſimplicij.

¶ Quarta opinio ē ſimplicij qui dicit ꝙ intēſio ſit per depurationem a contrario: remiſſio vero per admixtionem cum contrario. Cuius motiua ſunt quedam auctoꝛitates iam allegate contra pꝛimam opinionem: ſed hanc opinionem foꝛe falſam duplici medio ſuadeo Gregoꝛij ariminenſis diſtinctione decima ſeptia pꝛimi ſententiaruꝫ: ſequeretur lumen et notitiam appꝛehenſiuam et multas alias q̄litates carentes contrario non poſſe intendi: conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur: et ſeq̄lla patet quia ſi intenderetur maxime eſſet per depuratianem a contrario: ſed non habet contrarium: ergo non intendit' per depurationem a contrario. Secunda ratio ſequeretur ꝙ nemo poſſet elicere actū virtutis remiſſum: conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur: ſequella pꝛobatur: quia conſequentis falſitas nota eſt: quia ſi elicit actum virtutis remiſſum: ⁊ non poteſt eſſe remiſſum niſi per admixtionem actus vicij ergo ſequeretur ꝙ elicito actu virtutis ſimul eliceretur actus vicij: et ita actus virtutis et actus vicij contrarij ſimul ſe compaterētur qđ eſt falſum.

## ¶ Capitulum quartum.

PEnes quid attendatur intēſio in facto eſſe: quia de intenſione in fieri iam diſputatum eſt in capitulo tertio immediate pꝛecedenti. Circa quam queſtionem due famoſe verſantur opiniones, vt recitat Calculatoꝛ in capitulo de intenſione. Pꝛima eſt ꝙ intenſio eſt attendenda penes appꝛopinquationeꝫ ad ſummum gradum ita ꝙ quanto aliqua qualitas eſt pꝛopinqua gradui ſummo tanto eſt intenſioꝛ: et quanto eſt diſtantioꝛ a gradu ſummo tanto eſt remiſſioꝛ. Alia eſt opinio Calculatoꝛis tenentis ꝙ intenſio eſt attendenda per receſſum a non gradu: et remiſſio per acceſſum ad non gradum. In pꝛimam tamen opinionem aliquibus argumentis inſurgo.

Pꝛimum p̄ncipale.

PRimo pꝛincipaliter arguo. Sequeretur ꝙ qualitas ſumma eſſet infinite intenſa: conſequens eſt impoſſibile: ergo illud ex quo ſequitur: ſequella pꝛobatur quando ſunt aliqua infinita quoꝛum ē dare minimum aut remiſſiſſimum habentia ſe in dupla pꝛopoꝛtione, continue aſcendendo ab illo remiſſiſſimo: aggregatum ex omnibꝰ illis eſt infinitum: ſed pꝛobabo ꝙ inchoando a gradu vt quattuoꝛ inter gradum vt octo ⁊ gradum vt quattuoꝛ reperiātur infinita media continue ſe habentia in dupla pꝛopoꝛtione: quia ſex pꝛobabo ꝙ excedit quattuoꝛ in duplo et ſeptem excedit ſex in duplo, et ſeptem cum dimidio excedit ſeptem in duplo: ergo gradus vt octo erit infinite intenſus: quia compꝛehendit omnia illa infinita que ſe habent in dupla pꝛopoꝛtiōe: ergo per regulam eſt infinitus gradus vt octo. Pꝛobo igitur ꝙ gradus vt ſex excedit gradus vt quattuoꝛ in duplo diſtantia qua diſtat gradꝰ vt quattuoꝛ a gradu vt octo ē in duplo maioꝛ quam diſtantia qua diſtat gradus vt ſex a gradu vt octo: ergo gradus vt quattuoꝛ eſt in duplo remiſſioꝛ gradu vt ſex et ſic gradus vt ſex eſt in duplo intenſioꝛ q̄ gradus vt quattuoꝛ et pari ratiōe pꝛobabis de gradu vt ſeptem comparato gradui vt ſex et ſic pꝛobaui pꝛobandum.

Secūduꝫ p̄ncipale.

SEcundo pꝛincipaliter arguitur ſequitur ꝙ gradus medius totius latitudinis ſcilicet gradus vt q̄ttuoꝛ non eſt duplus ad aliquem alium gradum: conſequens eſt falſum, vt liquet: ⁊ ſequella pꝛobatur quia ſi gradus vt q̄ttuoꝛ eſſet duplus ad alium gradum, maxime eſſet ad gradū vt duo: ſed ad illum non: ergo intētum. Maioꝛ nota eſt et minoꝛ pꝛobatur quia diſtantia qua diſtat gradus vt quattuoꝛ a gradu vt octo eſt vt quattuoꝛ et diſtantia qua diſtat gradus vt duo a gradu, vt octo eſt vt ſex: ſed ſex ad quattuoꝛ eſt ſeſquialtera: ergo gradus vt quattuoꝛ in ſequi altero eſt intēſioꝛ quam gradus vt duo: ergo non in duplo.

Tertium p̄ncipale.

TErtio pꝛincipaliter arguitur: ſequeretur ꝙ gradus ſummus non eſſet intēſus: conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur: ſequella pꝛobatur quia non appꝛopinquat gradui ſummo: ergo non eſt intenſus, tenet conſeq̄ntia ex opinione: et antecedens patet: quia cum appꝛopinquatio ſit relatio realis d̄bet eſſe inter extrema realia realiter diſtincta ſecluſa operatiōe intellectus: ergo ille gradus non apꝛopinquat ad ſemet ipſum. Sed tamen poteſt reſponderi ad hec argu-

menta preſupponendo ꝙ aliquid appropinquare magis ad aliud ſtat bifariã: magis arithmetice .i. ꝑ minorẽ exceſſum, vel magis geometrice .i. ꝑ maiorem ꝓportionẽ verbi grã. 6. appropinquat ad. 8. magis ꝙ. 4. in ſequialtero. Quã aũt dr̃ ꝙ quãto aliquis gradus appropinquat magis ad ſum̃ũ, tãto eſt intẽſior: non intelligamus hoc geometrice: ſꝫ arithmetice .i. per eundem exceſſum per quẽ cõtingit vnã appropinquationem excedere aliã per eundẽ maior gradus excedit minorẽ verbi grã ſumpto gradu vt. 6. et gradu vt. 4: qꝛ gradꝰ vt. 6. appropinquat ad. 8. per duo: ⁊ gradꝰ vt. 4. appropinquat ad. 8. per. 4. et. 4. excedit duo per duo, ſic. 6. excedit. 4. per duo et per hoc ſoluuntur primũ argumentũ et ſecundũ Tertium vero ſophiſtice procedit, quia illius ſummi gradus intenſio non eſt attendenda pꝰ appropinquationem ad ſummũ: ſed per hoc ꝙ maxime diſtat a non gradu: et profecto veri ſimilior apparet hec ſententia: quia cũ non gradus ſit nihil quõ per illud ego menſurabo quam intenſum ſit aliquid.

Opinio Calculatoris. ¶ Sed ſententia Calculatoris eſt ꝙ intenſio eſt attendenda per diſtantiã a non gradu: qꝛ in ea ꝓportiõe qua aliquis gradꝰ plus diſtat a nõ gradu quã aliꝰ: in ea ẽ intenſior: ⁊ ꝑ eũdem exceſſuꝫ per quẽ vna diſtantia a non gradu excedit aliã, per eundẽ vnus gradus excedit aliũ. ⁊ ſic qꝛ penes non gradum tam arithmetice ꝙ geometrice attenditur quantitas intenſionis: ad diſputãdũ aptior ẽ opinio Calculatoris: ſed cõi mõ concipiendi aptior eſt opinio pcedẽs. ¶ Sed contra hanc opinionẽ Calculatoris arguit̃ ꝓbando oppoſitaꝫ opinionẽ. Bene ſequit̃ quãto aliqua qualitas plus diſtat a nõ gradu tãto eſt intenſior: et q̃nto plꝰ diſtat a non gradu tãto magis appropinquat ad ſummum: ergo quãto plus appropinquat ad ſummum, tanto eſt intẽſior: quod eſt intentum huius opinionis contra Calculatorem.

¶ Ad hoc argumẽtum ꝙ bonum eſt rñdeo ꝯcedẽdo maiorẽ: diſtinguẽdo minorẽ: ſi ly tãto et quanto dicant quãtitatẽ geometricã nego. Nã ſex in ſequialtero magis diſtat a non gradu ꝙ. 4. et tñ i duplo magis accedit ad ſummũ quã. 4. ſꝫ arithmetice vera eſt illa minor ꝙ ꝑ eundẽ exceſſum ꝑ quẽ magis diſtat a non gradu ſex quã. 4. ꝑ eũdẽ magis appropiquat ad ſummũ ſex quã. 4. Et ſic pꝫ ſolutio argũti cõcedendo ſecundo modo, nõ primo mõ.

Secũdũ pⁿcipale. SEcũdo principaliter arguitur datis duobus circulis, vno cuiꝰ diameter ſit bipedalis: alio vero ꝯcẽtrico illi cuiꝰ dyameter ſit pedalis: ⁊ duplo magis maior quã minor diſtat a nõ gradu motꝰ q̃ eſt cẽtrũ vt patet qꝛ ſemi dyameter maioris eſt dupla ad ſeme dyametrum minoris: et tamen in quadruplo velocius mouetur maior quam minor. Probatur ſuppoſito cum Euclide decimo elementorum ꝙ proportio circulorum eſt dyametrorum duplicata. Jam ſic arguo: ſpatium per tranſitum a maiori eſt in quadruplo maius quam ſpatium per tranſitum a minori: ergo maior circulus in quadruplo velocius mouetur quam minor. Tenet conſequentia: et antecedens patet: quia cum dyametri ſe habeant in dupla, habebũt ſe circuli in quadrupla. Ergo probaui probandum. ¶ Ad hoc argumẽtum rñdeo ꝙ velocitas motus localis non eſt attẽdenda penes ſpatium corporale aut ſuperficiale pertrãſitũ: vt bene declarat Albertus de ſaxonia. 6. phi. q. 4. alioqui datis duobꝰ hominibus eque lõgis vno craſſiori altero eq̃ velociter motis: ſequitur craſſiorem velocius eſſe motum altero: eo ꝙ maius ſpatium corporale et ſuperficiale tranſegerit, ſed non lineale. Ideo dico ꝙ attendenda eſt velocitas circulorũ penes circunferentiam lineam per tranſitam: et quia circunferentia ad circunferentiam ſe habet in proporciõe dyametrorum: vt dicit Brauardinus in capitulo quarto ſuarum proportionum: ſecunda concluſione: ſequitur ꝙ motus ad motum ſe habeat in dupla. Nil enim valet dicere circulus ad circulum ſe habet in quadrupla: ergo motus ad motum quia circulus eſt ſuperficies: et penes illum non eſt attendenda velocitas: ſed penes circũferẽtiã q̃ eſt linea.

## ¶ Capitulum quintum.

IN quo q̃rit̃ an oĩs q̃litas tñ ſit intẽſa ſicut remiſſa: an magis ĩtẽſa ꝙ remiſſa: vel magis remiſſa ꝙ ĩtẽſa. Ad hãc q̃õnẽ rñdet Calculator in pͥo ca. de intẽſione ꝙ intenſio ⁊ remiſſio non ſunt cõpabiles: itaqꝫ neqꝫ vna ẽ maior altera: neqꝫ minor: neqꝫ equalis, ſicut vnũ infinitũ nõ eſt alteri cõpabile, vt Ariſto. i. de celo et ſic ꝓportio maioris inequalitatis: et proportio minoris inequalitatis nõ ſunt cõpabiles: vt bñ declarat Brauardinꝰ in ſuis ꝓportio. c. i. ¶ Sꝫ argueret aliqs: oĩs q̃litas ẽ tã remiſſa ſicut intẽſa: ergo intẽtũ: ꝓbat̃ añs omnis qualitas tñ diſtat a non gradu ꝙtum accedit ad nõ gradũ: ergo tñ eſt intenſa: ꝯña eſt nota et añs. Huic argumẽto dicas negando ꝯñam: qꝛ non ſunt cõpabiles intẽſio et remiſſio: ꝙ aũt nullus gradꝰ poſſit eẽ intẽſus ſicut remiſſus, ſuadeo argumentis, q̃ facit Calcula. in caplo pretacto: et colligunt̃ a Paulo veneto in ſua ſumma philoſophica libris de gñatione ca. 2. ¶ Primũ argumẽtũ eſt tale: ponas caſum ꝙ ſint duo gradu remiſſi. a. ⁊. b. a. tñ intẽſio. b. ſi intenſio. a. et remiſſio eiꝰ dẽ. a. ſunt eq̃les: et intẽſio b. et remiſſio eiuſdem. b. ſunt equales: ſequit̃ ꝙ cũ intenſio. a. ſit maior intenſione. b. et remiſſio. a. ꝑte ſit equalis intenſioni eiuſdẽ. a. ergo remiſſio. a. ẽ maior intenſione. b. tenet ꝯña ꝑ euclidem. 5. elementorum omniũ duorũ equaliũ ad vnũ tertiũ eadẽ ẽ ꝓportio tunc vltra remiſſio. a. eſt maior intenſione. b. ⁊ intenſio. b. et remiſſio. b. ſunt equales: ergo remiſſio. a. eſt maior remiſſione. b. et ſic magis remiſſus eſſet. a. ꝙ b. quod eſt falſum. ¶ Scðo arguo cõtra illud quod dictum eſt in precedente capite ꝙ intenſio ſit attendenda penes diſtantiam ad non gradu: ſeq̃ret̃ ex illo ꝙ ex vniformi deꝑditione intenſionis: ſeq̃ret̃ vniformis acq̃ſitio remiſſionis: ꝯñs eſt falſum: ergo illõ ex quo ſequit̃: ſeq̃lla nota eſt qꝛ deꝑdere intenſionẽ ẽ appropinquare nõ gradui: et illõ eſt remitti: et falſitas ꝯñtis ꝓbat̃: qꝛ volo ꝙ ſit vnꝰ gradꝰ vt. 4. q̃ in vna hora vniformiter ꝑdat. 2: gradꝰ: pͥo vnũ: et poſtea aliũ: ſequit̃ ꝙ ẽt remiſſio vniformiter acq̃rit: taliter ꝙ remiſſio primo acquirit vnũ gradũ: et poſtea aliũ gradũ: ſed ꝓbo ꝙ nõ iſta remiſſio pͥo acq̃rit ꝓportionẽ ſequi tertiã: et poſtea ꝓportionẽ ſeq̃ alterã: qꝛ eque ꝓportionabiliter deꝑdit̃ intenſio ſicut acq̃rit̃ remiſſio: ſed q̃ñ aliq̃d primo acquirit minorẽ ꝓportionẽ et poſtea maiorem: primo acquirit minorẽ latitudinẽ: et poſtea maiorẽ latitudinẽ. Et tñ ſi ternariꝰ primo acq̃rit ſeq̃ tertiã, acquirit vnũ g̃dũ et fit. 4. ⁊ ſi poſtea acq̃rit ſeq̃alterã acquirit. 2. g̃dus ⁊ fit. 6. ꝙ ſi ſic: ergo nõ vniformit̃ acq̃rit̃ remiſſio ꝑ totã horã. ¶ Ad hoc argumẽtũ dicẽdũ eſt ꝙ illud fundat̃ in il-



la regla allegata de ꝓportionibꝰ: quã nõ credimꝰ fore verã ĩ ꝑuatiuis, ſtat eñi aliq̃d ꝑ vniformẽ acq̃ſitionẽ pͥo acq̃rere minorẽ ꝓportionẽ ⁊ poſtea maiorẽ.

Secũduꝫ pⁿcipale ¶ Secundo arguo probando ꝙ nõ eque ꝓportionabiliter ſicut deꝑdit̃ intẽſio auget̃ remiſſio. Supponamꝰ eñi ꝙ in vna hora deperdunt̃ ab intẽſione vt. 4. vniformiter duo gradꝰ: ita ꝙ in pͥa medietate vnus gradꝰ: et in ſcða aliꝰ gradꝰ: conſimiliter de remiſſione acquirent̃ alij duo gradꝰ. Quo ſuppoſito ꝓbo ꝙ non eq̃ ꝓportionabiliter ſicut remittit̃ intenſio acq̃rit̃ remiſſio: qꝛ intenſio in pͥa medietate ꝑdit ſequitertiã in ſcða ſequialterã. Remiſſio vero cũ d̃beat equaliter acq̃rere in prima medietate ſicut ſcða: ſeq̃tur ꝙ maiorẽ ꝓportionẽ acq̃ret ĩ prima ꝙ in ſcða: ⁊ ſic cũ ecõuerſo ſe habeat intenſio: qꝛ maiorẽ ꝓportionẽ ꝑdit ĩ ſcða medietate ꝙ in pͥa: ſequit̃ ꝙ non eq̃ ꝓportionabiliter ſicut ꝑdit̃ intenſio acquirit̃ remiſſio: ꝙ aũt remiſſio augẽda vniformiter debeat maiorem ꝓportionẽ in pͥma medietate acq̃rere quã in ſcða. Probat̃ qꝛ ſi g̃dꝰ vt. 2. acq̃ſiturus eſt alios duos g̃dus vniformiter, pͥmo acq̃rit ſeq̃alterã. 2: ſeq̃tertiã. Sed huic argũto facilis pꝫ ſolutio dicendo hãc reglã in ꝑuatiuis fore falſam: vbi ẽt concedit̃ maior remiſſio eſt ꝑs minoris remiſſionis.

¶ Ad hũc modũ poteris ſubſtinere opinionẽ illã cõeꝫ de aſſenſu opinatiuo et ãnexa formidĩe: ꝙ quãto magis intẽdit̃ opinio tãto magis remittit̃ formido. ⁊ ſi arguat̃ ꝙ nõ ſeq̃ret̃ ꝙ q̃lꝫ opinio hẽret ĩfinite ĩtẽſaꝫ formidinẽ: ⁊ ſic d̃mõſtratio nõ hẽret vires ĩ argũ thopicũ, q̃õ ẽ falſuꝫ: ſeq̃lla ꝓbat̃: qꝛ ſit vna opinio intenſa vt. 4. que diuidat̃ ꝑ ꝑtes ꝓportionales dupla ꝓpotione ſm̃ intẽſionẽ: et ſic arguit̃ formido pͥme ꝑtis eſt aliquãta: ſcðe ꝑtis formido eſt in duplo maior: cũ ſit ĩ duplo remiſſior ⁊ ſic ꝯñter de alijs ꝑtibꝰ: ergo tota formido ẽ infinita tenet ꝯña: qꝛ cũ aliq̃ infinita (Quorũ ẽ dare minimũ) continue ab illo minimo aſcẽdũt in dupla ꝓportiõe: agregatũ ex eis eſt infinitũ. Dicẽdũ ad hoc ꝙ cũ eſt aliq̃õ totũ cuiꝰ ꝑtes ſunt eiuſdẽ ſpẽi, cũ eo nõ conuenit alia ꝓpria paſſio ſingulis ꝑtibꝰ ꝙ ea q̃ cõuenit toti: ⁊ ſic a formine totiꝰ q̃lꝫ ꝑs eſt formi doloſa eadẽ formidĩe q̃ totũ cuiꝰ ẽ ꝑs et ꝑ hoc euitabis infinitã formidinẽ ãnexã: ⁊ ſic reſpõdebis eq̃ ꝓportiõabilr̃ deꝑdi opinionẽ et acq̃ri formidinẽ annexã: ꝙuis vniformiter acquirat̃ formido: plꝰ tñ ꝓportiõabilr̃ acq̃rit̃ ĩ ſcða medietate quã pͥma ecõuerſo quã in poſitiuis: et ſic ſolues cetera argũta ad iſtar huiꝰ: d̃ quo bñ loq̄tꝰ ẽ Heruaſius.

## ¶ Capitulum ſextum.

Primum pⁿcipale MOuet aliquas egregias dubitaciunculas in materia de intenſione. Utrum cuiuſlibet forme q̃ ſucceſſiue acquirit̃ detur primũ inſtãs ſui eẽ: et arguo ꝑ parte negatiua ꝙ nõ. Pono ꝙ per totã vnã horã fiat vna albedo intenſa vt 4. talr̃ ꝙ in pͥa ꝑte ꝓportionali hore acquirant̃ duo gradꝰ: et in ſecũda vnꝰ: et ſic ꝯñter ꝓportione dupla: talr̃ ꝙ q̃ñ ſecunda ꝑs proportionalis acquirit̃ prima oĩno deperdat̃: et q̃ñ tertia acquirit̃ ſecũda oĩno deꝑdat̃: et ſic fiat ꝯñter in tota hora. Uocet̃ tota albedo a. ſucceſſiue acquirit̃: et tñ ipſius. a. non dat̃ primum inſtãs eſſe. Si eni daret̃ primũ inſtãs eſſe albedinis intenſe vt. 4. maxime eſſet in inſtãti terminatiuo hore ſed hoc non: qꝛ poti9 illud eſt primũ nõ eſſe. a. albedinis intenſe vt. 4. ¶ Secũdo ad idẽ arguit̃ ſic.

Secũdũ pⁿcipale Pono ꝙ ſortes incipiat alterari a non gradu in hora futura: ita ꝙ in prima ꝑte ꝓportionali acquirat duos gradus albedinis: in ſecũda vnum: et in tertia dimidium: et ſic ſine fine: et non maneat ſortes in inſtanti terminatiuo hore: ſꝫ maneat eius albedo. Quo poſito illa albedo ſucceſſiue acquirit̃ ⁊ erit vt. 4. et tñ nõ dat̃ primũ inſtans ſui eẽ: igit̃. Maior eſt nota: qꝛ nõ erit minoris intenſionis: ⁊ minor ꝓbat̃ qꝛ illa albedo erit ante finẽ illiꝰ hore: igit̃ non dat̃ primũ inſtans ſui eſſe. Cõſeq̃ntia pꝫ, qꝛ ſi daret̃ maxime eſſet inſtãs terminatiuũ illius hore. Añs tñ ꝓbat̃ qꝛ illa albedo erit atquiſita ante finẽ illiꝰ hore: ergo erit ante finẽ huius hore. Añs pꝫ: illa albedo acquiret̃ ante finẽ illiꝰ hore. Cõña pꝫ a reſolubili ad ſuã reſoluentẽ. Dices et bñ negando ꝙ erit acquiſita ante finem illiꝰ hore. Et ad ꝓbationem negando ꝯñam. et cũ ꝓbat̃: negat̃ ꝙ illa ſit ſua reſoluens: ſed ẽ iſta illa albedo erit acquiſita ante finem illius hore. Alio modo diſtinguit̃ iſta ꝓpõ illa albedo erit acquiſita ante finẽ illius hore: aut capiendo ly acquiſita noĩalr̃ vt tñ valet ſicut acquiſita ſiue q̃õ acquirit̃: ⁊ ſic concedit̃ illa ꝓpõ aut capiendo participialr̃ preteritiue et ſic negat̃. Ad hoc enĩ q̃ aliquod ſit ita acquiſitum requirit̃ ꝙ ipſum ſit vel fuerit in aliquo inſtanti: (loquendo de re permanenti.) Cõfirmatur hoc: pono ꝙ corrũpat̃ tota albedo q̃ ſic fuit ꝑducta in inſtanti terminatiuo hore. Tunc ſic arguo Jbi deſinet eſſe albedo aliqua totalis per remotionẽ de p̃nti: et non niſi vt. 4. ergo albedo vt. 4. fuit: nõ in ſtanti terminatiuo hore: ergo ante illõ: ꝙ aũt totalis albedo ſit vt. 4. pꝫ: qꝛ non eſt plus ꝙ vt. 4. nec minus ergo eſt vt. 4. Jtem cõfirmatur. Hec albedo in hac hora ꝑducit̃ vel ergo ante finem hore vel poſt finem hore. Non ſecũdũ nec tertiũ: ergo primũ. Ultra et cũ determinatio copule ſemꝑ ſit determinatio ſubiecti: ergo hec albedo ante finẽ hore eſt vel erit.

Tertium pⁿcipale TErtio principaliter arguit̃ ſi ꝑs affirmatiua dubij eſſet vera ſequeret̃ ꝙ ſortes ⁊ plato eque velociter ab eadẽ ꝓportione continuo alterarent̃: et tñ non equalẽ qualitatẽ acquirerẽt ꝑ idẽ tempꝰ. Cõñs eſt falſum vt eſt notũ: et ſeq̃lla ꝓbat̃. Pono caſum ꝙ ſortes et plato incipiãt alterari a nõ gradu: in inſtanti iniciatiuo hore abꝰ equali ꝓportione et eque velociter in iſta hora: niſi ꝙ in inſtãti terminatiuo hore ſortes non maneat: plato vero maneat. Tunc aliquam determinatã qualitatẽ in inſtãti terminatiuo hore habebit plato quã non habebit ſortes: neqꝫ ſibi eq̃lẽ: ergo maiorẽ q̃litatẽ hẽbit ꝙ ſor. Preterea ſequit̃ hoc corñ: ſortes hẽbit maiꝰ meritũ ꝙ plato: ⁊ tñ non magis premiabit̃: imo equalr̃ premiabunt̃: q̃õ ẽ falſum: ſeq̃lla ꝓbat̃: poſito caſu ꝙ ſortes ⁊ plato ꝑ vnã totã horã talr̃ mereant̃ a nõ gradu vſqꝫ ad. 4. ꝙ plato in inſtãti ter̃atiuo hore maneat: ſortes vero in inſtãti ter̃atiuo hore non maneat: imo eiꝰ aĩa anihilet̃: ⁊ poſtea reproducat̃ premiãda ſm̃ premiũ corñdẽs meritꝰ q̃ priꝰ habuit: iã ſortes et plato ꝑmiabunt̃ eq̃li premio: qꝛ plato vt. 4. ⁊ ſortes hẽbit q̃lꝫ meritũ citra. 4 ergo premiabit̃ vt. 4. et tñ nunq̃ hẽbit ſortes tñ meritũ ſicut plato: qꝛ nunq̃ hẽbit vt. 4. g̃ corñ eſt verũ: q̃õ eſt incõueniẽs. ¶ In oppm̃ ẽ Ariſt. 6. phiſi. ponẽs talẽ cõcl̃onẽ. In quo res pͥo ẽ athomũ et ĩpartibile neceſſe eſt eẽ: inuẽs ꝙ oĩs res ꝑmanens hꝫ vel habuit primũ inſtans ſui eſſe ante q̃õ nõ fuit. ¶ In iſta q̃õne due opiniones verſant̃. Prima eſt Gregorij ariminẽ. in primo ſenten. diſtinctione. 17. queſtione tertia. quã cõmuniter ſequuntur omnes philoſophi peripathetici; que poſitio tanq̃ in baſi et fundamento in vnica cõ

ſiſtit ꝓpoſitione que talis eſt. Omnis res permanēs
naturaliter ꝓducta habet vel habuit primum inſtās
ſui eſſe ante quod neqꝫ in tempore nec in inſtāti fuit.
¶Ex quo infertur ꝙ omnis res ſucceſſiue producta
prius ꝓducebatur quam ſit vel fuerit ꝓducta: ita ꝙ
ſi aliqua albedo acquiratur ſucceſſiue per horam fu
turam adequate: concedendum eſt ꝙ talis albedo ꝓ
ducetur ante finem hore future: ſed non erit produ-
cta ante finem hore future: ſed erit ꝓducta in inſtan-
ti terminatiuo talis hore in quo p̄mo erit. ¶Ex quo
infert hec opinio ꝙ ſi totum quod in iſta hora pro-
ducebat͛ de albedine in inſtāti terminatiuo hore cor
rumpetur et nunꝙ̄ vlterius reproducatur: tunc non
eſt dabilis albedo adequate producta in illa hora.
Et in vniuerſum ad hoc ꝙ aliquid quod ponitur ſuc-
ceſſiue produci ſit: opus ē tale manere in inſtanti ter
minatiuo ſue ꝓductionis: alias nullo pacto concedē
dum eſt ipſum produci.
Petr⁹ mātuanus. ¶Alia eſt opinio Petri de mantua
in tractatu d̄ p̄io ꝛ vltimo inſtanti capite primo que
conſiſtit punctualiter in hac propoſitione: omnis res
ſucceſſiue producta prius fuit in tempore inadequa
te quam in aliquo inſtanti. ¶Ex quo infertur ꝙ om-
nis res ſucceſſiue ꝓducta non citius producet͛ quam
erit producta. Et ſimiliter omnis res ſucceſſiue ꝓdu-
cta que eſt permanēs quo ad eſſe habebit primuꝫ in
ſtans eſſe, ante quod in nullo inſtanti erit: quamuis
ante illud erit in tempore. Differt igitur hec opinio
a priori: quia prior dicit rem ſucceſſiue ꝓductam ſic
eſſe incipiens per primum inſtans eſſe: vt in illo inſtā
ti ſit et nunꝙ̄ antea fuerit neqꝫ in tempore, neqꝫ in in-
ſtanti. Sed ſecunda opinio dicit ꝙ talis res ſucceſſi-
ue ꝓducta in inſtanti terminatiuo ꝓductionis eius ē:
et non īmediate ante hoc fuit in inſtanti: ſecus autē
Corrū. 1. in tempore. ¶Ex quo ſequitur omnem rem ſucceſſi-
ue ꝓducendam: futuram in aliquo tempore ante quā
Corrū. 2. ſit in aliquo inſtanti. ¶Sequitur ſecundo ꝙ hec al-
bedo erit: et tamen in nullo inſtanti erit. Patet de al
bedine ſucceſſiue ꝓducta per vnam horam a nō gra
du vſqꝫ ad quattuor que in inſtāti terminatiuo hore
Corrū. 3. corrumpatur per primū non eſſe completum. ¶Se
quitur tertio ꝙ hec albedo iam non eſt et aliquando
erit: et tamen hec albedo non incipiet eſſe neqꝫ in tē-
pore neqꝫ in inſtanti. Patet ex caſu ſuperioris coro-
Corrū. 4. larij. ¶Sequitur quarto ꝙ nulla res ſucceſſiue pro-
ducenda incipit vel incipiet eſſe. Hoc intelligatur d̄
re ſucceſſiua quo ad fieri tantum: et intelligatur ex-
ponendo ly, incipit per tempus et inſtans: Namqꝫ ſi
aliqua res ſucceſſiue ꝓducenda inciperet per primū
inſtans eſſe vt debet: maxime eſſet in inſtanti termi-
natiuo ꝓductionis eius: ſed tunc falſum eſt ꝙ non im-
mediate ante hoc fuit: imo īmediate ante hoc fuit: q2
īmediate ante hoc fuit in tēpore. Bene tamen ſi eſſet
ſucceſſiua quo ad fieri et eſſe: incipit eſſe per vltimuꝫ
non eſſe. Ita ꝙ nūc non eſt ſed īmediate poſt hoc erit
illa tamen res ſucceſſiua quo ad fieri incipit in inſtā-
ti per primum inſtans eius: et illud eſt inſtans termi
nans ꝓductioneꝫ eius. ¶Sequitur quinto ꝙ omnis
Corrū. 5. res ſucceſſiue ꝓducenda non citius ꝓducetur quam
erit producta. ¶Sequitur ſexto ſortem per totam
Corrū. 6. vnam horam eſſe in gratia: et tamen in eadem hora
eſſe in peccato. Probatur et pono ꝙ deus precipiat
ſorti exiſtenti in gratia ꝙ nunquam diligat Platonē
gradu dilectionis vt quattuor: concedat tamen ei ꝙ
abſqꝫ peccato poſſit diligere euꝫ quolibet gradu ci
tra quattuor. Quo poſito incipiat ſortes intendere
dilectionem platonis per iſtam horam: ita ꝙ ſi mane
ret in inſtanti terminatiuo haberet primo in illo di-
lectionem vt quattuor: ſed iam neqꝫ ipſe ſortes nec
ſua anima illam habeat in inſtāti terminatiuo. Qui
bus poſitis: arguitur ſic: ſortes per totam illam ho-
ram erit in gratia: et in eadem hora erit in peccato
igitur corolariuꝫ verū. Maior ꝓbatur: quia in quo
libet inſtanti intrinſeco illius hore ſortes erit in gra
tia: cum in nullo illorum cōmittat aut omittat. (In
nullo enim inſtanti intrinſeco diligit platonem dile-
ctione vt quattuor.) Igitur ſortes per totam illam
horam erit in gratia. Sed minor probatur: quia in
illa hora quattuor gradus dilectionis erunt a ſorte
ꝓducti per opinionem: et cum primum fuerunt pro
ducti ſortes erit in peccato. Igitur ſortes in illa ho
ra erit in peccato. Et ſic patet corolariuꝫ. ¶Sequi
tur ſeptimo ꝙ ſortes damnabitur: et tamen per totā
vitam ſuam fuit in gratia. Patet in caſu ſuperioris
corolarij. Sortes damnabitur cum fuerit in pecca-
to: vt patet ex dictis.
¶Nec iſta corolaria ſunt mirabilia
quia eadem tenetur concedere oppoſita opinio. Nā
ſi vnuꝫ pedale vniformiter diuidatur in hora futura
ita ꝙ in inſtanti terminatiuo primum totum erit di-
uiſum: ꝛ ſit linea terminans illud pedale in extremo
poſterius diuidendo. a. Quo poſito. a. linea in iſta
hora adequate erit diuiſa: et tamen per nullum tem
pus neqꝫ in aliquo inſtanti erit diuiſio. a. linee. Sed
hoc eſt falſum: quia in inſtanti terminatiuo erit diui-
ſio. a. linee: et erit tunc diuiſa ſimiliter: vt ly diuiſa ſu
matur nominaliter: nec mihi videtur cōcedendū
de eadem. a. linea, quod modo non diuiditur et ali
quādo diuidet͛: et tamen nec incipit neqꝫ incipiet
diuidi: immo incipiet diuidi. Sed argueret aliquis
probando poſitionem. Mantuani veram eē, ad iſtū
ſenſum ꝙ res ſucceſſiue producenda immediate an
te primum inſtans ſui eſſe fuit in tempore inadequa
to. Quia oppoſito dato ſequeretur ꝙ ſi deus precipi
at ſorti ꝙ diligat ipum in aliquo inſtanti intrinſico
huius hore: ipſe vero nunquam dilexit: et inſtanti ter
minatiuo hore eſt mortuus, per primū non eē. ſequit͛
ꝙ iſte erit in iſta hora futura adequate in peccato: et
tamen per nullum tempus nec in aliquo inſtanti. Itē
ſortes nunc non eſt in peccato: et aliqn̄do erit in pec
cato: et tamē nec incipit nec incipiet eſſe in peccato.
Item ſortes per totam vitam ſuā erit in gratia ſine
peccato: ſaltē in quolibet inſtanti intrinſeco vite ei⁹:
et tamen ſortes damnabitur. ¶Ad hoc argumentuꝫ
reſpondet Almayn in ſuo tractatu de libertate volun Almayn.
tatis articulo quarto: in ſecūda opiniōe. Multiplex
eſt modus dicendi et reſpondendi prim⁹ eſt Holcot
ꝙ in inſtanti terminante horam verum eſt dicere ſor
tes peccabit: et tn̄ per nullum totū tempus peccauit
ſed in quolibet tempore ad illud inſtans terminato
peccauit inadequate. Et ſic in nullo ad illud inſtans
caruit ſortes gratia: et ſic concedendū eſt ꝙ ſortes in
quolibet inſtanti ante hoc inſtans fuit in gratia: et tn̄
ante illud inſtans peccauit mortaliter. ¶Sꝫ contra
hanc ſolutionem arguitur: ſequeretur iſta concluſio
ſortes peccauit mortaliter: et tamen nunquam ca-
ruit gratia. Patet ſic: Et pono ꝙ ſortes in hoc in-
ſtanti peniteat ſe non dilexiſſe deum: et ꝙ nullum
aliud peccatum commiſerit: ſortes nunc habet gra-
tiam quia nunc conuertitur. Et ſuppono pro nunc ꝙ



ad cōtritionem non requiratur continuatio per cer-
tuꝫ tempus: et ſortes nunquam caruit gratia: ergo
aliquando non habuit gratiam. Et vltra aliquando
non habuit gratiam: ergo in inſtanti vel tēpore. Sed
nullum iſtorum eſt dicendum non primum vt notum
eſt, nec ſecundum: quia quocūqꝫ tempore demōſtra
to in iſto habuit gratiam: et iſtud idem argumentū
venit contra Altiſſiodo: dicentem ꝙ in caſu argumē
ti Sortes primo peccat in in inſtanti terminātē ho
ram: capiendo peccare vt eſt contrahere reatum ex
omiſſione vel commiſſione, cum Sortes nunquā an-
te hoc fuit in reatu ad penam eternam cum ſemper
fuerit in gratia: non tamen eſt illa gratia quā prius
habuit: ſed illa ē deꝑdita ratione peccati: ſed eſt in
gratia quam meretur virtute contritionis: que for-
te eſt minor ea quam habuit, vel forte maior, vel for
te equalis ſecunduꝫ ꝙ ſortes habere poteſt magnā
vel paruam contritionem: et vltra concedendum eſt
ꝙ Sortes peccauit mortaliter: ꝛ tamen per nullum
totum temp⁹ nec per aliquod inſtās erit ſine gratia.
Non eſt tamen concedendum ꝙ Sortes peccauit
mortaliter et in gratia eſt: et gratia quā habet nun
quam perdidit. Aliter dicunt alij ꝙ deus non poteſt
ita precipere, niſi in precepto ſuo etiam includatur
inſtans terminatiuum hore: et hoc ſatis mirabile vi
detur.
Ad p̄mū. ¶Reſtat reſpondere ad argumen-
ta iam facta ante oppoſitum. ¶Ad primū reſponde
tur ꝙ illa albedo debet reputari vniformiter diffor
mis latitudinis quo ad tempus: et d̄bet reputari tā-
te intenſionis ſicut gradus medius videlicet vt duo
et ſic ſi petas vtrum habeatur primū inſtans eſſe to-
tius albedinis: dicat͛ ꝙ non quia cum ſit res ſucceſſi
ua non ſolum quo ad fieri ſed etiam quo ad eſſe, non
debet incipere per primum inſtans eſſe ſed per vlti
mum non eſſe. Si vero loq̄ris de intenſione: cum in
tenſio nō diſtinguat͛ ab albedine. Dico ꝙ incipit eſſe
quando albedo incipit eſſe: cum ēt ſucceſſiue ꝓgre-
diatur: ſed melius eſt dicere ꝙ intenſio illius totius
albedinis incipit eſſe quando gradus medius inci-
pit eſſe, videlicet in inſtanti medio hore.
Ad ſcdm. ¶Ad ſecundum competenter reſpō
ſum eſt inter arguendum: ſed ad eius confirmatio-
nē reſpondetur: cum ponitur caſus ꝙ illa albedo to-
talis deſinat eſſe inſtāti terminatiuo hore per remo
tionem de preſenti ad mitto caſum: et cum arguitis
ibi deſinit eſſe albedo vt quattuor: ergo producta
eſt albedo vt quattuor ꝛ hoc ſucceſſiue: et nunquam
datur albedinis vt quattuor: primum inſtans eſſe er
go intentum. Dicendum negādo ꝙ deſinat eſſe albe
do vt quattuor bene tamen deſinit eſſe aliquid quod
equiualenter iudicat͛ vt. 4. namqꝫ oīs qualitas que
continet omnem gradum citra quattuor reputatur
vt quattuor. Dabo tibi bonam analogiam ſi eēt vna
columna habens infinitas partes proportionales ꝓ
portione dupla: ita ꝙ illas partes proportiōales gi-
rarent infinite gire vnius linee giratiue taliter ꝙ ꝑ
primam partem proportionalem procederet vna
gira: et per ſecundam procederet alia gira: et per
tertium alia: et ſic ſine ſtatu. Volo ꝙ per primam gi-
ram coextendatur vna albedo a non gradu vſqꝫ ad
duo: et per ſecundā a duob⁹ vſqꝫ ad tria et per terti
am a tribus vſqꝫ ad tria cum dimidio ꝛ ſic ſine ſtatu:
iam albedo extenſa per illam lineam giratiuam eſt
vt quattuor virtualiter, licet non formaliter.
¶Et ad aliam confirmationem cum Ad aliam confir.
dicitur hec albedo vt quattuor in hac hora produci
tur: ergo vel ante horam: vel ante finem hore: vel in fi
ne hore: vel poſt finem hore. Diſtinguo: vel tu vis ꝙ in
inſtanti terminatiuo hore illa albedo ſit: vel nō: ſi vis
ꝙ ſit in iſtanti terminatiuo hore vt quattuor dic ꝙ ꝓ-
ducitur in inſtanti terminatiuo hore incomplete: ad
hunc ſenſum ꝙ tunc eſt ſecundum ſe totam et non im-
mediate ante hoc fuit ſecundum ſe totā: bene tamen
ſecundum partes eius. Si vero vellis ꝙ in illo inſtan
ti non ſit: illa eſt falſa: hec albedo vt quattuor produ
citur: quoniam ex illa infertur hec albedo vt quattu-
or eſt vel erit. Quod eſt falſum,
¶Ad tertium reſpondetur ꝙ in illo Ad. 3. ar.
caſu eque velociter alterantur: et tamen non aequi-
runt equalem qualitatem formaliter: bene tamen vir
tualiter: vt dedi exemplum de linea giratiua: quod
eſt egregium exemplum. Et ideꝫ dici poteſt ad illud
de meritis: ꝙ de facto equaliter merebunt et equali
ter premiabuntur. Quoniam illa merita equiualen
ter ſunt equalia.
¶Super iſta igitur queſtione vide Cōcordia opinionū.
or mihi conciliari poſſe has diuerſas opiniones. Cuꝫ
queritur an res ſucceſſiue producenda habeat vel
habebit primum inſtans eſſe: Dico ꝙ diſtinguendum
eſt de exiſtētia rei: aut formaliter aut virtualiter. Si
formaliter: dico ꝙ ſi fuerit in inſtanti terminatiuo ha
bet primum inſtans eſſe incompletum: ad iſtum ſen-
ſum ꝙ illa res nunc eſt et non īmediate ante hoc fuit,
nec in tempore adequato nec in inſtanti. In quo con
uenio cum Gregorio: Bene tamen fuit in tempore in
adequato terminato ad inſtans terminatiuum illius
temporis. In quo conuenio cum Mantuano. Qua-
re ego credo ꝙ iſta propoſitio. a. albedo vt quattuor
producet: dependere a veritate iſtius. a. albedo vt
quattuor erit: et hanc a veritate iſtius. a. albedo vt
quattuor eſt in inſtanti terminatiuo illius productio
nis futura vera. Et ideo ꝙ̄uis iſta modo ſit vera. a. al-
bedo vt quattuor producetur: cum ſit de futuro con-
tingenti pro eodem inſtanti pro quo eſt vera poteſt
non eſſe vera. ¶Si vero in inſtanti terminatiuo illi⁹
productionis. a. albedo vt quattuor non futura eſt: il
la non habebit primum inſtans eſſe: illa tamen repu
tabitur vt quattuor equiualenter ꝛ virtualiter: quia
continet omnem gradum citra quattuor. Et ſemper
habeas in memoria exemplum de linea giratiua.
¶Dubitatur ſecūdo vtrum id ꝙ ſuc Dubium ſecunduꝫ
ceſſiue caleſit poſſit incipere eſſe tale et quemadmo-
dum peto de calefactionē: ita petam de qualibet alia
qualitate extenſa ad extenſionem ſubiecti: et argui-
tur pars negatiua ſic: volo ꝙ aliquod ſubiectum inci
piat calefieri ſucceſſiue quo ad extenſionem: et peto
quando tale ſubiectum incipit eſſe calidum vel eſt
quando caliditas attingit ad puntum medium, vel
quando caliditas tranſit a punto medio: non primū:
quia tūc ſola medietas eſt calida: et ad eſſe calidum
requiritur ꝙ maior pars quam medietas ſit calida:
ſi dicatis ſecūdum: peto vel incipit eſſe calidum per
primum inſtans eſſe vel per vltimū non eſſe: non ꝑ pri
mū inſtās eſſe q2 quocūqꝫ inſtāti dato: falſum ē ꝙ in il-
lo primo maior pars quam medietas ſit calida. Nam
quocūqꝫ inſtanti dato ante illud: per maiorem partē
quam per medietatem extendebatur caliditas: ſi di

catur ꝙ quando illa latitudo venit ad non gradum in puncto medio: tunc incipit eſſe calidum per vltimũ nõ eẽ; ita ꝙ nũc nõ eſt calidũ: ſʒ imediate poſt hoc erit calidum. Sed replico: ſic arguo nunc non eſt caliditas extenſa per totum: et aliquando erit caliditas extenſa per totum: g̃ incipit vel incipiet eſſe caliditas extenſa per totum: conſequẽs eſt falſum: ſequella nota eſt: et falſitas conſequentis probatur: vel cũ illa caliditas incipit eſſe extẽſa per totuʒ per primũ inſtans eſſe vel per vltimum non eſſe. Non ſecundum quia oppoſito dato: ſequeretur ꝙ alteratio non eſſet ſucceſſiua mutatio, quod eſt falſum: et ſequella probatur ſi in hoc inſtanti nõ eſt totum alteratum. detur quanta ſit illa pars que reſtat vt totum alteretur, et ſit digitalis: ſi illa immediate poſt hoc tota alterabitur ergo illa alteratio fit ſubitarie per illã partem: neqꝫ per primum inſtans eſſe: quia cum talis latitudo producatur ab extrinſeco vt pono: debet eẽ vniformiter difformis: ergo cum non detur qualitas indiuiſibilis intenſiue: ſequitur ꝙ prius producetur medietas intenſiua per totum quan tota qualitas per totum: ergo non erat illud primum inſtans eſſe qualitatis extenſe per totum.

## Secundo principaliter arguitur

Nihil poteſt ſucceſſiue calefieri: ergo intentum: conſequentia eſt nota: et probatur antecedens: quia ſi aliquid ſucceſſiue calefier et prius ꝓduceretur gradus medius quam gradus vltra medius: conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur, conſequentia ẽ nota: et minor probatur quia dato quocũqꝫ gradu medio qui producatur ſit ille vt q̃tuor: quando ille producitur neceſſe eſt in aliqua parte ſubiecti produci: et in parte propinquiori ipſi agẽti produci qualitatem magis intenſam: ergo verum eſt ꝙ non citius producitur gradus medius quã gradus vltra medius: quia ſua contradictoria eſt falſa citius producitur gradus medius quam gradus vltra medius: cum contradictoria tertie exponẽtis ſit vera ſcilicet et ita cito producitur gradus medius: ſicut gradꝰ vltra mediꝰ, vt in argũto clare deduximꝰ.

## In oppoſitum arguitur ſic: quod

libet corpus quod ſucceſſiue calefiet incipiet eſſe calidum: igitur aſſumptum probatur: et ſit a corpus ꝙ ſucceſſiue calefit: et per talem calefactiõem ſucceſſiuam aliquando erit calidum: et arguitur ſic, iſte due contradictorie. a. eſt calidum. a. non eſt calidum ſucceſſiue verificantur, capio igitur totum tempus qđ verificabitur affirmatiua: et totum per quod verificabitur negatiua. Et arguo ſic vel in inſtanti medio illorum duorum temporum, affirmatiua eſt vera vel negatiua: ſi affirmatiua: ſequitur ꝙ. a. incipit eſſe calidum per primum eſſe: quia in illo eſt calidum et nõ ante: ſi negatiua, manifeſtum eſt ꝙ. a. incipit eſſe calidum per vltimum non eſſe: igitur ſi. a. ſucceſſiue calefiet et denominabitur calidum: ipſum incipiet eſſe calidum, quod fuit probandum.

## In iſta materia due ſunt opiniones.

Prima eſt Calculatoris. Dicẽtis ꝙ quantũcũqꝫ parua qualitas ſufficit denominare ſuum ſubiectum quale ſpecifice ſaltem in corpe finito: dummõ non impediatur a ſuo cõtrario in eodem ſubiecto. Alia eſt opinio Pauli veneti in ſecundo dubio ſue quadrature capitulo. iʒ. dicentis ꝙ ad hoc ꝙ homo ſit albus ſufficit ꝙ maior pars ſuperficialis ſue faciei quam medietas ſit alba: et etiam hoc requiritur ad hoc ꝙ aliquod animatum non homo pilloſum vel pennoſum ſit album: requiritur et ſufficit maiorem partem extremalem pillorum vel pennarum ſm ſe totum eſſe albã et ſi brutum non ſit pilloſum vel pennoſum ſufficit maiorem partem ſuperficialem ſm ſe totam eſſe albam. Sed hec eſt queſtio de nomine: ideo conformiter ad cõmunem modum concipiendi dicamus album vocari: cuius maior pars quam medietas eſt alba: et hoc intelligitur in rebꝰ animatis de albedine permanenti vel fluente ab intrinſeco: quia ego non dicerẽ ethiopem album ſi aliquis ipſum dealbaret ab extrinſeco alias ſequitur corolarium. Aliquid eſt album cuius nulla pars eſt alba. Sequella pʒ de colore: quem pono in cute nigerrimum et in penis album. In rebus tñ animatis videor mihi id fore album: cuius maior pars quam medietas ſit alba: ſiue albedo ab extrinſeco proueniat ſiue ab intrinſeco.

## Pro declaratione tamẽ noſtri du Conclo.i.

bij ponam aliquas concluſiones. Prima concluſio tenendo opinionem Calculatoris. Omne corpus qđ qualificabitur ſucceſſiue non habens contrariũ forme inducende: incipiet qualificari ſiue eſſe qualificatum ſpecifice per vltimũ inſtãs non eſſe. Probaẗ hec concluſio: qm̃ quodlʒ tale corpꝰ ĩmediate poſt inſtãs iniciatiuum actionis habebit aliquam talem qualitatem: igitur immediate poſt illud inſtãs quodlibet tale erit calidũ. Patet: quia ex opinione quantulacũqꝫ qualitas non permixta contrario ſufficit ad denominationem.

## Secunda concluſio. (tenendo re Cõclo.2.

quiri partem maiorem medietate ſm ſe et quodlibʒ ſui, ſaltem ſuꝑficialẽ debere eẽ qualificatam: ad hoc ꝙ totum corpus dicaẗ qualificatũ ſpecifice) quodlibet corpꝰ ſucceſſiue calefiendũ et denominandũ calidum incipit aut incipiet eſſe calidũ per vltimum non eſſe. Hec cõclo ſatis patet ex primo argũto ãn oppoſitum: qꝛ in inſtanti in quo primo verũ eſt dicere vnam medietatem ſuperficialem eſſe calidam ſm ſe et quodlibet ſui: in illo verum eſt dicere ꝙ totũ corpꝰ non eſt calidum: et immediate poſt illud inſtans totuʒ erit calidũ: cum maior pars ſuꝑficialis quã medietas immediate poſt hoc erit calida ſm quodlibet ſui.

## Tertia concluſio. Tenendo quali Cõclo.3.

tates contrarias ſe compati in gradibꝰ remiſſis id quod ſucceſſiue calefit ꝑ introductionem caliditatis et eque velocem corruptionẽ frigiditatis incipit vocari calidũ ꝑ vltimũ inſtans nõ eſſe. Probaẗ hec cõclo: qꝛ in tempore illo alterationis deueniẽdũ eſt ad aliquod inſtans: in quo adequate tantum nata eſt denominare caliditas: ſicut frigiditas: ſit igiẗ illud inſtans. a. et arguiẗ ſic in inſtantia. a: illud corpꝰ nec eſt calidum nec frigidũ: qꝛ qualitates contrarie ſe mutuo adequate impediũt in a inſtanti in denominationibus ſuis: et immediate poſt. a. inſtans illud corpus erit calidum cum immediate poſt. a. inſtãs introduceẗ aliquid caliditatis: igiẗ in inſtanti. a. illud corpꝰ incipit eſſe calidũ ꝑ vltimum non eſſe: quod fuit probãdũ. Aſſumptum tñ ꝓbaẗ: videlicet ꝙ deueniendũ ſit ab aliqđ inſtãs in quo adequate tm̃ nata eſt denoĩare caliditas ſicut frigiditas: qꝛ ĩ principio alterationis frigiditas magis denoĩat ꝙ̃ nata ſit denoĩare caliditas: vt pʒ cũ in infinitũ parua ſit caliditas in principio alteratiõis et denoĩatio caliditatꝭ ꝯtinuo ſucceſſiue creſcit continuo: et denominatio frigiditatis ſucceſſiue continuo decreſcit: igitur ad aliquod inſtãs veniunt ad equalitateʒ: quod fuit probãdum. Patet conſequentia: quia minus ſuo maiori ſucceſſiue continuo non poteſt fieri maius quin aliquando ſit equale illi quod modo eſt maius eo, ſiue maius quieſcat ſiue non: igitur.



## Quarta concluſio. Si aliquod in

finitum incipiat ſucceſſiue calefieri ipſum calefiet, hoc eſt incipiet eſſe calidum per primum inſtans eẽ: etiam ſm opinionẽ Suiſeth. Probatur quia in quolibet inſtanti intrinſeco alterationis anteꝙ̃ per totũ ſit qualitas; preciſe finita; pars illiꝰ erit qualificata, et reſtabit infinita q̃lificanda: igitur in nullo tali inſtanti intrinſeco illud corpus infinitum incipiet eſſe calidum. Patet conſequentia quia etiam vt opinaẗ Suiſeth qualitas corporis infiniti exiſtens in parte finita nihil facit ad totius denominationẽ: et per conſequens in inſtanti in quo primum erit verum dicere ꝙ qualitas eſt per totum illud corpus infinituʒ illud corpus infinitum incipiet eſſe calidum per primum inſtans eſſe: quod fuit probandũ. Poſſent hinc inferri multa et diuerſa corolaria ſm diuerſitatem propoſitionum. De denominationibus partium. De partium denominationum inceptione: et multa alia que infert Paulus venetus loco preallegato: et Hẽtiſber in illo ſophiſmate quinto Omnis homo qui ẽ albus currit; et ſimiliter ſuus cõmentator. ſed gratia breuitatis ſuperſedeo. Facile enĩ patent perſpicatiori ingenio. Et per hoc patet ſufficienter reſpõſio ad dubium.

## Reſtat reſpõdere ad rationes an

te oppoſitum. Ad primam ſufficienter reſponſuʒ eſt vſqꝫ ad vltimam replicam: ad quam dico ꝙ quando aliquid incipit eſſe calidum ſm ſe totum illud eſt ꝑ primum inſtans eſſe: et cum replicatur probando ꝙ non, quia ſi modo eſt caliditas ab octo vſqꝫ ad quattuor per vnum ſubiectum per primum inſtans eſſe: illud videtur falſum, quia ſi mõ eſt caliditas ab octo vſqꝫ ad quattuor per totum: ergo cuʒ hec caliditas habeat duas medietates intenſionales ſequiẗ ꝙ immediate ante hoc fuit aliqua caliditas per totũ qđ eſt oppoſitum ſecunde exponentis de primũ inſtans eſſe: et hoc patet, quia quando aliqua latitudo intenſiua eſt per totum, prius medietas intenſiua ſit per totum, et quarta pars intenſiua ſit per totum.

## Ad hoc argumentum qđ eſt egregium

reſpondeo notando modum producendi qualitatem vniformiter difformẽ per aliquod ſubiectũ. Modus ſit iſte, non eſt enim credendum ꝙ ſi modo ſit latitudo per vnum ſubiectuʒ pedale ab octo vſqꝫ ad non gradum primo fuerit per totum a quattuor vſqꝫ ad non gradum; et ante illud fuerit per totum a duobus vſqꝫ ad non gradum non eſt enĩ ita: ſed primo producitur ab agente quarta pars latitudinis intenſiue, per quartam ſubiecti quo ad extenſionem ita ꝙ primo producitur a duobus vſqꝫ ad non gradum per quartam ſubiecti extenſiuam. Deinde, a q̃tuor vſqꝫ ad non gradum per medietatẽ ſubiecti extenſiuam. Deinde a ſex vſqꝫ ad nõ gradum per tres quartas ſubiecti extẽſiuas: et tandem tota latitudo ab octo vſqꝫ ad non gradum per totum ſubiectum: et illius latitudinis per totum extenſe eque cito medietas intenſiua producitur per totum ſicut quarta intenſiua, et ſicut octaua intenſiua. Neqꝫ vnqꝫ admittas in huiuſcemodi latitudine extenſa per totũ priꝰ produci medietatem intenſiuam per totum ꝙ̃ totaʒ latitudinem: Bene tamen medietas intenſiua latitudinis producitur prius per medietatem ſubiecti ꝙ̃ tota latitudo per totum. Et per hoc patet ſolutio argumenti.

## Ad ſecundum argumẽtum princi

pale noto de intelligentia iſtius propoſitionis; citiꝰ producitur gradus medius ꝙ̃ gradus vltra mediꝰ. Noto ꝙ ſi intelligatur de ꝓductione facta ab intrinſeco: ſicut cum aqua calida reducitur ad priſtinam frigiditatem vera eſt. Namqꝫ citius producitur frigiditas vt quattuor per totam aquã ꝙ̃ vltra quattuor producatur per totam aquam: ſi tamẽ productio ſit ab extrinſeco vera ẽ iſta: citius producitur iſte gradus medius totius latitudinis ꝙ̃ vltra medium totius latitudinis. Nam quando gradus vt quattuor ẽ in extremo magis propinquo ſubiecto ita ꝙ ſit ꝓducta latitudo a quattuor vſqꝫ ad non gradum: tunc ẽ productus medius totius latitudinis, et tamen nullus vltra medius eſt productus. Si tamen illa ꝓpõ ſic ſumatur citius producitur gradus mediꝰ ꝙ̃ gradus vltra medius falſa eſt. Nam tertia exponens eſt falſa: non ita cito ꝓduciẗ gradus medius ſicut gradus vltra mediꝰ: imo eq̃ cito ꝓduciẗ gradus medius ſicut vltra medius. Nam quando eſt productus in medio cuiuſdam pedalis gradus vt duo etiam in principio pedalis eſt gradus vt quattuor.

# Capitulum ſeptimum.

Tangit materiam vtrum intẽſio qualitatis vniformis debeat attendi penes multitudinem graduum penetratiue et vnitiue ſe habentium: et intẽſio qualitatis difformis debeat attendi penes reductionem ad vniformitatem. Et arguitur pars negatiua ꝙ non intẽſio qualitatis vniformis debet attendi penes diſtantiam a nõ gradu: ergo non debet attẽdi penes multitudinem graduum penetratiue et vnitiue ſe habentiũ. Ad hoc argumentũ poſſumus dicere negãdo ꝯñam qꝛ vtroꝫ modo põt illa intenſio menſurari. Vel dic aliter ꝙ intenſio in fieri eſt menſuranda penes multitudinem graduum penetratiue et vnitiue ſe habentium ſed intenſio in facto eſſe eſt menſuranda penes diſtãtiam a non gradu. Sed contra primam ſolutioneʒ ſic replicatur: ſuppoſito in via nominalium ꝙ diſtantia ab aliquo: et ꝓpinquitas ad illud ſunt idem realiter, ſed differunt formaliter vel ratiõe. Tunc ſic arguo. Intenſio per te eſt attendenda penes diſtantiã a non gradu: et omnis diſtantia a non gradu eſt propinquitas ad non gradum: ergo intenſio eſt attẽdẽda penes ꝓpinquitatem ad non gradum. ꝯña eſt nota et tenet in quarta figura, que ab aliquibus diciẗ aptior ad demonſtrandum ꝙ̃ prima. ꝯñs eſt falſum: ergo illđ ex quo ſequitur. Falſitas ꝯñtis ꝓbatur: qꝛ ſi intenſio eſſet attendenda penes ꝓpinquitatem ad non gradum: ſequeretur ꝙ gradus vt duo eſſet intẽſior ꝙ̃ gradus vt quattuor, quod eſt falſum. et ſequella bene patet, quia in duplo plus appropinquat ad non gradum gradus vt duo ꝙ̃ gradus vt quattuor. Et confirmatur ſi intenſio eſſet attendenda penes diſtantiam a non gradu, ſequeretur ꝙ gradus ſummꝰ eſſet remiſſus, ꝯña tenet qꝛ finite diſtat a nõ gradu: quod ſi concedas; contra, remiſſum dicitur reſpectu

intenſioꝛis illo:ſed gradu ſummo non datur intenſioꝛ:ergo non poteſt dici remiſſius.

*Secūduꝫ pⁱcipale.*

Secūdo pꝛincipalr̄ arguitur. Nulla eſt qualitas vniformiter diffoꝛmis:ergo illius intenſio non debet attēdi per reductionem ad vnifoꝛmitatem. ꝯña eſt nota:et ꝓbaᵗ añs quia ſi aliqua eēt qualitas vnifoꝛmiter diffoꝛmis,maxime eſſet illa cuius oēs partes imediate ſm extenſionem eſſent imediate ſm intenſionem,ad iſtum ſenſum ꝙ remiſſiſſimus gradus qui non eſt in vna parte ē remiſſiſſim⁹ qui eſt in alia parte immediata:ſed hoc non,qꝛ dato vno ſubiecto bipedali cuius vna medietas ſit intenſa a quattuoꝛ vſqꝫ ad octo:et alia ab octo vſqꝫ ad decem et ſex tūc ſequitur ꝙ illa qualitas eſſet vnifoꝛmiter diffoꝛmis: et ſatis patet ex diffinitiōe data. Sed hoc eſt falſuꝫ quia grad⁹ medi⁹ inter .4.et.16.eſt decem.ſed decem non eſt in medio ſubiecti:ergo non eſt qualitas vnifoꝛmiter diffoꝛmis. Diceret foꝛte aliqs argumētū bene pꝛobare ꝙ illa nō ſit bona diffinitio q̄litatis vnifoꝛmiter diffoꝛmis:ſed addendam foꝛe aliā quā ponit Calculatoꝛ in capitulo de inductione gradus ſummi,dicens hoc modo.

*Definitio calcula. d vni. diffoꝛ.*

Qualitas vnifoꝛmiter diffoꝛmis eſt cuius gradus medius.i.qui eſt in medio ſubiecti quo ad extenſionem tantum excedit gradū infimum vel non gradum qui eſt in vno extremo quātū exceditᵗ a gradu intenſioꝛi qui eſt in alio extremo equi diſtanti ab illo medio,ſicut equi diſtat tale medium ab infimo.

*Jpugnatō eius ab alua.tho.*

Sed in hāc diffinitionē q̄ ꝑfecto ē egregia ſic arguitur:ſuppoſita imaginatione de linea giratiua quam dicunt foꝛe infinitam in longitudine,que giret vnam colūnam. Tunc ponamus caſum ꝙ illa colūna ſit alba a non gradu vſqꝫ ad.8.et eodem modo illa linea giratiua erit alba: et ſequiᵗ illam lineā giratiuam foꝛe vnifoꝛmiter diffoꝛmiter albam. Et tamen falſum eſt ꝙ gradus medius.i.qui ē in medietate ſubiecti et cetera:ergo diffinitio nulla. Minoꝛ pꝛobatur quia infinitum non habet medium. Diceret aliquis ad hoc ꝙ licet in tali linea giratiua non reperiatur medium longitudinis: bene tamen reperitur medium magnitudinis. Sed contra hoc replicatur vrgenter:fingamus vnū quadratum diametraliter diuiſum in duos triangulos:tal̄r ꝙ in vno extremo ſeu coſta quadrati ſit grad⁹ vt.8. ſm ſe totum:et in linea media grad⁹ vt.4.et in alio latere oppoſito non gradus. Tunc ſic arguo. capio vnum triangulum quem diuido in quattuoꝛ partes et eſt ab octo vſqꝫ ad non gradum:et tamen punctū medium magnitudinis eſt vt duo:et clare non excedit tantum duo ipm non gradum quantum excediᵗ a gradu vt octo:ergo diffinitio calculatoꝛis eſt nulla:et exēpl.ī ē in figura quā pauci inuenerūt pter me.

*Authoꝛis ꝯfirmatio*

Poſſemus rem hanc cōfirmare de motu vnifoꝛmiter diffoꝛmi vnius circuli cui⁹ diameter ſit bipedalis,in quo non gradus motus eſt in centro,⁊ punctus velociſſime motus in circunferentia: intra quem ſtatueremus quendam alium circulum illi cōcentricum,cuius diameter eſſet pedalis, ſuppoſita ꝓpōne Euclidis.10.elementoꝛum:ꝙ ꝓpoꝛtio circuloꝛum eſt diametroꝝ duplicata. Tunc ſic circulus ille maioꝛ mouetur in quadruplo velocius q̄ minoꝛ: et ratio quia eſt in quadruplo maioꝛ q̄ minoꝛ: igiᵗ minoꝛ mouetur in quadruplo tardius q̄ maioꝛ:⁊ tm̄ ſolum diſtat a centro circunferentia minoꝛis minus q̄ circunferentia maioꝛis in duplo:ergo non eſt bona diffinitio Calculatoꝛis:quia ibi punctus medius non excedit tantum non gradum quantum excediᵗ ab intenſioꝛi:quia punctus medius eſt vt duo vbi eſt circunferentia minoꝛis circuli: et in centro eſt non gradus:et in circunferentia maioꝛis circuli eſt gradus vt.8.quia mouetur in quadruplo veloci⁹ q̄ minoꝛ circulus. Ergo punctus medi⁹ qui eſt vt duo minus excedit non gradū q̄ excedatur a gradu vt.8. et per ꝯñs non conuenit ei motui diffinitio vnifoꝛmiter diffoꝛmis ipſius Calculatoꝛis:et tamē eſt vnifoꝛmiter diffoꝛmis quia eſt circularis:et omnis motus circularis ē vnifoꝛmiter diffoꝛmis quo ad ſubiectū. Igiᵗ diffinitio Calculatoꝛis videᵗ oīno expugnata.

*Tertium pⁱcipale*

Tertio pꝛincipaliter arguitur ſic. Quia ſi qualitatis vnifoꝛmiter diffoꝛmis et diffoꝛmiᵗ diffoꝛmis intenſio attendenda eſt penes reductionem ad vnifoꝛmitatem:ſequeretur ꝙ qualitas diffoꝛmis cuius vtraqꝫ medietas eſt vnifoꝛmis coꝛreſponderet gradui medio. Sed conſequens eſt falſum:igitur illud ex quo ſequitur:ſequella patet:et ꝓbaᵗ falſitas conſequentis:et ſigno vnum bipedale cuius vna medietas ſit calida vt octo:et alia vt quattuoꝛ: et volo ꝙ pars calida vt octo perdat duos gradus caliditatis:et illos acquirat pars calida vt quattuoꝛ et continuo cum pars intenſioꝛ remittitur condenſetur ꝑdēdo quantitatem ad ſubduplum:et eque velociter pars remiſſioꝛ rareſiat acquirēdo quantitatem:ita ꝙ illud coꝛpus ſemper maneat bipedale:quo poſito ſic argumentoꝛ:iſtud coꝛpus continuo intendetur:⁊ in fine manebit vnifoꝛme ſub gradu medio, puta vt ſex:igitur modo eſt remiſſius gradu medio. ꝯña pꝫ, et ꝓbatur maioꝛ:quia continuo per maioꝛem parte illius coꝛpoꝛis fiet intenſio quam remiſſio code gradu:igitur continuo illud coꝛpus intendetur. ꝯña ꝓbatur a ſimili:quia ſi per maioꝛem partem alic⁹ coꝛpoꝛis eſſet albedo quam nigredo continuo tale coꝛpus denominaretur album:igitur a ſimili ſi cōtinuo per maioꝛem partem illius ſubiecti eſt intenſio quā remiſſio codē gradu: ꝯtinuo illō coꝛp⁹ denominabitur intendi:añs ꝓbatur videlicet ꝙ per maioꝛē partem continuo fiet intenſio quam remiſſio ⁊ codē gradu:quia continuo pars que intendiᵗ erit maioꝛ parte que remittitur per totum cum modo ſit equalis: et continuo rareſiat et alia condenſetur. Igitur cōtinuo per maioꝛem partem fiet intenſio quam remiſſio eodem gradu:quod fuit ꝓbandum. Jam ꝓbatur maioꝛ videlicet ꝙ in fine illud coꝛpus manebit vnifoꝛme ſub gradu medio:quia manebit vnifoꝛme vt ſex quia medietas vt octo perdet duos gradus: et medietas vt quattuoꝛ acquiret illos duos:igitur totū manebit vt ſex: et ē gradus medius inter octo et quattuoꝛ cum equaliter diſtet ab extremis:igiᵗ illō coꝛpus in fine manebit vnifoꝛme ſub gradu medio.

*Quartuꝫ pⁱcipale.*

Quarto pꝛincipaliter arguitur. Intenſio diffoꝛmis non attēditur per reductionem ad vnifoꝛmitatem,ergo intentum. ꝯña eſt nota ⁊ añs ꝓbatur. Capio vnum coꝛpus finitum cuius pⁱma pars ꝓpoꝛtionalis ſit calida vt quattuoꝛ:et ſecunda vt tria: et ſimiliter quelibet ſequens ſit calida vt tria:quo poſito illud coꝛpus eſt diffoꝛmiter calidum ⁊ eius intenſio non debet cognoſci per reductionem ad vnifoꝛmitatem,ergo intentum. Minoꝛ ꝓbatur, quia ſi taliter cognoſceretur ſequeretur illud coꝛpus foꝛe infinite calidum,quod eſt falſum. Sequella tamen ꝓbatur,quia poteſt reduci ad vnifoꝛmeꝫ caliditateꝫ infinitam,ergo eſt infinite calidum. Conſequentia ē nota et ꝓbatur antecedens,quia ſi caloꝛ pⁱme partis ꝓpoꝛtionalis rareſiat ad extēſionem totius;et caloꝛ ſecunde partis ſimiliter,et ſic fiat de aliȷ̄s: ibi illud ſubiectum erit infinite calidum,ergo intentum. Diceres ad hoc ꝙ non bene fit iſta reductio,ſed debet fieri vbi nulla fiat rarefactio aut condenſatio in qualitate que reducitur. Sed contra hoc replicatur,ſequeretur ꝙ ſi eſſet aliquod ſubiectum infinitum cuius quodlibet pedale eſſet calidum vt quattuoꝛ vnifoꝛmiter totuꝫ eſſet infinite calidū,quod eſt falſum. Sequella ꝓbatur quia ſecluſa rarefactione et condenſatione poteſt reduci ad infinitam qualitatem: vnifoꝛmē; quod fiet hoc modo. Si accipiātur interſcalariter infiniti quaternarȷ̄ et ponantur in pꝛimo pedali:deinde accipiantur de reſtantibus paribus infiniti quaternarȷ̄ impares et ponantur in ſecundo pedali:et ſic fiat ſine ſtatu de tertio pedali et reliqs: iam reductum eſt ad infinitam qualitatem vnifoꝛmē ergo eſt infinite calidum.

*Quictuꝫ pꝛincipale.*

Quinto pꝛincipaliter arguiᵗ ſic. Si coꝛpoꝛis diffoꝛmis intenſio deberet cognoſci penes reductionem ad vnifoꝛmitatem,ſequeretur ꝙ ſi vnuꝫ pedale diuidatur per partes ꝓpoꝛtionales ꝓpoꝛtione quadrupla:et pꝛima ſit aliqualiter alba ⁊ ſecūda in duplo plus:et tertia in duplo plus quam ſecunda: et quarta in duplo plus quam tertia:et ſic conſequēter:tale coꝛpus eſſet infinite albuꝫ. Sed conſequēs eſt falſum. Igitur illud ex quo ſequitur:falſitas conſequentis patet,quia illud coꝛpus eſt finite album: igitur ꝓbatur antecedens:et pono gratia argumēti ꝙ albedo pⁱme partis ꝓpoꝛtionalis ſit vt quattuoꝛ et manifeſtum eſt ꝙ ipa denominat totum vt tria,igitur tota illa denominat illud coꝛpus vt ſex:et per cōſequens finite denominat:et ex conſequēti illud coꝛpus eſt finite album:quod fuit ꝓbandum. Pꝛobatur tamen ꝯña,quia ſi albedo exiſtens in pꝛima parte ꝓpoꝛtionali denominat totum vt tria: et albedo in ſecunda eſt in duplo intenſioꝛ: et eſt in ſubquadruplo ſubiecto:igitur denominat in duplo minus patet cōſequentia quia ſi eſſet albedo ſecunde partis equalis intenſionis albedini pꝛime denominaret in ſubq̄druplo:ſed modo denominat in duplo plus cum ſit ī duplo intēſioꝛ: ergo denominat in duplo minus quā albedo pꝛime:quia duplum ſubquadrupli ē ſubduplum quadrupli. Et eadem ratiōe albedo exiſtens in tertia denominat in ſubduplo minus quam albedo exñs in ſecunda:et ſic cuiuſlibet partis ſequētis albedo denominat in duplo minus illud ſubiectum quam albedo immediate pꝛecedens ipſam. Igitur denominatio illi⁹ albedinis componitur ex infinitis continuo ſe habentibus in ꝓpoꝛtione dupla:et pⁱmuꝫ illoꝝ eſt vt tria:ergo totum eſt vt ſex. Patet hec cōſequētia ex pꝛima parte huius libꝛi:ſed iam ꝓbo ſequellaꝫ:quia ſi in pꝛima parte ꝓpoꝛtionali alicuius coꝛpoꝛis ꝓpoꝛtiōe dupla diuiſi ponatur aliqua albedo:et in ſecunda duplo intenſioꝛ per totum ſine mixtione contrarȷ̄.in tertia in duplo intenſioꝛ quam in ſecunda et in quarta in duplo intenſioꝛ quam in tertia et ſic conſequenter:tale coꝛpus eſſet infinite albū igitur pari ratione ſi diuidatur ꝓpoꝛtione quadrupla,et in pⁱma parte ponatur aliqua albedo:et in ſecunda in duplo intenſioꝛ ⁊c.tale coꝛpus erit infinite album. Patet conſequētia:quia non videtur maioꝛ ratio de vna quam de altera. Pꝛobatur antecedens Et pono gratia argumenti ꝙ albedo pⁱme partis ſit vt duo:deinde volo ꝙ in pⁱma parte ꝓpoꝛtionali vnius hoꝛe capiantur quattuoꝛ gradus exiſtentes in ſecunda parte ꝓpoꝛtionali illius coꝛpoꝛis,que eſt vna quarta:et ponatur quilibet illoꝝ in diuerſa quarta. Et in ſecunda parte hoꝛe ponatur quilibet octo graduum exiſtentium in tertia pte coꝛpoꝛis que eſt vna octaua:in diuerſa octaua illi⁹ coꝛpoꝛis. Et in tertia parte hoꝛe capiatur quilibet ſexdecim graduuꝫ exiſtentium in quarta parte coꝛpoꝛis et ponatur in diuerſa decima ſexta et ſic conſequenter:quo poſito in fine hoꝛe illud coꝛpus habebit per totum infinitam albedinem vt conſtat:et erit reductum ad vnifoꝛmitatem;igitur illud coꝛpus modo ante reductionem ad vnifoꝛmitatem eſt infinite album. Quod fuit pꝛobandum.

¶ In oppoſitum arguitur. Sit aliquod diffoꝛme qō reducatur ad vnifoꝛmitateꝫ ſecluſa rarefactione et condenſatione. Tunc ſic arguo illud quando reductum eſt ad vnifoꝛmitatē nihil amiſit nec perdidit:ergo tm̄ eſt et tā intenſum ſicut quando erat diffoꝛme:ergo cuiuſlibet diffoꝛmis intēſio menſuranda venit per reductionem ad vnifoꝛmitatem. Pꝛo ſolutione pꝛeſentis queſtiōis ponam aliquas concluſiones.

¶ Pꝛima concluſio. Non eſt bona diffinitio qualitatis vnifoꝛmiter diffoꝛmis hec, cui⁹ omnes partes immediate ſm extenſionem ſunt immediate ſm intenſionē. Hec patet ex pⁱmo argumento. *Concl'o.i.*

¶ Secunda cōcluſio. Non bene diffiniᵗ a Calculatoꝛe qualitas vnifoꝛmiter diffoꝛmis ē cuius medium tantum excedit infimum quātum exceditur a ſupꝛemo;ſiue loquamur de medio longitudinis,ſiue de medio magnitudinis. Hec patet de replicis ſecundi argumenti. *Cōcl'o.2.*

¶ Tertia concluſio. Eſt dabilis aliqua q̄litas vnifoꝛmiter diffoꝛmis cuius ſm aliquam diuiſionem quelibet pars pꝛopoꝛtionalis eſt diffoꝛmiter diffoꝛmis. Patet diuidendo vnum quadratuꝫ vnifoꝛmiter difforme per lineas tranſuerſales, ſiue diametrales. *Concl'o.3.*

¶ Quarta concluſio. Qualitas vnifoꝛmiter diffoꝛmis recte diffinitur ab Aluaro thoma in ſuo tripliciᵗ motu tractatu quarto capitulo quarto notabili ſecundo in ſexta ꝓpoſitione. Eſt qualitas ita ſe habens ꝙ in ea ꝓpoꝛtiōe in qua queuis omnia puncta ei intrinſeca inequalis intenſionis magis diſtant quātitatiue a gradu eius ſummo in ea per maioꝛem latitudinem diſtant intenſiue ab eodem gradu ſummo:ita ꝙ in q̄cunqꝫ ꝓpoꝛtione vna pars eius eſt maioꝛ,altera quantitatiue;inequalis tamen intēſionis in ea extremum eius intenſius per maioꝛem latitudinem excedit extremū remiſſius eiuſdem. Exēpluꝫ. Capta latitudine vnifoꝛmiter diffoꝛmi ab octo vſqꝫ ad non gradum:manifeſtū eſt ꝙ punctus vt.4. in duplo plus diſtat quantitatiue quam punctus vt ſex a gradu vt octo. Et etiam per in duplo maioꝛem latitudinem gradus octauus excedit quattuoꝛ quā ſex:vt ſatis conſtat:et ſic de aliȷ̄s gradib⁹ et punctis poteris facile exemplificare. Item capta medietate intenſionali q̄ eſt ab octo vſqꝫ ad quattuoꝛ et pⁱma quarta alterius medietatis que eſt a quattuoꝛ vſqꝫ ad duo:manifeſtū eſt ꝙ in ea ꝓpoꝛtione,puta dupla, qua medietas eſt maioꝛ illa quarta in ea per maioꝛem latitudinem extremum intenſius eius excedit eius extremum remiſſius quam extremum intenſi⁹ ipſius quarte excedat eius extremum remiſſius. *Cōcl'o. 4*

Nota.2. ¶ Noto ſecundo ꝙ Aluar⁹ thomas
in ſuo triplici motu dicit hāc conſequentiā non vale
re:per maiorem partem procedit intenſio ꝗ̄ remiſ-
ſio eodem gradu:ergo totum intenditur. Nec valet
iſta conſequentia per maiorem partem procedit re
miſſio ꝗ̄ intenſio eodem gradu:ergo totum remitti
tur:quod exemplariter declaratur. Sit vnū ſub-
iectum bipedale in cuius vno pedali ſit gradus vt
octo:et in altero gradus vt vnum. Volo ꝙ a medie-
tate calida vt octo que diminuatur ad ſubduplum
tollantur duo gradus,et addantur medietati peda
li q̄ augmentetur per vnum ſemipedale per quantū
fuit altera diminuta. Tunc per tres q̄rtas illius cor
poris eſt calor vt tria,per reliquam vero vt ſex.cla-
re patet ibi per maiorem partem fit intenſio quā re
miſſio; et tamen totum non intenditur,imo remittit
Nam quando per primum pedale erat caliditas vt
tria:et per ſecundum vt vnum:totum erat vt quattu
or cum dimidio:nunc vero eſt minus quam vt quat-
tuor cum dimidio. Nam tres gradus per tres quar
tas denominant totum vt duo cum vna quarta:⁊ ſex
gradus per vnam quartam denominat totū vt vnū
cum duabus quartis:ita ꝙ totum eſt vt tria cum tri
b⁹ q̄rtis:et antea erat vt.4 cū dimidio ḡ nō intēdit
ſed remittitur. Quod autem ſecūda conſequentia
nihil valeat:ſit ita ꝙ primum pedale quod ē octo ac
quirat ſemipedale quod ꝑdat alterum pedale,qd̄ ē
vt duo.et volo ꝙ ab illo quod eſt vt octo perdantur
duo gradus et acquirantur illi quod eſt vt duo: ibi
per maiorem partem fit remiſſio quam intenſio:⁊ta
men totum non remittitur immo intēditur. Nam an
tea erat vt quinq;:modo vero ē vt quinq; cum dimi-
dio:vt patet calculanti.

Notab.3. ¶ Noto tertio circa ſecūdum quo-
modo aliqua qualitas extenſa per partem denomi-
nat totum:pro quo ponitur iſta regula. Omnis qua
litas extenſa per partem minus denominat totum ꝗ̄
illam partem in ea ꝓportione qua illa ps minor eſt
toto. Exemplum. Sit vna caliditas vt q̄ttuor in vna
medietate denominat totum vt duo:et denominatio
vt duo eſt in duplo minor ſicut medietas eſt ī duplo
minor ſuo toto. In qua materia noto ꝙ intenſio qua
litatis vniformiter difformis ſm Calculatorem cor
reſpondet gradui medio. Sed ſm Jacobum de for
libio correſpondet gradui ſummo. Pro declaratio
ne tamen iſtius materie ampliori ponā aliquas con
cluſiones.

Concl'o.1. ¶ Prima cōcluſio. Diuiſo corpore
qua libuerit proportione:et prima pars proportio-
nalis eius ſit aliquantulum intenſa:et ſecunda in du
plo plus quam prima:et tertia in triplo quā prima
et quarta in quadruplo quam prima:tunc totū cor-
pus eſt intenſius prima parte proportionali in ea ꝓ
portione qua ſe habet totum ſic diuiſum ad primam
eius partem proportionalem. Jſta concluſio vniuer
ſaliter ꝓbatur:ſuppoſito ꝙ ſi per aliquod corpus ex
tendatur aliqua qualitas:et per totum reſiduum a
prima parte extendatur tāta:et per reſiduum a pri
ma et ſecunda.item tanta ſuper preexiſtente: et ſic
conſequenter. Tunc in fine illud corpus ſe habebit
ſicut illud quod diſponitur in concluſione: quoniam
ſi per primam eſt aliquis gradus,et per totum reſi-
duum:et per ſecundam additur alius gradus: et ꝑ
totum reſiduum; iam ſecunda eſt in duplo intenſior
prima:et ſi per tertiam additur aliquis gradus iā
in tertia ſunt tres gradus:et ita eſt in triplo intēſior
prima. Jam probo concluſionem ſuppoſito ꝙ diuida
tur aliquod corpus per partes proportionales pro
portione.f.et ſit proportio totius ſic diuiſi ad primā
partem proportionalem.g.tunc dico intēſio totius
ad intenſionem prime partis ſe habet in.g. Hoc ꝓ-
batur ſuppoſito vno,ꝙ in ea proportione qua ſe ha-
bet prima pars proportionalis ad ſecundam in qua
cunq; diuiſiōe in ea ſe habet totum ad omnes dēpta
prima. Tunc ſic capio illam primam qualitatem vt
vnum quam extendebamus per totum:illa denomi-
nat totum vt vnum. Capio illam que extendebatur ꝑ
ſecundā partem et oēs alias:illa per ſuppoſitionē
extēdit in ſubdu.f.minori ꝗ̄ pma. Hic ſunt infinite de
nominationes habentes ſe in.f.proportione:ergo in
tenſio totius ad intenſionem prime habet ſe in.g.ꝓ-
portione:quod erat intentum probandum.

Cōcl'o.2. ¶ Secunda cōcluſio. Si ſit aliquod
ſubiectum diuiſum per partes proportionales qua
libuerit proportione:et prima pars proportionalis
ſit aliquantulum intenſa;et ſecunda pars proportio
nalis ſit tanto intēſior quanto eſt minor prima: et ſic
fiat de tertia. Tunc totum ſubiectum debet eſſe infi
nite intenſum:quod probat quia quantum qualitas
extenſa per primam partem denominat totum,tātū
qualitas extenſa per ſecundā partem:et ſic de alijs
Ergo totum redditur infinite intenſum.

Concl'o.3. ¶ Tertia cōcl'o ꝙ ſtat aliqd̄ ſubm fo
re finite intēſum:et ꝑ ſolā acquiſionē finitā maioris
extenſionis nulla q̄litate de nouo addita fiet qd̄ erat
intenſum finite,infinite intenſum. Patet hoc,dato
vno corpore pedali diuiſo per partes ꝓportionales
ꝓportiōe dupla:et prima pars pro.ſit calida vt vnū
ſecunda vt duo tertia vt tria:⁊ ſic ſine ſtatu. Tunc to
tum hoc eſt calidū ſicut ſecunda ps ꝓportionalis:vt
deductum eſt ex prima concluſione:et ſi fiat ita ꝙ ſe-
cunda pars ꝓportionalis rareſiat acquirendo vnū
digitale:et pars ꝓportionalis q̄ eſt in duplo intenſa
ꝗ̄ ſecunda pars rareſiat ſimul acquirēdo preciſe ſe-
midigitale eſt: et alia pars ꝓportionalis q̄ eſt in du
plo intenſior quam iſta precedens rareſiat acquirē-
do preciſe quartam partem digitalitatis:⁊ ſic ꝓpor
tionabiliter. Tūc arguitur ſic. Caliditas digitalita
tis acquiſite per rarefactionē ſecunde partis ꝓpor
tionalis aliqual'r denominat totū: et caliditas ſemi
digitalitatis acquiſite per rarefactionem tantū de-
nominat totum q2 eſt in duplo intenſior:per in duplo
min⁹ ſubiectū: ergo illud ſubiectum fiet infinite in-
tenſum:quod erat intentum.

Cōcl'o.4 ¶ Quarta cōcl'o. Si fuerit aliquod
infinitū cuius prima pedalitas ſit vt.4.et q̄ttuor pe
dalitates īmediate ſequentes calide vt vnū:et.64.
pedalitates īmediate ſequentes calide vt dimidiū.
Dicit Calculator,tale ſubiectūm nullius fore intēſio
nis,eo ꝙ eius qualitas in infinitum tēdat ad nō gra
dum. Sed Ludouicus coronel in tertio phiſicorū
ꝓſequendo de difformibus,tenet fore infinite inten-
ſam.q2 credit in omnibus talibus infinitis ſi ſint vni
formiter qualificata iudicāda fore ꝓut iacet. Si ve
ro difformiter iudicanda fore ſm maximam deno-
minationem poſſibilem ad quam poſſunt reduci ſe-
cluſa rarefactione et ꝯdenſatione:tal'r ꝙ ſi eſſet vnū
infinitum cuius quelibet pedalitas eſſet vt vnum to
tum eſt,



tum ē vt vnū. Si vero oēs ſint vt vnū dempta prima
que ſit vt duo:ait eſſe infinite intenſum quia dicit om
nes illas qualitates reponi poſſe in pmo pedali:⁊ ab
illo p̄io pedali impartiri per oēs reliquas partes
taliter ꝙ infiniti impares grad⁹ impartiantur:⁊po-
nantur in p̄io pedali: et ſic fiat ꝙ iterū infiniti impa
res gradus impartiantur de illis infinitis et ponan-
tur in ſecunda parte:iā totum erit infinite intenſum.

¶ Unum tamen volo annotare ꝙ cū
Calculator dicit vniformiter difformē qualitatē cog
noſci debere in ſua intenſione per reductionē ad vni
formitatem:intelligitur ſecluſa rarefactione et con
denſatione ſubiecti:taliter ꝙ ſi debeat reduci quali
tas a nō gradu vſq; ad octo ad gradum vt quattuor
debet reduci:taliter ꝙ in ipſa reductione non rare-
faciamus medietatem remiſſiorem, neq; condenſe
mus intenſiorem. Sed ſolum auferendo qd̄ plus ha-
bet medietas intenſa quam vt quattuor:et addendo
medietati remiſſiori in parte proportionabili illi a
quo aufertur.

¶ Quinta concluſio: diuiſo corpo-
re qua volueris proportione:et in certa proportione
quelibet pars precedens ſit intenſior immediate ſe-
q̄nti totius intenſionis: ad intenſionē ſiue dnominatio
nem qua totum denominabit a qualitate prime ꝑtis
pro/eſt illa proportio qua ſe habet totum diuiſum in
prima proportione compoſita ex proportione partis
proportionalis precedentis ad immediate ſequen-
tem:et intenſionis ꝑcedentis ad intenſionem īmedia
te ſequentis ad primam eius partem proportionalē
vt ſi aliquod corpus diuidatur per partes proportio
nales proportione dupla:et continuo intenſionis par
tis precedentis ad intenſionem partis immediate ſe
quentis ſit proportio ſexquitltera: et ex dupla ⁊ ſex
quialtera coniunctis conſurgit tripla. Si denomi-
natio qua prima pars denominat totum ſit vt duo to-
tum erit vt tria intenſum:q̄m totum diuiſum propor
tione tripla eſt ſexquialterum ad primam partem ꝓ
portionalem,vt patet.

¶ Ex quo ſequitur. Primo ꝙ diui-
ſo corpore per partes ꝓportionales proportiōe du-
pla:et prima pars proportionalis per ſui medietatē
habeat vnum gradum albedinis,reliqua medieta-
te priuata albedine et nigredine:et ſecūda pars ꝓ-
portionalis habeat per ſui quartam medium gra-
dum albedinis reliqua nec alba exiſtente nec nigra
et tertia pas proportionalis per ſui octauam habe
at vnam quartam vnius gradus albedinis ⁊c. Sic
in infinitum:totius intenſionis ad denominationem
qua totum denominatur a qualitate prime partis
proportionalis eſt proportio qua ſe habet totum di
uiſum proportione quadrupla ad primam ſui ꝑtem
proportionalem que eſt ſexquitertia: et totum erit
intenſum vt vna tertia.

¶ Sexta concluſio: diuiſo corpore
partes proportionales aliqua proportione multipli
ci:aut aliqua maiori ſuper particulari ꝓportione:⁊
in prima parte proportionali ſit aliquantula albedo
per totum:et in ſecunda in ſexquialtero intenſior: et
in tertia in ſexquitertio intenſior quam in prima:et
in quarta in ſexquiquarto intenſior quam in prima:
et ſic conſequenter procedendo per ſpecies propor
tionis ſuper particularis:totius corporis intēſio cen
ſenda eſt in commenſurabilis intenſioni prime par-
tis proportionalis et denominationi qua ipſa quali-
tas exiſtens in prima parte proportionali totum de-
nominat:vel ſaltem,ſi cōmenſurabilis eſt a nobis ꝓ
ſtatu iſto finitam capacitatem habētibus nequaquā
commenſurari poteſt. Probatur q̄m ille intenſiones
continuo ſe habent in alia et alia proportione:et nō
eſt poſſibile:omnes tales proportiones mēſurari ab
intellectu finito nec inter illas intenſiōes poteſt con
tinuo eadem et eadem proportio inueniri:igitur in
tali caſu intenſio totius corporis cenſenda eſt in cō-
mēſurabilis intenſioni prime partis proportiōalis.

¶ Ex hac concluſione ſequitur ꝙ ſi
aliquod corpus diuidatur per partes proportiona-
les proportione dupla ⁊ prima ſit aliqualiter alba:
et ſecunda in ſexquitertio plus: et tertia in ſexqui-
quinto plus quam prima: et querta in ſexquiſepti
mo pluſquam prima: et ſic conſequenter proceden-
do per ſpecies proportionis ſuper particularis de-
nominatas a numeris imparibus: totius intēſio cen
ſenda eſt irrationalis ad intēſionem prime partis.
Similiter ſi diuiſo corpore ꝓportione quadrupla:
et prima pars proportionalis ſit aliqualiter alba:et
ſecunda in ſupra tripartienti quartas plus: ⁊ ter-
tia in ſupra tripartienti octauos intenſior quam pri
ma et quarta in ſupra tripartienti decimas ſextas
intenſior quam prima:et ſic conſequenter proceden
do per ſpecies proportionis ſupra tripartientis de
nominatas a numeris pariter paribus; totius intē
ſio in commenſurabilis eſt intenſioni prime partis
proportionalis: et iſto mō multa ſimilia inferes pri
ma et ſecunda partibus intellectis.

¶ Septima concluſio.a.eſt infinite
intenſum et.b.ſolum finite intenſum ⁊ a.continuo tā
tum deperdit preciſe ſicut.b. et per tantum ſubiec
tum ⁊ a remitteretur ad non gradum et non.b.iſta eſt
decima concluſio Calculatoris in capitulo de diffor-
mibus. Probatur ſit.a.vnum infinitum et ſimiliter.b
quantitatiue loquor ⁊ ipſius.a primum pedale habe
at infinitas caliditates vt.4.ſcōm vt duo pedale ha
beat īfinitas caliditates: tertiū pedale habeat īfini
tas caliditates vt vnum.et ſic fiat conſequenter per
omnia pedalia illius infiniti.a. b.vero quod eſt ali-
ud infinitum habeat per totum vniformiter calidita
tem vt.12. Tunc volo ꝙ in hora futura diuiſa per par
tes ꝓportionales ipſum .a .in prima parte perdat
de pmo pedali vnam illarum infinitarum caliditatū
vt.4.in ſecunda parte ꝓportionali perdat ſecundū
pedale.a.vnam illarum caliditatum vt duo ⁊ primū
pedale vnam vt.4.taliter ꝙ nunquam.a.deſinit per-
dere in primo pedali vnam caliditatem vt.4.et ſe-
cundum pedale.a.ſecunda parte ꝓportionali nun
quam deſinit perdere vnā vt duo.b.vero in prima
parte ꝓportionali perdit vnam caliditatem vt quat
tuor quo ad primum pedale: et in ſecunda parte
proportionali ſecundum pedale .b .perdit vnā cali
ditatem vt quattuor:⁊ primum pedale vnam vt duo
⁊ in tertia tertium pedale perdit vnam caliditatem
vt quattuor:et ſecundū vnam vt duo.⁊ primū vnam
vt vnum,iam tm̄ perdit.a ſicut.b,et econuerſo et ta
men a venit ad non gradum q̄m perdit.a.ordinatim
quo ad primum pedale omnes caliditates vt quat-
tuor quas habet:et ſimiliter ſecundum pedale ergo
nulli dubium eſt ꝙ venit ad non gradum,tamen.b.
remanebit vt quattuor quia primum pedale.b.per
dit in prima parte quattuor gradus et in ſecunda

duos:et in tertia vnum:et ſic cum eſſet totum vt duodecim perdit octo et manet vt quattuor et ſic de reliquis.

¶ Dubitatur circa hanc materiam vtrum intenſio mixti habentis qualitates cõtrarias coextenſas per totum attenditur, penes exceſſum qualitatis excedentis ſuper exceſſam.

¶ Pro ſolutione huius dubij notandum eſt ꝙ qualitates contrarie exiſtentes in eodem ſubiecto ſe impediũt in ſuis denominationibus. Nõ enim eque album eſt corpus in quo ſunt per totum ſex gradus albedinis cum duobus gradibus nigredinis ſicut corpus in quo ſunt ſex gradus albedinis ſine admixtione contrarie qualitatis: et non ſolum qualitates contrarie ſe impediunt quando coextenduntur verum etiam quando in diuerſis partibꝰ ſubiecti ponuntur. Non enim tantum denominat albedo vt quattuor exiſtens in vna medietate corporis in cuius alia medietate eſt vnus gradus nigredinis quantum denominaret ſi in ſubiecto non eſſet aliqua nigredo. Hoc ſuppoſito aduertendum eſt ꝙ quadruplex eſt opinio penes quid debeat attẽdi intẽſio mixti habentis cõtrarias qualitates coextenſas: quas recitat Calculator in capitulo de intenſione mixtorum. Prima eſt ꝙ intenſio mixti debet attẽdi penes proportionem qualitatis excedentis ad qualitatem exceſſam. Secunda dicit ꝙ debet attẽdi penes qualitatem excedentem. Tertia dicit ꝙ penes medietatem exceſſus qualitatis excedentis. Quarta dicit ꝙ penes exceſſum; ſed pro impugnatiõe .3. primarũ opinionum pono tres propoſitiones. Prima propoſitio intenſio mixti non attenditur penes proportionem qualitatis excedentis ad exceſſam. Probatur quia tunc ſequeretur ꝙ albedo vt duo infinite poſſit denominare ſubiectum album ipſa continuo manente vt duo: ſed hoc eſt falſum: igit illud ex quo ſequitur: ſequella probatur, et volo ꝙ in .a. pedali ſit albedo vt duo et nigredo vt vnum coextenſe et remitatur nigredo vſqꝫ ad non gradum ipſa albedine continuo manente vt duo quo poſito: manifeſtum eſt quod infinita erit proportio albedinis, vt duo ad nigredinẽ: igitur infinite illa albedo ſubiectum ſuum denominabit. Secũda propoſitio intenſio mixti non attenditur penes qualitatem excedentem. Probatur; quia tunc ſequeretur ꝙ qualitas contraria non impediret alteram in ſua denominatione quod eſt contra notatum: patet ſequella, quia albedo vt ſex ſecũdum iſtam poſitionem admixta nigredini, vt duo denominat, vt ſex et tm̃ denominaret non ad mixta contrario: igitur. Tertia propoſitio intenſio mixti non attenditur penes medietatem exceſſus qualitatis excedentis. Probatur, quia tunc ſequeretur ꝙ albedo vt duo impediret totaliter q̃ttuor grad nigredinis ſe cum extenſos: ſed cõſeqñs eſt falſum: igitur illud ex quo ſequitur: falſitas conſequentis probatur: et pono ꝙ ſex gradus nigredinis coextendantur duobus albedinis tunc ſecundum iſtam poſitionem illa nigredo dñominat vt duo quia gradus vt duo ẽ medietas exceſſus quo ſex excedunt duo, igitur quattuor gradus illius nigredinis vt ſex ĩpediuntur ab illis duobꝰ gradibus albedinis et ſic albedo vt duo impedit totaliter quattuor gradus nigredinis; quod fuit probandum.

¶ Prima concluſio intenſio mixti in quo ſunt qualitates contrarie ſiue coextenſe ſiue non: menſuranda eſt penes exceſſum denominationis qua vna illarum qualitatum admixta contrario nata eſt magis dñominare ſubiectum quam alia: ceteris paribus. Exemplum, vt coextẽſa albedini vt ſex nigredine vt .2. per totum ſubiectũ quoniam albedo vt ſex toti ſubiecto coextenſa valet ſine cõtrarij admixtione denominare vt ſex ⁊ nigredo vt duo coextenſa etiam per totum ſubiectum deducto impedimento denominaret vt duo et .6. excedunt duo per quattuor conſequens eſt illud ſubiectum eſſe album vt quattuor ſimiliter acõmoda exemplum contrarijs qualitatibus non coextenſis: ſemper ad denominationes et non ad qualitatum intẽſiones. Probatur quia totum reſiduum denominationis ab exceſſu a contraria denominatione ſibi equali impeditur: igitur ille exceſſus ĩmunis ab impedimento manens illud ſubiectum denominat; ⁊ per conſequens penes illum exceſſum denominationis eſt mixti intenſio metienda; quod fuit probandum.

¶ Secunda concluſio. Aliquid eſt calidum infinite intenſum: et vna medietas eſt vniformis ſub certo gradu et alia, nec calida neqꝫ frigida. Probatur: ſit .f. vnum quadratum diuiſum in 4. quadrata equalia .a.b.c.d. vt patet ĩ figura.

| | |
|---|---|
| Frigidi.4. A | Caliditas. Infinita. B |
| Caliditas.4. C | Calidi.4. D |

¶ Et ſit quadratũ .b. infinite calidum ⁊ .a. frigidum vt quattuor et .c. et .d. vniformiter calida vt quattuor quo poſito. Arguitur ſic. f. eſt ĩfinite calidũ cum vna quarta eius ſit infinite calida: et nulla ſit in corpore .f. frigiditas infinita: ⁊ vna eius medietas ẽ vniformiter calida certo gradu puta vt quattuor ⁊ alia neqꝫ calida, neqꝫ frigida: igitur concluſio vera: conſequentia patet cum maiore et minor probatur: qꝛ medietas compoſita ex .c. et .d. eſt vniformiter calida vt quattuor vt patet ex caſu igitur; ſed quod alia medietas ſit, neqꝫ calida, neqꝫ frigida: probatur: qꝛ medietas compoſita ex .c. et .c. nec eſt calida, neqꝫ frigida: quia vna medietas eius puta .a. eſt frigida vt quattuor et alia puta .c. calida vt quattuor: ergo medietas .a.c. nec eſt calida, neqꝫ frigida; qđ fuit probandum: et ſic patet concluſio.

¶ Ex quo ſequitur ꝙ .a. et .b. ſunt inequeintenſa: ita ꝙ .a. eſt infinite intenſum et .b infinite remiſſum: ⁊ quelibet pars finita ipſius .a. eſt eque intẽſa cũ pte correſpõdẽte ipſiꝰ .b: pbaꝛ ſit .b. ĩfinitũ in cuius pmo pedali ſint duo gradus caliditatis: ⁊ vnus friditatis; et in ſecundo pedali in duplo plꝰ de caliditate et frigiditate quam in primo: et ſic de inceps: ſed .a. ſit infinitũ in cuius primo pedali ſit vnus gradus caliditatis per totum: in primo duo in tertio quattuor: et ſic conſequenter ſine admixtione cõtrarij tunc .a. eſt infinite intenſum vt patet ex precedenti dubio; et .b. infinite remiſſum cum in eo calidi



tas eſt frigiditas infinite ſe adequate impediant: et quelibet pars finita ipſius .a. eſt eque intẽſa cuꝫ parte correſpondente ipſius .b. vt patet diligenter intuenti: igitur corolarium verum.

Conclo.3. ¶ Tertia concluſio. A. nunc eſt calidum quod non intendetur neqꝫ remittetur: et tamẽ in fine manebit non calidum. Hanc concluſionem negat Calculator in capitulo de mixtorum intenſione quam tamen probabo ſic: ſit .a. diuiſum per partes proportionales proportione dupla: ⁊ in prima ſit aliqua albedo: et in ſecunda in duplo intenſior: et in ter in quadruplo intenſior: et in .4. in octuplo intenſior: et ſic in infinitum procedendo per numeros pariter pares: et de inde inducatur in quamlibet partẽ ſubdupla frigiditas ſucceſſiue in hora incipiendo a prima. Tunc ex predictis patet concluſio: hoc addito ꝙ intendi et remiti dicunt motum et ſuceſſionem. Ex hac ſequitur ꝙ .a. nunc eſt non calidum: et non intendetur, neqꝫ remitetur: et tamen in fine manebit infinite calidum: patet in caſu concluſionis, poſito ꝙ in hora ſequenti remitatur ſucceſſiue frigiditas ad non gradum eo; ordine quo antea inducebatur. quo poſito: patet correlarium pro fine temporis.

Cõclo.4. ¶ Quarta concluſio. A. non eſt calidum: et tamen eius ſecundum certam diuiſionem q̃libet pars eſt infinite calida. Sit .a. corpus finitum diuiſum in duas medietates ſm latitudinem: et ſit vna illarum medietatum infinite calida per totum vniformiter ſine contrarij coextenſione: et alterius medietatis prima pars ſit aliqualiter frigida: et ſcđa in duplo plus: et tertia in quadruplo: et quarta in octuplo: et ſic ĩ infinitum pcedendo verſus extremum ipſius .a. et deinde diuidatur totum .a. ex tranſuerſo per partes proportionales quauis proportione: et patet concluſio.

Cõclo.5. ¶ Quinta concluſio diuiſo .a. p partes proportionales proportione dupla: et in prima parte ponantur quattuor gradus albedinis: et in ſecunda pari quinqꝫ: et in tertia pari .16. et ſic conſequenter aſcendendo per numeros pariter pares: et in prima impari ponantur quattuor nigredinis: et in .2.8. et .3.16. et ſic conſequenter vt ſit in paribꝰ totum .a. eſt nigrum vt duo: patet quia tota denominatio nata prouenire ab illa albedine non permixta contrario eſt vt duo: ⁊ tota denominatio nata prouenire ab illa nigredine eſt vt quattuor ceteris paribus, remoto impedimento: ergo ex prima concluſione totum .a. eſt nigrum vt duo: antecedẽs patet Calculanti facile ex predictis. ¶ Ex hac concluſione ſequitur ꝙ ſi in caſu eius prima pars rareſiat acquirẽdo aliquam quantitatem: et .2. pars ſubduplã. et .3. pars ſubquadruplam: et ſic conſequenter: ita ꝙ quelibet ſequens acquirat in duplo minorem quantitatem quam precedens. Tunc in fine illud manebit infinite album. Patet ex modo probandi ſex concluſiones queſtionis: et iſto modo poteris infinita talia inferre: que omnia ex predictis facile ſortiuntur pbationem: et ſic patet ratio ad dubium.

¶ Poſſet hic dubitari vtrum detur qualitas nulliꝰ intenſionis: et an detur qualitas pũctalis linealis vel ſuperficialis. Sed hec ⁊ alia plura in prima parte diximus.

¶ De maximo ⁊ minimo. Capite .j.

Circa materiam đ maximo et minimo. Primo nota expoſitiones terminorũ inter quas expoſitiones ſolum ſequor Paulum venetum. Maximum quod ſic vocatur illud ſic ⁊ nullum maius. Minimuꝫ quod ſic, illud ſic et nullum minus. Maximum quod non: illud non: ſed quocunqꝫ maiori dato datur minus. Minimum quod nõ illud nõ: ſed quocunqꝫ minori dato datur maiꝰ. Exempli grã. Sit fortes potẽtie portatiue vt .4. põdꝰ vt .4. ẽ minimum quod non poteſt portare, quia pondꝰ vt quattuor non poteſt portare: ſed quocũqꝫ minori dato datur maius illo minori quod poteſt portare ⁊ potentia portatiua vt quattuor: eſt maxima que nõ poteſt portare pondus vt quattuor, quia illa non poteſt portare pondus vt quatuor, ſed quacũqꝫ maiori data; datur minor que poteſt portare pondus, vt quattuor. Notab.1.

¶ Nota ſecundo ꝙ duplex eſt potẽtia actiua et paſſiua. Actiua eſt que poteſt aliquid agere. Paſſiua eſt que poteſt ab aliquo pati. Rurſum. Potentia actiua eſt duplex: mutabilis et immutabilis. Mutabilis eſt illa q̃ ſic ſe habet ꝙ dato quocũqꝫ ĩ quod poteſt agere in quodlibet minus poteſt et in aliquod maius. Exemplum: potentia portatiua fortis vt quattuor ſic ſe habet, ꝙ dato quocũqꝫ pondere quod poteſt portare quodlibet minus poteſt portare et aliquod maius illo: quia excedit exceſſu diuiſibili. Potentia vero actiua immutabilis ẽ que ſic ſe habet ꝙ non dato quocũqꝫ in quod poteſt agere in quodlibet minus poteſt et in aliquod maius. Exemplum eſt de aqua reſiſtentie vt quattuor: et de potentijs actiuis potentibus illam aquam vincere infra tempus vnius hore. Nam tunc eſt potentia actiua immutabilis: ſed melius exemplum eſt de igne comparato ad maximam multitudinem formẽ quã poteſt agere. Nam ibi dato illo pro quo verificatur ꝙ aliquam formam poteſt facere: puta data maxima forma pro quolibet minori verificatur: quia qui põt facere maius poteſt facere minus: et nõ verificatur p aliquo maiori. Potẽtia ṽo paſſiua adhuc ẽ duplex ſ. paſſiua mutabilis: et paſſiua immutabilis. Paſſiua mutabilis eſt illa q̃ ſic ſe hẽt ꝙ dato quocunqꝫ a quo poteſt pati: a quolibet maiori põt pati et ab aliquo minori: et hoc modo reſiſtentia vt quattuor eſt paſſiua mutabilis quia dato quocũqꝫ a quo põt pati, cum excedatur ab illo exceſſu diuiſibili a minori illo põt pati. Potentia vero paſſiua immutabilis eſt que ſic ſe habet ꝙ ſignato aliquo a quo poteſt pati a quolibꝫ maiori poteſt pati et non ab aliquo minori. Exemplum eſt de reſiſtentia vt quattuor corrumpenda infra tempus vnius hore. Namqꝫ ibi datur ignis minimus qui poteſt illa corrumpere infra tempus vnius hore. Notab.2.

¶ Tertium notabile declarat q̃ mẽbra debeãt aſſignari: et ad illud nota ꝙ debẽt verificari due ſubcontrarie et ſi affirmatiua pro minori ⁊ negatiua pro maiori dãdum eſt maximum quod ſic vel minimum quod non et ſit diuiſio reſpectu potentie actiue: ſi ṽo affirmatiua p maiori ⁊ negatiua pro minori dandum eſt maximum quod non vel minimũ quod ſic; et ſit diuiſio reſpectu potentie paſſiue. Exẽ Notab.3.

plum prioris: aliquod pōdus ſortes poteſt portare: et aliquod pondus ſortes non poteſt portare: ergo datur maximum pondus ꝙ ſortes poteſt portare: vel minimum pōdus qō non poteſt portare. Exemplum ſecundi: ab aliquo igne iſta aqua reſiſtentie vt quattuor poteſt pati: et ab aliquo non. Affirmatiua verificatur pro maiori et negatiua ꝓ minori, ibi dandus eſt maximus ignis a quo non poteſt pati vel minimꝰ a quo poteſt pati.

Nota. 4. ¶ Quarto nota in illis ſubcōtrarijs duplex terminus reperitur: Alter eſt mediante quo fit diuiſio: et alter eſt reſpectu cuius fit diuiſio. Terminus mediāte quo fit diuiſio eſt ille qui verificatur in ſubcontrarijs pro diuerſis ſuppoſitis. Terminus vero reſpectu cuius fit diuiſio eſt terminus ſingularis aut pro vno ſuppoſito d̄terminato acceptus: aut terminus communis diſtributus. Exemplum aliqō pondus ſortes poteſt portare: et aliquod pondꝰ ſortes non poteſt portare. Ille terminus pondus eſt terminus mediante quo fit diuiſio: et ly ſortes eſt terminus reſpectu cuius fit diuiſio.

Nota. 5. ¶ Quinto nota reſpectu potētie actiue mutabilis ſignādum eſt membrum negatiuum ſcilicet minimum quod non: et reſpectu potentie actiue īmutabilis ſignandum eſt maximum ꝙ ſic. Reſpectu vero potētie paſſiue mutabilis ſignandum eſt maximum quod nō: et reſpectu potentie paſſiue immutabilis ſignandum eſt minimum quod ſic. Omnium iſtorum exempla ponuntur. Primo de actiua mutabili aliquod pondus ſortes poteſt portare ⁊ aliquod pondus ſortes non poteſt portare: ergo datur maximum pondus qō ſortes poteſt portare vel minimum quod non. ibi dandum eſt minimum qō non poteſt portare ſcilicet quoddam pondus equale potentie portatiue ſortis: illud enim non poteſt portare: ſꝫ quocūꝗ minori dato datur maius quod poteſt portare. Exemplum reſpectu potentie actiue immutabilis: aliquem calorē poteſt ꝓducere ignis, vt quattuor et aliquem non: ibi dabitur maximus calor quē poteſt producere ignis vt quattuor videlicet calor vt quattuor. Exemplum reſpectu potētie paſſiue mutabilis. Ab aliquo igne iſta aqua reſiſtentie vt quattuor poteſt pati et ab aliquo non: ibi datur maximꝰ ignis a quo non poteſt pati ſcilicet ignis actiuitatis vt quattuor. Nam ab illo nō poteſt pati ſed quocūꝗ maiori dato datur minor a quo poteſt pati. Exēplū reſpectu potentie paſſiue īmutabilis. Iſta forma, vt quattuor ab aliquo igne poteſt produci: ⁊ ab aliquo igne non pōt produci: ibi datur minimꝰ ignis a quo poteſt produci.

Notab. 6. ¶ Nota ſexto in materia de inſtātibus poſſumus eodem modo datis duabus ſub cōtrarijs inquirere an fiat diuiſio reſpectu potentie actiue vel paſſiue. Nan quando affirmatiua verificatur per inſtanti magis diſtanti ab inſtanti preſenti: ⁊ negatiua pro inſtanti magis propinquo ipſi inſtanti p̄ſenti fit diuiſio reſpectu potentie paſſiue: et aſſignanda ſunt membra que ſunt inſtantia ad incipiendum vt ſi dicatur antichriſtus in aliquo inſtanti erit: ⁊ antichriſtus in aliquo inſtāti non erit nec in aliquo inſtanti ante: ibi inferendum eſt: ergo datur primū inſtans eſſe antichriſti vel vltimum non eſſe. Si vero affirmatiua verificatur pro inſtanti magis propinquo inſtanti preſenti: et negatiua pro inſtanti magis diſtanti ab inſtanti preſenti: fit diuiſio reſpectu potentie actiue: et danda ſunt membra que ſunt inſtantia ad deſinendum, vt ſi dicatur: petrus qui iam viuit in aliquo inſtanti erit: ⁊ petrus qui iam viuit in aliquo inſtanti non erit: ergo dabitur primum non eſſe petri vel vltimum inſtans eſſe.

¶ Nota ſeptimo qn̄ illatio ſub contrariarum impeditur ne inferat iſta membra. Nota. 7. Pro quo pono hoc documentum: ꝙ quando ſubcontrarie verificātur pro equalibus: ad iſtum ſenſum ꝙ ꝓ quocunꝗ verificatur affirmatiua pro equali, illi verificatur negatiua nihil inferunt ille ſubcontrarie. Secundo etiam nihil inferunt quando negatiua verificatur pro infinito duntaxat. Tertio nihil inferunt quando dato quocunꝗ, pro quo verificatur affirmatiua pro maiori quam ſit illud; et pro minori quam ſit illud verificatur negatiua. Exemplum p̄oris iſte ſubcontrarie nullum membrum inferunt: aliqua ps huius continui terminatur ad. a. et aliqua pars huius continui non terminatur ad. a. nullum habet inferre mēbrum. Exemplum ſecundi per aliquod tempus antichriſtus poteſt viuere etiam per aliquod tēpus antichriſtus non poteſt viuere: ibi non licet dare aliquod membrum. Exemplum tertij in aliquo tempore graue vt quattuor poteſt deſcendere per medium decupedale ſic diſpoſitum: et in aliquo non: ergo datur maximum tempus et nihil licet inferri.

¶ Volo tamen ponere quedam exēpla difficiliora. Primum declarat potentiam actiuam immutabilem: et quomodo datur reſpectu illius membrum affirmatiuum. Et nota ꝙ non dicitur diuiſio reſpectu potentie actiue: quia ibi ponantur termini importantes actiuitatem: ſed quia affirmatiua ſubcontrariarum pro minori verificatur: et negatiua pro maiori. Exemplum eſt tale aliquo exceſſu quilibet gradus intenſior gradu medio excedit gradum ſubduplum a mediū et aliquod non: pro exceſſu vt. 2. (tenendo totam latitudinem terminari ad octo) ſic verificatur affirmatiua ꝙ non pro maiori: et datur membrum affirmatiuum videlicet maximus exceſſus quo quilibet gradꝰ ſupra medium excedit gradum ſubduplum ad medium. Aliud exemplum reſpectu potētie actiue immutabilis aliquod ſpatium ſic diſpoſitum poteſt pertranſiri in vna hora aliquo gradu velocitatis: et aliquo non: ibi dabitur tale ſpatium pro quo ſic verificatur affirmatiua: ꝙ non pro maiori.

¶ Similiter habes bonū exemplū reſpectu potentie paſſiue immutabilis, aliquis gradus eſt intenſior gradu vt duo in duplo magis et aliquis non. Affirmatiua ſic verificatur p̄rio gradu, vt quattuor ꝙ non pro remiſſiori.

¶ Pro finali complemento iſtiꝰ materie de maximo et minimo tria breuiter faciam. Primum dubitare de intellectu illius celebris auctoritatis philoſophi primo de celo dicentis potentia actiua terminatur per maximum et paſſiua per minimum.

¶ Secundum erit dubitare: ſi dato ſpatio difformiter difformi a nō gradu vſꝗ ad quattuor: illud eſt maximum qō potētia trāſitiua vt quattuor poteſt pertranſire: ſi vero ſit vniformiter difforme a non gradu vſꝗ ad quattuor eſt minimum ꝙ po-



tentia tranſitiua vt quattuor non poteſt pertrāſire.

¶ Tertium erit. Quedam argumenta mouere in iſta materia et eadem diſſoluere.

¶ Ad primum dicit Robertus holkot: ꝙ non fuit intentio philoſophi ꝙ detur maximuꝫ pondus ꝙ ſortes poteſt portare. Nam hoc eſt impoſſibile: quia ſi tale maximum pondus ſit equale potentie: non poteſt illud portare: quia a ꝓportione equalitatis fieret actio. Si vero tale maximum pondus ſit inequale potentie vel eſt maius vel eſt minus. Si maius, illud non poteſt portare: quia a ꝓportione minoris inequalitatis fieret actio. Si vero minus, illō excedit illa potentia exceſſu diuiſibili: ergo non ſolum illud poterit portare ſed etiam maius illo: ytpote addendo medietatem exceſſus: igitur ſecūda exponens eſt falſa ſcilicet nullum maius poterit portare. Sed dicit prefatus doctor intellectum illius auctoritatis eſſe ꝙ ſi vna potentia poteſt portare nouē libras certi ponderis: non ꝓpterea portabit decem libras: et ideo potentia actiua terminatur per maximum numerum rerum equalium in quas poteſt: et licet poſſit in plures non tamen equales prioribus. vt ſi potentia aliqua poſſit portare nouem libras: poterit tamen illa portare nouem libras cum dimidia licet non decem libras. Hec tamē opinio licet dicat verum non tamen ad intentionem textus quia textꝰ intendit dare terminum adequatum ⁊ p̄ciſum potentie quod non dat iſta opinio.

¶ Secunda opinio eſt Alberti de ſaxonia primo de celo queſtione decima quarta dicentis ꝙ maximum eſt duplex ſcilicet maximuꝫ in quod et maximum infra quod. Vocat maximum infra qō minimum quod non: ſicut maximum vltra quod dicitur maximum quod non. Dicit ergo ꝙ cum potentia actiua ſit duplex ſcilicet mutabilis: et immutabilis: vtraꝗ terminatur per maximum: niſi ꝙ mutabilis terminatur per maximum infra quod: quod eſt minimum quod non. Immutabilis vero per maximum in qō: et hec expoſitio bona eſt. Tertia expoſitio ē p̄fate auctoritatis quā dat Ludouicus coronel in ſecūdo phiſicorum in materia de maximo et minimo dicens ꝙ potentia actiua terminatur per maximum: id eſt verſus maximum: potentia vero paſſiua terminatur per minimum: id eſt verſus minimum. Quod hoc modo declaratur. Eſt vna potentia fortis robuſta valde: et velis tu videre quouſꝗ vires eius ſe extendant. Certe non experieris hoc dando illi ad ꝓbationem ſuarum virium debile pondus: ſed maius et maius: vt per hoc cognoſcas quouſꝗ ſe extendāt: ergo potentia actiua terminatur per maximum: id eſt verſus maximum. Verba textus ſunt iſta. Potentia quanta ſit per maximum eſt terminanda: per minimum enim non terminatur: quia quicquid poteſt in maius poteſt in minus: Et de potentia paſſiua declarat ꝙ terminetur per minimum: hoc modo: quia viſus eſt potentia paſſiua et non terminatur per maxima viſibilia: ſed per minora. Dicit enim textus. Viſus enim vis ad maiora valentior: ad minora vero debilior: ergo potētia paſſiua terminatur per minimum: ſed relictis his expoſitionibus. Auguſtinus nimphus credit dari maximū pondus quod potentia portatiua poteſt portare. ¶ Ad quod intelligendum preſupponemus ꝙ quemadmodum ad hoc ꝙ intellectus intelligat requiritur certus gradus aduertētie: taliter ꝙ ſi minus aduertat nihil intelligit. Ita parimodo ad hoc ꝙ aliqua potentia agat in aliquam reſiſtentiam non ſufficit quantumcunꝗ paruꝰ exceſſus: ſed requiritur determinatus gradus exceſſus potentie ad reſiſtentiam: taliter ꝙ datur minimus exceſſus quo poſſit potentia agere in reſiſtentiā. Tunc dico ꝙ ſi aliqua potentia excedat aliquod pōdus ſolum illo minimo exceſſu: erit illud pōdus maximum ꝙ illa potentia portatiua poteſt portare: qr illud poteſt portare et nullum maius. Nam ſi maius portaretur illud portaretur per minorem exceſſum quam minimum: quod eſt impoſſibile. Ergo ad literam poteſt intelligi textus. Potentia actiua terminatur per maximum ſcilicet in quod poteſt. Ex quo ſequitur ꝙ nō a qualibet ꝓportione maioris inequalitatis fit actio.

¶ Sequitur ſecundo: ꝙ non valet Hoc pondus eſt minus quam hec potentia: et exceditur exceſu diuiſibili: ergo aliquod maius pondus poterit iſta potētia portare. Neganda eſt conſequē- conſequentia. Et hec de prima dubitatione.

¶ Ad ſecūdam dubitationem reſpōdeo ꝙ ſi medium eſt difformiter difforme terminatū ad gradum equalem potētie: non dubitamus immo credimus ꝙ eſt maximum quod illa potentia poteſt pertranſire. Si tamen eſt vniformiter difforme eſt minimum ꝙ non poteſt pertranſire. Quod autem p̄mum ſit verum perſuadetur. Nam ſi medium ſit difformiter difformiter reſiſtens a non gradu vſꝗ ad quattuor: ita ꝙ medium latitudinis ſit in fine trium quartarum. Dico ꝙ poteſt pertranſiri ab vna potentia vt quattuor: et ꝙ poſſit probatur: ſuppoſitis duabus ſuppoſitionibus. Prima eſt ꝙ non gradus proportionis maioris inequalitatis, eſt proportio equalitatis. ¶ Suppono ſecundo ꝙ ſi aliqua potentia pertranſeat ſubquadruplum ſpacium: a ſubdupla proportione: in duplo citius pertranſit illud ſpaciū quam potentia pertranſiens quadruplum ſpacium a dupla proportione. Iſta ſuppoſita patet ex regulis Ariſtotelis de velocitate motus. Hoc habito volo ꝙ diuidatur vnum medium per partes proportionales ꝓportione quadrupla: et potentia vt quattuor ad primam partem proportionalem habeat duplaꝫ proportionem: ad ſecundam habeat medietatem duple: ad tertiam quartam duple: et ita conſequenter. Iam iſta potentia in puncto terminatiuo habebit ꝓportionem equalitatis cum reſiſtentia: quia illa proportio maioris inequalitatis tendit ad nō gradum: ergo ſi potentia eſt vt quattuor reſiſtentia terminat̄ ad gradum vt quattuor: Etiam ſecunda pars ꝓportionalis ē ſubquadrupla ad primam: ⁊ pertranſit eā ab in duplo minori ꝓportione quam primā: ſequitur ꝙ pertranſiuit in duplo citius. Sic tunc arguitur eadem ratione de tertia reſpectu ſecunde diceret̄. Cū igit̄ hic ſint infinita tempora in quibus ille partes ꝓportionales ꝑtranſeant vt ī dupla tn̄ eſt primū tempus ſicut omnia alia dempto primo: ſed primum eſt vna hora: alia ſunt vna hora: ergo pertranſibit totuꝫ illud ſpacium in tempore finito.

¶ Quando medium eſt vniformiter difforme concluſio ſit iſta. Si detur vnum medium vniformiter difformiter reſiſtens a non gradu vſꝗ ad quattuor: impoſſibile eſt ꝙ vna potentia vt quattuor poſſit venire vſꝗ ad finem illius. Iſta concluſio

ꝓbatur poſito vno: ꝙ ſi vna potentia compararetur ad duas reſiſtentias minores ea tamen inequales: ⁊ exceſſus potētie ſuper reſiſtētiam minorem ſit duplus ad exceſſum potentie ſuper reſiſtentiam maiorem proportio potentie ad reſiſtentiam maiorem eſt minus quam ſubdupla: ad proportionem potentie ſuſuper reſiſtentiam minorem. Exemplum. Sumatur potētia vt duodecim reſiſtentia vt nouem, altera vt ſex certum eſt ꝙ exceſſus duodecim ad ſex ē duplus ad exceſſum duodecim ad nouem et proportio duodecim ad nouem eſt minor quam medietas proportiōis duodecim ad ſex, hec ſuppoſitio demōſtratur ab Aluaro thoma capitulo ſecundo de triplici motu tractatu ſecūdo qua habita vnuſquiſqꝫ poterit videre ꝙ diuidendo ſpacium illud vniformiter difforme per partes portionales dupla proportione minoribus verſus gradum vt quattuor potentia vt quattuor tantum moratur in tranſitu ſecūde partis proportionalis ſicut in tranſitu prime: ⁊ tantum in trantu tertie, ſicut ſecunde: et cum ſint infinite partes ꝓportionales, infinitum tempus requiritur ad tranſitum illius partis: et cuꝫ infinitum tempus futurum nequeat eſſe per tranſitum: ſequitur illud ſpaciū non poſſe ab illa potentia pertranſiri. Sed probemus ꝙ tantum tempus conſumat in tranſitu ſecunde ſicut prime, et ſic de reliquis: Reſiſtentia prime partis ꝓportionalis eſt a non gradu vſqꝫ ad duo ⁊ reſiſtentia ſecunde a duobus vſqꝫ ad tria: Tunc ſic prima pars proportionalis reſiſtit vt duo: quia in reſiſtentijs vniformiter difformibus, correſpondentia fit gradui ſummo, vt probauimus: et reſiſtentia ſecunde partis eſt vt tria: ergo exceſſus quo excedit potentia vt quattuor reſiſtentiam, vt duo eſt duplus ad exceſſum quo excedit potentia vt quattuor reſiſtentiam vt tria ergo ꝓportio, qua pertranſit reſiſtentiam vt tria eſt minor quam medietas illius qua pertranſit reſiſtentiam vt duo: ergo cum ſpacium ſecunde partis proportionalis ſit ſubduplum ad ſpacium prime: et proportio qua pertranſitur ſecunda pars eſt minor, quam medietas illius quā pertranſitur prima: plus morabitur in pertranſeundo ſecundam quam primam: et ita de reliquis: Si ergo ad tranſitum prime requiratur vna hora: et ad tranſitū cuiuſcunqꝫ alterius requiritur plus quā vna hora: ergo nunquam pertranſibitur.

Argū. i. ¶ Contra hoc replicatur illud medium vniformiter difformiter reſiſtens terminatum ad gradum equalem potentie poteſt pertranſiri ab illa potentia: ergo maledictum eſt: conſequentia eſt nota: et probatur antecedens: quia reſtentia illius medij correſpondet gradui medio: ergo correſpondet gradui vt duo: et tota reputatur ſicut ſi eſſet, vt duo: ergo illa potentia, vt quattuor poterit talem reſiſtentiam in tempe finito pertranſire. Ad hoc argumentum reſpondetur, nunquam in reſiſtentijs debet eſſe correſpondentia gradui medio: ſed potius gradui ſummo qđ egregie deducit Aluarus thomas in ſuo triplici motu tractatu primo capitulo ſexto corrolario ſecundo in reſponſione ad replicam ſecundi argumenti de mente gaytani de tienis: ꝙ ſi talis reſiſtentia correſponderet gradui medio: ſequeretur ꝙ aliqua potentia non indiuiſibilis, necqꝫ glorificata tan cito pertranſiret aliquod totū ſpacium, ſicut ſuā medietateꝫ quod eſt impoſſibile: ſequella probatur ſuppoſito ꝙ ſit vnum medium reſiſtens a non gradu vſqꝫ ad octo et vna potentia vt nouem: ſi ita eſſet ꝙ reſiſtentia a non gradu vſqꝫ ad octo correſponderet gradui vt quattuor: ſequeretur illam potentiam, vt nouem taꝫ cito pertranſire totam illam reſiſtentiam a non gradu vſqꝫ ad octo, ſicut ſuam medietatem intenſiorem a quattuor vſqꝫ ad octo: ſequella ꝓbatur quia falſitas ꝯñtis. nota eſt: quia quā aliqua potentia pertranſit aliquod ſpacium ab aliqua ꝓportione: ſi ꝓportio eſt in duplo maior altera: ⁊ ſpaciū in duplo maiꝰ tā cito ab in duplo maiori ꝓportione pertrāſibit in duplo maiꝰ ſpaciū: ſicut ab in duplo minori in duplo minꝰ. Tunc ſic tota illa reſiſtētia a non gradu vſqꝫ ad octo cum ſit vt quattuor pertrāſitur a dupla ſequiquarta et medietas ſuperior illius reſiſtentie a quattuor vſqꝫ ad octo que eſt vt ſex, pertranſitur a ſequialtera: que eſt in duplo minor dupla ſequiquarta: ergo tam cito pertranſibitur illud totum: ſicut ſua medietas: et eſt egregia probatio illiꝰ Gayetani de tienis.

Argū. 2. ¶ Secundo arguitur: probādo adhuc ꝙ potentia, vt quattuor poteſt tranſire illud medium vniformiter difforme terminatum ad quattuor: quia ſi ab eterno fuiſſet vna potentia que quolibꝫ die precedenti pertrāſiſſet vnam partem proportionalem illius ſpacij: iam illa eſſet modo in fine: ergo totum illud ſpacium poteſt ab illa potentia, vt quattuor eſſe pertranſitum: igitur non eſt minimum ꝙ nō poteſt pertranſiri: ꝙ enim modo tale ſpacium nunꝙ poſſit pertranſiri: illud eſt quia tempus futurum infinitum non poteſt eſſe pertrāſitum. Propter hoc argumentum tenuit Ludouicus coronel: ꝙ illud ſpacium quantum eſt ex parte ſui ē maximum: qđ illa potentia poteſt pertranſire.

¶ ad tertium accedēdo quod eſt argumenta quedam diſſoluere. Sic arguo hic fit diuiſio reſpectu potētie actiue immutabilis: aliquod pōdꝰ poteſt ſortes ſubſtinere per tempus ⁊ aliquod nō ergo dabile eſt maximum ꝙ ſic: vel minimum qđ nō et tamen nō datur maximum: igitur prima pars antecedentis: patet negatiua verificatur pro maiori: ergo reſpectu potentie actiue fit diuiſio: et reſpectu immutabilis: quia ſic pro aliquo verificatur affirmatiua ꝙ nō pro maiori: datur enim vnum graue equale potentie ſubſtētatiue ſortis: ſicut datur vnum graue equale reſiſtentie vnius medij: ꝙ ſi in ſummitate eius poneretur non deſcenderet: et per conſequens medium illud ſubſtētaret illudꝰ graue. Sed ꝙ illud non ſit maximum pondus ꝙ ſortes poteſt ſubſtentare per tempus probatur: volumus ꝙ ſubſtentetur ꝑ vnam horam a ſorte: ſequitur ꝙ maius pondus poterit ſubſtentare per dimidiam horam quin ſuccumbat. ¶ Ad hoc argumentum reſpondetur ꝙ ſi ꝑ ſubſtētare intelligatur ꝙ ſortes nihil debilitetur necqꝫ deprimatur in viribus: ſic non verificatꝫ affirmatiua ſubcontrariarum: quia etiam lapillus ſuffocādo ſpiritus non poteſt ſubſtentari per tempus. Si tamen per ſubſtentare intelligatur tenere ſuper ſe cum aliquo detrimento: tunc illud pondus equale potentie ſubſtantiue eſt maximum ꝙ pōt ſubſtentari ꝑ tempꝰ quia maius illo faceret hominem cadere et non ſubſtentare.

¶ Pro calce iſtius materie noto, ꝙ etiam apud opinionem cōmunem bene conceditur: ꝙ datur maximum pondus quod ſortes poteſt portare: et hoc ſuper naturaliter. Quod erit hoc mō: ſi ſint infinita pondera a duobus vſqꝫ ad quattuor: ita ꝙ primum ſit vt duo ſecundū vt tria, tertium vt tria cum dimidio vſqꝫ ad quattuor excluſiue: tūc omnia illa pondera ponanꝫ in infinitis locis: et ſortes potētie vt quattuor: et in infinitis cum eis iam illud pondus ſortes poteſt portare: et eſt maximum quod poteſt portare mediante etiam copula de extrinſeco tempore: conceditur iſta immediate poſt hoc dabitur pondus in equale maximum quod ſortes poterit portare: patet ſi ſit nunc vnum pondus vt quattuor et immediate poſt hoc incipit diminui. Tunc immediate poſt hoc illud pondus erit portabile a ſorte erit maximum inequale quod poterit portare: quia illud poterit portare īmediate poſt hoc: et nullum maius illo poterit portare.



## ¶ Tratatus de reactione. Caput. i.

Celebris queſtio de Reactione: in qua queritur vtrum omne agens in agendo repatiatur. Hec queſtio duos continebit articulos. Primus eſt opinio Calculaculatoris, partem negatiuaꝫ defendens. ſ. ꝙ nullum agens in agendo repatiatur: cuius totum fundamentum ē probare illam famoſam propoſitionem eſſe falſam. ſ. Omnis qualitas magis actiua eſt minime reſiſtiua et econuerſo. Credit igitur Calculator omnem qualitatem tantum eſſe actiuam ſicut reſiſtiuam: et ꝙ ſi debet poni diſparitas in actiuitate et reſiſtentia latitudo reſiſtentie eſt maior quam latitudo actiuitatis Quod quinqꝫ rationibus comprobare nititur.

Ratio. i. ¶ Prima ratio. Latitudo actiuitatis cuiuis rei tradita eſt ad producendum ſibi ſimile. Latitudo vero reſiſtentie ad conſeruandum ſe. Iſta de ſe nota ſunt: ſed intimius eſt vnicuiqꝫ rei ſe conſeruare quam ſibi ſimile producere ſeu facere. hec etiam de ſe nota eſt. Igitur maior debet eſſe latitudo reſiſtentie in quauis re quam latitudo actiuitatis. Cui rationi dupliciter reſpondeo concedendo maiorem: et diſtinguendo minorem. Intimius vnicuiqꝫ rei ſe conſeruare quam ſibi ſimile facere. De natura particulari fateor, ſed vniuerſali nego. Pro cuius declaratione noto ꝙ ſicut legiſlator traditurus leges, pro bono reipublice tradidit illas non aſpiciendo ad cōmodum proprium ſue perſone vel alterius particularis: ſed ad bonum cōmune. Ita ſummus opifex deus conditurus vniuerſa potius curauit omnibꝰ rebus tradere vim aliquam qua vniuerſum perficiatur: quam ꝙ ſe tueantur: et quia latitudo actiuitatis eſt ad producendum ſibi ſimile et ad bonum vniuerſi. Latitudo vero reſiſtentie eſt pro defenſione cuiuſcunqꝫ rei: benemerito latitudinem actiuitatis fecit in vnaquaqꝫ re maiorem latitudine reſiſtentie.

Ratio. 2. ¶ Secunda ratio. Suppoſito ꝙ actiuitas attendatur: et reſtentia penes multitudinē forme. Volo probare ꝙ caliditas vt octo ſit tante actiuitatis et reſiſtentie ſicut frigiditas vt octo: quod eſt totum fundamentum alterius opinionis euertere. Probatur tamen illud ſic. Omnia que equaliter habent de forma; equaliter habent de reſiſtētia et actiuitate. Hec apparet per ſuppoſitionem notam: ſed caliditas vt octo, et frigiditas vt octo, habent equaliter de forma. igitur habent equaliter de actiuitate et reſiſtentia. Minor nota eſt: igitur concluſio eſt vera, quod eſt intentum. Et confirmatur: caliditas vt octo tota ſua forma reſiſtit et agit: igitur tantum agit ſicut reſiſtit: igitur latitudo actiuitatis et reſiſtentie non ſunt diſpares in eadem qualitate.

¶ Ad argumentum reſpondetur ꝙ illa maxima, omnia que habent equaliter de forma habent equaliter de actiuitate et reſiſtentia: eſt vera in rebus eiuſdem ſpeciei: vt comparando caloreꝫ calori: et frigiditatem frigiditati: In rebus tamen diuerſe falſa eſt. Nam caliditas vt octo creata ſub equali multitudine forme cum frigiditate vt octo ē viuatior fortior in agendo quaꝫ alia. Talis eſt enim ſua ſpecies.

¶ Ad confirmationeꝫ reſpondetur negando iſtam conſequentiam: caliditas agit ſe tota: et ſe tota reſiſtit: igitur tantum agit ſicut reſiſtit. Nam ſol eodem inſtrumento quo maturat vnum pomum putrefacit. Non igitur ſequitꝫ eodē inſtrumēto agit et reſiſtit: ergo tantum agit ſicut reſiſtit. Cuius exemplum eſt pulchrum: forma ignis ex natura calefacit: et ex natura deſiccat: et quantuꝫ poteſt tantuꝫ deſiccat: ergo tantum gradum ſiccitatis producet ſicut et caloris. Nego conſequentiā. Nā ſtat eideꝫ rei plura conuenire naturaliter, vnū per prius et aliud per poſterius. Et ſic caliditati vt octo conuenit naturaliter agere et naturaliter reſiſtere. Per prius tamen conuenit agere quam reſiſtere: et ideo latitudo actiuitatis eſt maior quaꝫ reſiſtentie in quauis qualitate.

¶ Tertia ratio Calculatoris ꝓbās ꝙ nullum agens in agendo repatiatur eſt quia alias idem alteraretur motibus contrarijs. Conſequens eſt falſum: et contra Ariſtotelem metheo. 4. Et ſequella probatur: ſit vnus ignis diſtans ab vna aqua pedaliter in quam agat et ab eadē repatiatur. Tūc ſic arguitur, ſi hoc eſſet verum medium illud pedale ſimul calefieret et frigefieret: igitur idem alteratur motibus contrarijs. Conſequentia eſt nota: et antecedens probatur. Nam quicquid agit in extremū agit in medium: ſed ignis calefacit aquā vltra medium pedale: igitur calefacit medium pedale. Rurſum aqua infrigidat ignem vltra medium pedale. igitur tale medium ſimul caleſit et frigeſit. Conſequens eſt falſum: ergo non eſt verum ꝙ omne agens in agendo repatiatur. Rō. 3.

¶ Pro ſolutione huiꝰ argūti nota ꝙ in qualitatibꝰ ſecūdis ſolū danꝫ ſpēs intētionales quibꝰ noticias illarū formemꝰ. In q̄litatibꝰ vero primis danꝫ ſpēs intentionales et reales. Prime quidē ad formandū noticiā tactiuā de his q̄litatibꝰ. Scđe vero vt date ſpēs ꝓducant ſile vnde emanarunt. Spēs aūt intētionales experitꝫ qui manū frigidā applicās igni dolet vngues: nāqꝫ illđ euenit ex ſola apphēſiōe caloris: veluti ꝯtrarij nullo ibi calore ꝓducto. Quo Scō. de penis dānatorū ꝓſequēdo credit corpa dānata ab igne pati poſſe ex ſola ignis apphēſiōe ꝗuis ibi nullꝰ calor ꝓduceretꝫ. Has ſpēs duplices Mar. i. de gñā, Cal. c. de reactiōe Iacobꝰ for. i li. de intē. remiſ.

conuenientiam et differentiam aſſignamus. Prima conuenientia ꝙ ſicut ſpecies intentionales ſunt in inſtanti: ita et reales. Scḋa conuenientia ꝙ ſicut ſpēs cōtrariorū non ſunt ꝯtrarie; ita pari mō ſpēs reales contrariorum non ſunt cōtrarie:: immo quemadmodum ſpecies intentionales albedinis et nigredinis ſe compatiunt in eodem ſubiecto: ita ſpēs reales caloris ⁊ frigoris. Prima differentia eſt ꝙ ſpēs intētionales ſunt obiecta motiua notitie ⁊ repreſentant inſtrumētaliter id quod notitia formaliter. Species vero reales nullo modo repreſentant aliud a ſe. Secunda differentia ꝙ ſpecies intentionalis nūquam producit ſimile illi a quo profluxit. Species vero realis ſemper producit ſimile vnde emanauit: vt ſpecies caloris calorem: et frigiditatis frigus.

¶ Sed ne videamur has ſpecies reales ad placitum cōfingere. Duplici ratione illas eē ponendas perſuademꝰ. Pria ratio: quia ſi nō eſſent ponende agēs naturale facer et aliquid de extremo ad extremum non per medium: quod eſt cōtra Ariſtotelez quinto phiſicorum, ſequella tamen probatur Nam ſol calefacit infimam regionem aeris et nō mediam. Per has autem ſpecies reales ab hoc inconueniēti temporemus. Nam in media regione aeris et in infima ſolent produci ſpecies caloris. Attamen in media regione aeris non producitur calor: quia ibi eſt maior reſiſtentia bene tamen in infima, in qua minor reſiſtentia. ¶ Secunda ratio per quam argumentum ſoluitur: quia ſi tales ſpecies non eſſent ponende idem mouetur motibus contrarijs: vt tertia ratio Calculatoris oſtendebat cui obſtamus ponendo has ſpecies reales. Dicimus enim ꝙ igne ⁊ aqua e regione cōſtitutis: atq; inter illa poſito interſtitio pedali ignis et aqua producerent ſpecies caloris ⁊ frigiditatis et medium recipiet illa ſimul tamquam non contraria, quibus receptis que fuerint potētiores alijs ſibi medium aſſimilabunt: alijs nihil agentibus: ꝙ ſi fuerint ille ſpecies reales eque potentes medium remanebit illeſum: neq; per has, neq; per illas patiens: et per hoc intelligenti patet argumentum non probare ꝙ idem moueatur motibus contrarijs.

Quarta inſtantia.

¶ Quarta inſtātia Calculatoris eſt probans ꝙ nullum agēs in agendo repatiatur: quia oppoſito dato: ſequeretur inter alia agentia naturalia talem poſſe conſtitui naturalem caſum ꝙ inter illa eſſet vna infinita actio et reactio reciproca nullo termino terabilis: Conſequens eſt falſum: ergo ⁊ illa opinio: falſitas conſequentis nota eſt in naturalibus. Namq; agentia omnia vt habetur ſecundo phiſicorum agunt propter finem: ibi autem nullus eſt finis: quia tu aſſeris infinitam eſſe actionem: ⁊ ſequella probatur: ſit vnus ignis et vna aqua inuicem agētia et reagentia: ita ꝙ a quanta proportione actiuitas ignis agit in reſiſtentiam aque ab equali illi actiuitas aque agit in reſiſtentiam ignis: et ſequitur intentum: quod ſic patet ab equalibus proportionibus proueniunt equales velocitates ſeptimo phiſicorum: ergo cum ignis conuertit aquam in ſuam naturam: tam cito aqua conuertit ignem ad ſuam naturam qḋ cum actum fuerit adhuc ignis et aqua in eadem ſunt controuerſia: et enim ad huc ſunt ignis et aqua.

¶ Ad hoc argumentū reſpōdeo premiſſo vno notabili Jacobi forliuienſis, libro de intenſione et remiſſione formaꝝ: ꝙ ſi actio et reactio, proueniāt ab eq̄libꝰ ꝓportionibꝰ actiuitatū in reſiſtētias: ceſſabit reactio cum primum agens et patiēs in extremis ſibi vicinantibus ſeu magis propinquis fuerint aſſimilata: ita ꝙ quando ignis in aqua produxerit latitudinē vniformiter diffōrmē caloris a quattuor vſq; ad non gradum: et aqua produxerit latitudinem vniformiter difformem frigiditatis a quattuor vſq; ad non gradum: ceſſabit actio et reactio: quia in extremis magis propinquis tam agens quā patiens habent quattuor gradus caloris et quattuor frigiditatis. Si vero actio et reactio fiāt a diſpari proportione: ita ꝙ agēs agat in paſſum a proportione quadrupla: paſſum vero reagat in illam a proportione dupla. Tunc ceſſabit reactio quādo agēs traxerit paſſum ad talem diſpoſitionem in qua actiuitas paſſi non ſuperet reſiſtentiam agentis. Hoc habito argumentum diluitur dicendo ꝙ in illo caſu nec ignis conuertet aquā in ſuam naturam: nec econuerſo: ſed ceſſabit actio et reactio quando agens et patiens in propinquis punctis fuerint aſſimilata.

¶ Sed contra hec replicatur vrgenter a Calculatore: ſequitur ex illo ꝙ nunquam agēs naturale poſſet ſibi paſſum aſſimilare: conſequens eſt falſum: quia eſt fruſtrare fines agentium naturalium: ſequella probatur quia ſi tempore quo ignis calidus vt octo agit in aquam: et ab eadem repatitur: ſequitur ꝙ tempore actionis perdidit aliquem gradum de illis octo ꝙ ſi ita eſt non dabit octo gradus: ergo non aſſimilabit.

¶ Reſpondetur ꝙ in hoc monſtratur nature ſagacitas: quia paſſum non integre aſſimilat vna actione aſſimilatiua continuata: ſʒ potius interpolata: prima namq; actione trahit paſſum vt non reagat eius vires confrangendo donec non ſuperet reſiſtentiam agentis: et cum ad illud ventum eſt: relicto paſſo tantiſper ſuper ſe redit deſtruendo peregrinas qualitates ſibi iniectas a paſſo: quod cū effecerit ſe ſtatuit in perfectiſſimo ſtatu: ⁊ deinde ad paſſi aſſimilationem conſumatam redit.

Quinta inſtantia.

¶ Quinta inſtantia calculatoris eſt contra opinionem communem ſi agens in agēdo repateretur ſequeretur ꝙ idem intenderetur et remitteretur: conſequens eſt falſum: ergo et antecedens falſitas conſequentis nota eſt: et ſequella probatur volo ꝙ ſit vnum agens. a. calidum, quod quidē agat in paſſum. b. frigidum et agēs. a. ſi repatitur a paſſo b. frigido repatietur in aliqua parte: a q̄ ſit. c. Tunc ſic arguitur calor. c. intēditur et remittitur: ergo idē intenditur et remittitur ꝙ calor in. c. remittatur clarum eſt: quia paſſum reagit in. c. et non niſi in frigidando. c. igitur remittitur calor. c. ꝙ autem. c. intēdatur: Probatur ſic, quia pars non repaſſa ipſius a. remittit frigiditatem paſſi: ergo a fortiori remittit frigiditatem ipſiuſmet partis repaſſe: quia hec frigiditas partis repaſſe ē minor et proximior parti non repaſſe quam ſit frigiditas paſſi et quidquid poteſt agere in maius qḋ magis diſtat poteſt agere in minus quod minus diſtat: ꝙ ſi remittatur frigiditas partis repaſſe. c. ſequitur ꝙ intendēt caliditas eiuſdem partis repaſſe: et erat probatum ꝙ remitteretur: igitur idem intenditur et remittitur.

¶ Ad hoc argumentum reſpōdetur



premittendo duo. Primum eſt ꝙ quando mediū plꝰ reſiſtit quam extremum non eſt mirum ꝙ fiat actio de extremo ad extremum: et non per medium. Secundum quod premitto eſt ꝙ nullum agens quando eſt in ſua naturaliſſima diſpoſitione ꝓducit ſpecies reales intra ſe: quia producere ſpecies reales eſt ad finem aſſimilandi ſibi aliquid: ſed ſic eſt ꝙ res in naturali diſpoſitione eſt ſibi ſimilima: igitur non producētur ſpecies reales intra ſe. Quibus premiſſis reſpōdeo ꝙ pars non repaſſa licet remittat frigiditatem paſſi: non tamen poteſt remittere frigiditatem partis repaſſe: et ratio eſt quia frigiditas partis repaſſe eſt maioris reſiſtētie: quod euenit quia pro illa frigiditate partis repaſſe tuenda reſiſtit frigiditas illiꝰ ptis agentis intēdētis ſe ꝯſeruare. Et ſpēs reales frigiditatis applicate a paſſo intra illam atq; ipſummet paſſum: quia omne agens appetit conſeruare ſuum effectum. Pro frigiditate vero ipſius paſſi ſolum reſiſtit ipſummet paſſum: et ideo pars non repaſſa: licet remittat frigiditatem paſſi non tamen partis repaſſe: q: eſt illa maioris reſiſtentie quam paſſum.

¶ Tandem notabis ne argumenta inaniter multiplicentur aliquas propoſitiones per quas pateat intellectus iſtius propoſitionis. Omne agens in agendo repatitur.

Pria ꝓpō

¶ Prima propoſitio Jſta ꝓpoſitio Ariſtotelis primo de generatione capitulo de actione: nō eſt vera de agente actione ſpirituali. Nam obiectum agit in oculum et tamen nō repatitur ab oculo.

Secūda ꝓpoſitio.

¶ Secunda propoſitio. Jſta propoſitio. Omne agens in agendo repatitur: intelligitur quando agentis et patientis materie ſunt eiuſdem ſpeciei. Et ꝓpterea q̄uis celum agat in iſta inferiora non repatitur ab ipſis: quia materia celi et materia horum inferiorum differunt ſpecie.

Tertia ꝓpō

¶ Tertia propoſitio. Jſta propoſitio. Omne agens in agendo repatitur: intelligitur in agentibus naturalibus compoſitis ex materia et forma: et in quattuor primis qualitatibus. Dixi hoc quia quamuis deus agat in iſta inferiora non repatitur ab illis: quia deus non eſt agens naturale compoſitꝰ ex materia et forma: nec qualitas prima, de quibus intelligitur noſtra ꝓpoſitio.

Quarta ꝓpō.

¶ Quarta propoſitio. Si agens nō ſolum excedat paſſum in actiuitate: ſed etiam reſiſtētia agentis ſuperet actiuitatem paſſi. Tunc agens in agendo non repatitur: vt patet: quia ignis magnꝰ cum agit in guttulam aque non repatitur ab illa.

Quinta ꝓpō.

¶ Quinta proqoſitio. Si agens habeat paſſum intra ſpheram ſue actiuitatis. Paſſum vero habeat agens extra ſpheram ſue actiuitatis. Tunc agens non patitur a paſſo. Jſta ꝓpoſitio ꝓbatur ſupponendo ꝙ maiori actiuo correſpondet maior ſphera: et minori minor. Tunc ego ſumo caliditatem vt octo cui pono pro ſphera actiuitatis decupedale ſpacium et frigiditatem vt octo quam pono cū ſit minus actiua habere ſpheram actiuitatis quintupedalem. Ponatur igitur ignis vt octo in principio iſtius decupedalis ſpacij: ⁊ frigiditas vt octo in fine ſeptupedalis. Jā ignis agit in frigiditatem vt octo et ignis non repatitur: quia ignis eſt extra ſpheram actiuitatis illius. Propoſitio ergo Ariſtotelis intelligatur de agentibus naturalibus compoſitis ex materia et forma vel de primis qualitatibus: et de agētibus actione corporali: et quando materia agentis et materia paſſi ſunt eiuſdem ſpeciei: et quando agens non excedit actiuitatem paſſi, et reſiſtentiam: Et vltimo intelligatur quando agens eſt intra ſpheram actiuitatis paſſi: et quādo paſſum eſt intra ſpheram actiuitatis agentis.

Marſiliꝰ

¶ Marſilius ſecundo de generatione queſtione decima ſexta facit bonum argumētum quod eſt primum in ordine quo vult ꝓbare ꝙ agens in agendo non repatitur: et arguitur ſic ſicut ſe habet mouēs ad mouere motu locali, ſic ſe habʒ agēs motu alterationis ad agere, iſta patet ex Ariſtote. primo de generatione capitulo de actione: ſed ſic eſt ꝙ mouēs motu locali nō neceſſario ab illo quod mouet mouetur: igitur eadem ratione illud quod mouet motu alterationis non realterabitur: conſequentia videtur nota ex ſimilitudine: et minor probatur: quia deus cuncta mouet motu locali, et non mouetur: ſicut cerebrum in microcoſmo dat cunctis membris ſentire ⁊ non ſentit. ¶ Pro hoc ſingulariter reſpondet Marſiliꝰ dicens ꝙ in qualitatibus motiuis q̄ ſunt leuitas ⁊ grauitas: latitudo actiuitatis ⁊ reſiſtētie ſunt equales. Namq; tanto quanto īpetu actiuitatis exalatio aſcendens fert aerem ſurſum: tanto illa exalatio reſiſtit aeri ne faciat ipſam deſcendere: et ideo mouens motu locali quia tāto quanto impetu pellit rem alteram tanto reſiſtit ne pellatur: dū mouet motu locali non mouetur: ſed quia in qualitatibꝰ alteratiuis q̄ ſunt quattuor ſcilicet, caliditas, humiditas, frigiditas, ſiccitas: nō tāto quanto vigore caliditas agit in frigus reſiſtit frigori: ideo patitur a frigore dum agit in illud.

Secūda opinio.

¶ Secunda opinio eſt opinio communis tenens ꝙ omne agens in agendo repatitur moderationibus adiectis quas poſuimus in opinione precedenti. Hec opinio fundatur primo experiētia ferrum calidum intromiſſum in aqua agit in illā ipſam calefaciendo: et repatitur ab illa quia frigefit ab illa. ¶ Secunda experientia eſt: quia pomum frigidum aſſumptum a manu calida frigefacit illam: et calefit ab illa. ¶ Tertia experientia de duobus gladijs acutis ſe inuicem percutientibus quorum ambo frāguntur. ¶ Ratione ſic probatur ſuppoſita vna egregia differentia Auerrois primo de generatinne commēto vigeſſimo tertio inter mixtionem et generationem: ꝙ in generatione generans eſt vincēs et poſt generationem manet ſaluum: illud vero ex quo generat manet deſtructum quod bene patet dū ignis facit aliquid ex ligno: igne namq; ſaluo permanente lignum deſtruitur. Jn mixtione autem omnia miſcibilia debēt eſſe vincentia et victa. Dum enim quattuor elemēta concurrunt ad mixtionem quodlibet agit in quodlibet: et patitur a quolibet: itaq; pugna cadmica elementa deſtruuntur ex quorum deſtructione mixtum generatur. Tūc ergo arguitur ignis corrumpit aquā: ⁊ eodem tempore aqua corrūpit ignem: igitur agēs in agendo repatitur. Finaliter arguitur autoritate philoſophi tertio phiſicorum et primo de generatione capitulo de actione dicentis, omne agens in agēdo repatitur.

¶ Ad hec omnia Jacobus forliuienſis in primo libro de intenſione et remiſſione forma-

rum parte ſecunda per ordinem reſpondet. Ad pri
mum dicit ferrum calefacere aquam mediantibus
exhalationibus ignitis in poris exiſtentibus q̄ in exi
tu ab aqua tinitū cauſant: et ferrū frigeſcit ab aqua:
non ſecundum illas tempore quo ille agunt in aquā
ſed ſm ſubſtantiam groſſam ferri. Poſtea tamen du
rāte tpe agit aq̄ in exhalationes: itaqꝫ intentio Cal-
culatoris eſt ꝙ nulla res pro eodem tempore ꝓ quo
agit repatitur ſm eandem partem qua agit: ſed be
ne ſecundum aliam. ¶ Ad ſecundam experientiam
dicit ꝙ pomum infrigidat ſpiritus naturales et vi-
tales qui ſunt in manu: tamen ipſum pomum calefit
a manu. Ad aliam experientiam de gladijs ridet de
ea Calculator dicēs ꝙ cum philoſophus dixit: omne
agens ⁊c. Intellexit de agentibus motu alteratio-
nis. ¶ Et ad rationem de mixtione dico cum Auer-
roe ꝙ dum ignis agit in aquam: et ab eadem repati
tur: non ē hoc ſm eādem qualitatem: ſed ignis agit
in aquā calore: itaqꝫ frigiditas aque patitur: ⁊ aqua
agit in ignem hnmiditate: ita ꝙ ſiccitas ignis pati-
tur et per hoc bene patet ſolutio ad auctoritatē: ꝙ
omne agens ⁊c. Non ſecundum eadem partem qua
agit vel non ſecundum eandem qualitatem: opinio
communis que tenet omne agens in agendo repati
maxime fundatur in illo celebri dicto philoſophie q̄
litas maxime actiua eſt minime reſiſtiua: quam qui-
dem proportionem per experiētiam cōprobamus.
Caliditas enim excedit omnes qualitates in actiui
tate et exceditur ab omnibus in reſiſtentia: ita ꝙ eſt
actiua vt octo et reſiſtiua vt vnum: quod ſic proba-
tur. Nam homo aliquis minus durat in igne quā in
aqua: et morbi calidi citius interimunt quam frigi-
di: ergo caliditas eſt maioris actiuitatis quam reli
que omnes: ꝙ autem ſit minoris reſiſtentie: patet: q̄r
manus calida citius frigeſcit quam frigida calefiat:
ergo caliditas eſt minoris reſiſtentie quam frigidi-
tas: ꝙ autē frigiditas ſit maioris actiuitatis quam
humiditas et ſiccitas probatur: quia caliditas ⁊ fri
giditas vocantur ab Ariſt. metheo. quarto qualita-
tes actiue: et humiditas et ſiccitas paſſiue: et nō ꝓp
ter aliud niſi, quia caliditas et frigiditas ſunt maio
ris actiuitatis quam humiditas et ſiccitas: ꝙ autem
humiditas ſit maioris actiuitatis quam ſiccitas ꝓ-
batur: quia corde in lira citius humectantur in hie
me quam deſiccentur: et ꝙ humiditas ſit maioris re
ſiſtentie quam frigiditas patet: quia aqua magis ē
natura frigida quam humida: et tamen magis con-
ſeruatur humida: ergo humiditas eſt maioris reſiſ-
tentie frigiditate. ¶ Notabis tamen ſuper hoc ꝙ ca
liditas et frigiditas vocant̄ qualitates actiue: quia
diffiniuntur per agere. Humiditas vero et ſiccitas
paſſiue quia diffiniuntur per pati. diffinitiones ve-
ro harum qualitatum ab Ariſtote. traduuntur ſecun
do de generatione. Caliditas eſt qualitas cōgrega
tiua homogeneorum, ⁊ diſgregatiua etherogeneo
rum: quod tu vides in ligno combuſto: cuius cine-
res ad vnam partem: fumus totus ad aliam: flāma
tota ad aliam declinant. Frigiditas vero eſt quali-
tas cōgregatiua tam homogeneorum quā ethcoge
neorum, vt vides de frigore congelante in luto pale
as terram et lapides: et quia congregare eſt agere
bene merito caliditas et frigiditas vocātur quali-
tates actiue. Humiditas vero eſt qualitas bene ter
minabilis tēro alieno, non tn̄ tēro ꝓprio: vt patet de
aqua que per ſe non ſiſtit a motu ſed per aliquod ex
trinſecum detinens. Siccitas eſt qualitas bene ter
minabilis termino proprio: male tamē termino alie
no. Nam res ſicce que habent ex natura fortiter reti
nent de nouo: tamen non bene recipiunt. Et quia ter
minari pati ē: bene merito iſte qualitates diffinite ꝑ
pati: vocātur paſſiue: q̄r caliditas et frigiditas ſunt
actiue: quia fortioris actiuitatis. Humiditas vero
et ſiccitas paſſiue: quia minoris actiuitatis. Et ꝑ hec
que dicta ſunt ſaluat opinio cōmunis ꝙ omne agens
in agendo repatitur. Nam cum in qualibet actione
comparetur actiuitas reſiſtentie: et ponamus calorē
vt octo et frigiditas vt octo habere actiuitatem vt
ſex: et humiditatē vt octo habere actiuitatē vt quin-
qꝫ et ſiccitatem vt octo habere actiuitatem vt quat-
tuor cum dimidio. Reſiſtentias vero compones hoc
modo: ꝙ ſiccitas vt octo reſiſtat vt quattuor et humi
ditas vt octo reſiſtat vt tria et frigiditas vt octo reſi
ſtat vt duo et caliditas vt octo reſiſtat vt vnū. Uides
tu ꝙ cōparādo actiuitatē caloris ad reſiſtentiā frigo
ris habet proportionem quadruplā: et actiuitas fri
goris ad reſiſtentiam caloris ſextuplam. Igitur in
ter calorem et frigus per hunc modum ſaluatur ac-
tio et reactio. Non eſt tamen ſub ſilentio preterevn-
dū ꝙ cū dr̄ q̄litas maxime actiua eſt minime reſiſtiua
et maxīe reſiſtiua minime actiua. Non ē intelligēdū
ꝙ latitudo reſiſtentie in aliqua qualitate excedat la
titudinem actiuitatis eiuſdem. Nam ſi ſic vt bene de
ducit Marſilius. i. de generatione. q. 16. ſequeretur
ꝙ humiditas nunq̄ poſſet agere in ſiccitatem. Seq̄l
la ꝓbatur. Nam ſi reſiſtentia ſiccitatis eſt maior eiuſ
dem: ſic reſiſtentia vt quattuor ⁊ actiuitas vt tria ſic
citatis cum humiditate eadem ratiōe ſit maioris re
ſiſtentie quam actiuitatis quia eſt qualitas paſſiua:
Et reſiſtentia ſiccitatis ſit maior quam reſiſtentia hu
miditatis. A fortiori reſiſtentia ſiccitatis erit maior
quam actiuitas humiditatis: ergo nunq̄ humiditas
poterit agere in ſiccitatem. Intelligas igitur ꝙ q̄li
tas maxime actiua eſt minime reſtiua: inter omnes
reſiſtentias et qualitas maxime reſiſtiua: inter oīes
reſiſtentias eſt minīe actiua. ſ. inter oēs actiuitates.

¶ Uidetur tamen mihi opinionem
hanc nullum ſumpſiſſe fundamentum: neqꝫ vlla Ariſ.
eſt authoritas ꝓ ea: qđ vna rōne ſuadeo. Si calidi-
tas eſt magis actiua q̄ omnes alie. Uel hoc eſt quia
maiorem effectum quo ad multitudinem forme face
re poteſt. Uel quia eundem effectum velotius. Sed
neutro modo: non enim poteſt primo mō: quia equa-
lem effectum quo ad multitudinem forme facit cali-
ditas vt octo et frigiditas vt octo cum vtrobiqꝫ pro
ducatur ſumma latitudo. Neqꝫ ſecundum eſt dicen
dum: quia vel tu cōparas in equali proportione acti
uitatem caloris ad reſiſtentiā frigiditatis: ſicut acti
uitatem frigiditatis ad reſiſtentiam caloris. Et ſi ſic
¶ Ad rationes tamē in contrarium ipſius Gentilis reſpōdetur. Ad primam cum dicit. Sequeretur ꝙ vuea poſſet videri. Rn̄deo negādo ꝯñam, quia non eſt e regione ipſius oculi. Ad ſcðam in qua dicebatur. Sequeretur ꝙ punctus albus cornee appareret albus. Nego ꝯñam, et rō eſt quia q̄nto magis eſt albus: tanto eſt denſior et minus penetrat lumen per illum. Ad tertiā dico ꝙ q̄uis ille vapor videaꝛ ab ipſomet oculo illud eſt q2 ibi ſunt ſpecies vnite: tamen non videtur ab oculo exteriori: q2 ſpēs diſgregantur. Ad quartam rōnē. Sequeretur q̄ð ille vapor videretur in loco vbi eſt. Nego ꝯñam, et ratio eſt quia illa viſio illius vaporis eſt oculo non bene diſpoſito obidq̄ꝫ videbitur obiectū vbi nō eſt. ¶ De ſecundo an ſenſibile poſitum ſupra ſenſum cauſet ſenſationem, p parte negatiua ē Ariſto. 2. de aīa, vbi dicit. Intus exiſtens, phibet extraneū, recipiēs debet eē denudatum a natura recepti. Et confirmatur experientijs et rōnibus. Experientia, quia q̄ comedit alea non olfacit alterum; qui comedit alea: q2 habet ſenſibile ſuper ſenſuꝫ. Similiter qui intrauit in cellam fragrantem pauco tempore tranſacto nō olfacit quia habet ſenſibile ſuper ſenſum, ratione: arguitur quia alias ſequitur ꝙ ſenſus tactus continuo perciperet ſuammet complexionem. Falſitas ꝯñtis nota eſt: et ſequella pbatur: quia obiectum ſemper eſt approximatuꝫ: ergo ſemper cauſabitur ſenſatio. ¶ Item temperatus homo non ſentit ſibi ſimilē temperatum: et illud eſt quia habet quaſi ſenſibile ſup ſenſum, quia habet ſimilem complexionem. Et nota optime ꝙ in ſenſu eſt medium ſenſus et organuꝫ ſenſus. Medium quidem reſpectu ſenſus tactus eſt caro. Organum vero eſt neruus: et quando poniꝛ ſenſibile ſuper medium ſenſus bene cauſatur ſenſatio: non vero quando ponitur ſuper organo. Exēplo mōſtratur hoc: ſi apprehendas manu vnam rem calidā ſentis illam quia ponitur ſuper medium ſenſus q̄ð ē caro. Si vero ponas ſuper neruum diſcoopertum a carne non ſenties aliquid, vt egregie declarat Buridanus. 2. de aīa. q. ppria de hoc. Sed Truſian⁹ monachus. 3. theg. cōmento illius. Nerui vero et tenontes pūctura. Dicit Ariſto. in hec aberraſſe cuius rationes ſunt que ſequuntur, Prima ratio. Videmus ſciſſo neruo maiorem fieri dolorem q̄ ſi non ſcindaꝛ: ergo neruus ſentit ſe ſciſum et ita ſentit ſenſibile ſuper ſe q̄ð eſt numerus. ſ. ſolutio continuitatis. Scða rō. Digito intromiſſo in aurem ſentitur quidam ſonus in aure: ergo ſenſibile ſuper ſenſum cauſat ſenſationem. In viſu tamen non credit hoc eſſe poſſe: q2 ſi obiectum eſt ſuper oculū non illuminatur et ita non videtur. Sed hec opinio falſa eſt. Nam dico ꝙ neruus ſolutus non ſentit ſe ſed carnem ſibi pximā: ⁊ ad aliud de ſono in aure dico ꝙ nō eſt ſenſibile ſuper organum ſed ſuper mediū: fit aūt ille ſonus quia vapores qui per aurem egrediuntur digito claudēte reflectuntur ad intra et mouent aerem circulariter.

Gentilis.

Truſian⁹

Ariſtote.

## ¶ Quintum probleuma.

De aīa ſi reqrit corpus organizatum

Utrum anima vt producatur requirat corpus organizatum.

Et arguitur pro parte affirmatiua authoritate Philoſophi. 7. politicoꝝ dicentis. Id quod eſt viuere pluribus indiget organis. Et ſimiliter authoritate Phi ſecundo de anima dicentis. Anima eſt actus corporis phiſici organici potētia vitam habētis. Pro declaratione huius queſtionis primo noto mirabiles organizationes que fiunt vt anima in corpore infundatur: de mente Auicenne. fen. 21. 3. c. de generatiōe embrionis. Prima operatio eſt generatio ampularum: quaꝝ vna fit ex ſemine viri p magnū deſcēſum ſpirituum vitalium ſub ea et generat cor. Deinde ad partem dextraꝫ generatur alia ampulla pro epate ex ſemine viri ad quam deſcendit magna quantitas ſpirituum naturaliū. Tertia ampulla generatur ſuperius ad quam maior quātitas ſpirituū animalium confluit: et illa eſt pro cerebro. Secūda operatio in organizatione embrionis eſt guttaꝝ ſanguineaꝝ impartitio. Et credit Gentilis doctrina. 5 de membris ca. i. iam ibi aliquam rem animatā adeſſe: q̄re indiget nutritione obidq̄ꝫ attrahit ſanguinem vt nutriat. Tertia operatio q̄ð totum apparet ſicut ſanguis coagulatus eo q̄ð defluit ad matricem quantitas multa ſanguinis. Quarta operatio eſt ꝙ totum apparet ſicut caro maſticata eo q̄ð ſpiritus genitiu⁹ iam incipit formare membra. Quinta operatio ē linearum diſtinctio. ¶ Et nota q̄ð prima operatio completur ſex diebus. Secunda tribus. Tertia ſex diebus. Quarta duodecim. Quinta nouem diebus. Et ſcðm q̄ð virtus informatiua eſt fortior aut debilior: et ſemina ſunt melius aut deterius diſpoſita: ita hoc tempus q̄ð dicitur formationis embriōis prolongatur aut tardatur. Namq̄ꝫ in maſculis tempus formationis embrionis eſt. 35. diebus: aut. 40. In feminis vero ppter eſſe frigidiores tempus formationis eſt. 40. aut. 45. dierum. Si aūt quiſpiam peteret quid vocamus tempus formationis, dico ꝙ eſt tempus in quo ſemen perfecte organizatum pōt recipere animam, et nō ante illud: et ſi queras vñde nobis conſtat q̄ð fiunt ampulle ſex diebus ⁊c̄. Dico ꝙ cōſtat nobis ex abortibus: q2 mulier faciens aborſum ſexta die emittit q̄ſi ampullas, et nona die emittit illas ſanguine perfuſas: et ſic de alijs.

Auicēna. de quinq̄ꝫ operationibus que fiūt in matrice pro formādo embrione

Notab. i.

de formatione embrionis

¶ Noto ſcðo ꝙ ſpiritus genitiuus ante oēs has operationes deſcendit per ipſum ſemen concauādo et facit vnam viam longam que vocatur vmbilicus per quam nutritur fœtus q̄diu eſt in vtero materno non enim celebrat primam digeſtionem, et facit ille ſpiritus genitiu⁹ tres paniculos primus vocatur ſecundina: quia ſecūda eſt a partu, ⁊ componitur ex duplici paniculo inter quem duplicem paniculuꝫ multiplices venas componit et texit quas omnes terminat ad venas matricis mulieris per quoſdam cotilidones ⁊ deportat ſanguinem de matrice ad venas illas: et tandem vmbilicalē et iſte paniculus circuit infantem a capite vſq̄ꝫ in pedes ⁊ q̄nq̄ꝫ exit fœtus cum toto illo coopertus: et putant mulieres ꝙ debet eſſe monachus: quandoq̄ꝫ vero in motu quo mouetur infans ad exeundum rumpitur et primo infans egreditur, ⁊ poſtea ſecundina. Ubi notabis vnum mirabile ꝙ ſecundina hec et ſi per no

Notab. 2.

uem menſes maneat intra vterum cum infante non putreſcit putredine graui preſeruata a calore naturali infantis, ſed ꝙ primum infans egreditur ſtatim ſi detineat per tres dies putret tanta putredine ꝙ interficit. Deinde fit alius panniculus contentiuus ſudoris a capite vſ ad vmbilicum. Poſtea fit tertius paniculus ab vmbilico vſ ad pedes qui recipit vrinam toto tempore quo puer eſt intra vterum. Et non eſt datus aliquis paniculus ꝓ ſuperfluitate prime digeſtionis: quia in puero dum eſt in vtero nõ fit prima digeſtio, ideo nec ſuperfluitas eius.

Notab. 3. Ariſtote.

¶ Notabis tertio ꝙ ſemẽ, vt ab Ariſtotele diffinitur in libro de animalibus eſt ſuperfluitas alimenti vtilis ⁊ vltimi habens omne. Ad cuius diffinitionis intellectum noto ꝙ ſemen a quibuſdam ponitur ſuperfluitas in quarto tertie digeſtionis, ita ꝙ ſit pars cãbij quod retrocedat per venas vſ ad vaſa ſpermatica: et tandem ad teſticulos. Quidam vero cogitant qđ eſt ſuperfluitas humiditatis geniture in oribus venarum. Alij vero, et verius dicunt ſanguinem dealbari a vaſis ſpermaticis et in ſemen cõuerti. Sunt autem vaſa ſpermatica vene quedã cõpoſite ex ramis venarum emulgentium et arteria adorti. Teſticulos autem fore neceſſarios credit Ariſtoteles, non tanꝙ effectiue cõcurrentes ad ſemen, ſed tanꝙ neceſſarij, vt teneant vaſa ſpermatica aperta: vt lapides inliciatorij qđ probat q̄r ſerpẽtes generant ſine teſtibus. Et Ariſtoteles narrat de quodam tauro qui abſciſſis teſticulis impleuit vaccam. Spadones nam non generant, non quia non habeãt ſemen: ſed quia habent vaſa ſpermatica corrugata ne per illa tranſeat ſemẽ, ſicut vmbilicus exſiccatur in adulto cum eẽt apertus in puero. Et ſic declaratur diffinitio ſeminis. Semen eſt ſuperfluitas. ſ. in quanto non in quali alimenti vtilis et vltimi, ideſt tertie digeſtionis habens omne. i. habens omnem virtutẽ paternam. Habet enim ſemen duplices partes. ſcꝫ. quandam ſubtilem ſpirituoſam que aut eſt tres ſpiritus animalis, naturalis, et vitalis, aut vnus tertius per ipſorum actionem conflatus qui dicitur ſpiritus genitiuus virtus informatiua et a quibuſdam propter excellentiam ſuorum operum dicit eſſe anima tus. Habet etiam ſemen aliam partem groſſam corpulentam et ex illa fiunt membra ſpermatica nobilia. Sed ex ſemine femine habẽt fieri membra ſpermatica vilia, vt os cartilago neruus. Nam nobilia voco cerebrum, epar, cor, ſtomachum. Et ex ſanguine menſtruo quo ad partem puram efficit tota caro que eſt membra carniformia data ad replendum rimoſitates ſpermaticorum, ſicut lutum ad replendũ rimoſitates parietis.

Nota. 4. Auicẽna.

¶ Notabis quarto ꝙ triplex tempus ſm Auicennam nono de animalibus reperitur in fœtu. ſ. tempꝰ formationis. i. organizacionis quod variatur iuxta varietates narratas: et tempus motus quod eſt duplum excluſiue ad tempus formationis. Tempus vero partus eſt duplum: excluſiue ad tempus motus qđ practicatur hoc modo. Ponas qđ triginta diebus qđ eſt minimum tempus formationis ſuit embrio formatus ſexaginta alijs diebꝰ ſequentibus eſt tempus motus. i. in quo ſentit moueri fœtus intra vterum. Sed centum et viginti diebus tranſactis ſuper hos eſt tempus partus: quod eſt minimum tempus. ſ. ſeptem menſibus. Sed ſi eſſet tempus formationis triginta quin diebus tempus duplum excluſiue, ad illud eſt ſeptuaginta dies. Et duplũ ad hoc excluſiue ẽ centũquadraginta dies qđ ẽ octo menſes et quin dies. Si vero tempus formationis eſt quadraginta dierum, erit conſequẽter calculando partus ad nouem menſes. Et ſi adhuc tempus formationis magis tardetur (quod inſolitum eſt) erit tempus partus decimo mẽſe: (quod etiam inſolitum eſt.) Et ita habes cauſam naturalem quare quidam partus fiant ſeptimo mẽſe, quidam octauo, quidam nono.

Nota. 5.

¶ Notabis quinto ꝙ ſemen (ſi Ariſtoteli credamus) deciditur ꝓ maiori parte a corde ꝓpter quod ſm complexionem cordis ita generantur femelle vel maſculi. Cor enim frigidum ꝓducit feminas, et calidum maſculos operatur ſm Auicennam ca. de generatione embrionis. Semen quo ad magnam ſui partem deciditur a membris principalibus. Dicit enim hec verba: a membris principalibus ẽ ſicut fons, et a reliquis ſicut reſudatio. Dubium tamen eſt inter principalia a quo maior quantitas ſeminis decidatur. Ad quod reſpondeo ꝙ maior deciditur ex corde ſecundario ex epate, q̄r illa membra habent plus de ſanguine: et ſemen imediate fit ex ſanguiẽ: ergo ab illis deciditur plꝰ de ſemine. Sed quidam arguunt ꝙ plus decidatur a cerebro duabus rationibus. Prima ratio, quia abſciſſis venis ſubeticis fit homo ſterilis: et cauſa eſt, vt inq̄t Matheus de gradi ſuper nono almanſoris ca. de apoplexia, quia per illas venas tendunt ſpiritus vitales, vt fiant animales: et deſcendit magna quantitas ſeminis et ſpirituum animaliũ, quibus venis abſciſis fit homo ſterilis. Secunda ratio, quia non eſt membrum qđ ita debilitetur in actu venereo ſicut cerebrum: ergo plus ab eo extrahitur de ſemine. Tertia ratio poſſet addi, quia qui nunꝙ coiuit non ẽ caluus ⁊ ſi caluescit: neceſſario coiuit, vt Ariſt. in libro tertio de animalibus: et in q̄rta particula ꝓblematum cuius cauſa eſt: quia qui multum coit cerebrum tantũ deſiccat vſquequo pilli nõ poſſint in capite firmari ſicut nec herbe in terra ſicca. Sꝫ iſte rationes non multum conuincunt. Ad primam dicitur ꝙ ſi cerebrum maxime debilitatur non eſt quia ab eo plus de ſemine extrahatur: ſꝫ quia eſt debile et exangue cuius debilitas eſt in cauſa: ꝙ ſi parum extrahatur: magis debilitetur ꝙ̄ reliqua omnia. Ad ſecundam rationem reſpondeo qđ illud eſt quia abſciſa eſt via per quam deſcendit ſpiritus animalis. Ad tertiam non probat niſi qđ cerebrum eſt maxie debile: rõne cuius magis debilitatur et decaluatur. ¶ Nota tamen qđ a membris particularibus contingenter deciditur ſemen et ſpiritus: ideo monoculus aliquando monoculum, et claudus claudum generat.

Matheus d gra.

Nota. 6.

¶ Notabis ſexto aliqua egregia de ſanguine mẽſtruo dꝫ prĩo ſanguis mẽſtruus a menſe q̄r ꝙ mẽſe euenit vel a mene grece. i. dfectu q̄r ſepe euenit in defectũ lunari et iſte principaliter abũdat in femina humana: preſertim ſicut dicit Galenꝰ. 14. de vtilitate particularis ca. 6. Et Ariſto. 3. de hiſtorijs animaliũ quia natura fefellit feminã generando in ea plus de ſanguine ꝙ̄ poſſit in naturam conuertere: vel inſenſibiliter reſoluere quo ad partes aquoſas: et tunc eſt neceſſarium illum ſanguinem expellere per aliquem locũ determinatũ: et cauſa fuit quia deſcendit ille ſanguis per matricẽ ipſam exaſperando vt retineatur ſemen. Jdeo Ariſto. dicit



loco precitato idem fore penitus generationis menſtruorum et conceptionis quod eſt in ſecundo ſeptenario. Et factum eſt etiam hoc intentione vt cum mulier eſſet pregnans iſte ſanguis retineretur et nutriret fœtuꝫ: et vt poſtea ſanguis ille cederet in lac nutriturum fœtum.

Nota. 7. d ſanguine menſtruo.

¶ Notabis ſeptimo ꝙ triplex ẽ ſanguis in femina. ſ. menſtruus improprie dictus talis qui iam eſt in concauo matricis receptus inutilis fedus peſſimus deſiccans plantas, inficiens ſpecula vina acetoſans tempore impregnationis fetum inficiens producens in eo malam qualitatem que ꝓparet poſtea ſanguinem fetus ad ebulitionem ⁊ feruorem maximum: vel ꝗ̄ ſi fermentum relinquens reliquias que cedant poſtea in variolas ⁊ morbilos hic improprie dictus eſt menſtruus, nec hic eſt qui retinetur quando fit retentio mẽſtruorum. Nam per flobotomiã non extrahitur ſanguis extra venas. Secundus eſt ſanguis qui quo menſe paulatim ãgregatur donec in tantam quantitatẽ accreſcat vt natura exonerandi cauſa illum deponat in concauum matricis: hic eſt ſanguis vocatus periodicus: quia ad certos terminos expellit. Ex hoc nõ credit Gentilis non poſſe nutriri fetum in vtero materno: cuiꝰ contrarium tenet Hugo ſenenſis doctrina quinta d membris. §. poſtea ſanguis: quia alias non poſſet fieri fetus leproſus conceptus tempore de fluxus menſtruorum niſi nutriretur fetus ex tali ſanguine menſtruo. Tertius eſt ſanguis qui ſexta die a conceptione a virtute informatiua attrahitur non ſuperfluus: non periodicus a quo fetus nutritur. Et contingit aliquando mulier cũ concepiſſe vndecimo anno, licet nondum habuerat ſanguinem menſtruum: et ex hoc nutritur fetus in viragine que non habet menſtrua propterea qđ reſoluit ſanguinem ſuperfluum et aquoſitates ſupfluas ſuo multo calore. Et ſi Ariſtoteles dixerit non aduenire tempus conceptionis niſi tempore fluxus menſtruorum intelligas de cõmuni curſu.

Nota. 8. d altercatione iter medicos ⁊ phos de ſemine.

¶ Noto octauo ꝙ eſt magna altercatio inter Ariſtotelem et medicos: vtrum ſemẽ maris et femine concurrant actiue ad generationẽ vel vnum ſe habeat mere actiue: reliquũ vero mere paſſiue. Tenet enim Ariſtoteles ꝙ ſemen maris habet ſe mere actiue: femine vero ſemẽ habet ſe mere paſſiue: ad qđ mouetur propter aliquas rationes. Prĩa ratio quia ſi ſemen maris haberet ſe actiue et paſſiue ſequeretur ꝙ eadem cauſa eſſet efficiens et materialis quod nunꝙ cõceditur. Item ſequeretur ꝙ femina poſſet concipere ſine concubitu maris: quia poteſt decidere ſemen quod eſt agens: et menſtruuꝫ quod eſt materia membrorũ propter qđ dicit Ariſtoteles: et Auerrois ſecundo colliget qđ femina ſine ſemine deciſſo ab ea poteſt concipere, vt patet in ea que violenter paſſa eſt ſtuprum. Dicit tamen ꝙ ſemẽ femine requiritur, vt os matricis lubricum fiat: et ſic ſemen precipitet ad interiora: et etiam requirit vt femina maiori auiditate concipiat. Et hãc opinionem ſequuntur Doctor ſanctus ⁊ Doctor ſubtilis ſuper tertio ſententiarum proſequentes materiaꝫ de maternitate Beate Virginis. ¶ Sed ad rationes Ariſtotelis reſpondent medici. Galenũ ſequentes ꝙ in ſemine eſt duplex pars quedam ſpirituoſa: alia groſſa corpulenta: prima concurrit mere actiue et non paſſiue. Secunda concurrit mere paſſiue et nõ actiue: et ſic dicunt non eſſe inconueniens ꝙ aliquid ſm diuerſas partes ſit efficiens et materia. Ad aliã rationem que eſt ꝙ mulier poſſet concipere ſine concubitu viri. Reſpondeo negãdo ſequellam: quia ſemen femine eſt agens ſubordinatum dependens ab altero in ſua actione. Galenus tamen credit vtra ſemina eſſe actiua et paſſiua: et adducit hanc rationem quam ponit Jacobus de forli. ſuper libro de generatione embrionis queſtione quinta: ſuppoſito qđ effectus determinatus requirit cauſam determinatam: ſed videmus ſepe filios ſimilari matribꝰ, vt patet de cane cocunte cum vulpe qui facit canem ſimilimum vulpi: et de equo cocunte cum aſina qui facit mulum magis ſimilem aſine. et de cane cocunte cum tigride femina qui facit canem mire velocitatis ſuper omnes canes. Tũc ſic arguo: iſti effectus qui habent eẽ in filijs ſimilibus matri magis quã patri nõ poſſent eſſe niſi mater ageret aliquid illic quod non facit pater. Ex quo infertur ꝙ filij vt plurimum ſimilantur patri in complexione: matri vero in compoſitione: propterea qđ complexio eſt preſtantior compoſitione: ergo a preſtantiori agente datur complexio quam compoſitio.

Jacobus forliuienſis

Nota. 9.

¶ Notabis nono ꝙ eſt difficultas vtrum cor primo viuat quam cetera membra: et videtur pro parte affirmatiua ꝙ ſic quia cor: vt dicit phs in. li. de animalibus eſt primum viuens ⁊ vltimũ moriens. Item primo introducuntur qualitatiue diſpoſitiones ad vitam in corde quã in alijs membris: ergo cor primo viuit quam alia membra. In oppoſitũ ſunt rationes: quia ſi cor primo viueret quam alia mẽbra: ſequitur ꝙ ꝗ̄ eo tempore nutriret: ſed hoc non poteſt eſſe niſi per ſpiritum animalem datum a cerebro et naturalem datum ab epate: ergo cerebrum ⁊ epar iam ſunt. Item ſi cor primo eſſet animatũ et deinde reliqua membra: ſequitur ꝙ anima rationalis eſſet in diuerſis locis ſeparatis naturaliter: nota eſt falſitas conſequẽtis et ſequella probatur: q̄r ampulla epatis ꝓnitur diſcontinuata ab ampulla cordis et in illis duabus ꝓducit anima rationalis: ergo aliqua anima eſſet in pluribus locis naturaliter diſcontinuis et ſeparatis. In hac queſtionẽ aliter reſpõdẽdũ cenſemus ſm illos qui ponũt plures animas in eodem et aliter ſm ponentes vnam animam. vt bene dicit Thomas de garbo tractatu. 5. ſue ſumme queſt. tertia: ſm nam priores prius animatur cor anima quadã vegetatiua vel ſenſitiua quam reliqua membra. Sed de anima itellectiua omnia eque cito animantur. Secũdum vero poſteriores adhuc ſunt bipartiti: quidam ponunt ſucceſſionem animarum: vt thomiſte: alij vero nõ. Secundum priores cor primo animat anima vegetatiua: ſm vero poſteriores non primo cor animatur. ſed omnia membra ſimul: ⁊ dictum ariſtotelis qđ allegauimus in parte ante oppoſitum ꝙ cor eſt primum viuens et vltimum moriens: intelligit de vita in actu ſecũdo ⁊ nõ in actu primo. Sed Jacobus de forliuio primo li. de generatione embrionis queſtione ſecunda credit membra ſimplicia prĩo animari quam organicã, quia cum organica conſtentur ex conſimilibus prius diſponitur materia conſimilium quam materia organicorũ: ergo prius conſimilia animant. Item inter organica primo cor animatur, quia primo eius materia diſponitur cũ fiat prima ampulla pro corde deinde epar animatur: et poſtea cerebrum: ⁊ poſtea membra nõ

Thomas de garbo.

Jacobꝰ d forliuio.

principalia. Sed oppoſitum eſt verum: quia licet debita diſpoſitio qualitatiua precedat primo in conſimilibus quam in organicis: tamen non precedit debita diſpoſitio quantitatiua et organica. Qui tenent ꝙ cor primo animatur: dicerent ipſum cor vegetare ⁊ ſentire per ſpiritum animalem et naturalem qui interim creatur a ſpiritu genitiuo. Nam qui poteſt facere cor: poterit etiam facere tales ſpiritus. Et ſm tenentes cor primo animari quidam dicunt ipſum concurrere ad faciendum alia membra: quidam vero dicunt ſpiritum genitiuum alia facere ſicut fecit cor.

¶ Pro complemento huius ꝓbleumatis diſquiram alia probleumata hic: primum ſit. Propter quid femina tardius in vtero et citius extra vterum completur. Ad quod reſpondeo cum Dino de Florētia ſuper libro de natura fetus folio. 61. ꝙ ratio eſt quia ſemen femine procreatiuum eſt frigidius et aquoſius: obidqȝ a calore naturali tardius in vtero organizatur: ſed extra vterum citius complet augmentum femina ipſo maſculo: quia femina eſt humidior ipſo maſculo propter quod citius extēditur extenſione quam debet habere. Secundo ex intentione nature: quia natura habuit intentionem faciendi maſculum principaliter: ideoque magis tardat in eius perfectiōe extra vterum: ſed femina eſt maſculus orbatus vel occaſionatus, vt Ariſtoteles primo de generatione animalium. Tertio dici poteſt ꝙ periodus femine eſt breuior quam periodus ipſius maſculi: ergo periodus perfectionis femine eſt breuior quam periodus perfectionis maſculi.

Dinus de florentia.

Ariſtote.

¶ Queritur de cauſis maſculi ⁊ femine et hermafroditi. Ad quod reſpōdet Egidius romanus multas fore cauſas: quas ponit in libro de natura fetus. Prima cauſa eſt. Semen calidius et cor calidius. Hec enim operantur maſculum: quia a tota ſpecie maſculus eſt calidior femina. Secunda cauſa eſt. Caſus ſeminis in partem matricis dextrā que calidior eſt. Nam illic geſtātur maſculi. Tertia cauſa. Teſticulus dexter potētior: quare ruſtici pro generatione maſculi ligant teſticulum ſiniſtrum tauris et arietibus. Quarta cauſa eſt. Etas generantis: nāqȝ ſenes generant feminas et iuuenes maſculos. Ex quo poteſt haberi cauſa hermafroditi ſm medicos quando ſemen maris et femine concurrunt eque potenter.

Queſtio de cauſis maſculi ⁊ femine.

¶ Dubitatur preterea vtrum vngues generentur a virtute informatiua fetus? Ad quod reſpondet Dinus de florentia ſuper libro de natura fetus folio. 62. ꝙ fiunt a virtute informatiua ſed minus principaliter. Pro quo nota ꝙ Philoſophus ait ſecundo libro de generatione animalium ꝙ natura eſt ſicut bonus echonomus: quia bonus echonomus perfectiora domus impartitur pro marito et vxore: mediocria pro filiis: adhuc peiora pro ſeruis. Sed oſſa et reliquas ſuperfluitates pro canibus: et ſuperfluitates omnino inutiles pro domo ferat ad campum vt fimum: ita natura virtutis informatiue ex ſemine quo ad partem perfectam facit membra principalia: et quo ad imperfectam facit membra minus principalia: ⁊ ex ſuperfluitatibus mēbri principalis quod eſt cor facit vngues: qui maximum habent iudicium ſuper valitudinem cordis.

Dubitatur a vngues generentur a virtute informatiua fetus.

¶ Petitur preterea an maſculus ſit femina calidior cum videamur dixiſſe maſculum generari ex ſemine calidiori. Ad quod reſpondetur ꝙ maſculus a toto genere eſt femina calidior. Sed Conciliator differentia vigeſima ſecunda: credit in auibus de rapina maſculum eſſe frigidiorem femina. Sic enim videmus acipitres maſculos minores et minus audaces feminis: et cauſa inquit eſt: quia in iſtis animalibus coniungitur caliditas ſexus cum calore complexionis ratione quorum corpus tantum deſiccatur quod ſiccitas maior quam debet reddit corpus frigidius quam oportet. Sunt autem hec animalia valde calida de ſua complexione quod monſtrat: quia digerunt carnes crudas: ideoqȝ porus fellis maior ad ſtomachum eſt terminatus et ideo colera mittitur multa ad vigorandum digeſtionē: ideoqȝ iſte aues habent egeſtiones albas ſicut canes: et icterici propter coleram non mitti ad inteſtina.

¶ Queritur vtrum omnia animalia generantia ſi ſunt femine procreent lac. Reſpōdeo ad hoc ꝙ lac eſt quedā humiditas incrudata a mamillis: nec eſt inconueniens digeſtū incrudari apud actionem diuerſi inſtrumenti. Nota preterea ꝙ animalia que geſtant in vtero illa procreant lac ex ſanguine menſtruo tendenti ad mamillas, vt animal quod intra vterum non habuit perfectum augmentum extra vterum perfecte augeatur. Si enim in vtero tantum creſceret dilaceraret matrem in exitu. In animalibus tamen que non geſtant fetus intra ſe: non generatur lac: quia illa generatio lactis fiebat ad reparandum animal ex molli alimento vſqȝ ad perfectam quantitatem que non potuit acquiri intra vterum propter periculum matris. Ubi notabis ꝙ in viris aliquando viſum eſt lac generari in magna quantitate, vt dicit Auicēna nono de animalibus quod euenit propter hominem illum multum ſanguinem procreare. Nota preterea ꝙ animalia bruta gerunt mamillas intra coxas: et non ſic femina humana: quia cum ambulet figura recta femina humana impediretur in motu: non ſic autem impeditur brutum: quia ambulat figura prona: et tot geſtat mamillas quot filios parere poteſt. Nota preterea ꝙ matrix mulieris habet ſeptem cellulas dumtaxat, vt Auicenna nono de animalibus: tres ad dextram: et tres ad ſiniſtram et vnam in medio: nec propterea credas ſolum ſeptē filios poſſe geſtare. Nam Ariſtoteles dicit nono de animalibus ſe vidiſſe mulierem que eiecit quattuordecim paruulos valde ſicut vermes. Et Auicēna eodem nono de animalibus dicit ſe vidiſſe mulierem que eiecit ſeptuaginta. Ex quo patet gemellorum cauſam non eſſe ex caſu ſeminis in diuerſas cellulas matricis: ſed potius ſeminis eterogeneitatem et multitudinem.

Utrū oīa aīalia generēt lac.

¶ Pro complemento huius ꝓbleumatis notabis id quod Dinus de Florentia notat ſuper libro de natura fetus folio. 80 ꝙ pullus qui generatur ex ouo generatur ex albumine et non ex vitello: quia albumen licet ſit frigidum in ordine ad corpus humanum: eſt tamen calidum calore celeſti in ordine ad pullum nutritur tamen ex vitello. Et ſi aliquando dicit Auicenna vitellos ouorum eſſe frigidos et humidos: ſicut videtur dicere Fen prima tertii capitulo de ſoda ex ebrietate. Nam dicit cibi iſtorum ſint de illis in quibus eſt infrigidatio et humectatio et ſubtiliatio ſicut ſunt vitelli ouorum. Dicendum ad hoc ꝙ tales vitelli ſunt frigidi de per ac



cidens, vt ſi miſceantur cum ſucco arantiorum vel agreſte.

## ¶ Sextum probleuma.

## Utrum albedo in pillis capitis cauſetur propter debilitatem caloris et flegma putrefactum.

Notabile primum.

Pro declaratione huius ꝓbleumatis noto primo ꝙ pilus eſt quedam ſuperfluitas fumoſa calida ⁊ ſicca a tertia digeſtione eleuata dicitur primo calida et ſicca ad differentiam aliarum ſuperfluitatum tertie digeſtionis quarum vna eſt frigida et humeda ſudoralis: reliqua frigida et ſicca terreſtris que polluit manus: alia ē calida ⁊ ſicca et hec dȝ eē ſuperfluitas in q̄li ad ſīam ſeminis: et eleuatur vſqȝ ad poros membrorum a quibus pellitur: et cum ad aerē egreditur congellatur et accipit formam pili: et poſtea egreditur alia fumoſitas que pellit priorem: et ſic pilus elongatur et creſcit: requiritur ergo vt pilus coaleſcat caliditas adurens fumum: quare in mulieribus non eleuantur barbe: quia non eſt tāta caliditas vt in viris: nec in ſpadonibus: propterea quod teſticuli ſunt ſpeculum reflexionis caloris corporis humani. Requiritur etiam ꝙ porus corporis non ſit omnino latus quia non retineret fumum vt fiat radix pilli: quare habētes poros valde latos in facie non barbeſcunt. Requiritur etiam ꝙ pori non ſint valde clauſi vt fumi nō exeant: propter quod mulieres non barbeſcunt: et homines flegmatici ſunt abſqȝ pillis: colerici vero et ſanguinei ſunt piloſiores. Nota ſecundo ꝙ quidam pilli cauſantur ex neceſſitate materie: quidam vero propter decenciam: ex neceſſitate materie cauſantur pili in capite quia caput eſt maxime humidum et caminus totius corporis ad quod vniuerſi fumi corporis deferuntur. Propter decentiam vero cauſantur pili in mento et non in genis nec in naſo: quia anima dirigit fumos ad locos decentes. Super quo nota de mente Ariſtotelis quinto de generatione animaliū: Et Auicenne fen ſeptima quarti. Et Thome de garbo tractata quarto ſue ſumme queſtione quarta ꝙ a quattuor cauſis fiunt colores capillorū. Prima cauſa eſt cutis: preſertim in brutis animalibus in quibus cutis propter ſuam groſiciem eſt maior cauſa coloris quam in hominibus in quibus eſt cutis ſubtilior. Secunda cauſa eſt quantitas aduſtionis. Nam ſm quod aduſtio eſt maior vel minor: ita colores ſunt magis nigri aut minus nigri: propter quod pueri habēt capillos flauos: reliqui vero iam adulti ſi ſint maxime calidi habent capillos nigros. Tertia cauſa eſt flegma putrefactum gratia cuius ſenes in quibus caput efficitur debile in calore naturali habent capillos albos propter putrefactionem que fit in eis ex debilitate innati calidi propter quod eleuantur fumi dealbari. Quarta cauſa coloris eſt aer deſiccans qualiter videmus ſegetes dealbari quando a ſole multum deſiccantur: et ſimiliter videmus capillos conualeſcentium deſiccari: quia priuantur nutrimento: ideoqȝ capilli ferentium pileos eē magis nigros quam ruſticorum. Et ſimiliter propter magnum timorem aliquis ſubito effectus eſt canus ex illa retractione fumorū a pillis: et propter eſſe agens deſiccans. ſ. membra: vbi capilli figūtur: propter quod capilli abſciſſi nō dealbantur quia non eſt ibi agens deſiccans ſicut eſt in membris conualeſcentis vel timentis.

Ariſtote. Auicēna. Thomas de garbo

¶ Notādum eſt vlterius quare quidam homines nati ſunt cani in omnibus capillis. Ad quod reſpondetur multipliciter. Primo ꝙ eſt paſſio hereditaria quemadmodum quidam hereditant a patre guttam artheticam ex hoc quod ſpiritus genitiuus indiſpoſitus diſponit male membra ab illo confecta: ſic pari modo ſpiritus ille deciſus a patre vel matre indiſpoſuit membra ita vt generēt pillos albos. Uel dic ſecundo ꝙ iſti naturaliter habent cutem nimis albam et frigidam per quam pilus dealbatur: quia a frigido fit dealbatio. Uel dic tertio habent caput maxime debile: cuius ſignum eſt: quia parum vident et tremunt oculis et capite propter quod concreant flegma putridum vt ſenes ex quo dealbātur. Nota. 2.

¶ Nota preterea de cauſis caluicij. Ad quod dico ꝙ cauſa eſt ſiccitas multa partis anterioris capitis: quare pori tantū denſantur vt non pateat exitus fumus tranſpirantibus propter quod nō fixi capilli cadunt quia non habent humorem in quo fulciantur. De criſpitudine capillorum ſcias cauſam eſſe vel pororum tortuoſitas: vel nimia ſiccitas: ſic vides corrigiam deſiccatam eſſe tortuoſam. Notab. 3.

¶ Preterea notabis ꝙ in cicatricibus hominum, vt Ariſtoteles decima parti. probleumatum non naſcuntur pilli propter cutē que ibi oritur eſſe nimis denſam et calloſam per quam non poſſunt fumi tranſire. In cicatricibus tamen equorum naſcūtur pilli propter eſſe cutem carnoſam bene calidam et poros eſſe apertos, vt Philoſophus decima particula probleumatum. Nota. 4.

## ¶ Septimum probleuma.

## Queritur vtrum aqua ſit ſubtiliſſimum humidorum.

Et arguitur pro parte affirmatiua authoritate Philoſophi in de ſenſu et ſenſato dicētis. Aqua eſt ſubtiliſſimum humidorum quod experientia probat Conciliator. 21. particula probleumatū probleumate. 15. quia ſi aqua teneatur in manu: et oleum teneatur in manu magis retinetur in manu de oleo quam de aqua: quia aqua eſt magis curſibilis: ſed oleum magis detinetur et paulatim diffunditur: propter partes eſſe tenaces: aqua vero in omnem partem dilabitur, vt bene demonſtrant machule facte ex oleo. Oleum enim habet duplicem ſubſtantiam vnam aeream ſubtilem: reliquam vero viſcoſam tenacem que quidem poſita in alambico quo ad partem viſcoſam tenacem euaporat tota: quia propter concatenationē partiū nō ſubtiliatur nec attenuatur: ideo ſola pars aerea in alambico vertitur in aquam: et illa aqua eſt ſubtiliſſima: et eſt ita penetratiua ſicut balſamum: pro hac etiam parte facit quod aqua vino cōmixta facit vinum eſſe ſubtilius et magis penetrare: et propterea vinum potans parum lymphatum magis inebriat quam purum, vt Ariſtoteles tertia probleumatum. Et Auicenna tertia primi capitulo de regimine cibi et potus. Per oppoſitum videtur quia frigiditas eſt cauſa groſſiciei: ſed aqua ē frigidiſſima: ergo maxime groſſa.

Philoſo. Concilia.

¶ Pro huius ꝓbleumatis deciſione noto ꝙ inter omnes aquas laudabiliſſima omniũ eſt aqua fontalis deſcendens a loco alto que currit ſuper lutum non fetidum: quia illa cõtinuo renouat et eſt ſubtilis que non onerat ſtomachum et mundatur a ſuperfluitatibꝰ terreſtribus ꝓ adherẽtiã luti: iſta tamen aqua laudabilior eſt pluuialis quia ſubtilior: ſed facile propter ſuam ſubtilitatẽ eſt corruptibilis et propter partes etherogeneas: ideoqꝫ vt ſit ſalubris et non putreſcat iubent ei miſceri acetoſa/ Aque tamen ſtagnales et lacunales ſunt peſſime quia groſſiſſime eo ꝙ non ſubtiliantur per motum ⁊ facile fetent et putreſcunt quod euenit propter ſolẽ maiorem circa eas cõtrahere moram. Auicenna ſecunda primi ſuma de aquis inquit ꝙ aquã putealis eſt melior ſtagnali et lacunali ꝓpterea ꝙ puteus habet aqueductus per quos renouatur: peſſima tamẽ eſt ſi aqueductus ſint plumbei; quia inquit Auicẽna Plumbum habet viſcera ſcoriare et rumpere: et ſi arguatur plumbum eſt frigidum et ſiccum: ergo nõ poteſt ſcoriare quia que ſcoriant ſunt calida. Dicendum ad hoc ꝙ plumbum habet multum de argento viuo quod per interius ſcoriat: ratione cuius excoriat. Et ſi dicatur ſi plumbuꝫ ponatur ſuper nodos diſſoluit illos quod fit repercutiendo et infrigidando: negetur ꝙ repercuciat: ſed ſua grauitate diſſoluit: aut calore ſulphuris et ſiccitate argenti viui diſſoluit nodos: et hoc eſt verius/ Aque vero aluminoſe inquit Auicenna loco allegato proſunt fluxui ventris et emorthoice paſſioni eo quod alumen eſt deſiccatiuum et ſtypticum/ Aque vero ferree proſunt laxitati corporis ⁊ egreſſioni ſpermatis inuoluntarie que dicitur paſſio gomorrea. Super quo nota errorem Conciliatoris prima particula probleumatum, vbi queritur: quod eſt melius cauterium de ferro an argento: et dicit ꝙ melius eſt de ferro: quia ferrum eſt calidum. Sed illud eſt falſum, vt bene dicit Auerrois quinto colliget capitulo de medicinis ſumptis ex mineralibus, vbi credit aſſeueratiſſime ꝙ ferruꝫ eſt frigidum et ſiccum: Et ideo reprehendendus eſt conciliator ſicut ipſum reprehendit Saťinarius capitulo de debilitate ſtomachi authoritate Auerrois/ Aque vero eree proſunt corruptioni complexionis: quia ſunt calide licet comedere vel coquere in vaſis ereis eſt maxime pernecans propter eruginem eris quam ſemper procreat/ Aque vero que tranſeunt ꝑ mineras auri ſunt maxime cordiales et confortatiue: immo videmꝰ fruſtula auri proiici in iuribus caponum ad confortandum egros.

¶ Notabis preterea vnum ꝙ dicit Ariſtoteles particula vigeſima tertia probleumatũ probleumate quadrageſimo ꝙ aqua paludis eſt dulcis et potabilis lauãs et purgans; cuius declaratio conſiſtit in quoddam dicto Conciliatoris. Primo notat ꝙ purgãs eſt quod ab interioribus trahit: lauãs vero eſt illud qꝺ iam extractum depellit; vnde res q̃ hoc faciũt ſunt amare et vnctuoſe. Nam ratiõe amaritudinis purgant ratione vnctuoſitatis adherẽt ipſis ſicut videmus in ſapone qui eſt confectus ex oleo et cineribus calce et alumine et aqua ratione cinerum calcis penetrat. Nam amarum ſui penetratione et adherentia magis facit apertionem venarum quam acutum, vt dicit Meſue et ratione olei adheret ſordicies: et ratione aque lauat: et ita videmus ius blete auferre maculas: quia habet partes amaras et vnctuoſas: aqua paludis habet partes vnctuoſas ex terra ſuper quaꝫ eſt: et habet partes amaras ratione cuius aqua paludum eſt aptior labandis veſtibꝰ: nec inconuenit quo ad diuerſas partes eſſe dulcem et amaram.

¶ Sed circa hanc materiã de aquis dubitatur propter quid aqua quieſcens apparet nitida: ⁊ aqua a deorſum in ſurſum mota apparet nigra. Reſpondet Philoſophus. 25. probleumatum probleumate. 41. ꝙ duplex eſt cauſa; prima quia ad rem apparere diaphanaꝫ requiritur ſubalternatio pororum, vt dicit Philoſophus. 11. probleumatum ꝓbleumate. 58. et quia propter celerem motum non videtur iſta ſubalternatio: Sequitur ꝙ nõ videtur aqua nitida. Secunda cauſa eſt ꝙ propter motum miſcentur partes: ratione cuius tollitur ſubalternatio pororum.

¶ Queritur preterea propter quid vnde fluuii apparent ridentes; et vnde pelagi non. Ad quod reſpondet Philoſophus. 23. probleumatũ probleumate primo ꝙ cauſa eſt quia in parua aqua ſufficit vẽtus eleuare plus aliis quomodo eſt motus labiorum inridente: ſed multa aqua qualis eſt pelagi reſiſtit ne fiat illa eleuatio ⁊ ſi fit cauſatur ex magno vento eleuanti magnas vndas. Pro cuius declaratione nota eſſe magnam differentiaꝫ inter hos terminos, vt dicit Conciliator illic/ mare/ pelagus/ lacuna/ palus/ lacus/ ſtagnũ/ riuulus/ fluuius. Nam mare eſt congregatio multarum aquarum: et pelagus eſt eius immenſa vaſtitas ⁊ profunditas. Lacuna eſt aquarum congregatio vbi fluuii intrãt mare et habet reſpiraculum ex mari et eſt minus ſalſa ꝙ mare. Palus eſt aqua non multum profunda ſuper terra cenoſa aliquo modo potabilis, in qua poſſunt plante creari: ſed lacus eſt aqua male potabilis inter montes exiſtens inepta pro creatione plantarũ Stagnum vero eſt aqua inter parietes concluſa.

¶ Queritur propter quid aliquãdo procelle et vnde antecedunt ventũ. Ad quod reſpõdet Philoſophus loco citato probleumate ſecundo ꝙ aer eſt fluxiſſimus ⁊ laxiſſimus: obidqꝫ ſi vna pars eius moueatur non totus mouet: ſed aque ſi vna ꝑs moueatur et reliqua mouebitur q̃uis illam non moueat ventus ſed alia pars aque.

¶ Rurſum queritur. Quare naues accedentes ad portum ſunt ponderoſiores quam in pelago: et quare a portu in pelagus difficilius mouentur quam econuerſo. Reſpondet Philoſophus 23. probleumatum ꝙ aqua maris eſt groſſior et grauior omnibus aliis aquis quia habet plus de terreſtreitatibus ꝙ monſtrat a ſigno quia ouũ in aqua dulci ſubmergitur et in mari ſupernatat: quare cum in pelago ſit magna profunditas ⁊ multa groſſities reſiſtit diuiſioni: et in ponto eſt minor quantitas aque: obidqꝫ facilius naues ſubmerguntur qꝺ dicit Ariſtoteles accidiſſe hominibus venientibus cum nauibus oneratis de aqua ſalſa ad dulcem ſubmergi.

¶ Secunde partis cauſa eſt quia principiũ eſt plus ꝙ dimidium totius: et qui in principiis claudicant non poterunt in fine ambulare; iuxta Philoſophum Ariſtote. ſecundo de celo. Qui diſtat a principio per vnum paſſum: diſtabit a fine per bis mille. Et naues veniẽtes a pelago in pontum veniunt cum impetu cũ quo facile tranſeunt pontum: et a ponto nondum acquiſiuerunt impetum: ideoqꝫ claudicantes in principio difficilius progrediuntur.



¶ Querit preterea Philoſophus propter quid aqua dulcis frigidior ẽ ſalſa quod ita eſſe monſtrat experientia quia aqua maris poteſt exuri et non aqua dulcis: cuius ratio eſt: quia omne ſalſum habet partem vnctuoſam: que eſt pabulum ignis quod dicit Ariſtoteles monſtratur quia a ſale Ariſtote. poſito ad diſtillandum per alambicum egreditur oleum: ergo mare eſt calidius aqua dulci: et etiam ratione quia omne ſalſum eſt calidum et ſiccum.

¶ Querit preterea Philoſophus: quare ad tollendum tempeſtatem naute proiiciunt anchoram: ad quod preſupponit illud quod dixerat tertia particula probleumatum probleumate vigeſimo ꝓmo ꝙ omnia mota motu recto velociſſimo mouentur in orbem vt monſtrant antemne nauis et plume ſagite velociter mote que mouẽtur circulariter ideoqꝫ dicit ꝙ anchora velociter pulſa intra mare ventum girantem quia ipſa mouet circulariter defert intra mare: et quando fiunt quedam ampulle paruule ſuperius eſt ſignũ ſerenitatis quia eſt ſignũ ibi adeſſe paucam ventoſitatẽ que mare concutiat.

¶ Queritur preterea propter quid pontus eſt nitidior quam mare egeum: ad quod notat Ariſtoteles ꝙ pontus venit ex tanai et deſcendit in boſſorum quod eſt ducentorum miliariorum in longitudine et duorum in latitudine: ⁊ ex aduerſo conſtantinopolis et iſte deſcendit in mare egeum poſtea in ſilicum: deinde in tirrenum quod eſt mare romanorum: poſtea in ſardonicum: deinde in gades Herculis. Cauſa ergo eſt quia in ponto eſt aer ſpiſſior, et omnia diaphana cum ſpiſſantur fiunt albiora: vt patet de niue et chriſtallo: in Egeo vero aer eſt ſerenior. Secunda cauſa eſt quia ad pontum decurrunt multe lacune quarum color tendit ad albedinem.

¶ Queritur preterea propter quid prope mare in aurora non fit aura: ſed prope fluuios fit aura. Ad quod reſpõdetur quod fluuius eſt quid ſtrictum a quo exhallationes eleuate facile perueniunt ad litus: mare vero eſt ſpacioſum ratione cuius exhallationes eleuate ſparguntur per mare. Secũda cauſa eſt quia mare eſt vntuoſum ⁊ propterea calidum obidqꝫ non eleuat auram refrigerantem.

¶ Queritur preterea cur melius diſſoluit ſalem aqua ſalſa quam dulcis: ⁊ videtur quod melius deberet diſſoluere dulcis quia eſt frigidior et omnia que coagulãtur a calido diſſoluuntur a frigido: quarto metheororũ. Dicendum ad hoc ꝙ aqua dulcis cum ſit ſubtiliſſima cito penetrat ⁊ non diſſoluit: ſed ſalſa adheret et moram cõtrahens diſſoluit: et ad rationem reſpondeo ꝙ coagulata a calido diſſoluuntur a frigido contrarianti qualitatibus generationis: ſed poſſunt etiam diſſolui a calido merito putrefationis. Exemplum eſt bonum de membris q̃ ſunt coagulata a calido et diſſoluuntur a calido putrefaciente.

¶ Propter quid aque prope mare dulces ſunt et aque ſalſe calefacte efficiũtur dulces Reſpondeo ad primum quia colantur per arenam multam et penetrat dulce ipſius aque quod eſt ſubtilius: et non ſalſum quod eſt groſſius. Et ad ſecundũ dico quod per calefactionem ſeparãtur terreſtria ⁊ ſubſident: ſuper quo nota ꝙ ſalſum male commixtuꝫ per decoctionem efficitur nimis ſalſum: ſed ſalſum valde cõmixtum per maiorem decoctionem efficit ſalſius et amarius.

¶ Propter quid ſuperficialia in mari ſunt ſalſiora: et quare mare ⁊ fluuii concreant arenas et non paludes. Ad primum reſpondetur. Cauſa eſt quia ſalſedo cauſatur ex ſubtili terreſtri aduſto cum humido: et quia tale ſubtile magis ſuper natat: et dum deſcendit inferius deſcendit non aduſtum. Secundo quia a partibus ſuperficialibus ſol eleuat dulce ſi quod eſt in aqua: non autem ab inferioribus. Ad ſecundum nota quid ſit arena: arena eſt lapis comminutus vt dicit Philoſophus: et quia in mari et in fluuiis cõcreant lapides: quia adeſt ibi calor qui materiam terreſtrem ſubtiliet et frigidũ quod induret: et ſic fiũt lapides et propter multam agitationem vehementer concutientem lapides cõminuantur et per tales inundationes lapis factꝰ arena proiicitur ad litora: et vbi fiunt fortiores inundationes fit plus de arena vt in mari. Circa paludes vero quia nec eſt multum frigidum aque: nec tam fortibus agitationibus agitatur propter eſſe vallatam plantis nec concreare lapides non efficitur arena.

¶ Propter quid lapides in mari et conche piſcium fiunt rotunde. Reſpondetur quia materiam vndiquaqꝫ cauauerunt inundationes maris que ferunt in orbem.

¶ Propter quid cum cauamus prope mare. Prima aqua eſt dulcis: alie ꝟo poſtea ſunt ſalſe. Reſpondet ꝙ cauſa eſt quia prima aqua egreditur colata per ſtricta foramina: et ideo ſolum colatur dulce. Sed ſecunda egreditur per latiora foramina: et ideo egreditur groſſius qꝺ eſt in mari.

¶ Queritur preterea propter quid calida aqua perfuſi minus calemus ſi oleo inungamus. Reſpondet a Philoſopho vigeſima quarta ꝓbleumatum probleumate primo. Prio quia oleum eſt lubricum faciens aquam non tenere moram in poris obidqꝫ nec agere: quia ad actionem mora requiritur.

¶ Propter quid putei calent poſt meridiem: et autumnus poſt meridiem eſt calidior. dicendum: quia vſqꝫ ad meridiem ſatis fecit ſol ſi aerem ſubtiliauit et eius frigiditatẽ reiecit: quare poſt meridiem iam paſſo diſpoſito et mora cõtracta amplius calet aer et maxime hoc monſtratur in aere autumni qui eſt ſubtilior.

¶ Propter quid aqua calida linguã non deurit ſecus flãma. Dicẽdum: quia aqua calida non penetrat ſua humiditate ſet flamma ſuis acutis partibus penetrat atque fumoſis vaporibꝰ deurit.

¶ Propter quid calida aqua balneati non ſoluimur vrina ſed a vento ſoluimur. Dicendũ quia ventus penetrando vrinam ciet.

¶ Propter quid vaſorum profunditas non deurit fortiter buliente aqua ipſa tamen in-

ſiri caloris valde deurit. Dicēdum cum Ariſt.24. probleumatū probleumate.5.ꝙ cauſa eſt:quia multum effecta calida ipſa aqua iam fumi qui in profunditate vaſis ꝓpter contrarium fugiebant.iam aſcendunt per aquā ꝓpter quod fundus ē frigidior:ſed quando aqua eſt in fieri calida fumi profunditatis fugiunt a contrario:et retinentur:et eſt calidior:ex quo habebit eadem cauſa quare in oleo feruenti introducta manus et ibi quietata non ita calet ſicut in oleo non feruenti.

¶ Propter quid aqua calida ampullat:ſed non ignis.dicendum:quia in aqua calida eſt ventus et humidum viſcoſum qꝺ cōtineat in igne vero non eſt talis viſcoſitas.

¶ Propter quid buliens aqua nō reſilit ſecus.lens:orobus.argentum.Dicendū ꝙ in ſolido impetus qui proijcit ꝓpter denſitatem eſt fortior obidq; cum aqua ſit fluxa ſpargibilis non ita ē capax impetus ſicut fruſtula argenti. Nam dicit Philoſophus ꝙ multi laborantes circa depurationem argenti facti ſunt diuites per reſilitionem fragmentorum.

¶ Queritur ꝓpter quid in ſole magis ꝙ in vmbra calida infrigidantur/intellige dicit Philoſo.de calidis intenſius ꝙ ſol/cauſa eſt:quia vmbra hoc eſt frigus comprimit vapores rei calide et detinet ſed ſol remiſſa caliditate diſgregat et euaporat.

¶ Propter quid calida aq̄ ſolis balneati egrotant. Dicendum:quia oē tepidum ē laxatiuum penetrat enim calore et infrigidat humore vt Auicenna fen fen.1.4.ſumma de efimeris ⁊ idem 15.ait quod lumē lune prouocat ſcreatum ſanguinis ⁊ albumaſar.5.introductorij dicit lumen lune laxum pigrum paraliticum reddere corpus qꝺ enim feruenter eſt calidum deſicat et calefacit quare hec feruētia calida prohibent putrefationem.

¶ Propter quid hec quidem modico tempore calido infuſa inflantur hec vero fiunt contractiora. Exemplum eſt de hoc in carnibus porcinis que poſite ad humum inflantur de inde deſicantur et cauſa eſt:quia calidum prīo rare facit ⁊ diſtēdit deinde vero exalare facit ea que turgere faciūt ſ.ventos et vapores.

¶ Propter quid a calidis aquis magis fiūt lapides quā a frigidis dicit Philoſophꝰ cauſam eſſe:quia calide aque eleuant exalationes que ſunt materia lapidis quam materiam poſtea mediante frigido indurat propter quod videmus apud paludes non generari lapides:quia ibi lutum eſt valde humidum cenoſum:et ideo non bene exhalabile,ita ꝙ deſiccetur ⁊ induretur.

## ¶ Octauum probleuma: De aere.

PRimo queritur vtrum aer ſit calidus et humidus:in ſua propria ſphera grauis:in omni diſpoſitione reſoluens:nutriēs ſpiritū:cordis euentationi inſeruiens.

HOc probleuma multas continet partes. Quarum pma pars petit aeris natiuas qualitates ⁊ ꝙ ſint ille quas ibi diximus.primo probatur. Primo.Conuenit aeri humiditas in ſummo quoniam eſt cūctorum paſſibiliſſimus quod atteſtatur ſuper eius humiditate ſimiliter Ariſtoteles.2.de generatione ait cuilibet elemento conuenit vna qualitas in ſummo et impoſſibile eſt duas in ſummo eidem elemento:ergo cum ceteris elementis cōueniāt in ſummo relique qualitates hec ſola conuenit aeri in ſummo.Et confirmatur dicit Ariſtoteles.2.probleumatum probleumate.10.ꝙ aer ē primum humidorum quod ſubaudias,vt bene dicit Conciliator de humiditate naturali et eſſentiali. Nam humiditas aquea ē extranea et madefatiua eſt igit̄ aquā humidior aere quo ad multitudinem forme:ſed aer humidior intenſiue vide de hoc Conciliatorem differentia.12/Thomas tamen de garbo in tractatu primo ſue ſumme queſtione.5.credit aerem ſuapte natura nullas ſibi qualitates determinare quod dicit oſtendere temporū varietatem confirmiter ad quam variatur aer:ſed hec opinio nulla ē. Nam ex illo ſequeretur aliquam formam ſubſtantialem eſſe ſine aliqua operatione ⁊ qꝺ aer nullum ſibi locum determinaret/Secūda pars probleumatis ē an aer in propria ſphera ſit grauis Ad qꝺ Philoſophꝰ dicit.25.probleumatum ꝓbleumate.12.ꝙ omnia elementa ſunt grauia in propria ſphera preter ignem quod intellige ꝺ grauitate habituali que eſt quedam qualitas reddēs aerem pronum magis ad deſcendendum quam ad aſcendendum vide que ſcripſimus ſuper hoc quarto phiſicorum.

Concilia.

Ariſtote.

¶ Circa tertiam partem in qua dicebatur aerem in omni diſpoſitione deſicare. Notandum eſt ꝙ hoc fundatur ſuper dicto Auicenne.2.i. ibi dicitur aer in omni diſpoſitione reſoluit propter id quod eſt in eo de virtute ſolis et ſtellarum quod apud multos non habet verum niſi de aere locorum habitabilium namq; ſtat aliquem aerem in loco maxime humido ſicut eſt vltra ſeptimum clima eſſe maxime humidum non deſicantem quimpotius omnia humectātem:ſed alij vniuerſaliter defendunt hoc dicentes aerem in omni diſpoſitione reſoluere ſubſtātifice quamuis humectet qualitatiue et bona analogia eſt de idropico qui totus plenus aqua maraſmatur.

Auicēna.

¶ Dicebatur itaq; in quarta parte euentationi cordis inſeruiens. ¶ Pro cuius declaratione notandum eſt ꝙ dilatatio et conſtrictio cordis ſm opinionē Truſiani monachi cauſatur ex feruore ſpiritus vitalis ſanguinem ſpumificantis:propter quod dicit arteria dilatatur quia repletur et non econuerſo.Conſtrictio vero cauſatur ex introitu aeris frigidi facientis detumeſcere ipſam arteriam et cor:ſed hec opinio eſt falſa quia negat iſtiuſmodi opera fieri ab aliqua virtute anime:quod non credas. Nam cū ſint motus in oēm differentiam poſitionis neceſſario fiunt ab anima:vt Commentator ſecundo de anima,Item cum fiant in aliquem finem ſcilicet ad euētationem cordis neceſſe eſt ab anima fieri,Sed hec opinio eſt falſa quod ſuadeo. Primo



ſequeretur ꝙ negat tres virtutes vitalem,naturalē,et animalem:aut ſaltem non diſtinguit vitalem a naturali:quod eſt in omnes medicos:et Auicēnam doctrina ſexta de virtutibus.Item ſequeretur non differre pulſum fortem et pulſum magnum quod probatur quia fortis ſi attendant̄ penes virtutem fortē regentem talem pulſum:ergo dabilis eſt talis pulſus qui regatur a virtute,et non ſolum ab ſpumificatione vel deſcenſu arterie. Si vero attendatur pulſus fortitudo penes dimēſiones tres valde magnas ſcilicet longitudinem,latitudinem,et profunditatē que agnoſcuntur in modo tangendi digitos medici ad longū manꝰ vel latū aut impellendi:g̃ non differ magnꝰ a forti.Sed veritas ē ꝙ dilatatio ⁊ cōſtrictio cordis et arteriarū fiūt ab aliqua virtute anime que vocatur vitalis:cuius officium eſt ad omnes operationes corporales concurrere et ad dilatationem ⁊ conſtrictionem cordis et arteriarum:et ad faciendum ſpiritus vitales et ad traſmittendum ſpiritus ad extra et trahendum ab intra.Cauſa tamen eſt huius dilatationis et conſtrictionis finis aliquis:finis quidem dilatationis eſt aerem attrahere qui ſit noſtris ſpiritibus emanatio:fierent feruētiores quam expedirent niſi in eorum productione aer refrigeraret illos.Prodeſt etiā ad attrahendū aerem ab arterijs ad cor ſimiliter.Et prodeſt ad remorandū actionem caloris in humidum.In arterijs vero hec dilatatio prodeſt:vt ſanguis et ſpiritꝰ vitalis in eas a corde prorumpat.Prodeſt etiam vt aerem inutilem cordis attrahant:et ſimiliter aerem per exteriores poros ad ſe ducant. Sed conſtrictio cordis prodeſt vt inutilis aer cum fumis caprinoſis refutetur:et ad arterias ſanguis delegetur:et vt in ipſa conſtrictione calor aliquantis peruigoretur. Sed conſtrictio arteriarum prodeſt vt inutilis aer expiret et fumi depellantur:et vt ſanguis arterialis per poros arteriarū reſudet ad venas:vt miſceatur ſanguini venali.Nam ex vtroq; nutrimur.

¶ Ex quo infertur quod quando cor dilatatur arterie conſtringuntur et econuerſo.Nam ſi cor dilatatur ergo recipit aerem tam per os quā ab arterijs:ergo arterie conſtringuntur vt pellant illum aerem ad cor.Rurſum:quando cor cōſtringitur pellit ſanguinem et ſpiritus ad arterias.igitur arterie dilatantur.Et ſic quando cor conſtringitur arterie dilatantur et econuerſo. Et ſi arguas experimento apparet ꝙ ſi ponatis manū vnam ſupra cor:et reliquā ſupra pulſum ꝙ quando pulſat cor ſimiliter pulſat pulſus:ergo quando cor dilatatur dilatatur et pulſus.Dicendum eſt ad hoc quod immo quādo tactui apparet cor dilatari tunc conſtringitur:vt patet in vna re longa que quādo in longū dilatatur conſtringitur in latum:et ſic eſt de corde.

¶ Ex quo etiam infertur ſecundo quod iſte differentie pulſus que ſunt diaſtoles:et ſiſtoles poſſunt eſſe diſpares:non quidem quia ad maiorem diſtantiam eleuetur arteria dilatando quam deſcendat cōſtringendo:ſed quia dato maximo termino dilatationis et maximo conſtrictionis:magis diſtat in dilatatione preter naturam a maximo termino dilatationis quam a maximo conſtrictionis dicitur maior dilatatio quam conſtrictio:⁊ quando magis diſtat a maximo termino conſtrictionis quam a maximo dilatationis dicitur maior conſtrictio quam dilatatio in colericis:et in omnibus in quibus eſt maior neceſſitas euentationis et refrigerij caloris maior eſt dilatatio quam conſtrictio:ſed in flegmaticis et in quibus eſt maior neceſſitas expellēdi fumos quam euētandi eſt maior conſtrictio quam dilatatio. Et tu nota egregie in quo conſiſtat ratio formalis dilatationis et conſtrictionis.Eſt enim dilatatio eleuatio omnium partium circunferentialium arterie a centro ad circunferentiam:ſed conſtrictio eſt depreſſio omnium partium circunferentialium arterie a circunferentia ad centrum.

¶ Erat alia pars ꝓbleumatis vtrū aer nutriat ſpiritum.Ad quam queſtionem reſpondendo in rigore non poteſt dici niſi negatiue:quia ſpiritus non eſt animatus:et aer eſt corpus ſimplex:et ideo nec ſpiritui conuenit nutriri:nec aeri nutrire:ſed ſumitur in hoc ſenſu qꝺ aer ideſt ex aere ſpiritus generatur:quod Galenus credidit eſſe poſſibile.Sed Gētilis fen vndecima tertij tractatu ſecundo capitulo tertio contrarium credidit eo ꝙ aer nō eſt materia appropriata ex qua ſpiritus valeant generari.Non enim vt inquit Philoſophus primo phiſicorum ex quolibet ſit quodlibet:ſed ex determinato determinatum.Ideoq; credit materiam appropriatam ſpirituū fore vapores ſanguinis eleuati ex decoctione eius in ventriculo ſiniſtro cordis.

¶ Sed dubitaret aliquis quare eſt ꝙ arteria pedis pulſet cum in ea non ſit tantus calor ſicut eſt in vena que tranſit per dorſum.Dicendum quod arteria pedis calidior eſt intenſiue eo quod continet in ſe ſpiritum vitalem qui eſt tanquam igniculus.Vena autem non continet illum:et ſi continet:non niſi parum obidq; non eſt illa neceſſitas refrigerandi quamuis igitur ipſa vena ſit calidior extenſiue ipſa arteria:non tamen intenſiue:vel dicas ꝙ vt plurimum cuilibet vene coniūcta eſt arteria:et ab aere illius tranſpirat aliquid per poros vene vnde refrigeretur:et ille paucus aer ſufficit:qui propter ſuam paruitatē non ſufficit dilatare venam.

¶ Dubitatur vtrum aer ſemper moueatur:et an ventus ſit aer motus. Circa primam partem Philoſophus tenuit decimaquinta probleumatum probleumate vltimo quod aer ſemper mouetur cuius cauſam tradidit quia atomi per aerem ſemper volitant qui mouentur ad omnem differentiam poſitionis:et ideo dicit.Vmbram piramidalē ſemper in cono eius moueri circulariter propterea quod aer prope tale extremum illius vmbre circulariter ſemper mouetur.Et hoc credit eſſe verum ꝺ mente Democriti.Probat etiam experientia:quia aer prope feneſtras exiſtens per quas intrant radij ſolis mouetur ſenſibiliter et clare per atomos:ergo etiam extra illa loca mouebitur remiſſe. Secunda pars querit an ventus ſit aer motus:et licet apud Philoſophum multotiens videatur quod ſic:non eſt tamen ita. Et ratio eſt quia ſequeretur non potius ventum agitari debere ad vnam differentiam poſitionis:quam ad aliam.Item ſequeretur quod continuo deberent eſſe venti:quod eſt falſum:quia ſolum ſunt in autumno et vere.Et ſequella patet:quia ſemper eſt aer.Tertio quia venti fiunt ſm directionem influentie:et ſm obuiationem frigidi repellētis in media regione aeris:ſed hec non poſunt fieri:ſi ventus eſt aer motus:ergo ventus non eſt aer motus.

¶ Propter quid aer penetrat corpora ſolida lumen vero non penetrat illa. Dicendū

quia aer nõ neceſſario penetrat per lineam rectam lumini vero neceſſarius eſt inceſſus rectus: et ideo aer penetrat ſpongiam que habet poros tortuoſos: ſed amplos: ſed lumen penetrat criſtallum: quia licet habeat poros ſtrictiores: tamen ſunt ſubalternatim: et aer non penetrat illos propter ſtricturam.

¶ Propter quid ſi quis iacuerit ſe ſuper vtrem inflatum membra ſuper iacentia dolẽt: et apud paludes que ſunt iuxta flumina fiunt ſoni velut tauri boantis. ¶ Ad hoc problema reſpondet Philoſophus .22. problematum problemate primo et ſecundo: quod cauſa eſt prioris partis: quia vtres illi comprimunt aerem: qui compreſſus fortiter redit propter alium aerem cui obuiat: et ſic rediens membra percutit et dilacerat. ¶ Ad ſecundam partem reſpondetur: quod cauſa eſt modus veniendi aque et venti et vaporum a loco anguſto qui eſt prope inicium paludum ad amplum ipſarum. Dat exemplum Conciliator de aliquo boanti circa vas quod in parte ſuperiori ſit ſtrictum: et in inferiori amplum: et recitat de quodam latrunculo qui mittebat vnam cordam cera linitam intra quodam vas in ore ſtrictum et in fundo amplum: et cum ſentiebant illum extrahebat cordam violenter faciendo ſonum ſimilem magno boatui.

¶ Propter quid aurora et crepuſculum veſpertinum ſint frigidiora quam nox: cum magis diſtet ſol a nobis in nocte quam in illis crepuſculis. Dicẽdum cum Ariſtotele octaua problematum problemate decimo ſexto quod illud eſt quia eo tempore ros et pruina cadunt: vel quia per antiperiſtaſim frigus fugiens a contrario lumine efficitur frigidius.

¶ Queritur preterea propter quid omnia que tangunt aquam humectantur ab illa: ideſt madefiunt: aer vero non. Dicendum quia aer eſt ſubſtantia ſolum tangens aquam in ſuperficie. Nam cum ſit leuis ſupereminet: ſed reliqua omnia dempto igne tanquam grauia penetrant et madefiunt.

¶ Queritur preterea propter quid medijs noctibus et in meridie maior ſit ſerenitas et regulariter maior eſt ſerenitas de nocte: quam de die. Dicendum quod ſerenitas eſt a vaporibus purgatio aeris: ſed in meridie vapores reſoluuntur: et in nocte media fuerunt vapores omnes graues facti et deſcenderunt: et poſtea propter maius frigus noctis amplius reprimuntur qui accedere poſſent: Et ſi arguatur: noctes ſm Philoſophum ſecũdo metheorum ſunt magis pluuioſe quam dies: ergo magis ſerene ſunt dies quam noctes. Negatur cõſequẽtia a Conciliatore dicit namq́ quod in noctibus frigus vertit vapores in aquam: ſed dies impedit hãc conuerſionem et multiplicat nubila gratia cuius impedit ſerenitas. Secũda pars dicit noctem eſſe die ſereniorem: quia eſt quod vapores immiſceat ſcilicet ſol: et ſic dicit Philoſophus quod in hyeme terra eſt ſerenior et mare tempeſtuoſius: ſed in eſtate mare eſt quietum et terra non tantum. Cuius ratio eſt quia mare in hyeme per paruum calorem ſolis propter mare eſſe rarum penetrant radij et faciunt ibi ventos agitari et mare commoueri. Sed terra cũ ſit ſolida frigore hyemis prohibet penetrare radios ſolis: et quod non eleuentur vapores: obidq́ terra eſt ſerena.

¶ Queritur propter quid in magis frigidis regionibus quando fit cauma illud eſt prefocatiuum. Ad quod dicit Philoſophus vigeſima quinta problematũ. quod cauſa eſt quia aer eſt dẽſior propter frigiditatem: et ideo quando caleſit recipit ille aer multum de multitudine forme caliditatis: quare per guttur attractus vehementius calefacit et ſuffocat: propter quod dicitur ille aer prefocatiuus: ex quo habes quod aer prope paludes eſt calidior et groſſior propter vapores eleuatos: ideo q́ magis ſuffocat. Prouenit enim ſuffocatio ex indebita dilatatione pulmonis et cordis que maxime fiunt ex vaporibus groſſis et ex aere groſſo: propter quod dicit philoſophus: in mari maius ſentitur cauma: eo quod aer eſt groſſior: et propter groſſitiem ſuffocatiuus.

¶ Queritur propter quid terra et aqua putreſiunt. Aer autem et ignis non putreſiũt. Hoc petit Philoſophus vigeſima quinta problematum problemate decimo nono: et videtur quod ſit falſum: quia cauſe putrefacionis ſunt caliditas et humiditas: ſed ille maxie ſunt in aere: ergo aer poteſt putreſcere. Item peſtilentia nihil aliud eſt quã extranea aeris putrefacio: ad modum remolitiõis aque fetide: vt dicit Auicenna ſecunda primi: ergo in peſtilẽtia aer putreſcit. Philoſophus in problemate citato dicit cauſam fore quia ignis eſt calidiſſimus ideoq́ imputreſcibilis: et aer eſt igne plenus Ait ergo: eſt imputreſcibilis quod intellige de aere puro ſupreme regionis qui habet calorem vehementiſſimum propter quod non putreſcit: ſed aer inferior ratione vaporum admixtorum putreſcere poteſt. Sed de terra et aqua dicit Philoſophus frequentius putreſcere: quia habent plus de multitudine forme ideoq́ admixta cum eis vehemẽtius retinent et propter eſſe denſiora plus caleſiunt ex ſole et plura ſibi, corpora miſcentur de illis que ſol eleuat: obidq́ putreſcunt magis prefatis corporibus dictis.

¶ Propter quid in ſerenis noctibus maior eſt frigiditas quam in nubiloſis per nubes infimas: dicit Philoſophus vigeſima quinta problematum problemate penultimo quod cauſa philoſophorum antiquorum erat quia ſtelle omnes ſunt frigide et inuenientes aerem rariorem infrigidant magis illum. Sed irridet hos Ariſtoteles dicens lunam calefacere: quia quarto de partibus animalium dicit. Noctes in plenilunio fore calidiores: propterea dat ſecundam reſpõſionem: quia cum nubes abſunt: tunc caliditas quam impreſſit ſol in infima regione aeris cito receſſit propter ſubiectum non eſſe denſum: quare pruina et ros procreantur a frigido que diſſoluerentur: ſi propter ſoliditatẽm ſubiecti adhuc remanſiſſet calor in talibus nubibus. ſ; dubitat Conciliator circa hoc: vtrũ ſtelle omnes ſint calide: et arguit quod ſic: primo authoritate Philoſophi in hoc problemate ſecundo. authoritate Auerrois primo de celo qui dicit ſtellas agere in hec inferiora ſolum caloribus elemẽtaribus et non per frigiditatẽ in effectu: oppoſitũ tñ dicunt aſtrologi quãdo dicunt ꝙ ſi ſol et luna coniungantur cum planetis frigidis, vt cum Saturno et Mercurio in ſigno frigido, vt in Scorpione ſit magna aeris intemperies per frigus dicit Conciliator ꝙ iſta queſtio poteſt intelligi quod ſtelle ſint frigide ſecundum naturam ſuam: et hoc non eſt verum quia ſunt quinte eſſentie non determinantes qualitatem elementarem. Si vero queſtio intelligatur ſecundũ operationem cõmunem que ſequitur motum et lucem ſic omnes ſtelle ſunt calide. Si vero ſecundum operationem ſpecialem que ſequitur aliquas proprietates: ſic alique ſunt calide et alique frigide; et hoc ſecundo modo intellexerunt aſtrologi. Primo modo Philoſophus et Auerrois.

Ariſtote.

¶ Propter quid in locis altis magis fiunt euentationes. Reſpondet Philoſophus problemate vltimo dicte particule quia aer intra domos eſt groſſior: et extra ſubtilior: quare ſubintrãs in feneſtras rareſcit adeo ꝙ timeatur ab aere interiori ꝙ incidat in vacuitates: quare egreditur et tãtum interior attenuatur ꝙ rareſcat vt timeatur de vacuitatibus: et ideo aer exterior ingredit: et ſic fit continua euentatio.

¶ Propter quid humor pleno contentus in dolio diffuſus in vtres non ſolum cum vtribus recipi ab eodem dolio poſſit ſed ẽtiã locum relinquere quo plus humoris capiatur. Dicendum cũ Philoſopho particula iam citata: ꝙ cauſa eſt quia quando aliquis liquor diffuſus eſt capit intra ſe multum aeris: ratione cuius dilabitur et diffunditur: et ita diffuſus maiorem locum replet: Sed quando in vtres colligitur aer ille elliditur: ratione cuius in minori loco capitur predictus liquor: et ſic non ſolũ in dolio preexiſtens vinum capitur ſ; etiam vtres: et adhuc magis de liquore: gratia cuius dicit Philoſophus loco eodem citato ꝙ ſi vas cinere plenum ſumatur: et aliud tantum vas ſumatur plenum aque ſi paulatim illum cinerem in alio vaſe equali poſuerimus et aquam ipſam cum tali cinere condenſem[9] occupabit minorem locum cinis ille: quia excluſus eſt omnis aer: et ſic tandem totum quod erat de cinere in duobus vaſis et de aqua capietur intra vnũ vas duntaxat de cinere et aqua.

¶ Queritur preterea propter quid aer bullis contentꝰ aut de imis aque aſcẽdens haud vnq́ madidus emergat: ratio eſt quia humor aque circunſtans in latera dilabitur ſine mora et qui ſupereſtat humor tam exiguus eſt et gracilis vt nihil humectet. Et quia non in concine aeri ãnectitur vẽtus nec diſſonat a litera. a. quoniam aquilo et auſter ab ea inchoant percurram ea que Philoſophus dicit de ventis egregia vigeſima ſexta particula probleuma.

¶ Querit ꝓpter quid ſubſolanꝰ ſolꝰ inter ventos attrahit ad ſe nubes cum reliqui impellere videantur. Reſpondetur a Philoſopho ꝓbleumate primo predicte particule ꝙ cauſa eſt quia terra verſus orientem ad partem ſeptentrionis eſt altior quam in occidente: cuius ſignum eſt ait Philoſophus quia mare occidentale omnibꝰ alijs profundius extat: quare ſubſolanus ab eſtiuo tropico decurrens ad nos verſus occidens mouetur quaſi corda ad arcum: obicq́ dilabitur quaſi in arcum rediẽs a concauo ad cordam: et ideo ſolus hic attrahere nubes apparet.

¶ Querit deinde Philoſophus ꝓpter quid boreas eſt annalis non vero auſter. Ad quod dicit cauſam fore quia nos degimus verſus arton: obidq́ flans a loco propinquiori diutius durat; ſed auſter e longinquo venit ad nos. Secundo etiam quia ventus ex radice ſua ſiccus eſt et humiditas eſt ei extranea: magis autem durat res cum naturali quam cum extraneo.

¶ Queritur preterea propter quid auſter poſt pruinam aut niuem ſpirare ſoleat. Ratio eſt dicit Philoſophus quia pruina aut nix ex frigido caleſcunt et cum omne mixtum poſt ſui productionem fit conſtãtius quarto metheororum et denſius vt mutatur poſt coctionem a contrãrio in contrarium ſequitur ꝙ auſter multiplicetur: tum quia ſol eleuat exhalationes cum humore qui reddat auſtrũ humidum: et ſimiliter ex illa denſitate graueſcens pruina deſcendit.

¶ Queritur propter quid venti ceſſant cum imber ingruerit. Reſpondet Philoſophꝰ quia a concauitatibus nubium emanãt ſpiritus qui dicuntur venti qui quidem madeſcũt quando aqua fuerit conuerſa ex nube cum qua aqua cadente exhalationes madide deſinũt et nõ mobiles ſicut ſunt venti.

¶ Queritur qua de cauſa ſero rubeus celum cras indicat eſſe ſerenũ; mane celo rubeo eſt aqua ſine dubio. Ad quod dicit Philoſophus cauſam eſſe quod vapores exiſtentes ad occaſum inter ſolem et nos cum ſol cito occumbat vapores graues magis de nocte graueſcentes petunt inferiora: nec aſcendunt vt in pruinam vertantur: ſed manẽ celũ rubeũ denotat vapores qui interpoſiti ſunt inter ſolem et nos et ſunt a ſole eleuandi ad locũ in quo vertantur in pluuiam.

¶ Queritur preterea propter quid tropee ex mari ſunt et ibidem perflãt. Reſpondet Philoſophus quia ex terra venti eleuantur ad mare qui ex mari redeunt propterea quod mare eſt inferius et quaſi concauum colligens et conſeruans in loco ſtricto illos vẽtos quos facile reciprocat et ꝓpter ſimilem cauſam dicit Philoſophus perflant euripi quando fluuius eſt in alto et ſimiliter rippe: et illud eſt quia venti tendunt ad locum anguſtũ in quo continue perflant eo quod ventus facile per illam partem diffundatur confluente aere vndiq́ illuc: et ſic videmus circa portas magis eſſe ventos quam in agris.

¶ Propter quid dicitur nunquam nocturnus boreas tertiam accedit ad lucem. Dicẽdum quia de nocte eleuatus debile expiramentum ſuſcepit propter quid raro continuatur.

¶ Queritur. Propter quid in cane auſter flat et in ortu orionis flatus maxime varient. Dicit Philoſophus ad primam partem ꝙ quando canicula oritur ortu coſmico quod eſt ad finem leonis et principio auguſti tunc ſol incipit a nobis declinare et ex eius declinatione tempus caleſit: ratione cuius ventus calidus potius q̃ frigidus eleuetur cõſurget autem humidus quia eodem tempore aque iam incipiunt refrangi: et hoc dicit Philoſophus eẽ naturaliter ſequens caniculam: adeo ꝙ nunq̃ fallat.

Ad ſecundum dicit Philoſophus ꝙ Orion eſt vna imago que apparet ad calcem ſigni geminorum qđ eſt in meſe madij vbi (quia fit mutatio temporis) ad tempus .ſ. veris ad eſtatem et fructuum fit maturatio: et ſignum geminorum eſt ſignum non fixum nec mobilem: ideo commune eſt varietates inducens: et intellige tu de ortu coſmico.

¶ Queritur propter quid tempore eclipſis lunaris cientur vēti ſemper tamen ventus p̄uenit eclipſes: ita ꝙ ſi future ſunt media nocte venit in occaſu ſolis: dicendum ꝙ cauſa eſt q2 luna eſt gubernatrix omnium humiditatum et vaporum propter quod in coniunctione menſtrua eueniunt: et fluxus maiores quam in quadraturis: obidcꝫ luna cū ſole oppoſita diametraliter p̄uatꝰ ex interpoſitione terre: ſed ex illo ſequitur lunaris luminis debilitas propter quod que ſunt in aere humida dilabunt et vagantur q̄ſi male ordinata et regulata: obidcꝫ quia hec luminis priuatio fit primo luna egrediente metas deputatas eclipſi et fit ſucceſiue ideo ante totam eclipſim cientur venti.

¶ Propter qđ Auſter finiens ē pluuioſus minor vero eſt ſerenus multus eſt nubiloſus dicendum quia cum finit tunc eſt aer in frigidatus ſufficienter ita vt nubes vertat in aquam: ſꝫ quando minor eſt cum veniat de longinquo nondū nubes ad nos traxit; cum vero multus eſt iam ad nos deuenit et quia ab āplo ſphere ad anguſtum deuenit nubes congregauit et eſt nubiloſus.

¶ Queritꝰ propter quid hyeme magis mouentur ſubſolani et eſtate zefiri: zefirus eſt occidētalis et eſt inter omnes ventos maxime mitis. Dicendū quia eſtate poſt occaſum ſolis venti dimouentur: q2 aer fuit infrigidatus: obidcꝫ cadūt venti qui a ſole detinebantur ſurſum: ſimiliter ab emiſpherio antipodum tunc eleuātur exhalationes que frigiditate noctis in oriēte antichthonū detinebantur et ſic redeunt ad occidens noſtrum/ et in hyeme ſub ſolani eleuantur: quia eſt eſtas antichthonū et illis occaſus eſt noſter ortꝰ: et quia poſt caſum in eſtate ſol cōmouet ventos illos trahit ad noſtrum ortum quos mouerat in occaſu antichthonum.

¶ Propter quid canes zefiro flāte non inueniunt et ſimiliter ſtellis diſcurrentibus certum iudicium eſt ventorum. Videtur ɔtra primam partem bona inſtantia, quia auſter videtur grauare capur et auditum, q2 dicit Hyppocra. tertia Aphoriſmorum auſtrini flatus grauant auditum caliginoſi capur grauantes ſed odoratus conſiſtit in ſicco: ergo magis nocebit auſter. Dicēdumꝙ auſter flat magis diſtanter a terra et potius adducit temperamētum in odoratu: ſed zefirus vel fauonius flat nimis p̄pe terram quia a ſole eleuatur occumbente: ideocꝫ odores predarum diſpergit. Hyppo.

¶ Ad ſecundū: ſtellas diſcurrere eſt fugere q̄dam antipariſthaſi a cōtrario in qua fuga intimam regionem petunt et ab inflāmatione deſiſtentes materiam venti exhibent deſcēdēdo ad nos.

¶ Propter quid maximas nubes zefirus congregat et venti quando finiunt fiunt maximi. Ad primum dicit Philoſophus: quia zefirus ex pellago flat regionecꝫ maritima, obidcꝫ ex multo



multa congregat licet de ſe ſit delectabilis. Ad ſecū dum dicendum ꝙ cauſa eſt: q2 in principio humidū eſt multum et nondū ſufficienter calefactum et deſiccatum a quibus que in fine habet ſequitur fortis virtus inſufflatiua.

¶ Queritur propter quid Auſter et eurus cū ſint calidiores zefiro et borea ſunt pluuioſi et non ſic boreas et zefirus. Dicenduꝫ ꝙ cauſa ē: q2 cum auſter ſit calidus et veniat ad loca frigida ſilicet ad ſeptētrionem et eurus ſimiliter ſit calidus et veniat ad loca frigida ſilicet ad occidentem neceſſarium eſt eius ſuperficiale calidum ad intra repelli obidcꝫ extrorſum condenſari et calido interiori extra pulſo eliq̄ri ſicut accidit hominibus qui natauerunt qui ad intra reuocarunt calidum qđ poſtea cum impetu egrediens eliq̄t: ideocꝫ ſudamus.

¶ Propter quid vēti d̄ſiccant plus ſole ꝙuis ipſi ſint humidi vt auſter vt videre eſt in faciebus itinerantium quas ventus perflat: dicēdum quia venti ſua ſubtilitate cum ſint exhalationes ſubtiles calide et ſicce et per motū penetrant amplius et extra ducunt humidū ſua ſiccitate virtuali a q̄ nunꝙ expolliantur/ ſol vero habet ſe ad inſtar ignis aſſantis qui ſuperficiem deſiccat et cruſtam generat ad intra retro pellentem humidum quare aſſata dicit Philoſophus metheororum quarto ſunt humidiora elixatis.

¶ Propter quid zephirus ventorū delectabiliſſimus reſpondetur q2 nec maxime frigidus vt boreas, nec maxime calidus vt reliqui et q2 flat in eſtate ad occaſum et p̄pter ad occaſum oriri paucus inſurgit: qui ſi multus eſſet fortiter ſufflans corpora rara inueniens in eſtate deſtrueret.

¶ Propter quid zephirꝰ et omnes alij venti vehementius flant a montibus non quibuſcuncꝫ. Dicendum quia ab alto exhalationes in imum maiori impetu deſcendunt quam ſi per planuꝫ currerent. dixi non quibuſcuncꝫ: quia Philoſophus ait ſecundo metheororum. Et Albertus magnus. 4 ſui introductorij et Tholomeus libro ſuo ad artem ſphericam vapores eleuantur a terra per decem et ſex ſtadia: quodlibet autem ſtadium continet quadringentos cubitos: atcꝫ a ſuperficie terre vſcꝫ ad locum eleuationis vaporum ſm̄ Alazem tractatu de crepuſculis ſunt duo milliaria et decima vnius milliaris: ac tertia vnius decime: quare dicunt prefati authores ad montem olimpuꝫ mire celſitudinis nec ventos nec pluuias vllas attingere: cuius iudicium eſt ꝙ cineres vnius ſacrificij remanerent pro alia olimpiade: quare ſacrificaturi ferebāt ſpongias plenas aqua et aere frigido: vt ex illis anhelarēt: a tali ergo monte non deſcenderent venti.

¶ Queritur. Propter quid Auſter facit mare nigrum et boreas liuidum: et boreas incipiens eſt magnus: finiens paruus: econtra vero auſter. Dicendum ad primum quia auſter eſt nimium vaporoſus: obidcꝫ multa ſecum defert quibus mare commiſceat: ſed boreas eſt ſerenus: obidcꝫ non multa mari permiſcet. Ad ſecundum videtur falſum quia inquit Philoſophus metheororum ſecundo. Propter quid venti omnes cum incipiunt ſunt minimi imo: hoc videre eſt (dicit Philoſophus) in fluuijs et



in ſagitis emiſſis. Dicendum ꝙ non intellexit Philoſophus propterea ꝙ boreas eſſet in principio maior ꝙ ipſemet in proceſſu: ſed intellexit ꝙ comparatione facta ad auſtrum incipit eſſe maior ꝙ auſter: cuius cauſa eſt quia boreas flat d̄ propinquo: auſter vero de longinquo: obidcꝫ dicit Philoſophus: ortuꝫ eſt in prouerbio borea incipiente nauiga: et auſtro deſinente.

¶ Propter quid vbi ſunt inſinuationes maris generantur tropee apogie et non in pelago: et in auſtris grauius homines ſe habent. Ad primum dicenduꝫ quia in gulfis eſt ſtrictura maris vnde exhalationis facilis fiat reductio quod eſt apogium: ſed in pelago propter vaſtitatem fuſa exalatio non redit. Ad ſecundum dicit Philoſophus cauſam eſſe ꝙ vaporibus humidis repletus homo grauius ſe habet.

¶ Propter q̇d fit glatialis hyems boream ſi duxerit auſter et flatus futuri iudiciuꝫ datur, cum per aerem aranee telle feruntur: et quare venti ſunt frigidi cum a motu calidi moueātur. Ad primum dicit quia auſter duxit materiam quam poſtea congellat boreas. Ad ſecundum cauſa eſt quia aranee nunꝙ texunt ſuas tellas niſi in tempore ſereno et temperato quando beſtiolas capere poſſunt et ſi tunc accidat pluuia poſt illam, vt plurimum ſequitur ventus cuius indiciū deferunt fila telle aranee per aerem diſſeminata. Ad tertium dicit Philoſophꝰ cauſam fore: quia quemadmodum ab ore ſpiramus magno tamen hiatu aerē calidum et ſtricto hiatu frigidum aerem: quia veniens ab ore halitus aerem proximum frigidum pellit qui pellat aliū: et deinde alium et quilibet talis aer eſt frigidus reſpectu noſtri vt Auicēna ſecūda primi: ita pari modo vētus flat per ſtrictum quia a nubibus et earum concauitatibus oritur: et aerem pellit ante ſe frigidum reſpectu noſtri: et ideo motus venti eſt tortuoſus, vt dicit Philoſophus tunc quia dirigitur a ſtellis que mouentur circulariter. Tunc ſecundo quia componitur ex aliquo qđ natum eſt moueri recte ſurſum ſicut exalatio et ex vapore: qui natus eſt moueri recte deorſum: obidcꝫ ex vtriſcꝫ repugnantibus vapore et exalatione: et nitētibus ad contraria loca generatur quoddam medium ideſt motus tortuoſus obliquus.

¶ Queritur. Propter quid Auſtri in libia frigidi ſunt ſicut apud nos boree per libiā intelligit Affricam: dicēdum ꝙ cauſa quia illi Auſtri qui veniunt de libia veniunt d̄ propinquo: obidcꝫ veniunt per anguſtum ferentes ante ſe modicū aerem vel aliter: quia in principio ipſi Auſtri ſunt modici: obidcꝫ parum calefaciunt plus autem calefacient quando fuerint forciores quam cum debiliores: quia plures ſibi admiſcent vapores calidos.

¶ Queritur. Propter quid Auſtri ſicci et inaquoſi febriles ſunt et cur euro flante maiora videntur omnia. Dicēdum ad primum: q2 auſter replet calore et humiditate putrefatibili ipſum corpus quare ſi non ſuperueniat aqua refrigerans ſeq̄tur ſuper inflammatio et febris. Ad ſecundum: quia eurus eſt nimis vaporoſus obidcꝫ pingitur cum ſpecillis: et quia illud qđ videtur per medium denſius per diſgregationem radiorum apparet maiꝰ: inde eſt qđ flante euro apparent omnia maiora.

¶ Queritur Propter quid nauibus hiberno ventos dat terra ſecundos: tunc mare fert ſeuos calidi ſub menſibus āni terra dabit ſeuos ponti feret et vnda ſecūdos: ratio quia mare in hyeme calidius fugiens enim a cōtrario ſuas partes calidas coadunat: obidcꝫ ſpiritus ventoſus intra mare contētus non egrediēs a ſole ſolum exagitatur et mare conturbat in omnem partem: ſed eo tempore frigiditas prohibet exhalatiōes terre eleuari: nec p̄mittit ſolem in ipſam terram habere aditum vtpote: q2 ſolida eſt vt cieat et conturbet exalationes eſtate vero mare frigidius eſt; quia corpuſcula calida ab inferioribus maribꝰ extraxit ſol gratia cuiꝰ mare non manet cum corporibus ipſum conturbantibus.

¶ Queritur. Propter q̇d in Archadia que vocatur creta fiunt venti frigidiſſimi cū ſit terra altiſſima et propter propinquitatem ſolis debuiſſet eſſe calida et propter quid vētus ab aurora incipiēs durat magis. Ad p̄mū dico ꝙ propter eſſe terram altiſſimam in eius valles concidens aq̄ non habet quo aſcendat quare multarum paludum patria eſt a quibus ventus tranſiens infrigidetur/ Ad ſecundum dico ꝙ cauſa eſt; quia maiori tēpore agēs durauit illi continuando materiam. Ariſtote.

¶ Queritꝰ. Propter quid Boreas die quidem fortis nocte cadit auſter econuerſo et q̄re Boree frigidis locis prope Polum ſunt nebuloſi diſtāter a polo ſereni. Ad primum dic ꝙ boreas vt plurimum generatur ex cōgellatione pruine vel niuis vel aque per quam congellationem quādo fit elicatio extrahitur exalatio boree: et quia hec elicatio magis fit de die boreas de nocte cadit: auſter vero magis cadit de die q2 p̄miſcet ſol illi vapores calidos et humidos qui motū venti hebetāt. Ad ſecundum dicendum quia prope eſt frigidior et prope anguſtum ſphere et debilior: diſtāter vero venit ad amplum ſphere et forcius inſuflans diſpergit.

## ¶ Nonum problema.

Utrum autumnus cum ſit temperatus ſit tempus ſiccum: eſtate magis morbiferum ptyſicis maxime inconueniens.

Hoc problema agit de autumno: circa quod et eius qualitates ſenſerunt quidam ſicut Conciliator differētia ſexageſima ſexta ꝙ autumnus eſt tempus maxime diſtemperatuꝫ quo ad omnes qualitates taꝫ actiuas ꝙ paſſiuas quod probat. Primo authoritate Galeni dicentis p̄ma apho. commento illius: eſtate et autumno quod ver ſimilatur tempori de repletione: ſicut autumnus tempori de corruptione: ergo non eſt autumnus temperatus. Secundo probat illud quia tempꝰ hoc eſt maxime mutabile de mane frigidum; veſperi calidum; ſed natura non ſu bſtinet repentinas mutationes: preſertim in ſanitate; quia bene tollerat illas in egritudine: ergo autumnus eſt maxime diſtemperatus/ Sed verius dixit de hoc Nicolaus Florentinus ſermone primo tractatu ſecundo ca. 26. ꝙ autūnꝰ in actiuis qualitatibꝰ eſt tēperatus: non aūt in paſſiuis. Ad qđ mouetꝰ quia tempora nō variantꝰ niſi ex acceſſu ſolis; vel Nicolaus florētinꝰ.

receſſu ad noſtrum ʒenith:ſed in autumno nec maxi
me recedit a noſtro ʒenith(vt ī hyeme)nec maxime
appropinquat,vt in eſtate:ergo autūnus eſt tempe-
ratus in actiuis. Et confirmatur:quia autumnus reſ
pectū celi habet eandem diſpoſitionem quam ha-
bet ver:ſed ver eſt temperatum:ergo et autumnus:
ſed de per accidens propter aeris ſubtilitatem faci
le mutatur et diſtemperatur:et ꝓpter inuenire cor
pora maxime reſoluta ex eſtate diſtēperat. In paſ-
ſiuis tamen neceſſario eſt diſtemperatus per ſiccum
vt monſtrant omnia terre naſcentia:que tunc fiunt
arida. Secunda pars dicit autūnum maxime mor-
biferum:que videtur repugnare prime parti. Nam
cꝫ ſi temperatus eſt:ſalubris eſt:ſed dicēdum ꝙ diſ-
temperatur per ſiccum:et hec diſtemperatio eſt ma
ior:quia obuiat humiditati per quam vita conſerua
tur. Eſt enim autumnus ſiccus valde:non tamen eſt
ſiccior eſtate:et ſi dicas tunc cadunt folia:ergo ſicci
or eſt:dicendum ꝙ non cadunt niſi propter repulſio
nem calidi ad intra fugientis a frigido in qua repul
ſione tale calidum cōſumit humidum quod glutinat
folium arbori. Videtur etiam huic parti conſonare
quia nunꝙ fiunt peſtilentie niſi in autumno. Sed cō
tra hanc partem inſtatur:quia dicit Philoſophus — *Philoſo.*
quinta problem. Propter quid egrotāt plures eſta
te:moriuntur plures hyeme:ergo hyems eſt magis
mortiferum tempus. Dicendum vt Conciliator ꝙ il
lud debet intelligi:plures moriūtur in hyeme.ſ.cō-
paratione habita ad egrotantes in hyeme qui ſunt
pauciores:et cauſa quare pauciores egrotant hye-
me eſt fortitudo virtutis que reſiſtit ampliꝰ impreſ-
ſioni cauſarum egrotare facientium. Iuuat etiam
ad hoc frigiditas temporis que ꝓhibet putrefactio
nem;ſed fortius egrotant quia inquit Auicenna ſe- — *Auicēna.*
cunda quarti. Cum ſani pauce infirmitatis egrotāt
eſt timor:rationem dat Conciliator:quia natura nō
acquiſiuit habitum et armaturam pugnādi contra — *Concilia.*
morbum;obidꝫ tanꝙ non conſueta pauet et timet
Sed grande dubium eſt cur fortiora quando egro
tant ſimili egritudine fortius egrotāt ꝙ debilia:qr
videtur ꝙ ſimilis eſt ꝓportio fortis egritudinis ad
forte ſubiectū:ſicut eſt debilis ad debile. Ad quod
dicitur ꝙ debilia dicuntur minus egrotare quā for-
tia propter ea ꝙ minor eſt cauſa faciens ipſos egro-
tare. Si tamen tu ponas equalem cauſam ego non
dubito niſi ꝙ vehementius egrotabit debilis ꝙ for-
tis:ſed de per accidens poteſt contingere magis la
borare fortem:quod eſt quia propter non conſuetu
dinem non acquiſiuit qualitates quibus reſiſtat con
tra inuaſorem qui eſt egritudo.

*Si ptyſis queat ſanari.*

## ¶ Pro vltima parte probleumatis

nota ꝙ ptyſis eſt quoddam vlcus pulmonis: Pulmo
autem eſt membrū carnoſum quinꝫ penulis inſigni
tum tanꝙ flabellum cordis exiſtens:cuiꝰ vlcera ſunt
incurabilia:quia pulmo continuo mouetur motu: et
ad ipſum continue deſcendunt reumata et catharri
pulmonem cauantes;propter ꝙ ſi ſit in carnoſitate
pulmonis nunꝙ ſolidantur. Si medicus tamen ſci-
ret virtutes herbarum et mineralium:ſciret ſanarē
ptyſicos,vt dixit Conciliator de mente Hermetis — *Concilia.*
philoſophi differētia.193.articulo tertio. Vidit eīm
quoſdam arietes euntes ad comedēda pacua vbi ſo
lidabant pulmones quos cū occidebant inueniebāt
pulmones ſemiconſolidatos. Dico ergo ꝙ autumnꝰ
eſt maxime noxius ptyſicis:quia eo tempore eſt ma
gna humorum corruptio que auget maliciaʒ vlceris
Similiter eo tempore frigiditas temporis offert ſe
ſubito capiti in poris aperto:ex cuius condenſatio
ne ſicut cum exprimit ſpongia ſequitur deſcenſus
humorum ad pulmonem. Poteris huic probleuma-
ti addere ꝙ ptyſicus cognoſcitur qr tuſſiendo emit
tit rem que maxime fetet ſuper carbones incenſos
emiſſa:et ſpuendo ſuper aquam deſcendit ſputū ad
fundum. Iſtis capilli defluunt,vngues incuruantur
corpus maraſmatur,et denicꝫ ſunt ethici. Adde eti
am probleumati ꝙ autumnꝰ infeſtat melancholicos
quia propter ſiccitatem concreat multaʒ melancho
liam cuiꝰ fiūt fumi nigri petentes caput ſpiritus de
nigrant et faciunt peruerſo iudicare. Timent enim
cadere eꝭ non cadunt:et aſcendere per collū que nō
aſcendunt:quales ſunt melancholici:melancholia
mirrachia.

## ¶ Decimum probleuma.

# Propter quid apopleticus non ſepeliendus quouſcꝫ tranſeant ſeptuaginta due hore.

Pro declaratione probleumatis. Primo noto — *Notabile primum*
expoſitionem literalem probleumatis que eſt.
Sunt quidā homines qui ſubito cadunt in terra ni
hil ſentientes nec mouentes ſe:quos inuenimꝰ abſcꝫ
pulſu:in quibus multa facimus experimēta ad vidē
dum ſi ſint mortui vel ne:de quibꝰ dicit hoc problem
ma ꝙ non debent ſepeliri vſquequo a tpe caſus trā-
ſierint hore ſeptuaginta due:qr vſcꝫ ad illud tēpus
poſſunt eſſe viui ſine ſenſu et motu. Propterea chriſtꝰ
redemptor noſter reſuſcitauit Lazarum quatridua
num fetentem ne eſſet iudeis cauſa dicendi ꝙ fuiſſet
apopleticus et ſine ſenſu ⁊ motu potuiſſet viuere tri
bus diebus. Secundo noto qȏ aploplexia eſt ocioſi- — *Nota.2.*
tas membrorum a ſenſu et motu propter opilationē
ventriculorum cerebri integram. Super quo nota
ꝙ a cerebro emanat ſpiritus animalis ſenſitiuus et
motiuus per quos alia membra a cerebro ſentiant ⁊
moueantur:et per ipſorum abſentiam nec ſentiant
nec moueantur,ſicut patet in ſomno vbi per reuoca
tionem ſpirituum membra exteriora non ſentiunt in
ſomno tamen virtus regitiua totius non reuocat ſpi
ritus motiuos diaphragmatis ⁊ pectoris,quia ſunt
neceſſarij pro vita:in apoplexia tamen eſt tanta ven
triculorum cerebri repletio ꝙ non permittitur ſpiri
tus trāſmitti a cerebro in membra:gratia cuiꝰ nec
videtur in eis pectus moueri nec pulſum agitari ⁊ ē
quidam modus paraliſis vniuerſalis totiꝰ corporis
et ſolet magis cauſari apud pingues et apud eos q̄
comedūt in magna quantitate porrum recentem et
potant vinum nouum et eſt tan periculoſus morbus
ꝙ dixit Hyppocrates:apoplexiam ſoluere fortem — *Hyppo.*
difficile debilem vero non facile et minima earum ē
quando eſt ſtertor vehemens qui fit propter magnā
opilationem viarum anhelitus et cerebri,ꝓpter quā
difficulter aer expellitur:eſt autem ſepeliendus die
quarto,quia tunc ceſſant omnes periodi humorum:
qui ſi nunꝙ fuerunt agitati ſignum eſt mortis namꝙ
colore periodus eſt intertiis diebus melancholie in
quartis flegmatis quotidie:ſanguini vero nullꝰ con
uenit periodus ex ſpecie fluens:bene tamen ex qua
dra celi:quia in prima quadra diei:ſanguis effer-
ueſcit in ſecūda colera in tertia flegma in q̄rta melā



cholia. Ex quo notabis ꝙ epilenſia que dicitur mor-
bus caducus.i.comicialis:qr tempore romanorum
diſſoluebant comicia:ſi quempiam inuaderet mor-
bus caducus que dicitur aleſis grece:quod eſt leſio
et epi:ſupra:quaſi leſio partis ſuperioris. Et diffinit
hoc modo. Epilenſia eſt priuatio membrorum a ſen-
ſu et motu:et ab erectione non integre propter opi
lationem ventriculorum cerebri:dicitur nō integre
quia quidam aiunt ꝙ dimidium apoplexie eſt inte-
gra epilenſia. Sed non eſt hoc verum:quia ſtat qȏ
in aliqua epilēſia reperiatur tanta opilatio ſicut in
ipſa apoplexia:vt ſi ſit apoplexia ſalubris et epilen-
ſia mortalis:ideo melius intelligitur non integre.ſ.
cauſatur per ſolam opilationem cerebri:ſed etiam
propter ſpaſmum ānexum:quare cuilibet epilenſie
neceſſario eſt ſpaſmus ānexus propterea ꝙ cerebrū
ſe colligit et neruos ad ſe reducit:ratione cuius ſe-
quitur ſpaſmus:ita ꝙ apoplexie anexa eſt paraliſis
vniuerſalis ſicut epilenſie vniuerſalis ſpaſmus.

## ¶ Vndecimum probleuma.

# Queritur quot ſunt illa a quibus fit atractio.

Ad quod reſpondetur conformiter ad Auicen
nam doctrina ſexta de virtutibus quod a tri-
bus fit atractio.ſ.a calido vacuo et proprietate. Ca
lidum enim atrahit vt manifeſtat experientia de
karabe fricato quod atrahit paleas:quod etiā fiat
atractio a vacuo ſatis patet in atractione per anhe
litum quando atrahimus aerem fiſtule cum ore et
aſcendit aqua:quod etiam a proprietate fiat atrac
tio patet:quia magnes atrahit ferruʒ:vt dicit Me- — *Meſue.*
ſue in libro de conſolatione medicinarum non quia
calidus,non quia frigidus,non quia leuis,non quia
grauis:ſed quia talis.i.quia tali virtute et proprie
tate occulta inſignitus. Sed dubiū eſt de iſtis atra-
tionibus non facile. Vtrum omnes iſte atractiones
reducantur ad illam que eſt a vacuo:ad quod dicit
Conciliator differentia.51.ꝙ atractio illa que eſt a
calido ſm Auicennam reducitur ad illam que eſt a
vacuo:quia cum flāma in lāpade traxit oleum in ſui
conuerſionem ne ſequatur vacuū in poris lichini aſ-
cendit oleum ſuppoſitum. Sed hec ſententia audiē
da eſt ſane ꝙ atractio que eſt a calido reducitur ad
illam que eſt a vacuo non per modum cauſe efficien
tis:ſed per modum cauſe finalis. Calidum enim a-
trahit quod infra ſuppoſitum eſt ne fiat vacuum. Ex
quo inferas ꝙ atractio illa que eſt a vacuo effectiue
fit ab illo qȏ corpus primum atraxit vt credit Hu-
go ſenenſis:ſed quidam credunt illam atractionem
fieri a celo:verius tamen credendū eſt qȏ ipſummet
corpus a ſeipſo aſcendit vt euitet vacuuʒ propter na
turam vniuerſalem:Et ideo dicit Gentilis doctrina — *Gentilis.*
ſexta de virtutibus qȏ illa verius vocatur expulſio,
quā atractio. Sed Conciliator de mente Auerrois — *Concilia.*
5.colliget.ca.18.credit omnes illas atractiones re
ducibiles fore ad illam que eſt a calido quod monſ-
trat de atractione ventoſe que attrahit per ignem:
et de atractione fontium artificialium que atrahit
calore anhelitus:et d atractione q̄ fit a proprietate
dicit ꝙ illa reducitur ad illā que eſt a calido:patet
ait quia omnes proprietates occulte nō niſi cum ca
lore operantur et experientia demonſtrat de medi-
cinis que non agunt in corpus noſtrum niſi a calore
actuentur. De ipſa autem proprietate occulta non
eſt credendum ꝙ ſit forma ſubſtantialis,vt credide
runt diuus Thomas et Albertus magnus. Nam co — *Thomas Albertus magnus*
lor rubeus a proprietate occulta atrahit ſanguinē:
vt patet in variolis et tamen non eſt forma ſubſtātia
lis. Similiter dabilia ſunt duo eiuſdem ſpeciei que
habeant diuerſas proprietates occultas vt patet de
duobus magnetibus:imo vno eodē:qui per partem
ſeptētrionalem trahit ferrum:et per meridianaʒ ex-
pellit. Nec credēdum eſt illam proprietatem occul
tam ſemper fore qualitatem de ſecūda ſpecie:quia
aliquando hec proprietas idemptificatur qualitati
bus de tertia ſpecie,vt patet de colore iam dicto:ſʒ
credendum eſt fore qualitatem quandocꝫ de ſecun-
da ſpecie quandocꝫ de tertia.

## ¶ Duodecimum probleuma.

# Dubitatur cum appetitus maxime infeſtet:cur dicitur res naturalis.

Circa hoc probleuma noto primo ꝙ appetitus
maxime dicitur infeſtare:propterea ꝙ vt dicit — *Ariſtote.*
Philoſophus in libro de ſomno ⁊ vigilia. Cibus eſt
corporis refrigeratio:ratione cuius prepeditur ca
lor naturalis ne conſumat humidum:ideocꝫ nō aſſu
mentes cibum a calore naturali conſumuntur. Secun
do etiam appetitus infeſtat:quia cum tolleratur fa
mes ſtomachus putridis repletur. Noto ſecundo ꝙ
aliqua operatio poteſt dici preter naturam duobus
modis. Primo modo quia nō eſt circa obiectum eo
modo quo expedit ad finem talis operationis quo-
modo cibi digeſtio diminuta vel intēſa eſt mala. Se
cundo modo poteſt dici aliqua operatio preter na-
turam:quia non contingit corpori niſi quando eſt in
ꝑter naturali diſpoſitione:et hoc modo dolor poteſt
dici operatio preter naturam. Et ſimiliter appeti-
tus:ſʒ non immerito poſſet dici ꝙ ſit opatio naturalis:
qr ē opatio īmanens:et ab ipā potentia nālr cauſat.
¶ Dubium tamen eſt an appetitus caninus ſit ope-
ratio preter naturam et diſconueniēs:et videtur ꝙ
non per illud celebre dictum Gentilis qȏ ſupra alle
gauimus ꝙ operationes animales nunꝙ peccant ꝑ
intenſionem. ¶ Pro declaratione huius noto ꝙ tri-
plex eſt malus appetitus.ſ.appetitus diminutꝰ qui
vocatur vacinus vel boliſmus qui eſt fames mēbroꝝ
cum facietate ſtomachi:et hic ꝓuenit propter ea ꝙ
os ſtomachi tantum paſſum eſt conſumptionem aut
frigiditatem quod non appetit. Alius eſt appetitus
corruptus qui fit propter preſentiam humorum cor
ruptorum,vt eſt in hominibus appetētibus cineres
et lapides,et preſertim in pregnantibus. Tertius
eſt appetitus caninus et eſt ſaturitas membroꝝ cuʒ
fame ſtomachi,et ꝓuenit propter frigiditatem non
multam,quia ſi eſſet multa deſtrueret. Nam omnis
qualitas immoderata deficit actum proprie virtu-
tis. Ad queſtionem igitur reſpōdeo ꝙ appetitus ca
ninus eſt operatio diſconueniens,quia conuenit ho
mini egrediendo limites ſpeciei humane:et cum di
citur ꝙ eſt operatio animalis que nō peccat per in-
tenſionem. Dicendum ꝙ operatio animalis cogniti
ua non peccat per intēſionem:ſecus appetitiua. Ex
quo infertur ꝙ eſt dabilis aliqua operatio que nec
eſt diminuta,nec ablata,nec corrupta,et eſt mala:li
cet poſſet dici corrupta,quia cōuenit animali egre
diendo limites ꝓprie ſpeciei.

¶ Dubitaẗ rurſum circa hoc ꝓbleu- ma vtrum in corporibus atlethar um repletis nutri mento laudabili poſſit inſurgere verus appetitus ad cibum. Circa qđ noto primo ꝙ duplex eſt apperi
Notab. i. tus. ſ. verus et mendoſus appetitus verus eſt quidã appetitus qui cauſatur ex cauſis naturalib⁹ eius. ſ. ex conſumptione humidi chiloſi et ſubſtantifici oris ſtomachi. Mẽdoſus vero eſt ille qui cauſatur ex ali qua qualitate preter naturã, vt ex frigiditate oris ſtomachi, qualis eſt etiam appetitus guloſoꝝ.

Notan. 2. ¶ Noto ſecundo ꝙ quedam corpo ra cum maiore cibi quantitate fament. i. cum maio- ri humorum abundantia, quedam vero fament cum minori: vt videre eſt in ſanguineo qui famet cum ma iori humorum abundantia ꝙ colericus: ad ſubſtẽta tionem namqꝫ vite maior quantitas humoꝝ et ſpiri- tuuꝫ requiritur in ſanguineo ꝙ in alijs: ꝓpter quod dicebant quidam qđ in atlethis repletis nutrimen- to laudabili, etiam ſtante illa plectoria poteſt inſur gere verus appetitus: quia illa plectoria eſt ipis cõ naturalis quemadmodum ſanguineus famet cum tanta quantitate humorum, cum quanta non famet melancholicus. Sed hec opinio falſa eſt: tum quia in iſtis atlethis eſt tanta humorum plenitudo, ꝙ
Galenus timemus dẽ crepatura venarum. Tum ſecũdo quia tollit motus quos ponit Galenus neceſſarios ad fa- men, ꝓpter qđ nihil aliud mihi videtur dicẽdum ni- ſi ꝙ ad veram famẽ ſufficit duplex motus. ſ. attratio nis epatis a meſeraicis et meſeraicarum ab ſtoma- cho: et ꝙuis in atlethis ſit plenitudo venarũ et mem- brorum eſt tamen epatis innanitio gratia cuius põt ſurgere verus appetitus.

## ¶ Decimumtertium probleuma.

Trum mihi qui laboraui ꝑ trie- nniũ: et vobis qui ſecuti eſtis me, debeatur aureola pro laborib⁹ in pa- tria celeſti.

Pro declaratiõe probleumatis primo noto de mente diui Thome in quarto ſententiarum di
Diu⁹ tho- mas ſtinctione. 49. queſtione. 5. articulo prĩo. Et de mẽ-
Martin⁹ te Martini de magiſtris in ſuo libro đ fortitudine
Angeſt folio. 15. coluna. 2. Et de mente Angeſt in ſuis morali bus folio. 27. ꝙ premiuꝫ eſſentiale beatificum quod datur beatis in viſione et fruitione dei vocaẗ aurea et corona: aurea quidem tam ratione meriti quia fit cum pugna. Nam Job. 7. Milicia eſt hominis vita
Job. tum etiam vocatur aurea, quia per tale premium eſſentiale homines fiũt participes diuinitatis iuxta illud Apocalypſis. Feciſti nos deo noſtro et regnũ et
Apocaly- pſis. ſacerdotes. Dicitur etiam corona ratione perfectio nis, quia corona eſt figure circularis que eſt perfe- ctiſſima. Et quia cuilibet eſſentiali ſuper additur ali quid accidentale et illud quod ſuperadditur eſt mi nus: ſequiẗ ꝙ vocetur propterea ꝙ eſt minus aureo- la: et quia hoc quod ſuperadditur premio eſſentia- li eſt duobus modis. Uno modo ex conditione natu re: alio modo ratione meriti. Primo mõ gloria cor poris dicitur aureola iuxta illđ Exodi. 25. Facietis mihi aliam coronam aureolam: per quod intelligiẗ gloria corporis, vt dicit gloſa. Alio modo aliquod premium acquiritur ex merito, et quia ratio meriti conſiſtit in duobus: vno modo quia fit ex charitate: alio modo quia actus eſt in ſe bonus et finis proxi- mus eſt bonus et habitus bonus ratione primi cor- reſpondet premium eſſentiale qđ dicitur aurea vel corona ratione ſecundi correſpondet premium ac cidentale qđ diciẗ aureola et nihil aliud ẽ quã quod dam gaudiũ quod habet beatus ꝙ vicerit carnem et ſic correſpondet aureola virginitatis et gaudiuꝫ ꝙ vicerit mundum, et ſic eſt aureola martyrij et gau dium qđ vicerit per doctrinam et predicationẽ dia bolum docendo multos: et eſt aureola doctoratus.

¶ Noto ſecũdo ꝙ et ſi aliqua mulier fuerit corpore corrupta, adhuc ſi violẽter corrupta eſt, et ipſa habet volitionem perpetuo ſeruandi vir- ginitatem accipit aureolam virginitatis: et hoc di cebat beata Lucia. Si inuictã me violari fecer⁹ ca ſtitas mihi duplabitur ad coronam: qꝛ habebo coro nam virginitatis et patientie.

¶ Noto tertio ꝙ ꝙuis Chriſtus re demptor noſter fuit virgo, martyr, et doctor: dicit di uus Thomas, nulla ſibi aureola dabitur? Non, quia careat illo gaudio accidentali, cum vicerit mundũ diabolum et carnem. Sed quia multum diſtat hoc gaudium accidentale ab aurea eius nõ meretur di ci aureola: quia diminutiuum parum debet diſtare ab eo vnde diminuit. Et quia in reliquis beatis pa- rum diſtat gaudium accidentale a premio eſſentia- li dicitur aureola. ¶ Ad probleuma igitur reſpon- deo qđ nõ debetur vobis aureola propter hos labo- res, quia immediate non ſunt in his que ſunt fidei, ſꝫ debetur aliquid qđ ſit tanꝙ diſpoſitio ad illam, ſicut eſt ſcientia artium eſt diſpoſitio ad culmen doctora tus in theologia. Pro laboribus tamen his relatis in deum, et in agnitiõe veritatis deuenire, debetur remiſſio peccatorum et gloria. Quam vobis ſimul cum magiſtro tradat deus in patria celeſti. Amen.